I' R A E E C T I O N

T h i; o l o ⟨; i c a e

Q U A S IN

R O M.

J. HABEBAT

JOANNES PERRONE

E SOCIETATE JESU

C·-. ’

IN EOD. COLL. THEOLOGIAE PROFESSOR.

EDITIO XXI. RATISBONENSIS I.

fcV. ❙

NOVISSIMIS CL. AUCTORIS CURIS AC NOTIS ORNATA ET AUCTA.

VOLUMEN

RATISBONAE MDCCCLIV.

SUMPTUS FECIT G. JOSEPHUS M A N Z.

TRACTATUS

I) E h E 0 C II E A T O II E.

Chn >i<vviiibrn an ·/< /litnElft b 4

, <Ü i»i .i ıпΐ̈п<крпσi<| . >.î>F4X **P R 0 0 E M I ü M.**

1. Deuni Optimum Maximum in se ac in suis operationibus *ad intra,* qui scholarum est sermo, hactenus dignoscere studuimus; quatenus autem libere et exterius, suam bonitatem largiendo, in creaturis operatur atque se manifestat, ipsum posthac spectabimus, atque admirari contendemus. Tria porro sunt creatarum a Deo genera rerum; aliae nempe spiritales tantummodo, cujusmodi angeli sunt, aliae corporeae, quas orbis hic adspectabilis complectitur, aliae denique ex utraque, corporea nempe ac spiritali substantia constant, quales sunt homines. Ex his facilis quodammodo dimanat totius tractatus in tres partes divisio; in quarum prima de **angelis,** in altera de **mundo,** de **homine** in ultima disseremus. [1]

ro Minii ime? .'· it / i .h H /M o.o u nftfl £

[1]) Hunc eundem ordinem sibi proponit s. Thomas in *Summa,* atque hunc sectamur; cf. idem *Cbnlra gent.* lib. IL cap. 1.

•'Hliwit ® -i ' tu, ui.

rdfvj r t-fi ;ПО'
di u
ntfâB? ıη'ΐı « il 'v · i

DE ANGELIS.

2. Qnae de angelis ex Scripturae ac traditionis auctoritate certo statui ac definiri possunt, pauca profecto sunt, ac ad septem potissimum capita revocantur; existentia videlicet, natura, officia, gratia, plurimorum lapsus, poena, machinationes. Atque haec fere sunt, quae sive ab heterodoxis sive ab incredulis recentioribusque biblicis ac rationalistis non solum impugnantur, sed contemptui atque irrisui habentur. Quare, missis, quae longis nimium disputationibus a veteribus potissimum scholasticis disserebantur, memoratos catholicae doctrinae articulos distinctis capitibus adversus effrenes hosce criticos vindicandos suscipimus. ')

CAPUT I.

DE ANGELORUM EXISTENTIA.

3. *Angelus* nomen est officii, non naturae, ut ss. Augustinus et Gregorius M. observant. Ille enim sic loquitur: *Quaeris nomen hujus naturae? spiritus est: quaeris officium? angelus est; ex eo quod est, spiritus est: ex eo*

') Plura profecto sunt, quae veteres scholastici inquirunt, quum de angelis disputant, e. gr. dc natura angelica absolute, de ipsorum numero, specifica natura, de intellectiva ipsorum potentia et naturali cognitione, voluntate etc., de eorum comparatione ad locum, ad tempus, aliisque pene innumeris. Suarezius integrum volumen in folio de angelis scripsit; item reliqui plus minus. Haec scitu quidem jucunda essent, minus tamen necessaria, praesertim quod quamplurima probabilitate tantummodo innituntur. Qui suam ad hosce fontes sitim explere cupit, eos adeat; ea vero, quae ad angelorum ordines et hierarchies perlinent, videri possunt apud Petavium, *De angelis* lib. II. cap. 2 et seqq.

quod agit, angelus est. 2 His «imiliii habet 3. Gregorins. 3 Quos itaque graeci *angelos,* latini *nuncios* dicunt, hebraei vel ,П*7К. ethnici passim *genios* vel *δαίμονα* vocant. *

Angelorum existentiam infieiati sunt sadducaei5, atque ex Christianis anabnptistae, David Georgius6, Balthassar7, Bekkerus8, sociniani passim, neoterici bihlici ac rationalistae. Adversus quos sit

PROPOSITIO.

Tum ex Scriptura tum ex universa Traditione angelos existere constat.

4. Vix credibile sane videri debet, potuisse veteres sadducaeos infieiari angelorum existentiam, licet solum, ut plures autumant, Pentateuchum veluti divinum recognoverint. 1 In libris enim Mosis frequens est ac manifesta angelorum mentio: ut Gen. XVI. ubi angelus Domini Agarem compellat, eamque, ut ad heri domum redeat, adhortatur: tum ib. XIX. ubi duo angeli Sodomam veniunt, dirutoque oppido Lothum inde liberant; tum ib. XXIV. 7. ubi Abraham, famulum suum in Mesopotamiam mittens, ait: *Dominus Deus coeli*

2) *Serin.* I. *in Ps. CIII.* n. 15.

') *Homil.* XXXIV. *in Evang.* n. 8. tom. I. opp. coi. 1604. edit, maurin.

4) Alb. Fabricius in *Bibliograph. antiquar* cap. 8. §. 27. plures ethnicos recenset, qui eosdem spiritus *angelos* nuncuparunt, ut Alex. Aphrodiseus in *Top.* pag. 186; Aristides, tom. I. pag. 19; Labeus, apud s. August. *De civitate Dei,* cap. IX. 19; Ammonius in Porphyrii *Isagoge,* Porphyrius, Jamblichus *De mysteriis Aeyypt.,* Simplicius Marcianus Capella, et praecipue Hierocles, qui pag. 37. *αγγελικόν StÛ>v γίνο!* memorat.

5J Cf. Luc. *Act.* XXIII, 8.

6) Dc instabili hoc nulliusque fidei homine ac tantum non insaniente cf. Feller, *Diet, histor.*

') Ibidem.

8) In opere cui titulus: *Orbis incantatus,* Leuward. 1690. edit. auct. Amsl. 1693.

') Sadducaeos unum Pentateuchum ut divinum admisisse, communis fere veterum sententia est. Non salis tamen certam esse ejusmodi opinionem ostendere nisi sunt Slâudtlin, *Geschichte der Sittenlehre Jesu,* seu *Historia doctrinae moralis Jesu,* tom. 1. pag. 421 et soqq. et pag. 446, et Guldenapfcl in diss. *Josephi archneolngia de sadducaeorum canone exhibente. . . .* Jenae 1804. His praeiverant Scaliger in *Elencho trihaereseon,* cap. 76, et Bruckcrus in *Hist, philos* tom. IL pag. 723, qui id primi subodorait sunt. Ex islorum igitur criticorum sensu certum esse videtur, sadducaeos, orlos a Zadoko, degeneri Antigoni Sochaei discipulo, qui sub Ptolomaeo primo Aegypti rege tribus ante Christum natum saeculis vixit, praeter Pentateuchum reliquos etiam judaeorum libros admisisse. Ortum huic opinioni praebuit superstitiosus veluli cultus, quo Mosis libros venerabantur. Etenim Flavius Josephus, *Antiquitatum judaicarum,* lib. XIII. num. 10. non scribit, solum Pentateuchum sadducaeos suscepisse reliquosque rejecisse libros, sed *legem* tantum hoc loco opponit traditionibus non scriptis, quas sadducaei rejiciebant, non autem reliquis libris. Hinc in Thalmude ex aliis libris non solum oppugnantur, sed etiam ipsi pro suis sententiis argumenta depromunt, ut patet ex *Sanhedrin,* pag. 90. 2. *Cholin.* pag. 87. 1. Cf. Jahn, *Archaeolog.* §.322.

mittet angelum suum coram te; et alibi passim.[2] In ceteris Scripturae libris, tam historicis quam propheticis, multo etiam frequentiora sunt testimonia, quae supervacaneum esset hic referre, utpote ignota nemini. [3]

In novo denique Testamento de iisdem angelis perspicua pariter et crebra fit mentio. Ceteris missis, illud potissimum urgemus, quod apostolus in Ep. ad Hebr. cap. I. instituit argumentum ad Christi prae angelis excellentiam ostendendam, quod nempe Christus *Filius Dei,* angeli vero *ministri* Dei tantum in Scripturis perhibentur. Quare merito dixit s. Augustinus: *Esse angelos novimus ex fide . . . nec inde dubitare fas nobis est.* [4]

5. Apud omnes fere gentes vulgatam fuisse fidem de angelorum existentia, indubia monumenta testantur. Tertullianus inter alios ait: *Dicimus esse substantias quasdam spiritales; nec nomen novum est. Sciunt daemonas philosophi, Socrate ipso ad daemonii arbitrium expectante . . . dat monas sciunt poëlae; et jam vulgus indoctum in usum maledicti frequentat. . . Angelos quoque diam Plato non negavit ; utriusque nominis testes esse vel magi adsunt.* [5] Sic Cyprianus eos a magis antiquissimis, in primis ab Hostane memoratos esse affirmat his verbis : *Quorum tamen praecipuus Hostanes et formam veri Dei negat conspici posse, et angelos veros sedi ejus dicit assistere. Jn quo et Plato pari ratione consentit, d unum Deum servans, ceteros angelos vel daemonas dicit.* [6] Thales, ut refert Athenagoras, trifariam superiores substantias omnes dividit: *In Deum, in daemones, in heroes.*[1] Hierocles, *Ad aurea Pythagorae carmina,* angelos ab ipso Pythagora *immortales deos,* a summo tamen Deo conditos, appellatos fuisse testatur, quos colendos praecipit. Orphei et Hesiodi carmina inferius dabimus. [8]

6. Indos existentiam angelorum certam habuisse explorata modo res est.[9] Sic doctrina de angelorum sive bonorum sive malorum existenria, est veluti fundamentum totius theologiae veterum ac recentiorum orientalium'[°]; nec desunt hujus doctrinae vestigia apud ipsos silvestres americanos. [11]

7. Sive igitur Scripturam sive constantem atque universalem omnium ferme populorum traditionem consulamus, constat angelos existere.

') Cf. Gen. III. 24; XXVIII. 12; Exod. VIIL 12 etc.

') Cf. Job. IV. 18; Dan. VL 22; Tob. IIL 25 etc.

4) Loc. cît

s) Apolog. cap. 22. pag. 21. edit. Rigallii.

·) *De idolorum vanitate,* pag. 226. edit. maur. Paris. 1726.

') In *Legat, pro Christ.* num. 23. tom. II. *Bihl. Patrum,* edit. Vend. pag. 24.

*) Cf. Petav. *De Angel,* lib. I. cap. 1.

') Ita fatetur impius auctor operis *Résumé de ihistoire des traditions morales et religieuses chez, divers peuples,* Paris 1825.

,0) Cf. Ramsay, *Voyages de Cyrus,* ac *Discours sur la mythologie* etc.

'*) Carli Rubbi, *Lettere americane.*

DIFFICULTATES.

8. I. Obj. 1. Moses angelos a Deo procreatos nullibi tradit. 12 2. Nomina praeterea Michael, Gabriel, Raphael chaldaica sunt; a Chaldaeis igitur vel persis ad hebraeos transiit de angelis opinio. w

9. Resp. ad 1. *Tr. Ant. N. cons.* Moses enim, ut vidimus, saepe de angelis eorumque apparitionibus loquitur, et illos saepius ut Dei ministros exhibet. Perperam igitur ex eo, quod peculiariter creationis angelorum non meminerit, concluditur vel angelos a Deo minime fuisse conditos, vel illos non existere. Ideo autem juxta s. Basilium angelorum creationem Moses praeteriit, quod adspectabilium tantum rerum originem praecipue nobis revelare, voluerit. 14 Juxta s. Augustinum *lucis* nomine, angelorum creatio a Mose significata est. 15 De hac autem opinione ac de variis sententiis circa tempus, quo angeli conditi sunt, utrum scilicet ante hujus mundi adspectabilis creationem, ut plerisque patribus graecis placet, an vero post, quod tenent plerique ex patribus latinis, an demum simul, quod pariter non nemo sentit, consulatur Petavius. 16

”) Ita Julianus, apud s. Cyrillum, lib. II. tom. VL operum pag. 49. edit. Paris. 1638, tum lib. III. ib. pag. 96.

*3) Ila fere Voltaire, *Fragmens sur divers sujets, par ordre alphabétique,* art. *Ange,* tom. XXVIII. *de la collection complète des oeuvres* etc. Genève 1777.

*H) *Lib. de Spiritu Sancto,* cap. 16. num. 38. s. Cyrillus alex. lib. III. cit. aliam affert causam adversus Julianum, quare Moses praetermiserit narrationem creationis angelorum, eo quod scilicet nimis mentis nostrae captum excedat. Quam quidem causam quoad judaeos carnales vehementer confirmat *Hom.* II. *in Genes,* pag. 7. edit. Sav.

,s) *Lib. imperf. de Gen. ad lit.* cap. 11. num. 21, et *De civitate Dei,* lib. XI. cap. 11. Alii autem censent angelorum creationem per Mosem designari nomine *coeli,* utOrigenes, *Hom.* II. *in Gen.,* Beda, Strabus apud Petav. loc. cit. cap. 15. Quidquid vero id sit, de quo nihil certi, verisimilius videtur juxta priorém sententiam de hac Mosem penitus siluisse. Illud tamen fixum demonslralumque est, angelos a Deo creatos esse; de horum enim creatione non obscure loquuntur Daniel cap. 13. in hymno trium puerorum, et David Ps. CII; sed magis aperte apostolus (Col. L 16.) scribens: *In ipso* (Verbo divino) *condita sunt universa in coelis et in terra,' visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt.*

16J Loc. cit. ubi, postquam recensuit patrum testimonia, qui alterutram sententiam tuentur, concludit §. 11. nihil certi statui posse, cum neutra sententia certa vel auctoritale Scripturae vel ratione praevaleat. Deinde disjicit quae afferri solent ex illo Eccli. loco (cap. 18.), in quo dicitur: *Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul,* ut evincatur saltem cum adspectabili hoc universo angelos conditos esse; cum de iis solis crealuris loquatur Ecclesiasticus, quorum meminit Moses initio Geneseos, ita ut vox *simul, κοινῳ,* idem hic valeat ac *ex aequo,* prout eodem sensu occurrit Sap. VI. 8. Item profert lateranetisis cone. IV. el Innocenti! III. Decretum, quo *Deus creator omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium* dicitur, *qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritalem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam;* quae verba ex libro *Soliloquiorum,* qui perperam Au-

10. Ad 2. **Resp.** I. AT. *cons.:* cum nonnisi pravus sit transitus a nomine ad rem. Didicerunt hebraei ea angelorum nomina a chaldaeis vel persis; ergo ab eis didicerunt angelorum existentiam! Pentateuchus sane luerat longe ante scriptus, quam judaei in captivitatem babylonicam abducerentur; atque in eo Moses, ut ex dictis patet, de frequentibus angelorum apparitionibus et officiis disserit.

11. **Reap.** II. xV. A. Licet enim ante captivitatem babylonicam nullum occurrat in sacris litteris angelorum nomen, negamus tamen tum nomina illa esse chaldaica. cum ct radicem et formam hebraicam habeant, ut patet ex voce *fortis,* quae Deo tribuitur, et ex similibus nominibus passim apud hebraeos receptis, **SjH),** etc.17, tum ex chaldaeis ea ad hebraoos immigrasse, cum, ut adnotat Origenes, constet, *indita illis* (angelis) *fuisse nomina convenientia rebus, quas Dei summi voluntate in universo mundo administrant.*

12. **П. Obj.** 1. *Angelus* nomen est officii. Nihil igitur prohibet, quominus nomen istud, quoties in sacris litteris occurrit, vel de hominibus intelligatur, qui *angeli* passim dicuntur ob varia munia, quae Dei nomine obierunt, ut Maiach. III. 1, Matth. XI. 10, vel de interno instinctu inspirationibusque, quibus nos Deus ad aliquid agendum excitat. 18 Et re quidem vera 2. quae in libris sacris de angelorum apparitionibus leguntur, nonnisi metaphorice, vel ex vulgi opinione intelligi debent, vel de sola Dei potentia, vel de efficientia naturali, quam vulgus ignorabat et supernaturalibus causis tribuebat- 19 Ergo.

13. **Resp.** ad 1. *C.* .4. *neg. cons.* Plura enim sunt in Scripturis, quae de angelis traduntur, quaeque nonnisi de hypostasibus ab hominibus omnino diversis intelligi possunt. Ut cum Christus (Matth. XXII. 30.) sadducaeis

guslino tribuitur, cap. 32. sumpta sunt. Praesertim cum s.Thomas in opusculo, quo decretalem illam exposuit, censeat ita decrevisse synodum adversus Origenis errorem, qui spiritales creaturas solas ac per se ab initio conditas asserebat, corporeas vero ex casu, non autem ex praecedenti proposito, ut eo velut carcere spirituum delicta plecteret. Contra quos Innocentius ita sanxit, utramque simul, hoc est, pari consilio ac praecipuo constitutam a Deo, idque ab initio temporis, hoc est, non ex omni aeternitate. Hinc temeritatis Pelavius arguit theologos illos, qui contrariam sententiam baeresis damnant ob ejusmodi decretum. Cf. §. 13.

*′) *Coiit. Celsum*, lib. i. num. 25. edit. maur. De nominibus *Uriel et Jeremiel,* quae occurrunt in libro EsdracIV.36; V. 20, nec non de cultu exhibito a graecis et orientalibus, cf. Renaudolius in notis ad *Liturg. orient,* tom. II. pag. 298, et Nie. Serarius Soc. Jesu, in caput 12. *Tobiae;* cf. etiam Blanchinius in dissertatione, Romae edita anno 1753, *De septem angelis, qui olim depicti Romae extant, quique nomina praeferunt Uriel . Seathiel, Gehudiel et liarachiel.* In quibusdam litaniis tempore Caroli M. invocabantur *Uriel, Raguel, Tubuel.*

**) Ita Bekker, op. cit.

*’) Sic Georg. Rosenmuller, *Schol. in N. T.* in cap. 1. Maith, el cap. 2. Luc. et alibi passim.

respondens affirmat, homines in resurrectione futuros *sicut angelos Dei in coelo;* vel cum (ibid. XVIII. 10.) de parvulis loquens, affirmat, quod *angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris;* vel cum apostolus, ut vidimus, comparationem instituit inter Christum et angelos; vel cum (in eadem epist. cap. II.) aperte tradit, Filium Dei, non angelicam, sed humanam naturam sibi ex semine Abrahae sumpsisse; tum ex eo quod (ib. cap. XIII.) dicit de praemio, quod nactus est Abraham, quum dignus est habitus qui angelis hospitium praeberet. Pleraque pro instituto praeterimus, quibus violentae neotericorum interpretationes omnino refelluntur.

14. Ad 2. Al. Si enim vel de virtute, *ἐνεογεία* ac potentia et ex vulgi opinione loquuntur sacrae litterae, vel etiam metaphorice, cum angelos commemorant, nihil certi amplius in sacris litteris exstaret. Quomodo enim vera essent, quae Christus citatis verbis significat? Quaenam comparatio apostoli foret? Nonne ridicula sunt, quae Rosenmüller tradit de tentatione Christi in deserto, dum ab homine judaeo Christum fuisse tentatum dicit, vel cum Gabrielis adventum amens insinuat fuisse somnium, a Deo b. Virgini immissum? Quae quidem aliaque innumera inepta prorsus et inficeta, quibus scatent ipsius scholia, satis ostendunt, in quas angustias sese conjiciant novi isti doctores, ut angelorum existentiam rejiciant. Ejusmodi tamen sunt oracula, quae protestantes suspiciunt. 20

15. **Inst.** Saltem Michaelis nomine intelligendns est ipse Filius Dei, qui sub variis figuris seu symbolis in V. T. se se visibilem praebuit; quemadmodum Gabriel ipsa est Spiritus Sancti persona. 21 Quid igitur vetat,

20) Cf. etiam Kuinoel, *Comment, in libros N. T. historicos* in Luc. I. 26 et 27. Ex·quo deprehendimus nonnullos biblicos neotericos eo progressos esse, ut totam hanc historiam angeli Gabrielis colloquentis cum Maria referant ad *viylhum philosophicum,* alii ad *mylhum historicum,* non secus ac apparitionem ejusdem angeli, quae Zachariae in templo contigit, de qua item suorum protestanlium biblicorum expositiones Kuinoel fuse refert. Mirum est quam sese atrociter torqueant ad excludendam veram angeli apparitionem. Paulusius in *Philologisch-krit. Komment.* seu in *Commentario philologico-critico* contendit, Zachariae visam fuisse versari ante oculos quamdam genii coelestis veluti speciem; eum varii generis sensa, quae illi tunc in animo suboriebantur, *putasse* ipsius genii voces esse, in *extasin* raptum, ac sibi imposuisse silentium, eo quod plus justo intra se locutus esset, usque ad partum Elisabethae. Gablerus in *Journal fur theol. Literal,* seu in *Ephemer. litteraturae theologicae,* vol.L pag. 403. eadem ferme ratione historiam hanc totam enarrat. Juxta Witsium in *Miscell. sac.* tom. II. pag. 338. per lusum phantasiae commotae exponi debet, hemiplexia Zachariam captum, qui idcirco loqui non potuit. Item Rosenmüller. Alii demum deposita larva ingenue tradunt hic a Luca fabulam enarrari. Quis non suspiciat doctos hosce sacrarum litterarum interpretes? praesertim quum ignorare ipsi omnino videantur, deliras anus de sublimioribus ejusmodi doctrinis sapientius disputare, si velint, facile posse.

ai) Cf. Hier. Maria Buzius Ord. s. Aug. in *Synopsi theol. tliscipl. P. lierli,* lib. X, in appendice, ubi Michaelem et Gabriclem archangelos esse creatos spiritus demonstrat, tom. I. pag. 404 et seqq. edit. 1769. Cf. etiam Bossuet, *Réflexions sur C Apocalypse.*

quominus de Deo vel Filio Dei cetera intelligamus Scripturarum loca, in quibus angelorum fit mentio? Certe (Exod III. 2.) *flamma ignis,* ex qua Moses vocem audivit, vocatur angelus Dei. Ergo.

16. Resp. Λ'. *ant.* Hoc paradoxum sero nimie excogitarunt adversarii ad cultum tollendum angelis a fidelibus exhibitum. Evertit enim illud caput XII. Apocalvpseos, in quo Michael cum dracone pugnans differt ab Agno, id est, Filio Dei, ob cujus sanguinem vicit. Quoad Gabrielein satis est Luc. I. 26. verba expendere: *Missus est angelus Gabriel a Deo ad Virginem . . . et ingressus angelus ad eam, dixit: Spiritus Sanctus superveniet in te;* Spiritus igitur, qui superventurus erat in Mariam, dissimilis fuit a Gabriele nunciante.

17. Falsum denique est quod assumit Rosenmiiller, flammam nempe ignis vocari *angelum Dei;* etenim in Exod. loc. cit. aperte a flamma ignis distinguitur Dominus, qui Mosi apparuit *in flamma ignis de medio rubi;* et Act. VII. 30. pariter dicitur: *Apparuit illi* (Mosi) *in deserto montis Sina angelus in igne flammae rubi.* Hac ratione neoterici biblici, quidquid stulti in buccam venit, prout libet, effutiunt, bonamque lectorum fidem in pravos errores abducunt.

DE NATURA ANGELORUM.

18. Definiri angeli solent *substantiae immateriales completae,* ut certum intersit discrimen nos inter et ipsos; nostrae enim animae substantiae spiritales *incompletae* vocantur, cum ad corpus informandum snapte natura ordinatae sint, quibus propterea corpore solutis aliquid deesse videtur, non quidem ad substantiam, sed ad suum, nt dicimus, *complementum.* Ex patribus tum graecis tum latinis non defuerunt, qui angelos corpore quodam aëreo et subtili praeditos consuerunt; illorum catalogum exhibet eruditissimus Petavius.[1] Post definitionem concilii lateranensis IV. quam inferius dabimus, obsolevit haec opinio inter catholicos; si enim paucos excipias[2], vix est, qui eidem adhaeserit. Attamen inter heterodoxos et philosophos haec sententia plures patronos nacta est; etenim praeter Leibnitzium et Bonnet, qui hanc

[1]) *De Angel,* lib. I. cap. 2. dem auctore recte pronunciavit Petavius, *De opific.* lib. I. cap. 8. §- 2: *Auctor magis ad speciem quam eruditionem solidam commentarios suos instituens, quos raro cum fructu, numquam sine fastidio legimus.* Pariter Sixtus senensis, *Biblioth. Sanet,* lib. V. adn. 8, Bartholomaeus Caranza et Domin. Bannez.

[2]) Falluntur propterea qui tradunt post concilii lateranensis decretum neminem catholicorum impune contrariam tenuisse sententiam. Contrariae enim sententiae adhaeserunt inter cacteros card. Cajetanus, in cap. 2. Ep. ad Ephes., Eugubinus. *De perenni philosophia,* lib. VIII. cap. 27. *D.* tom. III. opp. edit. Paris. 1578; de quo qui-

sententiam propugnarunt, Cudworth, Tricorius, Wolfing, Bbhmius, Lorsius, Kantius aliique non pauci 4 eamdern sectati sunt, rati, non posse dari spiritum activum sine corpore. Nos communi sententiae adhaerentes de spiritalitate angelorum, (piae hic et nunc salva fide in dubium vix revocari posse videtur, sequentem statuimus propositionem.

PROPOSITIO.

Angeli sunt meri spiritus, omnis corporis expertes.

19. Haec propositio certa est ex cone, lateranensi IV. quod cap. *Firmiter* definivit adversus manichaeos: *Unum esse universorum principium, creatorem omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium, qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis utramque condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam, quasi communem ex corpore et spiritu constitutam.*[1] Ergo ex hoc concilio angelica natura spiritalis est et omnis corporis expers, qualis anima hominis est; alioquin humana natura *media* non esset inter angelicam et mundanam substantiam.

20. Hanc autem doctrinam **Scripturarum auctoritate** fulciri exinde patet, quod in sacris eloquiis angeli constanter *spiritus* dicantur. Apostolus enim (Hebr. I. 14.) de angelis inquit: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus?* et s. Joannes ait (Apoc. I. 4.): *Et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt:* et de daemonibus pariter dicitur (Luc. X. 20.): *Spiritus vobis subjiciuntur·,* et alibi passim *spiritus nequam, spiritus immundi* vocantur, innuo apostolus (Eph. VI. 12.) eos vocat: *spiritalia nequitiae.* Atqui vox *spiritus* non aliud proprie nisi substantiam simplicem et incorpoream significat, cum Deo (Joann. IV. 24.) et animae humanae (I. Cor. II. 11.) tribuatur; nec ulla sufficiens ratio sit, cur vocem hanc ad alienam significationem detorqueamus, cum de angelis usurpatur. Ergo.

21. Et sane insolens omnino esset, si angeli corpore et spiritu constarent sicut homines, quod ratio numquam haberetur corporis et spiritus ipsorum in Scripturis, quae ubilibet mentionem faciunt corporis et spiritus hominum; aut saltem quod homines non aliquando spiritus in eisdem appel-

3) Cf. Muzzarclli, opusc. XXTII. *Del buon uso delta logica,* ediz. V. lom. VU. Firenze 1823.

') Per hoc tamen decretum doctrina de spiritali angelorum natura definita dici nequit, adeo ut ad fidei dogmata eam perlinere pronunciare possimus, conirariaeque doctrinae haeresis notam inurere. Quippe lateranense concilium ex instituto partem eam definire noluit, inquit Petavius; sed in hoc unum intenta fuit synodus, ut utriusque conditorem naturae Deum esse contra manichaeos statueret; cetera vero ex recepta per id tempus opinione obiter subtexuit.

lajrentur, quemadmodum passim angeli appellantur spiritus. Nempe homines, etiamsi o praecipua sua parte spiritus sunt, quia tamen simul corporei sunt, numquam absoluto *spiritus* dicuntur; contra vero angeli, quia corporei non sunt, saepe *spiritus,* numquam vero absolute dicuntur *corpus* aut *corporei.*

22. Fnlciri praeterea hanc eamdem doctrinam **auctoritate patrum** tum graecorum tum latinorum facile ostenditur. Etsi enim plerique ex ipsis, nt superius innuimus, videantur corpus aliquod angelis tribuere, longe plures tamen spiritales prorsus et incorporeos angelos praedicant. 2 Ne tamen longiores simus in proferendis testimoniis, ad quaedam veluti capita revocabimus ipsorum dicta, ex quibus certa deprehenditur eorum sententia. Ac I. angelos spiritales praedicant, qui eos dicunt incorporeos, sive *ἀσωμάτους.* Tales porro sunt ex graecis Gregorius thaumaturgus, sive vetus auctor Homiliae cujusdam in Theophania, qui eos dicit *incorporeas virtutes3;* Gregorius nyssenus, qui angelos *incorpoream creaturam* nominat4; Gregorius item nazianz., qui eamdem naturam *intelligibilem et incorpoream* laudat 5; Eusebius caesar., qui eam commemorat *substantiam incorpoream,* et comparat Deo ipsi0: Epiphanius, qui daemonem declarat *spiritum corporis experteml;* s. Joann. Chrysostomus, qui Deum commendat, quod fecerit angelos et archangelos, ac *reliquas incorporeorum substantias3;* Theodoretus eos jactat bus minime loquitur, plerosqne patres vocem *spiritus,* cum de angelorum natura disserunt, stricto sensu usurpasse, ex iis, quae hic in medium protulimus, eorum testimoniis apertissime constat, praesertim ex iis, qui eos *intelligentias* vocant, *mentes, substantias intelligentes, simplices, sine materia* etc. Poterant ne apertius proprie dictam spiritalem naturam angelorum exponere? Eo vel magis quod iisdem vocibus utantur, cum de spiritali divina substantia loquuntur?

') Thomas Aletinus seu potius Joann. Clericus in not. 64. ad cap. 3. lib. I. *De ang.* §. 12. Petavii, ut suis faveat, haec scribere non dubitavit ad eripiendum nobis omnia patrum testimonia, quae angelos spiritales praedicant: *Diligenter observandum* **corpus** *et* **materi** *am duplici sensu sumi apud veteres. Aliquando ita vocant quidquid non est per se intelligentia praeditum, quantaevis sil tenuitatis; sed saepe etiam his vocibus intelligunl crassiorem tantum materiam, quo sensu negant angelos esse* **corporeos** *aut materiales. Nam ceteroqui plerique existimant angelos esse tenuissimo corpore indutos. Vide indicem pltilologium philosoph. orientalis Th. Stanlei, de voce* **materia,** *et de sententia veterum de angelorum natura Pet. Dan. Huetium, episc. abrinc. in eximio* **Origenianoru** *m opere, lib. 11. qu. 5. et in notis ad* **Origenem,** *pag.üâ. Nisi haec probe observentur, vix poterit intelligi quid velint veteres, et secum etiam saepe tum videbuntur pugnare, cum sibi quam maxime constant.* At praeterquam quod Huetius de omnibus universim patri-

3) Cf. Petav. *De Angelis,* lib. I. cap. 3. *Λσώματον κτΐσιν. Coni. Eunomium,* lib. XII. et alibi ib.

4) *Νοητήν και άσώματον.* Ib.

6) *Demonstr. evang* lib. I. cap. 1. *Ἀσωμάτου; τινά; νοιρά;, καί θιία; δυνάμιι;, αγγέλου; τι, καί αρχαγγέλου;, άϋλά τι, καί πάντη καθαρά πνεύματα.*

7) Haer. XXVL num. 13: *Πνιΰμα ακάθαρτον, καί άσώματον.*

') *Ad Slagirium,* lib. I. pag.86. *Ἐποίηθιν αγγέλου;, αρχαγγέλου; καί τα; άλλα; των άβωμάτων ουσία;,* et alibi ib.

incorporeas naturas[*]*;* Procopius *substantias penitus incorporeas*[10]*;* item Joannes Climacus, Dionysius vulgo areopagita, Nilus, Joann, damascenus etc. [11] Ex latinis vero Marius Victorious, qui vocat angelos *incorporeos*[9]*;* Lactantius *incorporales;* Leo papa, qui *veram fidem,* ait, *quae est catholica, omnium, creaturarum sive spiritalium sive corporearum bonam confiteri substantiam.*[12] Sic Julius africanus *incorporeos* pariter eosdem constituit, nec non Fulgentius[14], Gregorius M., qui interrogat: *Quis sanum sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?* [15] aliique. II. Eamdem veritatem docent ii patres, qui angelos non solum incorporeos, sed praeterea *mentes, vov ,* seu *substantias intelligentes* vocant; tales vero sunt Gregorius nazianz., Eusebius, Dionysius, areopagita nuncupatus, Gregorius nyssenus etc. III. Qui eosdem dicunt *simplices* et *sine materia ἄυλον ,* ut Gregorius naz. atque nyssenus, Marius Victorinus, Lactantius etc. [16]

23. Quum igitur laudati patres tum graeci tum latini ingenti veluti agmine angelos non solum incorporeos, verum etiam substantias materiae expertes, spiritales, simplices, intelligentias passim vocent, nihil dubii subesse potest, quin doctrina de spiritalitate angelorum non solum Scripturis, sed et Traditioni innitatur. [17] Angelicus doctor rationibus etiam theologicis eamdem confirmat, quae apud eum recoli possunt. [18]

DIFFICULTATES.

24. I. Obj. 1. Ex sacris litteris angeli foeminis permiscentur; ergo aut sunt, aut habent corpora. Etenim Gen. VI. 2. legitur: *Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchrae acceperunt sibi uxores.* Quae quidem

9) *Ouaest.* XX. *in Genes,* probaturus imaginem Dei non in eo consistere, quod in anima sub adspectum non cadit, inquit: *Μάλλον εΙκόνε τον 3εον κληθείεν άγγελοί τε, καί αρχάγγελοι, καί πασαι αί άσώαατται καί άγίαι φύσει , άτε δή παντάπασι σωμάτων άπηλλ,αγμίναι, καί αμιγέ τό αόρατον ίχουσαι.* Id est: *Alioquin potius imagines Dei vocarentur angeli et archangeli, et omnes incorporeae sanctaeque naturae, ulpote corporibus vacuae et sine mixtione minime aspectabiles.* Alibi eadem habet, quae ad corpus vel materiam quamcumque trahi nulla ratione possunt.

'°) *Comment, in Gen.* cap. 16 et seq. *Tàf νοερό ούσία , καί παντελώ άσωμάτου .*

") Apud Petav. loc. cit. Inter graecos patres minime recensuimus s. Ignatium, cujus proferuntur verba ex *Epist. ad Trail.* quibus angelos dicit *άσωμάτον φύσει , naturas incorporeas,* siquidem ea reperire minime potuimus neque in edit. Cotelerii, neq. in *Biblioth. Pulrum* Gall, neque alibi; sed occurrunt tantummodo in hujus s. martyris litteris interpolatis apud Coteler. *Ep. ad Trail.* §. 9. torn. IL pag. 67.

12) Lib. IV. *Adv. Arium.*
Ep. ad Turib. cap. 6.
Lib. de Fid. cap. 5.
Dial. lib. IV. cap. 29- Cf. Petav. loc. cit.

Ifl) Apud Petav. loc. cit.

,7) Cf. ib. ubi §. 10. ostendit judaeis pariter inhaesisse sententiam de spiritali angelorum natura.

,8J Part. I. quaest. 50. art. 1. nec non *Cont. gent.* lib. II. cap. 46. et in opusc. *De spirit. creaturis,* art 5. tom. VIII. opp. edit. Rom. 1570.

verba 2. versio alexandrin» sic refert: *Videntes angeli Dei. . . acceperunt sibi uxores.* 19 Haec autem versio 3. ex libro Henoch confirmatur, Augustino teste20: tum 4. ex patribus Justino, Clemente alex., Tertulliano, Ambrosio, Sulpicio Severo, Lactantio aliisque non paucis apud Petavium2', qui refert pro eadem sententia Philonem et Josephum. 5. Contextus ipse videtur rem hujusmodi significare, ubi habetur, ex ejusmodi connubiis ortos fuisse gigantes. Addit vero Carol. Rosenmüller 6. quemadmodum pro üliabus hominum veniunt foeminae in proprio sensu ab hominibus oriundae, sic pro *filiis Elohim* sensu proprio ita dicti intelligendi sunt angeli, seu *naturae supernales.* Ergo.

25. Resp. AI. .4. Ad 1. probat, ex Genesi, *D.* Filii Dei, id est, filii Seth, vel principes, quos majores gentium dicimus, *C.* filii Dei, id est, angeli. A'. Exodi enim XXI. 6. et XXH, et alibi, per vocabulum hebraicum , ... *elohim,* principes designantur; Symmachus ipse vertit *filii potentum*23: sic etiam Onkelos et Saadias exponunt; arabs Erpenii pariter habet *filii magnatum*24; interpres Samaritanus *filii dominatorum.* 25 De filiis Seth hunc locum ipse Clericus exponit, qui praeterea observat hoc nomine passim in Scripturis designari veros Dei cultores. 26 Haec posterior interpretatio communis est inter patres. Non posse autem allatum textum sumi de angelis proprie dictis, evidens est; vel enim fuissent boni vel mali: neutrum porro dici potest; non boni, quia cum Dei visione jam fruerentur, non potuerunt illecebris carnalibus allici, praesertim cum de his dicat Christus: *Non nubent neque nubentur:* non mali, alioquin daemones dicendi essent filii Dei, quod est absurdum, et nullibi sane in Scripturis hoc nomine compellantur. 27

") *EHovrii* 5« οτ' *ἀγγιλοι τον Siov . .. ἰλαβον* éavroîf *γνναίκα;*

20) *De civit. Dei.* lib. XV. cap. 24. n. 4.

'*) *De Angel,* lib. III. cap. 2.

In schol. ad hunc locum. *g. } ιοί των δνναΐτίνόντων.* Cf. S. Hier. *Quaest. Hebr. in Genes,* lib. I; tom. HL opp. edit. Vallars.

Ita enim Onkelos in Targum expo-

Plant. Anlv. 1569. Arabs Erpenii Saad.

u) Cf. *Polygl.* Walton, et *Biblia Regia,* Paris.

Sic enim scribit in *Paraphrasi* in hunc locum: *Interea Caini aucta sobole, puellarum numero cainitas abundare contigit; quae cum praeterea forma praestarent, Enosi posterorum, quorum majores consortium et affinitatem cainitarum adspernati fuerunt, amorem sibi conciliarunt, et cum iis matrimonia miscuerunt; cainitae enim enosidas generos habere honori ducebant. Haud multo post cainitarum, quibuscum vitam agitabant, pravis exemplis uxorumque illecebris corrupti, enosidae iisdem se vitiis inquinarunt, vitiosioremque sobolem progenerarunt.* Eamdem interpretationem sequuntur Munsterus, Fagius, Vatablus, Castalio, Clarius, Drusius, Amama, Cardwrightus in *Criticis sacris.* Hanc vero eamdem interpretationem confirmant exempla ex Deut. XIV. i; Ps. LXXII. 15; Prov. XIV. 26.

") Certum est numquam in Scripturis angelos *daemones* vocari; contra vero interdum, secus ac Fabricius autumat in sua *Bibliographia antiquaria,* cap. 8. §. 27.

26. Ad 2. *D.* Et versio alexandrina per *angelos Dei* homines religiosos designat, quod infrequens in .Scripturis non est28, *C.* angelos proprie dictos, *subdist.* in hoc casu, ut cx dictis patet, deserenda est, *C.* tenenda, A'. Addo non omnes codices habere, *angelos Dei,* sed teste Augustino29, nonnullos habere *filios Dei,* prout in Bibliis complutensibus versio haec LXX nuncupata habet: *filii Dei.* 30

27. Ad 3. *Tr.* Omnium enim criticorum judicio, immo et ipsius ecclesiae catholicae, liber Henoch inter apocryphos recensetur. 3i

28. Ad 4. *D.* Vel ex versione alexandrina, vel libro ITenoch deceptis. *C.* ex sensu ecclesiae aut traditionis, *N.* Plcrique enim ex versionis alexandrinae lectione decepti in hanc, sententiam concesserunt, alii ex libro Henoch, quem tamquam sacrum nonnulli patres habuerunt, ut de Tertulliano constat aliisque paucis. 32 Ex hoc fonte fabulam istam veteres omnes hausisse arbitratur

daemones non solum cum aliquo additamento, sed absolute *angeli* dicuntur ut I. Cor. VI. 3.

M) Sic s. Joann. Bapt. Marc. I. 2, coli. Malach. III. 1. vocatur; I. Cor. XI. 10. sacerdotes; Apoc. I. 20, et IL 1 ctc. episcopi compellantur.

*) *De civitate Dei,* lib. XV. cap. 23. num. 3. Immo vero ex hoc ipso s. Augustini loco patet versionem LXX sua aetate utrumque habuisse: *Filii Dei* et *angeli Dei;* ita enim scribit: *Et septuaginta quidem interpretes et angelos Dei dixerunt istos, et filios Dei. Quod quidem non omnes codices habent, nam quidam nisi filios Dei non habent.* Ex quo facile est conjicere, verba *angeli Dei* non fuisse nisi glossema nonnullorum, quibus persuasum erat, juxta dicenda, angelos reipsa foeminas adamasse, iisque junctos connubio fuisse, quod postea irrepsit in textum.

10) Praeter editionem complutcnsem ceterae editiones omnes habent *vioί τοΰ 3toû,* ut videri potest in *Bibliis* Plant., in *Polygl.* Walton., *Bibi. reg.* Paris, etc.

:l) De libro Henoch ita scribit s. Aug. loc. cit. num. 4: *Omittamus igitur earum Scripturarum fabulas, quae apocryphae nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit patribus, a quibus usque ad nos auctoritas veracium Scripturarum certissima et notissima successione pervenit.* Ex quibus discere possunt protestantes, quo consilio prudentiave patres utcrentur ad germanas ab apocryphis Scripturas discernendas.

31) Dixi de Tertulliano *aliisque paucis* constare, eos librum Henoch tamquam sacrum recepisse. De Tertulliano enim nullum dubium esse potest; nam *(De cultu fem.* lib. I. cap. 3.), etsi fateatur hunc librum ab aliis rejici, dicens: *Scio Scripturam Henoch nec recipi a quibusdam,* ejus tamen auctoritatem quoad fieri potest ibidem propugnat; ex coque libro angelos, lib. *De idol.* cap. 9. vocal *foeminarum amatores,* qui, ut loquitur in libro *De habitu muliebri,* cap. 2. *ad filias hominum de coelo ruerunt.* Auctor lib. *De singular. Cleric,* inter opera s. Cypr. ait: *Novimus et angelos cum foeminis cecidisse.* Eamdem opinionem ex eodem libro mutuati sunt Justinus, *Apol.* I. num. 5; Laciant. *Divin. Inst.* lib. II. cap. 15, Sulpicius Severus, *Sac. hist.* lib. L Quum tamen nemo istorum, praeter Tertullianum, libri Henoch singillalim meminerit, nihil vetat, quominus dicamus eos deceptos esse ex loco adducto Genescos praesertim juxta graeeam LXX versionem. Sane s. Ambrosius *Serm.* VHL *in Ps.* CXVIII. num. 58: *Denique,* inquit, *scriptum est, quia angeli amaverunt filias hominum* etc., quamvis fluctuans *Seem.* IV. num. 8. innuat angelorum nomine intelligi posse homines, qui vitae probitate angelorum gratiam imitarentur. S. Hilarius pictav. *Tract, in Ps.* CXXXHI. num. 6. suppresso nomine, de libro Henoch non abs-

Petavius.[33] Ceterum his patribus plures alios opponimus, qui data opera illam fabulam refellerunt. Certe Philastrius brixiensis in lib. *De haeresibus* eam opinionem, quae asserit, *angelos se miscuisse cum /emittis ante diluvium, et inde esse natos gigantes.* inter haereses refert. [34] Ex quibus deprehendimus hanc sententiam numquam fuisse universalem in ecclesia, sed prorsus singularem illorum patrum, quos recensuimus, nihilque inde inferri detrimenti adversus sacras traditiones, ut protestantes plerique autumant.

29. Ad 5. A'. Tum 1°. quia nondum exploratum est voce , . . hornines designari extraordinariae proceritatis; etenim Job. I. 15. vertitur *irruentes,* id est, praedones, latrones, qui fortasse equis latrocinia exercerent, ut arabum hodie bene inulti, ex quo genere etiam centauri graecorum fuerunt. Aquila et Symmachus videntur *latrones* intellexisse; Onkelos vertit *fortes;* ita insuper uterque arabicus interpres[35]; alii sumunt vocem *nephilim* quasi significet *defectores, apostatas,* a *deficiendi* significatu, quem verbum saepe obtinet, et congruit syriaca vox fbvi *nopholoh,* quae *apostata* vertitur. Patet igitur gigantum nomine hic non inverisimiliter designari homines impios, praepotentes, qui omnia pro arbitrio sibi licere existimabant; et confirmatur ex contextu, versu enim 4. subditur: *Isti sunt potentes a saeculo viri famosi,* id est. *fortes, violenti* etc. Tum 2°. quia si nolumus a communi interpretatione discedere, ut observat s. Augustinus, ex naturalibus causis fieri potest, quod ex communis generis parentibus gigantes oriantur, ut pluribus exemplis ex historia tnm sacra tum profana petitis, ostendi facile posset, quin ad angelorum nuptias confugere debeamus. [36]

que contemptu loquitur: *Fertur autem,* inquit, *id, de quo etiam nescio cujus liber extat, quod angeli concupiscentes filias hominum* etc. . . . *Duae enim libro legis non continentur, ea nec nosse debemus.* Sic alii passim. Prolixum libri Henoch fragmentum refert Georg. Syncellus in *Chronograph,* part. II. quod una cum aliis legi potest apud Joann. Alb. Fabricium in op. *Codex pseudepigraphus* Γ. *T.* Hamb. 1722, vol. I. pag. 160 et seqq. ubi pariter refert de ea judicium ac censuram sive veterum sive recentiorum.

33) De Angel, lib. III. cap. 2. §. 4.

J<) In *Bihlioth Patrum* De la Vigne, tom. V. pag. 34. S. Joann. Chrys. *Hom.* XXII. in cap. VI. Gen. has historias vocat *μν^ιλογίαι,* immo *τα βλάσφημα. fabulas* et *blasphfmias.* Cf. ib. num. 2. edit, maurin. tom. IV. Sic Hieronvmus passim; et ante istos auctor *Recognit.* sub nomine Clem. rom. Origenes, tum alibi, tum *Cont. Celsum* lib. V. etc.

*) Conf. Targum loc. cil. ubi habet JC122, Arab, vcrsio *praepotentes, superbi, contumaces* etc. quod est a singulari *Praepotens, validus* etc.

M) De civitate Dei, loc. cit., ubi observât jam exstitisse gigantes, antequam filii Dei congrederentur cum filiabus hominum, ut patet ex contextu, insuper exstitisse etiam post diluvium, ut ex pluribus Scripturarum locis compertum est. Conf. Deut. II. 20; III. 11, 13; II. Reg. XXL 18 etc. Ceterum cum vox E'ĮTEj vicissim in Scriptura usurpetur tum ad homines procerae staturae designandos, tum ad signi-

30. Ad G. A'. Nimie enim probaret, angelos nempe fore filios Dei naturales, quod est absurdum.

31. L In st. 1. In Scripturis talia angelis tribuuntur, quae substantiis mere spiritualibus convenire non possunt. Sic Ps. CII. 20. *potentes virtute* dicuntur, seu *fortes robore,* ut vertit s. Hieronymus; s. Paulus: *Si linguis,* inquit, *hominum loquar et angelorum* (I. Cor. XIII. 1.): Christus vero praedixit, in novissimo die mittendos angelos *cum tuba et voce magna;* haec profecto aliaque similia, quae passim in Scripturis angelis tribuuntur, absque corpore praestari nullatenus possunt. Quibus addas, 2. Christum sadducaeis interrogantibus, cujusnam in resurrectione futura esset mulier, quae septem fratribus nupserat, respondisse, *aequales* angelis justos fore; haec autem aequalitas nulla esset, nisi angelos corporeos admitteremus. [37] Ergo.

32. Resp. ad 1. *D.* A. Si Scripturae materialiter ac prout sonant intelligantur, *C.* si spiritualis et metaphoricus earum sensus dispiciatur, A' Nec enim aliter accipi possunt, cum eum sensum, ut ex dictis patet, subjecta materia minime ferat. Quod si quis tamen contenderet nonnullas ex dictis operationibus reipsa ab angelis perfici, tunc reponimus angelos in corpore assumpto eas operationes praestare ; quo pariter sensu *potentes virtute* angeli sunt, quia corpus assumunt. Atque ita dissolvuntur ceterae difficultates, quae peti possent ex diversis angelorum apparitionibus, esu, potu etc. Tobiae enim XII. 18. dixit angelus: *Cum essem vobiscuni, videbar quidem manducare et bibere, sed ego potu invisibili et cibo utor* etc. [38]

33. Ad 2. *D.* Aequales angelis fore quoad modum vivendi, *C.* quoad modum existendi, A'. Hic enim similitudo non afficit corpus, sed modum sive rationem vivendi; quemadmodum enim angeli natura sua nuptias non ineunt, quia carent corpore, ita neque resurgentes instaurabunt nuptias, quia, etsi corpora sint habituri, angelorum instar nuptiis abstinebunt.

34. II. Inst. Saltem daemones in Scripturis modo perhibentur igne torqueri (Matth. XXV. 41 ; II. Petr. II. 4; Judae v. 6.), modo sono citharae compesci (I. Reg. XVI. 23.), modo fellis fumo fugari (Tob. VI. 8.). Hisce cohaerent quae passim traduntur a patribus, eos nempe allici cibis, nidore, suffimentis etc. [39] Ergo.

ficandos praedones, violentos etc., pronum est colligere, potuisse hoc loco poni hanc vocem in utroque sensu, ut Is. XIV. 9, Baruch. III. 26· Hinc est quod Aquila verterit *Ιπί,ητοντκ, cadentes, irruentes,* Symmachus vero *βίαιοι, violenti,* LXX *γίγαντα,* gigantes, perinde ac Theodolion, ut videre est in *Hexaplis* Origcnis, edit. Montfaucon, tom. I.

J1) Cf. Muzzarelli, op. cit.

39) Vid. card. Gotti, *De natura Angel.* Quaest. 2. dub. I. §. 4. num. 26 et seqq. et S. Thomas part. I. qu. 51, art. 3. Cf. etiaiu Nicolai, Soc. Jesu, *In Tobiam,* dissert. 6 et 13.

39) A Minuc. Felice, in *Octavio,* daemones perhibentur *nidore altarium vel hostiis pecudum saginati,* §. 17. *Bibi Patrum* edit. Ven. tom. IL S. Joann. Chrysostomus, */iom.* IL *in s. Babylum,* num. 13

35. Resp. Ad i. *D.* Daemones torquentur, compescuntur, fugantur virtute divina, *C.* propria ac naturali, A. Plane, ut sacramenta sanctificant animam. ut ait s. Augustinus.

36. Ad 2. *D.* pariter cum eodem s. Doctor©; alliciuntur *ut spiritus signis,* divini scilicet honoris, quem affectant 40, *C. ut animalia cibis, N.*

37. II. Obj. Justinus mart., Clemens alex., Tertullianus, Lactantius, aliique patres bene multi apud Petavium 41 angelos corporeos dixerunt; sancti Augustinus et Bernardus ancipites ac dubii haeserunt 4: ; ergo.

38. Resp. *D.* A. Quorum tamen plerique ut de corpore improprie dicto loquentes intelligendi sunt, C. omnes id affirmarunt de corpore proprie dicto, A; Plures enim patres angelos corporeos dixerunt, non quod eos materiali corpore praeditos arbitrarentur, sed 1°. quod hypostases veras germanasque esse propugnarent: *corpus* quippe veteribus patribus idem erat ac *substantia,* et ideo interdum Deum ipsum *corporeum* dixerunt, prout de Tertulliano monet Augustinus, et nos suo loco vidimus. 43 2°. Alii angelos dixerunt corporeos, non absolute, sed comparative ad Deum, nempe ut omnimodam simplicitatem uni Deo vindicarent. 3°. Alii, quia corporeum existimabant, quidquid definito in loco continetur, motumque ibidem habet, ut Cassianus et Hilarius. 44 Si qui patres satis accommodate intelligi non possunt, sunt deserendi ; quum ipsis plurium auctoritas ac praesertim ecclesiae sensus obstet, ut ex adducto decreto concilii lateran. patet. Ss. Augustinus et Bernardus in quaestione nondum definita maluerunt prudenter dubitare, quam aliquid certi proferre. 45

39. III. Obj. Synodus VII. oecumenica seu nicaena II. approbavit dia-

edit. maurin. tom. II: *Όταν μιν ry nviaay, καί τ‹7› καπνώ , καί* τοκ *αιμα^ιν ovtovs* Se*ραπιύωϋι, κα^άχιρ ν.ννι α'μοβόροι καί λίχνοι παραγίνονται* λάψοντί»· · *όταν δι μηδιίι ταϋτα παρίχων* ρ, καΒατιρ *τινί λιμό» SiapStipovrai.* Id est: *Cum homines nidore,* inquit, *fumo sanguineque ipsos colunt, tamquam canes sanguinarii et coraces lambendi causa adsunt: cum autem rursus nemo quidquam praebeat hujusmodi, quasi fame pereunt.* Ita etiam nonnulli alii patres loquuntur, immo ethnici ipsi, ut patet ex Porphyrio, cujus verba refert Euseb. *De praeparat, evany.* lib. IV. cap. 22. edit. Franc. Vigeri Soc. Jesu, p. 173. ubi iit mentio de sustentatione *spirituum corporumque* daemonum.... it* ‹I›v αυτών το *πνιυματιι,όν,* καί σωματικόν πιαινιται.

40) *De civitate Dei,* lib. XXI. cap. 6.

4I) *De Any.* lib. I. cap. 2.

**) Ibidem.

”) Tract, de Deo, num. 227.

4‘) CLPetav. op. cit. lib. I. cap. 3. §. 12.

1â) Notandum bic est cum cl. Gerdilio, *Sayyio d'istruz. teol. de Angelis,* in errorem incredulos labi, dum tribuunt antiquis ecclesiae patribus indiscriminalim sententiam de substantia materiali cogitante, eo quod nonnulli inter ipsos visi sunt admittere angelos corporeos. *Questi,* ait ipse, *dubitarono bensi che siccome nelC uomo Γ anima è unita ad un corpo oryanizzato, cost negli angeli fosse unita ad un corpo etereo; ma da cib non segue in alcun modo, che abhiano credulo materiale il principio della intelliyenza negli angeli.* Quod verissimum esse aperte evincit eorumdem patrum loquendi ratio.

logum Joannis thessalonicensis, in quo angeli dicebantur corporei, si non omnino, saltem ex parte; ergo.

40. Reap. *N. A.* Ut patet tum ex verhis Tarasii, qui, cum dixisset: *Ostendit pater* Joannes, *quod et angelos oporteat pingi, quoniam circumscripti sunt, et veluti homines apparuerunt;* tunc sacra synodus dixit: *Etiam, Domine,* silicet angelos pingi oportere; tum ex fidei professione, in qua dicitur: *Veneramur imagines sanctorum ct incorporeorum angelorum, qui tamquam homines figura humana hominibus apparuerunt.* 46 Igitur synodus his verbis eingillatim Joannis thessalonicensis opinionem rejecit.

41. Ex dictis sequitur I. angelos esse natura sua *incorruptibiles.* An pariter dicendi sint natura sua *immortales,* disceptarunt antiqui scholastici: at spectato sensu, quo illa quaestio intelligitur nunc a probatis philosophis, cum agitur de animae humanae immortalitate, procul dubio angeli natura sua immortales dicendi sunt. 47

42. Sequitur Π. angelos valde hominibus praestare tum substantia, tum intelligente virtute, tum denique exequendi potentia. 48

46) Negare haud possumus Joanni episcopo thessalonicensi hanc fuisse opinionem de angelis corporeis, ut totus contextus evincit illius sermonis, qui recitatus est in conc. nicaeno II. act. 5. edit. Hard, tom. IV. col. 294. Sed haec fuit privata illius sententia. Dum vero Tarasius ibid. ait: *Ostendit pater, quod angelos oporteat pingi, quoniam circumscripti sunt, et veluti homines apparuerunt multis,* non aliud attingit nisi quod spectabat ad scopum concilii, evincendi scilicet, veterum sententiam fuisse, imagines Christi, Deiparae, angelorum et sanctorum licite pingi posse. Hinc synodus cohaerenter respondit: *Etiam Domine,* nihili faciens causam memoratam, propter quam putavit Joannes, disputans, adversus gentilem, angelos pingi posse. Haec autem confirmantur ex eo, quod videmus synodum aliorum sanctorum patrum et doctorum dicta pariter approbasse, etsi in his angeli incorporei dicerentur, et quoad naturam spiritualem conferrentur cum Deo ipso. Cf. Act. IV. col. 162. edit. cit. Sed mens hujus synodi melius dignosci non potest quam ex ipso fidei decreto, edito act. IV. col. 266. ubi synodus profitetur se honorare, et salutare, ac adorare imagines sanctorum etiam et *incorporeorum angelorum, των* re *αγίων και αΟωμάτων άγγ(λων.*

Ex his colligitur, inique prorsus Cudworthum *(Syst. inteU.* cap. 5- sect. 3· §. 37.) traducere concilium lateran. IV. (quod ipse perperam *tertium* dicit) contrarium et pugnans cum conc. nie. II. dum scribere non veretur: *Sed quod omnium maxime multorum adduxit animos, ut nil dubitarent, nihil prorsus corporei adjunctum esse geniis (angelis), id* **tertii lateranensis concilii** *auctoritatem et dignitatem esse arbitror, quod inter decreta sua hanc retulit sententiam. Quasi vero minor esset septimi oecumenici, ut vocant, aut secundi nicaeni concilii, quod contrariam sententiam stabilivit, fides et auctoritas, quam ut cum illo committi aut gravitatem legum ejus aequare saltem queat.* In quibus graviter ac multiplici ratione labitur: 1°. dum asserit multos adductos esse in sententiam de spirituali angelorum natura ob auctoritatem conc. lateran. quum longe ante haec doctrina communis fuerit inter catholicos; 2°. in eo quod affirmat nicaenum conc. IL contrariam sententiam *stabilivisse,* quod ex dictis est aperte falsum; 3°. in conflictu, quem supponit inter utrumque concilium.

,7) Cf. Petav. *de Angel,* lib. I. cap. 5. 9 et seqq.

4S) Vid. Suarez in quatuor prioribus

CAPUT III.

DE ANGELORUM OFFICIIS.

43. Plura certe sunt angelorum officia, ast praecipuum est **Deum laudare**, juxta illud Apocal. VII. 11 : *Et omnes angeli stabant in circuitu throni... et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes: amen* etc. Alterum ipsorum officium est **Dei jussis obtemperare**, in iis praesertim, quae spectant ad hominum salutem, siquidem *omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hacreditalem capiunt salutis,* ut loquitur apostolus (Ilebr. I. 14.). Ex quo patet regna, provincias, regiones, homines denique singulos angelorum tutelae committi, quod paulo post ostendimus. Nonnulli patres, ut Hermas, Methodius, Origenes, Athenagoras, Epiphanius, Theodoretus. non solum hominibus, sed et bestiis ipsis et plantis, rebusque fere omnibus angelos praefectos osse opinati sunt.[1] Quam quidem opinionem numquam ecclesia sua auctoritate probavit; antiquata proinde est. Attamen Joannes Bodinus[2] et Le Maître[3], uterque calvinista, hanc sententiam instaurare conati sunt. Eos nos dimittimus, et adversus eornm magistrum Calvinum dogma catholicum propugnare aggredimur de angelorum tutela. Etsi enim hic interdum fateatur angelos vigiles esse in hominum salutem, ac dubitare tantummodo videatur, num singulis hominibus singuli angeli deputentur, attamen ubi scribit in Ps. XC. omne dubium excutiens, confidenter pronunciat: *Falsum est illud commentum, suum cuique singularem angelum esse;* et satanae astu, ut fiduciam nostram in Christum mediatorem minuat, illud punctum in ecclesiam invectum asserit. Rationalists[4] aevi incultioris ac rudioris ingenio hanc doctrinam adseribunt. Adversus quos sit

PROPOSITIO.

Dogma catholicum est, Scripturae et patrum auctoritate firmatum, angelos in hominum custodiam deputari.

44. Propositio, ut patet, generalis est nec alind statuit, nisi angelos hominum tutelae praefici, quod de fide esse passim theologi docent: singulis

libris de angelis, ubi praestantiam naturae angelicae fuse prosequitur.

*) Cf. Cotelerius ad lib L *Hermae Pastoris* visionem IV. ubi plura velcrum testimonia pro bac sententia collegit. S. Hieronymus, *Comment, in Habacuc,* lib. L non sine slomacfio hanc sententiam rejicit.

In opere cui titulus: *Universum naturae theatrum,* lib. V.

3) In *JEpist. ad Jac. Lensunt.*

*) Wegscheider, §. 103.

vero hominibus singulos angelos delegari, non solum justis et praedestinatis, sed etiam peccatoribus ac reprobis, singulis praeterea regionibus, provinciis, regnis, ecclesiis angelos praeesse, certa quidem et communis sententia est, ad fidem tamen minime spectat, ut pene omnes fatentur.

45. Assertionem nostram evincunt verba illa, quae Ps. XC. leguntur: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis,* quae de omnibus justis patres unanimes interpretantur; nec non verba Christi (Matth. XVIII. 10.): *Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim vobis, quia angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris mei.* Testimonium apostoli ex Ilebr. I. jam dedimus.

46. Hinc **Origenes:** *Ipsi* (angeli), inquit, *procurationem animarum nostrarum tenent, quibus, dum adhuc parvuli sumus, velut tutoribus et actoribus committimur.* 1 S. **Basilius:** *Quemadmodum enim urbium muri in circuitu amni ex parte circumducti, undecumque hostium assaltus arcent; ita etiam angelus et praemunit a fronte et a tergo custodit, nec quidquam utrinque incustoditum relinquit.*2 S. **Ambrosius:** *Mittit Dominus,* inquit, *angelos* **SUOS** *ad defensionem eorum, qui haeredes futuri sunt promissorum coelestium.* 3 s. Augustinus pro certo statuit, angelos adjuvare *nos pro sua sublimitate, dum obtemperant Deo, qui pro nobis etiam unicum Filium suum dignatus est mittere.* 4 Ita passim ceteri patres loquuntur.

47. Singulis porro hominibus singulos angelos deputari, aperte colligitur ex verbis Christi laudatis: *Angeli eorum* (parvulorum) . . . *vident faciem Patris.* Ubi duo notanda: 1°. dici a Christo non *angelus,* sed *angeli; 2°. eorum,* id est, *proprii* seu cuilibet adscript!. Pervulgatam vero hanc fuisse persuasionem apud judaeos et primos Christianos, constat ex Actis apostol. XII. 15. ubi Rhode puellae, asserenti Petrum adesse ac pulsare, responderunt fideles, qui intra domesticos parietes convenerant ad orationem: *Angelus ejus est.* De angelo custode Petri haec verba intelligenda esse patres concorditer affirmant. Jure proinde exclamabat s. **Hieronymus:** *Magna dignitas animarum, ut unaquaeque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum delegatum0;* et s. **Basilius:** *Quod autem,* inquit, *unicuique fidelium adsit*

*) *Hom.* VIII. *in Genes,* num. 8 et alrbi passim, ut *Hom.* XX. *in Num.* num. 3; *in Ps.* XXXVIII. num. 2. edit, maurin.

2) *"Ofntp γαρ οί των πόλεων περίβολοι, κνκλφ πάϋαϊί περικείμενοι, πάντοϽεν rctf των πολεμίων προίβολάί άπείργουϋιν, οϋτω καί ὁ dy/ϊλοι καί προτειχίζει ίκ των έμπροσθεν, καί όπισϽοφυλακεΐ,· καί ούδε τά ίκατέρωϽ·εν αφύλακτα καταλείπει. Hom. in Ps.* XXXIII. num. 5. t. 1. pag. 148. edit. Bened.

3) *Serrn.* I. *in Ps.* CXXIIL num. 9. edit, maurin. et alibi passim, ul in lib. *De viduis,* cap. 9. num. 55: *Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad praesidium dati sunt.*

♯ *Lib. de octoginta tribus quaestion.* qu. 67. num. 7.

$) *Comment, in Maith.* lib. III. in hunc locum.

angelus tamquam paedagogus aliquis et pastor vitam gubernans, nemo contradicet, qui verborum Domini meminerit, dicentis: Ne **contemnatis** etc. 6 Hinc ceteris praetenuisais, concludebat s. **Bernardus:** *In quovis diversorio, ia quovis angulo angelo tuo reverentiam habe. . . . Si /idem consulas, ea tibi angelicain probat praesentiam non deesse.7*

48. Peccatoribus insuper et reprobis quoque proprium angelum custodem adesse, communis est theologorum sententia; qui hoc deducunt tum ex benigna Dei erga omnes voluntate, tum ex eo quod multi patres, qui loquuntur de angelorum custodia, nullum discrimen instituunt inter fideles et infideles, inter justos et peccatores, reprobos vel electos8; tum denique, ut observat s. Thomas, angelorum custodia peccatores etiam et reprobi *juvantur quantum ad hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur, quibus et sibi et aliis nocere possunt.9*

49. Communis denique ac certa doctrina est, singulis communitatibus, regnis et provinciis speciales angelos a Deo deputatos esse. Nititur autem haec sententia diversis Scripturarum locis: sic Exod. XIV. 19. memoratur *angelus Dei, qui praecedebat castra Israel;* Jos. V. 14. apparuit *princeps exercitus Domini:* Dan. X. commendantur principes, id est, angeli regni persarum. graecorum et judaeorum. Qui plura cupit, consulat Petavium ac Trombellium. 10

DIFFICULTATES.

50. 1. Obj. In universa de angelis doctrina dijudicanda sedulo respiciendum est 1. tum ad mancas et imperfectas aevi incultioris de voluntate divina omnia gubernante notiones (Gen. XVIII. 21.); 2. tum ad consuetudinem hominum rudiorum, qui eventus naturales insolitos maximeque cogitationes menti repente occurrentes ad ministerium naturarum coelestium homine superiorum revocant11. et imagines a regum nostrorum aedibus ad coelestem

·) Cont. Ennom. lib. III. *Το δί συνιίναι ἵκάβτω τών πιοτών άγγιλον, οίον παιδαγωγόν τινα καί νομία την ζωήν διιν^ϋνοντα, οϊδιίί αντιριΐ. μιμνημίνοϊ των τον κυρίου λόγων, ι'ιπόντο;· μή καταφρονήϋητε κ. τ. Λ.* op. t. I. pag. 272.

7) *Serin.* XII. *in Ps.* XC. num. 6. edit maurin.

") Conf. Petav. op. cit. lib. IL cap. 7. num. 6.

Part. I. qu. 113. art. 4. ad 3. In hac autem quaestione pleraeque discussae et disjectae difficultates reperiunlur, quibus postea protestantes angelorum tutelam aggressi sunt

,n) Petav. loc. cit. cap. 6, et Trombell. *De Anget, custod.* Bonon. 1747. Haec eadem sententia inhaesit ipsis ethnicis: sane Orpheus canit in hymn, ad musas: *daiuονà τ' ήγά^ίον καί δαίμονα πήμοια θνητών. Daemonemque divinum et daemonem noxium mortalibus;* et Hesiodus I. op. : *Τοί μ'ιν δαίμονέί tlai . . .* οὐλακκ *θνητών ἀνὲ-ρώπων. Ii guident daemones facti sunt . . . custodes mortalium hominum.*

u) Eichhorn, *Von den Engelerscheinuugen* etc. seu *De apparitionibus Angel, in Act. Apo.il. fn Bibl. de bibl. lit.* II(. 381 et srqq. Stahl, *Ueber die Erscbeimingen* etc. seu *De apparitionibus Jehora et angelorum ipsius,* ibid. VU. 156 et seqq.

fero Del aulam transferunt. 3. Neque dissimulare licet quod, ei ex sensu litterali illa intelligitur doctrina, pugnat contra ipsius Dei dignitatem, siquidem in istis de *ct/ytjotfctvticiig,* apparitionibus angelorum, narrationibus plurimis nodus tali vindice dignus omnino desideratur (vehit Gen. XXI. 19; XXXII. 1 et 2; Num. XXII. 22 et seqq.; III. Reg. XIX; Act. XII. 23; coll. Josephi *Antiquitat. Jud.* cap. XIX. 8·); 4. eademque perniciosae superstitioni occasionem praebet, neque a Christo ipso unquam data opera illustrata est vel commendata. Quae vero 5. in libris sacris de angelorum ministerio et apparitionibus passim mythice narrantur, ea ulterius non sunt promovenda; sed in usum popularem ita convertenda, ut, missis quaestionibus quibusque subtilioribus, providentiae divinae auxilia hac doctrina quasi ob oculos poni demonstrentur. 12 Ergo.

51. **Resp.** ad 1. *N.* Sed doctrina haec dijudicanda omnino est ex iis, quae in Scripturis traduntur, juxta sensum traditionalem et ecclesiae doctrinam; alioquin nihil amplius firmum certumque consisteret. Aliud porro est Scripturam interdum metaphoricis seu improprie loquendi formulis uti, ut nostrae imbecillitati consulat, ut loco e Genesi citato fit; aliud falsam nobis de Deo ingerere ideam, ut in hypothesi adversariorum contingeret, si Deus ministerio angelorum numquara uteretur. Prius enim congruum Dei bonitati est, alterum vero divinae veracitati adversatur.

52. Ad 2. *D.* Non supposita existentia angelorum, *Tr.* hac supposita, *N.* Supposita enim et demonstrata existentia angelorum, quos ex sacris eloquiis discimus a Deo mitti ad nostrum praesidium, in iis praesertim quae ad salutem conferunt, non rudiores tantum, sed et doctiores merito angelis adseribunt pias cogitationes, et interdum etiam insolitos effectus, qui a causis naturalibus produci omnino non possunt. Quod si errore vel rerum physicarum ignorantia factum aliquando est, ut angelis tribuerentur effectus naturales, id non officit universali sententiae de angelorum ministerio, quae in Scripturis ac perpetua traditione consistit. Quod attinet ad imagines a regum nostrorum aedibus translatas ad aulam coelestem, hoc relinquimus Grotio, qui forte omnium primus talia commentus est, ac suis etiam sectatoribus.

53. Ad 3. A*. Hujus enim quaestionis summa in hoc posita est, utrum nempe sacri scriptores in referendis illis angelorum apparitionibus nos deceperint, an non. Dato enim quod istae apparitiones verae sint, quod nemo sobrius negaverit, pronum est inferre, illas cum dignitate divini Numinis minime pugnare.

54. Ad 4. *D.* Id est angelorum cultui, *C.* superstitioni proprie dictae,

”) Ita Wegscheidcr, §. 103. cui adslipnlantur Eckennann, *Comperni. Theol. christ.* 87; Niemeyer, *Populare mid prakt. Theol.* id est: *Popularis et practice theologia,* 6. edit. pag. 135 et seqq.; Slaudlin, *Dogmat. mid Dogmengesch.* scilicet: *Dogmatica et historia dogmatum,* pag. 230; Ammon, *Summa Theol. christ.* 138; Sclilcierinacher, *Der christl. Glaube,* seu *Fides Christiana,* I. §. 54. apud eundem.

subd. ex parte privatorum quorumdam, *Tr.* per se, A'. Angelorum vero cultum suo loco vindicabimus. Absurdum porro et impium est praedicare, Deum angelorum apparitionibus superstitionem vel inducere vel fovero. Ex dictis praeterea constat, falsum esse quod adversarii docent, Christum numquam data opera angelorum tutelarium notitiam illustrasse aut commendasse. Contra factum nihil omnino ejusmodi clamorum vis valet.

55. Ad 5. A'. *suppositum de narrationibus mythicis,* quae nullum aliud habent fundamentum nisi incredulitatem et impietatem rationalistarum et neotericorum biblicorum, ut saepe alias observavimus.

56. II. Obj. 1. Angelorum custodia supervacanea est, quam Deus ipse per se praestat, dicente David (Ps. CXX.): *Son dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.* Et sane 2. si angeli nostri sunt custodes, cur a nobis tot non arcent calamitates, quibus torquemur? 3. Cur nos a patrandis sceleribus non removent? Adde 4. nec posse angelos praecipuis nostris necessitatibus opitulari quae internae sunt; ipsi vero intimos cordium nostrorum motus minime agnoscunt. 5. Ethnicorum igitur fabulae de geniis cuilibet homini assistentibus originem dederunt opinioni de angelorum tutela.

57. Reap. Ad 1. A'. Sicut enim Deus summa sapientia sua immediate gubernat ecclesiam, et mediate per pontificem· et episcopos, ac regna per principes, sic per angelos peculiari ratione et ecclesiam et homines singulos mediate custodit, et immediate per gratiam suam. 13

58- Ad 2 et 3. Reponimus, has difficultates etiam eos urgere, qui Deum immediate omnia regere contendunt. Itaque non omnia a nobis incommoda angeli avertunt, vel quia haec nohis utilia fore praevident, vel quia, ne haec avertant, a Dei providentia impediuntur; atque ideo aliquando permittunt homines in peccata labi, ne libero ipsi arbitrio carere videantur. Interim tamen non cessant hominibus a Deo sibi concreditis praesentissimam exhibere opem ; qua vitae totius et praesertim salutis aeternae curam gerant, insidias daemonum et imminentia undique mala propulsent, animosiores ad virtutem faciant, timidos confirment, moerentes recreent, laborantes adjuvent, lapsos erigant, opportuna monita insinuent, orantibus assistant, ac eorum preces Deo offerant, hujus vitae casibus perfunctos post obitum excipiant, et in beatorum societatem transferant.

59. Ad 4. *D.* Suae naturae virtute, *C.* ex manifestatione divina1*, A7.

60. Ad 5· A*. Licet angelos ad hominum praesidium datos ethnici ipsi cognoverint, ut ex pluribus monumentis, quae proferunt Petavius et Huetius 15, certo constat; non inde simul erui fas est, Christianos ab ethnicis ejusmodi

*') Cf. S. Thomas qu. ciI. art. 1.
u) lb. art. 6.
,s) Petav. *De Angel,* lib. IL cap. Huet, *Quaest, alnetan.* lib. II. cap. 4. §. 3. Cf. etiam Albert. Fabric, *iiibliograph. antiquar.* cap. 8. §. 28.

fidem mutuatos esse, sed potius jure conjici debet ethnicos tum ex antiqua traditione, tum ex sacris litteris eam hausisse. Sane, ut vidimus, de angelorum tutela in Pentateucho, librorum omnium vetustissimo, multa occnrrunt. Sic (Gen. XLV1II. 16.) meminit Jaeob peculiaris angeli sui, inquiens: *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* 16

61. **Inst.** Ex hac doctrina plura absurda sequuntur: **aci.** angelos hominibus inferiores esso, quippe hominibus serviunt ac ministrant: 2. angelos ob hoc ministerium erga homines in terris degentes visione beatifica privari; 3. moerore vel laetitia aflici, prout hominibus ipsorum tutelae commissis adversa vel secunda eveniunt; praesertim cum angelis imputari possent mala, quae hominibus accidunt, quaeque ipsi sua virtute impedire possent juxta illud (III. Reg. XX. 39.): *Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus.* Ergo.

62. **Resp.** *N.* Æ Ad 1. *D.* Si angeli, dum nos tuentur, nobis inservirent et quidem propter nos, ar. si inserviunt Deo, vel nobis propter Deum, A'. Perinde ac dici non potest opilionem, qui oves custodit, ipsis inservire, et non potius illarum domino, qui oves ipsi custodiendas tradidit. Ceterum s. Bernardus non dubitavit angelos *ministros nostros* appellare, non dominos nostros, non quod inferioris naturae sint, sed quia *in hoc Unigeniti formam imitantur, qui non venit ministrari sed ministrare.* 17

63. Ad 2. A; Ut patet ex allatis Christi verbis: *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Ratio est, quia ut ait s. Thomas: *Angelus per solam intellectualem operationem regulat suas actiones exteriores, unde actiones exteriores in nullo impediunt ejus contemplationem: quia duarum actionum, quarum una est regula et ratio alterius, una non impedit, sed juvat aliam*: secus ac eveniat in nobis, *quia actioni insistimus secundum sensitivas vires, quarum actiones cum intenduntur, retardantur actiones intellectivae virtutis.* 18

64. Ad 3. *D.* cum eodem s. Doctore. Si haec adversa contra ipsorum voluntatem acciderent, *C.* secus, *N.* Tristitia enim et dolor, ait ipse, non est nisi de his, quae contrariantur voluntati; nihil autem accedit in mundo, quod sit contrarium voluntati angelorum et beatorum, quae voluntati divinae est prorsus conformis. 19

16) Car. Hein. Frid. Rosenmuller ad hunc locum animadvertit, Jacobum citatis verbis indigilare illum eumdem angelum, qui luctatus cum eo est (cap. 32. 2.) et quem ipse *suum angelum tutelarem* putabat. Non desunt ex protestantibus, qui per hunc angelum existiment designari Messiam sive *angelum increatum,* eo quod ei tribuatur, quod unius Dei est proprium. Messiam sub angeli specie patribus apparuisse nonnulli contendunt. Hanc sententiam contra Grolium et Clericum defendit Delyng in *Observat. SS.* part. II. obs. 7. pag. 98 et seqq. Codex Samaritanus male legit

rex. Ceterum communis patrum sententia est, illis verbis a Jacob proprium angelum tutelarem fuisse designatum.

*7) Loc. cil. in Ps. XC.

I8) Part. II. qu. 112. art. 1. ad 3.

··) Ibid. qu. 113. ari. 7.

65. *Ad confirm. D.* pariter ennt eodem angelico praeceptore. Si hominum mala ab angelorum negligentia repeti possent, *C.* si ab una hominum malitia, qui sicut a naturali rectitudine, ita a bonorum angelorum instinctu discedunt. xV.20

C A P U T IV.

DE ANGELORUM GRATLï, LAPSU ET POENA.

66. Ea, quae in hoc capite complectimur, vix in controversiam veniunt. Si qua tamen quaestio est, haec inter theologos fervet, nec quidpiam hic certi statui posse videtur. Hinc nullam peculiarem statuentes propositionem, breviter et ex ordine certa ab incertis secernentes, quid circa singulos propositos articulos sentiendum sit, enarrabimus.

67. I. Ad gratiam quod attinet, statim ac conditi fuere, tamquam praestantissimnm angelicae naturae ornamentum gratiam sanctificantem angelis omnibus Deum contulisse, patrum communis sententia est ac theologorum, quibus Augustini effatum familiare est: *Deus erat simul in eis et condens naturam et largiens gratiam: unde sine bona voluntate, hoc est, Dei amore, numquam sanctos angelos fuisse credendum est.* 1 Et sane Christus de diabolo inquit: *In veritate non stetit* (Joann. VIIL). Quae verba s. Joannes Chrysost. et s. Leo M. de *sanctitate* et *justitia* explicant, a qua ille decidit. 2 Illud quoque accedit, quod s. Judas scribit: *Angelos, qui non servaverunt suum principatum.* 3 Denique Ezechielis verba XXVIII. 15: *Perfectus in viis tuis a die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te,* in persona regis Tyri prolata, mystice de luciferi gratia et gloria s. Gregorius M.4 aliique patres passim exponunt, 5

68. Dixi hanc esse communem patrum et theologorum sententiam; non enim defuerunt, teste s. Augustino6 qui existimaverint angelos in puris naturalibus conditos fuisse. Ilugo a s. Victore et Petrus Lombardus inter scholasticos, quos plerique usque ad s. Thomam theologi sunt secuti, opinati pariter sunt, angelos omnes per aliquod tempus ab ipso creationis tempore in

1

”) Part. II. qu. 112. art. 1. ad 3.

*) *De civitate Dei,* lib. XII. cap. 9. num. 2.

*

') S. Joann. ChrysosL *Hom.* LIV. alias LIU. *in Joann,* n. 3. cilala Christi verba sic exponit: *Τουτ' ϊστιν Iv* τφ opScJ 0ΰ·), id est, *in vitae probitate.* S. Leo M. *Serm.* XLVHI. alias XLVIL ac *De quadrag.* X. cap. 2: *El quia ipse* (diabolus) *in veritate non stetit, totamqtte naturae suae gloriam, dum superbit, amisit, dolet hominem Dei misericordia reparari, et in bona, quae ipse perdidit, introduci.* Vid. edit. Brdlerinii, tom. 1. pag. 182.

3) Cf. Maldonat. in Joann. VIII. 44.

·) *Moral,* lib. XXXIV. cap. 17; turn lib. IV. cap. 9; item lih. XIX. cap. 3.

5) Apud Petav. *De Angelis,* lib. III. cap. 2. §. 40 et seqq. Vid. etiam P. de Rubeis, *Dissert.* XXVI. *De gestis etc. S. Thomae Aquinatis,* cap. 7. n. 1.

6) *De civitate Dei,* lib. XL 13.

puris naturalibus fuisse. [7] lielata autem verba b. Augustini, fatente ipsomet Berti, commode possunt *de gratia actuali, ex qua esset in angelis actus amoris casti,* exponi 8; quod *et* Estius confirmat. [9] Hoc obiter dictum sit adversus jansenianos, qui, ut facilius impugnare possint possibilitatem status naturae purae, sive in angelis sive in homine, *ad fidem* spectare praedicant angelos in gratia fuisse conditos.

69. Praeter gratiam sanctificantem actuale pariter auxilium, sine quo perseveraro haud potuissent, angelos omnes sive bonos sive malos consecutos esse, communis est omnium fere theologorum sententia, inter quos disceptatur tantummodo circa naturam istius actualis gratiae, qua praediti angeli fuerunt; utrum scilicet ejusdem speciei ac. entitatis fuerit in omnibus, tum qui perseverarunt, tum qui non perseverarunt, prout augustiniani et congruistae affirmant, quibus et adstipulantur janscnistae; an vero diversae speciei et entitatis, *sufficiens* nempe in angelis reprobis et *a se efficax* in electis, quod ex suo systemate contendunt thomistae. Cum nobis autem propositum sit, nullas cum theologis domesticas miscere quaestiones, ideo qui plura cupit, poterit pro sententia augustinianensium et congruistarum consulere inter ceteros Berti et Suarez [10], pro sententia thomistaruin card. Gotti. [11] Communis item theologorum sententia est, angelos independenter a meritis Christi gratiam fuisse consecutos. [12]

70. Π. His tamen gratiis instructi angeli non omnes in fide officioque constiterunt; cum non pauci ex ipsis per peccatum defecerint, ut ex allatis superius Scripturarum testimoniis liquet. Sed cujusmodi fuit eorum peccatum?

71. Jamdudum illorum obsolevit opinio, qui existimarunt ob impudi-

7) Apud Petav. *De Angel,* lib. I. cap. 16. ubi inter veteres recenset pro negativa sententia Didymum et s. Basilium, qui tamen alibi in contrariam ivit sententiam. Inter scholasticos refert Guillelmum parisiensem, Rupertum, Hugonem, Petrum Lombarduiu. In eamdein pariter sententiam concesserunt Aegidius, una cum ejus schola augustiniana, Alexander alensis, s. Bonaventura, Scotiis, Gabriel, aliique frequenti agmine, adeo ut ipse s. Thomas in *II. Sent.* dist. 4. qu. 1. art. 2. fateatur, hanc opinionem suo tempore *communiorem* fuisse. En ejus verba: *Circa hoc est duplex opinio; quidam enim dicunt, quod angeli non in gratia, sed in naturalibus tantum creati sunt, et haec opinio est communior. Alii vero dicunt, angelos in gratia creatos esse. Harum autem opinionum, ψ/ae verior sit, non potest efficaci ratione deprehendi.* Allamen janscnistae, omni deposito pudore, tamquam fidei articulum affirmantem sententiam propugnant!

8) Lib. X. cap. 8.

9) In *//. Sent.* dist. 3. §. 7. ubi ulriusque sententiae argumenta expendit, et quaestionem hanc *inter scholasticos* jactari affirmat. Ipse vero non secus ac Berii sententiae affirmativae ulpote *probabiliori* assenlitur.

,0) Berii, lib. XII. cap. 8. prop. 2; Suarez, *De Angelis,* lib. V. cap. 12. num. 11 et seqq.

“) Tom. III. in I. part. s. Thomae, qu. 6. dub. 8. §. 2 et seqq. Cf. etiam Boucat, *Theologia SS. Patrum,* vol. II. dissert. 4. *De horn. creat,* art. 2. concl. 2.

ια) Conf. Petav. *De Incarn.* lib. XII. cap. 10. §. 9 et seqq. ubi hanc sententiam multis argumentis couârmat.

citinc flagitium e coelo ac Dei consortio ejectos angelos fuisse. Quapropter alii putarunt propter invidiam angelos cecidisse; sed ut loquitur s. Augustinus, invidia sequitur superbiam, non praecedit. Verum et hanc ipsam diaboli invidiam alii aliter exponunt; quidam enim arbitrantur ipsum iniquo animo tulisse hominem factum ad imaginem Dei; quidam vero censent aegre daemonem tulisse quod humana natura ad consortium divinitatis extolleretur. At unde constat jam antea angelis patefactum Incarnationis mysterium fuisse? Hinc verba, qnae in libro Sapientiae habentur: *Invidia diaboli mors intravit in mundum,* sic accipienda sunt, ut per invidiam quidem mors irrepserit in genus humanum, sed ita tamen, ut agnoscat superbiam tamquam sui originem et radicem.

72. Quocirca diabolum ejusque satellites non alio prius quam superbiae peccato corruisse, communis fere est patrum sententia, quibus praeivit ipsa Scriptura, Eccli. X. 15: *Initium omnis peccati superbia:* I. Tira. III. 6: Aon *neophytum, ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli;* et alibi passim.

73. At quo superbiae genere peccavit? S. Thomas, quem plerique sequuntur, docet snperbiam Luciferi in eo fuisse, quod beatitudinem, ad quam factus fuerat, vi sua et non aliena voluerit assequi, in eoque expetiverit heri similis Altissimo.[13] Dignus est qui legatur s. Doctor part. I. qu. 63. in primis tribus articulis, in quibus ostendit, quomodo spiritus sapientia et natura nobilissimus, peccare potuerit, non ex ignorantia aut oscitantia, sed ex sola superbia et invidia. Sunt qui cum Petavio tenent id evenisse ex Luciferi summa absolutae dominationis in creatas res omnes cupiditate, tum quod subesse aut obtemperare noluisset, si eam consequi potuisset,- prout ipse s. Bonaventura tenet.[14] Haec autem opinio non contemnendis argumentis nititur.

74. ΠΙ. An multum vel parum temporis ab angelorum creatione ad eorum lapsum fluxerit, tum quotnam corruerint, omnino non liquet.[15] In dubium tamen revocari nequit, quin post admissum qualecumque et quodeumque peccatum, statim majestatis rei, omnes mulctati fuerint et e coelestibus sedibus ejecti.

”) Part. I. qu. 63. ari. 3. Petavius tamen op. cit. lib. III. cap. 3. §. 25. exposita hac s. Thomae sententia, *quae haud scio,* scribit, *an veterum patrum placitis perinde consentanea sit atque illa Guillelmi parisiensis.* Guillelmus autem verisimile arbitratur. diabolum et angelos ejus divinum sibi honorem voluisse tribui, hoc est, pro diis haberi se et adorari, quod a gentibus obtinere magno deinde studio conati sunt. Non defuerunt theologi, qui idcirco lapsos angelos dixerint, quod, patefacto ipsis futuro incarnationis mysterio, invidia et superbia tumentes, renuerint Deum, hominem facium, adorare. Verum de hac opinione cf. Petav. lib. III. cap. 2. §. 10. ubi explo-ditur.

u) Loc. cit. §. 26.

1S) Ci. Petavius ibidem.

Multiplex autem est daemonum poena. Prima est justitiae ac gratiae sanctificantis amissio; altera est supernaturalis beatitudinis, quae in intuitlva Dei visione ac fruitione consistit, et ad quam conditi fuerant, privatio; tertia est obtenebratio quaedam intellectus, et voluntatis in malo obfirmatio sive pertinacia; licet haec utraque animi virtus in essentialibus neque ablata ipsis, neque imminuta fuerit.

75. Haec sunt probata apud omnes. Non idem tamen consensus est circa poenam, quam vocant, sensus. Nam 1°. plures ex veteribus consuerunt, non statim inflictam daemonibus hanc poenam fuisse. Horum testimonia collegit Petavius 16; e quibus eruimus nonnullos censuisse, daemones sempiterna ignis poena nonnisi post extremum judicii diem fore plectendos. Estius tamen existimat, patres loqui de poena quadam secundaria, quae tota sit in probris, ignominiisque ac rabie, quam subire debebunt in universali judicio. 17 Quod tamen dubito an verum sit. 2U. Plures pariter ex veteribus tradiderunt, non omnes in tartara nefarios hosce spiritus detrusos fuisse, sed partim in aere proximisque locis sedem quamdam habere. 3°. Alii voluerunt ex daemonibus, cos, qui in tartareas regiones fuere compulsi, vicissim quodammodo inter se mutare sedem, et qui in inferis sunt illinc emergere atque ultro citroque commeare. Nec defuerunt denique, qui affirmarent non vero eos igne torqueri. 18 Nunc tamen constans communisque sententia est, tum statim daemones omnes poena sensus muletatos fuisse; tum eos, qui per aëra discurrunt ac volitant, infernales spiritus *suarum secum ferre tormenta flammarum,* ut loquitur Beda 19, veroque proinde igne cremari.

76. De his hactenus. Qui plura cupit, poterit copiosius haec, ubi oporteat, ex s. Thoma atque ex Petavio haurire. 20 Non enim tanti momenti sunt, ut a potioribus consectandis nos diutius detineant.

CAPUT V.

DE DAEMONUM CUM HOMINIBUS COMMERCIO.

77. Ad hoc daemonum cum hominibus commercium revocamus omnia eorumdem malorum spirituum molimina, sive ad nocendum hominibus eosque

*') Cf. Petavius ibid. cap. 4.

") In *//. Sent.* diet. 4. §. 14.

u) Cf. Pelav. op. cit. lib. III. cap. 5. ubi praetor Origenem pro hac sententia adducit s. Ambrosium, Joann, damascenum et Theophylactum. Observat autem Vasquez in part. I. disput. 243. cap. 1. nullam adhuc haberi hac de re ecclesiae definitionem.

19J In *Connu,* in cap. 3. epistolae s. Jacobi. Vid. opp. edit. Basil, tom. V. pag. 947.

20) S. Thorn, part. I. qu. 64; Pelav. lib. III. *De Angel,* cap. 2 et seqq.; Calmet, *Diss, in bonos et malos angelos.* art. 2. quae est secunda ex iis quas praemisit commentariis in Evang. s. Lucae.

vexandos, sive ad eos ad extremum exitium perducendos. Ad primum potissime spectant corporum obsessiones, ad alterum mala omnia, ad quae daemones solent homines impellere, sive, id demum fiat pacto qualicumque interposito, sive non.

78. Libenter et nos fatemur non omnia, quae de energumenis, pythonibus, sagis, lamiis ac arte magica passim traduntur, indiscriminatim admittenda esse ; ast nec omnia, quae daemoniacos spectant vel superstitiones daemoniacas, in sola vulgi opinione ponenda esse contendimus. Talis enim opinio secundum s. Thomam *proctdit cjc radiet infidelitatis sive incredulitatis, quia non credunt esse daemones nisi in aestimatione vulgi tantum.* l

79. Ex hac radice exoritur pariter recentiorum protpstantium passim 2 ac neotericorum biblicorum, multo magis rationalistarum sententia, qui tum daemonum obsessiones, tum reliquas daemonum molitiones omnino esse negant. Novis his sapientibus ex catholicis accessit Jahn, qui, quum simularet exponere problematice quaestionem de daemoniacis, quaecumque afferri solent ad confirmandam obsessionum veritatem tum ex sacris litteris tum ex patribus elevare satagit, ut statuat daemoniacorum nomine nonnisi aegrotos designari, Christum vero et apostolos sacrosque scriptores reliquos vulgi opinioni se se accommodasse 3, dum daemoniacos commemorant. Quod attinet ad reliquos daemonum effectus neque cum prudentiori philosophia, neque cum ipsa Dei natura eos conciliari posse pronunciant. 4

*) In IV. *Sentent,* dist. 34- qu.1.art.3- Ipsemet Cudworlh, *Syst. intell.* cap.5. §.82. minime dubitat eos, qui illa quae vel de divinationibus, vel de magiis, a fortiori vero quae de obsessionibus dicuntur, inficiantur, impietatis in Deuin arguere ac traducere vehit de alheismo suspectos.

a) Cf. Christ. Thomasius, *Dissert, de crimine magiae,* 1701; Mayer, *f/ütoria diaboli,* edit. 2. Tubingae 1780; Meiners, *Ally. krit. Gesch. aller Religionen,* seu *Universalis critica historia amnhim religionum,* tom. I. pag. 398 et seqq. Daemoniacos omnes non a diabolo aut a daemonibus vexatos, sed certis morbis afflictos fuisse, Semlerus primus in Germania libere professus est, in *Dissert, de daemoniacis, quorum in Evanyeliis (it mentio,* Halae 1760, edit. 4. 1779. De hoc autem Scmlero. qui est prolestantium biblicorum, et praesertim rationalistarum tamquam oraculum, vide Hugs' James Rose opus: *On the state of religion protestant* etc. Cambridge, 1825, seu *De statu religionis protestantis in Germania.* Fuit ipse *a pietistis* institutus, a quibus dein recedens statuit principium *accommodationis.* quem non pauci sequuli sunt protestantes in sacrorum bibliorum exegesi. Postquam vero recensuit haud paucos errores, seu potius errorum monstra hujus auctoris, sic demum concludit Hugs' James Rose, licet et ipse protestans: *En nonnullas opiniones auctoris, qui in Anyliu ipsa sibi promeritus est nomen immortalis Sender. Ah si homo errorem vitare nullo modo potest, millies melius foret nimis credere, quam parum nimis! Admittet forsitan errores aliquot 9 sed principium 3 cui fides innititur, purum et intactum perstabit. Extendet forsitan suum veluti cultum ad doctrinas, quae ad revelationem non spectant, at observantiam servabit et affectum illum humilem suaremque fidelitatem erga Dei verbum, sine quibus impossibile est venire ad Christum.* Haec tamen omnia accepta referre debemus proteslantismi principio.

') *Arrhacologia biblica,* §. 194 et seqq.

⧫) *Fatendum est.* inquit Wegscheider, 106. *singula daemonologiae biblico-eccle-*

; 1

80. Quare duo a nobis constituenda sunt, tum veros daemoniacos dari, turn sapienter leges latas esse ac poenas constitutas adversus superstitiones aut maleficia exercentes.

PROPOSITIO I.

Tum Scriptura tum ex patrum et catholicae ecclesiae sensu constat, veros dari daemoniacos seu a daemone obsessos.

81. *Daemoniacorum* sive *obsessorum* vel *possessorum* nomine eos intelligiinus, quos daemon ita invadit, ut in eorum corporibus insideat, eadem moveat, variisque modis pro concessa sibi a Deo facultate vexet. Veteres patres latiori quandoque significatione *obsessi et energumeni* voces usurpabant, ad peccatores et infideles designandos, tamquam diaboli potestate detentos et vinculis obstrictos. 1

82. Jam vero **evangelica historia** nos dubitare non sinit, plures extitisse a daemone correptos; exhibet siquidem 1°. Christum e corporibus obsessis passim daemones expellentem 2; 2°. praecipientem daemonibus, ut exeant: *Surde et mute spiritus, ego •praecipio tibi, exi ab eo, et ne amplius introeas in eum.* 3 Interrogantibus vero discipulis, cur hominem illum sanare nequiverint, respondit Jesus: *Hoc genus* daemoniorum *in nullo potest exire nisi in oratione et jejunio.* 4 3°. Exhibet Christum interrogantem daemonem de ipsius nomine coram multitudine, daemonem vero ad interrogationem respondentem·, rogantemque ne in abyssum mittatur, sed ut sibi permittatur in porcos ingredi, proilt factum est5; 4°. *exeuntia* daemonia et clamantia. 6 3°. Sacri scriptores daemoniacos ab aegrotis, et ejectionem daemonum a sanatione aegrotorum distinguunt. 7 6°. lidem narrant septuaginta discipulis revertentibus ac prae gaudio gestientibus, quod in nomine Jesu sibi subjicerentur daemones, respondisse Jesum: *Videbam satanam sicut fulgur de coelo cadentem . . . verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciun-*

siasticae placita, ea praesertim, quae ad effectus daemonum spectant, ita esse comparata, ut neque cum vera philosophia ullo modo conciliari possint .... neque cum aliis quibusdam Scripturae sacrae praeceptis, quae numinis divini naturam optime declarant.

*) Juxta latiorem hanc significationem receptus antiquissimus mos est, qui eliamnum viget, praemittendi in collatione baptismi exorcismos, insufflationes, renunciationem satanae etc., de quo ritu suo loco agemus. Cf. Clem. alex. *Strom,* lib. II. pag. 176—177, edit, oxoniensis.

) Matth. IV. 24; VIU. 15; Marc. I. 32, 34, 39-

3) Marc. IX. 24, in graeco textu, v. 25: *Το πνεῦμα* rd ἀλαλοι *καί κωφόν, ἐγώ 0οι Ιπιτάσβω · TEDSt Ιζ, αυτού, καί μηκίτι dféA3ps th αυτόν.*

4) Ibid. v. 28, in graeco 29.

5) Luc. VIII. 27 et seqq.

) Ibid. IV. 41.

') Marc. 1.32; XVI. 17,18; Luc. VI. 18; VII. 21; VIII. 2; XIII. 32.

tur. [8] 7°. Cum Christum pharisaei calumniarentur, quod in Beelzebub principe daemoniorum ejiceret daemonia, ipsum respondisse: *Omne regnum in se divisum desolabitur.* [9] 8°. Referunt Christum dicentem, spiritum ab homine egressum ambulare per loca arida, quaerentem requiem et non invenientem, cogitantemque de reditu, assumptis septem spiritibus se nequioribus. [10] 9°. Exhibent tradentem potestatem apostolis daemones ejicendi. [11] 10°. In Actis apostolicis Paulus spiritum Pythonem divinantem a puella ejicit. [12]

83. Ilis positis, sic rem conficimus: Haec Scripturarum loca, in obvio ac nativo sensu accepta, non possunt nisi de obsessis intelligi; atqui omnia adjuncta suadent ea sic accipienda esse; etenim nihil obstat quominus sic intelligamus; si vero vel figurato sensu vel ex vulgi opinione ea exponere deberemus, multa orirentur incommoda; ac primo vis inferretur textui, omnia exponendo de aegrotis vel insanis, ubi nuspiam horum morborum indicium apparet; deinde Christus, si perpetua sua agendi ac loquendi ratione falsam hanc persuasionem confirmasset, nocuisset potius quam profuisset hominibus, qui ea opinione imbuti facile sibi persuadere poterant, se obsessos esse, et vera proinde insania laborassent. Neque omittendum, ejusmodi agendi rationem summae Christi veracitati esse prorsus contrariam; cum praesertim in hypothesi adversariorum apostolos induxisset positive in errorem, eis conferendo potestatem ejiciendi daemones, si obsessi non existèrent. Demum, quod maximi momenti apud adversarios esse debet, si sibi cohaerere velint, nullibi reperiuntur aegroti aut insani quos ex recepto loquendi usu a sacro vel profano auctore daemoniacos appellari probent adversarii; dempta enim gratuita adversariorum jactantia, nullum documentum profertur, quo constet sive ex sacris sive ex profanis scriptoribus, ante aut post Christum consuetudinem viguisse aegrotos aut insanos *daemoniacos* vocandi. Quare igitur sine documentis et testibus, immo documentis obsistentibus, ac reclamantibus omnibus critices et exegeseos legibus, nomine obsessorum intelligemus aegrotos et insanos?

*

84. **Patres** ecclesiae antiquissimi et apostolis proximi, quique eos secuti sunt, tum communia facta, quae neminem latere poterant, novae huic exegesi apertissime adversantur. Patres enim antiquissimi unanimiter omnes, tum veros daemoniacos dari, tum inesse in ecclesia potestatem a Christo concessam daemones expellendi ex obsessorum corporibus ac passim eos reipsa expulsos esse, non solum tradunt, sed praeterea provocant paganos, ut experientia confirment, utrum reipsa Christiani valeant id efficere. Ita passim Justinus, Minucius Felix, Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus aliique. [13] Nos

®) Luc. X. 18 seqq.

9) Maith. XII. 25 — 28; Mare. ILI. 22 seqq.; Luc. XI. 17 — 19.

««) Matlh. X. 1; Marc. XVI. 17.

”) Act. XVI. 16.

n) Longa res est singulorum patrum documenta proferre, quibus ipsi testantur,

brevitatis gratia unius **Tertulliani** verba afferimus. Sic porro ipse in *Apologetico* tldenter ac publice ethnicos provocabat: *Edatur hic aliquis sub tribunalibus vestris, quem daenione agi constet; jussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille,* non morbus aut insania, *tam se daemonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falso;* postea concludebat: *Jam ergo subjecta Christianis divinitas vestra^;* quo sensu pariter dicebat **Cyprianus**: *Videbis nos rogari ab eis, quos tu rogas.* 15 Accedit confessio ipsorum paganorum, qui numquam ausi sunt hanc potestatem daemones expellendi ex obsessis denegare Christianis, siquidem agebatur de factis publicis obviisque; verumtamen his factis admissis, ea tribuebant vel magiae, vel daemonum simulationi etc.; ita Celsus apud Origenem 16, Porphyrins17, Julianus apostata. 18

85. Nemo insuper ex patribus est, qui in potestate Christianis tributa, liberandi obsessos ad Jesu nominis invocationem, non agnoverit ineluctabile argumentum divinitatis Christi Jesu et veritatis Christianae religionis 19; immo s. Epiphanius refert quemdam hominem judaeum expulisse daemones in nomine Jesu20; idem de Juliano apostata referunt Gregorius nazianz. et Theo-

christianos ab obsessis daemones passim ejicere, atque ita testantur ut de re notissima, constanti, et sub oculis ipsorum ethnicorum patrata; unanimes autem omnes sunt, neque unus proferri potest ex tota antiquitate, qui minimam falsitalis suspicionem huc ingerat. Quare satis mihi erit loca nonnulla indicare, in quibus de hac facultate, Christianis a Christo ipso tributa et in praxim deducia, loquantur. Cf. igitur s. Justin. *Apol.* II. n. 6. pag. 93. edit. maur.; Minue. Felix in *Octavio,* n. 27. *Bibi. Patrum* Galland. pag. 897. col. 1; Irenaeus, lib. II. *Adv. haeres,* cap. 32. edit. Màssuet. alias 57; Cyprian, lib. *De idolorum vanitate,* pag. 227. edit. maur. etc.

H) Cap. 23. edit. Rigaltii, ita quidem Tertullianus provocabat paganos. Huic praestat Hieronymum addere, qui confidenter lacessit haereticum Vigilantium, nostrorum protestantium praeformatorem: *Nisi forte,* inquit, *in morem gentilium impiorumque Porphyrii et Eunomii, has praestigias daemonum esse confingas, et non vere clamare daemones, et sua simulare tormenta. Do consilium, ingredere basilicas martyrum, et aliquando purgaberis; invenies ibi mullos socios tuos, et nequaquam cereis martyrum, qui sibi displicent, sed flammis invisibilibus combureris.* Vid. librum *Adversus Vigilantium,* n. 11. edit. Vallarsii. Cf. idem, in *Vita s. Hilarionis,* n. 20 et seqq.

15) *Contra Demetrian.* edit. cit. pag. 221.

16) *Contra Celsum,* lib. I. n. 6. tom. I. pag. 324. edit. maur. ubi hanc potestatem expellendi daemones habere christianos effutiebat *ex quorumdam daemonum nominibus et incantationibus, δαιμόνων τινών όνόμασι καί κατακηλήσεβι δοκίΐν ιβχύιιν χριστιανού .*

17) Apud Hier, in testimonio adducto.

*8) Apud Cyrillum, lib. VI. *Adversus Julian,* qui hanc potestatem ejiciendi daemones in Christo fatetur. Vid. edit. Joann. Auberti, tom. VI. pag. 191.

,9) Cf. Baltus, *Suite de la réponse à V /list, des Oracles,* I. part. chap. 18 et seqq.

20) Haeresi XXX. *Ebionaeor.* edit. Petavii. Videsis s. Iren. *Adv. haeres,* lib. II. cap. 6. edit. cit. cum notis Feuardenlii, inter variorum annot. pag. 85.

doretus21. nec non s. Augustinus de nonnullis haereticis et schismaticis, qui interdum ad Christi Jesu invocationem idem praestiterunt. 2-

86. Hinc ab ipsa aetate apostolica institutus in ecclesia catholica ordo exorcista tus, etsi, patribus iisdem testantibus, commune fere esset hoc donum primis ecclesiae temporibus, ipsique parvuli illud exercerent, et praescriptae fuerunt regulae et orationes ad exorcismos faciendos.

87. Quibus ita constitutis, sic rursum instituimus argumentum: Nullae habendae sunt, immo vero tamquam falsae sunt respuendae conjecturae, quibus contradicunt facta publica, obvia, constantia, quorum testes sunt non modo scriptores omnes oculati, doctrina, sanctitate, prudentia spectatissimi, verum etiam hostes licet invicti et acerrimi, quorum publica monumenta supersunt; atqui, ut ex dictis liquet, tales sunt conjecturae, quae opponuntur ab adversariis verae ac realis obsessionis daemonum. 23 Ergo.

DIFFICULTATES.

88. I. Obj. Omnes, qui in Scripturis daemoniaci perhibentur, non fuerunt nisi aegroti vel insani. Aegrotos quidem plures ex iis fuisse, evincunt 1. indicia epilepsiae furoris etc. quae in iis conspiciebantur, e. gr. in juvene, qui Marc. IX. habuisse dicitur spiritum immundum, per quem exclamans modo in terram, in aquam modo aut in ignem detrudebatur, ex ore spumam emittebat, frendebat dentibus. 2. Evangelistae ipsi, qui inter genera aegrotorum saepe commemorant daemoniacos tamqnam singulare aegrotorum genus, Matth. IV. 23, 24; X. 18; Marc. I. 32: Luc. IV. 40, 41 ; V. 15; VIII. 2; IX. 1; XHI. 32. Immo Act. apost. X. 38. omnes aegroti, quorum plerique in Evangeliis non vocantur daemoniaci, dicuntur *oppressi a diabolo;* unde apparet apud sacros scriptores idem significare *aegrotum* et *daemoniacum esse,* vel *vexari a diabolo.* Comprehendunt e contrario daemoniacos nomine aegrotorum, ideoque daemoniacos omittunt, quando generatim omnes, quibus Jesus opem tulit, commemorant Luc. VII. 21, 22: Matth. XI. 5. Hinc saepe dicunt daemoniacos fuisse *sanatos,* quo ipso aegrotos fuisse innuunt Matth. VIII. 16; XII. 22; Luc. VH. 21 ; VIII. 2: IX. 42. inprimis Lucas XI. 14. *spiritum mutum,* et XHI. 11. *spiritum infirmitatis* seu infirmum commemorans, profecto non de spiritu, sed de homine muto et infirmo intelligi voluit ; si porro

21) Greg. naz. *Orat.* I. *adv. Julian.* n. 19. edit. Bilii; Theodorei. *Hist, eccles.* lib. III. cap. 1.

M) Lib. LXXXIH *Quaestionum,* quactione 79.

a) Juverit coronidis gratia in medium afferre animadversionem viri neotericis nostris minime suspecti, scilicet Isaaci Vossii, qui in *Dissert, de Sibyllis,* haec scribit: *Desinant hodierni Christiani veteribus illudere christianis eorumque suggillare credulitatem ... profecto nullos religio Christiana infensiores habet hostes quajn ipsos Christianos; cum vix ullum apud antiquos de Christo aut vaticinium aut testimonium invenias, quod non complures etiam doctissimi viri labefactare aut etiam penitus evertere sint conati.*

Lucas,·qui orat medicus, oamdem banc vocem adhibet: *sanare* et *sanari a spiritibus* et *sanare oppressos a diabolo,* VIL 21 ; VIII. 2; et Act. apost. X. 38, manifestum est, spiritus vicissim pro morbis sumi.2* Ergo.

89. Resp. *N.* zl. Obstant enim gravissima argumenta a nobis adducta in probationibus. Sed interea directe.

90. Ad probat. *N.* vel *D.* Quae tamen non occurrunt nisi in casu adducto, et optime componi possunt cum daemonis obsessione. *C.* quae ad casus omnes referantur, neque cum vera obsessione componi possint, *N.* Dupliciter enim errant adversarii, tum scilicet in eo, quod ad omnes velint casus extendere, quod singulare est; tum in eo, quod putent non posse obsessionem sive cum hoc sive cum alio quovis morbo conjungi, quod tamen apertissime falsum est. Quid enim impedit, quominus dicamus cum communi patrum et interpretum expositione, a daemone ipso invectum morbum, sic Deo permittente? 25 vel si magis lubet, juvenem illum tum naturali morbo laborasse, tum a daemone fuisse vexatum? maxime quod omnia adjuncta, quae in evangelica historia recensentur, daemonis obsessionem necessario exposcant. 26

91. Haec vero eadem responsio accommodari debet casibus singulis, qui objiciuntur; eadem enim ratio pro omnibus militat.

92. Ad id vero, quod additur de voce *sanationis,* animadvertendum est: 1°. falsum esse, vocem istam occurrere, ubi de daemoniacis tantum agitur27; 2°. interdum morbos tribui diabolo seu satanae, quatenus ipse incentor peccatorum sit, et a peccatis seu malis moralibus ut plurimum morbi aliaque mala physica tamquam justae peccatorum poenae aut sequelae repeti debeant: hinc est, quod communi dictione oppressi a diabolo appellentur, qui morbis afflictantur. 28 3°. Accurate passim evangelistas distinguere aegrotos a daemoniacis; quod non fecissent, si aegroti iidem essent ac daemoniaci. 4°. Falsum esse inter sanatos a Christo in adductis locis non recenseri daemoniacos; quod si Matth. XI. 5. non commemorantur, ratio est quia id non patie-

**) ItaJahn, *Archaeologia biblica* §. 194.

**) Cf. Maldonatue in Matth. XVII. 5.

'D Cnjusmodi profecto sunt tum expro-bratio incredulitatis a Christo apostolis facta, tum necessitas orationis et jejunii ad ejus generis daemonia expellenda, quae naturali morbo minime congruunt; numquam enim medicos novimus, qui oratione se et jejunio ad epilepticos curandos comparent.

n) Sane non occurrit Matth. IX. 33, 34; X. 8. ubi potius de industria distinguuntur daemoniaci ab aegrotis, seu distinguitur potestas collata a Christo apostolis suis ejiciendi daemonia et sanandi infirmos; sic distinguuntur ibid. IV. 24 et VII. 22. Frustra pariter hanc vocem quaeres Marc. I. 34. ubi etiam secernuntur *vexati languoribus* a *daemonia habentibus,* ibid. v. 39 et III. 15; eademque occurrit distinctio ibid. VI. 13; VII. 26-30; XVI. 9,17; Luc.IV. 33-35, 41; XI. 14 — 19. Quod si Matth. XII. 22; XVII. 15; Luc. VI. 18; VIH. 2, *curati* exhibentur daemoniaci, patet ex toto contextu vocem illam in sensu translato sumi de liberatione.

2S) Cf. Maldon. in cap. VIII. Matth. v. 17; S. Joann. Chrysosl. //om.XXVILal.XXVIII. *in Matth.* nn. 1, 2.

batur relatio ad Isaiao vaticinium XXXV. 5, et LXI. 1; cetorum silentium Matthaei supplevit Lucas VU. 21.

93. I. Inst. 1. Non raro daemoniaci, qui aetate Christi et apostolorum inter alias gentes occurrunt, medicinis amissam recuperarunt valetudinem. Hinc 2. licet Joannes judaeos inducat usui loquendi insistentes de daemoniacis, cap. VH. 19, 20; VIII. 48 — 52; X. 20, tamen ipse, etsi de aegrotis a Jesu sanatis saepe loquitur, daemoniacorum tamen numquam meminit, cap. IV. 46; V. 3; VI. 2. Ita 3. etiam Paulus I. Cor. XII. 14. omnia dona miraculorum commemorans, de dono ejiciendi daemones, quo ipse praeditus erat, Act. apost. XVL 16, et quod Jesus Marc. XVI. 17; Matth. X. 8; Luc. X. 16, promiserat, altum servat silentium. 4. Hi duo apostoli itaque daemoniacos aegrotis accensuerunt, quia in minori Asia, ubi Joannes evangolium et Paulus primam ad Corinthios epistolam scripsit, ars medica tunc temporis florebat, unde in vulgus quoque innotuerat, hos morbos, daemonibus tributos, esse naturales. Quod si 5. passim scriptores sacri daemoniacos ad Jesum venisse dicunt vel adductos fuisse, et Jesus ipse dicit: *Ejicio daemonia,* si Jesus praeterea daemones alloquitur, illis minatur, eos tacere aut egredi jubet, atque regredi vetat, haec non evincunt, nisi eos usum loquendi secutos fuisse ac se vulgi opinioni accommodasse, vel nonnisi tropice esse locutos. 29 Ergo.

94. Resp. ad 1. *D.* Qui tales putarentur, *Tr.* vel *C.* qui tales vere essent, *N.* Quod numquam evincent adversarii.

95. Ad 2. *D.* Quia propositum Joannis id non exposcebat, *C.* quia veros non admittebat daemoniacos vel eos aegrotos censebat, A'. Etenim, ut omnes norunt, Joannis in conscribendo Evangelio propositum non fuit nisi ea commemorare, quae a ceteris evangelistis omissa fnerant, in iis praesertim, quae conferrent ad Christi divinitatem confirmandam ; multa propterea praetermisit, quae reliqui evangelistae retulerant. 40 Nihil propterea exinde concluditur.

”) Jahn, loc. cit. 196. Mirum porro est auctorem catholicum adoptasse systema *accommodationis* invectum a rationalisas sive potius incredulis. Hoc ipsum systema sectantur nunc passim protestantes, qui magna ex parte in rationalismum dilapsi sunL Et sane ad rem nostram ita scribit genevensis professor Céllerier in suo *Manuel d'herméneutique* pag. 335: .J’ai la conviction, qu’on trouvera dans les enseignements de Jésus-Christ des concessions faites par un temps aux erreurs vulgaires.·* Ad quod comprobandum affert exemplum daemoniacorum, qui juxta ipsum non erant nisi infirmi, qui laborabant morbis nervosis, quique a judaeis ex ignorantia tribuebantur daemonibus, quorum anticipatis judiciis Christus sese accommodabat, fingens daemones expellere, dum reipsa tantummodo sanaret.

30) Mirum nemini videri debet, plurima a Joanne fuisse praetermissa, quae a ceteris evangelistis referuntur, si ratio habeatur scopi, quem sibi proposuit. Priores enim Christi annos obiter percurrit, nonnulla tantum referens, quae ab aliis evangelii scriptoribus omissa fuerant, puta convivium in Cana, colloquium cum Nicodemo et muliere samarilide, paralytico ad probaticam piscinam restitutam sanitatem; immo

96. Ad 3. *D.* Expresse, *Tr.* implicite, *N.* Comprehendit enim potestatem ejiciendi daemones sub generica voce *operatio virtutum;* quomodo enim apostolus potuisset excludere donum istud, quo ipsemet non semel usus est, praesertim Act. XVI. 16, et XIX. 12, ipsis adversariis fatentibus?

97. Ad 4. Al. suppositum, quod tamquam certum assumunt adversarii, cum tamen falsum sit. In minori enim Asia, Ephesi scilicet, perhibentur expulsi *spiritus nequam,* opera Pauli, et vani conatus filiorum Scevae exorcistarum; Philippis praeterea spiritus Pythonis a puella Pauli jussu discessit. Tantum vero abest, ut ibidem daemoniaci pro aegrotis sumantur, ut potius peculiariter *spiritus nequam* a *languoribus* secernantur Act. XIX. 12.

98. Ad 5. Al. Hae siquidem omnes assertiones gratuitae sunt, cum nullo fundamento nitantur, nisi praeposteris adversariorum judiciis. Nam gratis supponunt 1°. usum loquendi invaluisse, quo aegroti dicerentur daemoniaci; immo documenta deprompta sive ex sacris sive ex profanis auctoribus contrarium evincunt31; 2°. Christum se se accommodasse vulgi opinioni eamque

multiplicati panis prodigium, utpole jam ab aliis commemoratum, ideo solum attingere videtur, ut tertii paschatis periodum, unde praecipuam historiae suae partem orditur, insignis miraculi nota quadam et charactere illustret, atque ut instituendae eucharistiae doctrinam latius exponat; clarissimum utrumque postremo anno perpetratum miraculum, quo Christus caeco a nativitate visum indidit, ac Lazarum a mortuis excitavit, ab aliis omissum fuse prosequitur. Celerum vix alicubi mentionem injecit eorum, quae memorabilia Christi dicta vel facta illi recoluerant; idcirco in prodigiis recensendis parcissimus est; contra vero prolixiores ejus sermones ac minus breves orationes plurima nobis servavit. Hinc factum est, ut alia plane docendi methodus apud Joannem a Salvatore servata esse videatur quam apud reliquos evangelislas. Cum vero ab his frequens mentio facta sit liberationis obsessorum, hanc penitus silentio praetermisit Joannes non secus atque aegrotorum recuperatam incolumitatem.

”) Quoniam neoterici biblici solent provocare ad *usum loquendi,* abs re non erit afferre auctoritatem Flavii Josephi ad ostendendum nuspiam apud judacos hunc loquendi usum obtinuisse, ut daemoniaci dicerentur aegroti. Haec porro ejus sunt verba, *Archaeol.* lib. VHI. cap. 2. §. 5: *Concessit ei* (Salomoni) *etiam Deus, ut disceret artem contra malos daemones ad utilitatem et curationem hominum. Et cum incantationes composuisset, quibus leniantur morbi, etiam formas adjurationum reliquit, quibus vincta daemonia ita ejiciunt, ut numquam revertantur.. . Vidi enim ex popularibus meis quemdam Eleazarum coram Vespasiano et filiis ejus et tribunis reliquisque militibus ex daemonum potestate ab eis obsessos liberantem. Porro volens Eleazarus illis, qui aderant, persuadere manifestumque facere, quod hanc vim habuerit, non longe ibi collocabat aut poculum aqua plenum aut polubrum; daemonique imperabat, ut homine egrediens illa evertat, atque faciat, ut spectantes intelliyant quod hominem reliquisset. Hoc autem revera facto, palam erat Salomonis sapientia et scientia.* Vid. pag. 419. edit. Havercamp.

Quidquid porro sit de veritate facti, quod Josephus refert, cujus fides penes ipsum sit, nihilominus per haec verba, quae auctoris coaevi sunt, destruuntur omnia argumenta, sive *negativa* sive *conjecturalia,* quibus innixi neoterici biblici contendunt, daemoniacorum nomine nonnisi aegrotos in Scripturis significari. Nara 1°. est auctor coaevus, qui loquitur de daemoniacis tamquam de re vulgatissima, ac de exorcismis

factis et dictis confirmasse, quod pugnat cum ejus voracitate; 3°. apostolos Christum non aliter intellexisse, quum de contrario potius constet, ipsis fatentibns rationalistis. 32

99. Atque hinc intelligitur, quod ex commentario s. Hieronymi in cap. XXVHI. Jeremiae opponi solet: *Quasi non multa in Scripturis sanctis dicantur juxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur, et non juxta quod rei veritas continebat.* Aliud enim est pleraque ad falsam vulgi opinioneiri *historice* referri, aliud vero falsam vulgi opinionem *dogmatice* figmentis firmari. Primum ad historiae veritatem spectat, alterum ad historici vel operantis nequitiam, nec talis profecto Hieronymi sensus est. 33

100. II. In st. Saltem pleriqne cx iis, qui in novo foedere daemoniaci dicuntur, 1. nonnisi amentia laborarunt; quum pertinaciter fixum in ipsis esset, se fuisse a daemone correptos. Insaniae omnia indicia occurrunt in duobus illis Gadarenis seu Gerasenis, quos Matthaeus VIII. 28 et seqq. Marcus V. 2, et Lucas MIL 27. referunt in sepulcris commoratos esse indomitos, ita ut nude incederent, clamarent, se ipsos caederent, et aggrederentur iter facientes, quae omnia sunt furiosorum. Hinc ipse Marcus V. 15, et Lucas VIII. 35. adnotant incolas Gadarae invenisse demum daemoniacum, postquam a Jesu sanatus fuisset, *σωφρονοϋντα,* id est, *sanae mentis:* unde innuitur, ipsum amentem prius fuisse. Sic 2. mutus, Matth. IX. 32; Luc. XI. 14. atque caecus et mutus, Matth. XII. 22. amentes fuerunt, aut saltem melancholici; amens fuit puella, quae Act. XVI. 16. spiritum Pythonis habuisse dicitur; amens Maria Magdalena, ex qua Jesus Luc. VIII. 2. septem daemonia ejecit; sic ceteri do quibus nulla symptomata narrant. Ergo.

101. Resp. X. A. quod nullo idoneo documento fulcitur. Ad 1. probat. *D.*

passim ab antiquissimis temporibus in usum receptis ad liberandos vere a daemone obsessos. 2°. Scribit inter graecos ad graecos et romanos. Evanescit proinde difficultas e Joannis silentio petita, eo quod scriberet inter graecos. 3°. Testem sese exhibet de visu ejus, quod de Eleazaro exorcista litteris consignavit. 4°. Exhibet omnia signa, quibus verus daemoniacus dignoscitur. Nam ut signum de exitu daemonis e corpore obsessi refert, daemonem exeuntem debuisse evertere poculum aqua plenum non procul coram omnibus positum, ideoque non agebatur de *insanis, epilepticis, furiosis, aegrotis.* 5°. Expulsionem daemonis vocat passim *curationem, Sepanriav.* Eadem propterea voce uti poterant evangelistae. 6°. Exorcistam inducit imperantem daemoni, ne amplius in obsessum liberatum reverteretur. Quando igitur Christus imperabat daemoni, non simulabat. 7°. Denique *daemones* collectivo ac plurali numero vocat ad significandam eorum multitudinem, *τών δαιμόνιων.* Commemorat hominem collapsum, adjurationem exorcistarum etc.

31) Etenim Wcgscheider 106. *verisimillimum* esse putat, magistrum sapientissimum Christum rectius quidem de daemonologiajudaeorum cogitasse; discipulos vero istam doctrinam non *satis intellexisse,* et ipsam providentiam divinam posteris eamdem emendandam tradi voluisse. Hanc porro emendationis curam sibi rationalistae demandatam a divina providentia autumant!

M) Cf. edit. Vallarsii, tom. IV. pag. 1040.

Quae tamen ab ipsa daemonis praesentia profluerent, *Tr.* vel *C.* amentiae indicia tantum naturalis, *N.* Obstat enim, quominus id dicamus, tum Christi agendi ratio, tum apertus evangelistarum loquendi modus; tum denique obstant adjuncta cetera, quae loc. cit. referuntur. Nescio an tantum roboris inesse potuerit furiosis illis, ut compedes et catenas, quibus vinciebantur, disrumperent; vel ut grex bis mille circiter porcorum unanimi veluti impetu in mare ita seso praecipitaret, ut suffocaretur. 31 Nihil porro officit, quod dicitur do *sana mente,* nam hujusmodi voce non exprimitur, nisi reditus hominis istius ad statum pristinum, ut patet ex contextu.

102. Ad 2. *N.* Mirum sane est et prodigio simile, quod omnes prorsus ea aetate eadem laborarint amentia, ut omnes sibi persuaderent se esse a daemone obsessos, seu ut placet Jahnio, a defunctorum animabus exagitatos. 35 Sine tabulis et testibus, refragante praesertim Scriptura, horum nihil admittimus.

34) Ridicula plane est hujus loci expositio, quam tradit Frid. Rosenmüller in *Scholiis* suis, in hunc locum. *Quidquid sit,* inquit (de abysso), *semper tenendum est hoc, hominem illum putasse se ipsum esse malum quemdam genium, et rogasse, ne Jesus eum impediat, quominus porro operaretur. Audiverat homo miser commorationem daemonum esse in tartaro, rogat igitur Jesum, ne eum in tartarum mittat. Cupit homo hoc morbo correptus in gregem ferri, et stragem edere inter porcos. . . unde velut aestro agitatus agros percurrit, gregemque praecipitem dat.* Si hoc non sit Scripturam pervertere lecloremque ludificare, quid sit, plane me ignorare fateor.

Unde 1°. didicit Rosenmiiller *putasse* hominem illum se malum genium esse? Hoc ipse de suo addidit. 2°. Unde didicit eumdem hominem *cupivisse* in gregem ferri et stragem edere, cum 1res evangelistae unanimiter id referant de spiritibus, qui deprecabantur Jesum, ut immitterentur in porcos et *in eos introirent?* 3°. Unde denique didicit eumdem hominem *aestro agros percurrisse* et *praecipitem gregem dedisse,* cum e converso iidem evangelistae referant, spiritus *introisse* in porcos, unde grex universus in mare periit, homo autem consedit ad pedes Jesu suis vestibus indutus suacque mentis compos? 4°. Nonne a vero admodum distat, quod ad unius vel, si placet, dnorum hominum incursum bis mille porci in mare sese praecipites dederint, cum vix de paucis id credibile esse posset? Tales porro sunt sapientissimi isti critici, qui ne praeconcepta judicia abjiciant, ejusmodi absurda proferre non verentur; et Jahn ipse eos alacer ac morigerus exscribit!

35) Ita plane arbitratur Jahn, auctoritate ductus Josephi, qui *De bello judaico,* lib. VII. cap. 6. §· 3. scribit: *Τα γάρ καλούμενα δαιμόνια, ταϋτα δε πονηρών Ιϋτιν ανθρώπων πνεύματα, τομ 2ώσιν εμδυόμενα.* Id est: *Nam quae daemonia vocantur, haec malorum hominum spiritus sunt.* Hujus quidem opinionis meminit s. Joann. Chrysost. Hom. cil. in cap. 8. s. Matth. Sed haec nonnisi privata et paucorum opinio fuit, neque unquam universalis aut popularis facta est. Quare vel ab ipsis rationalistis rejicitur. Sane AYegscheider §. 104. n. *a* scribit: *Sed ea sententia quam nuper denuo protulit J. Jahn, daemones in N. T. commemoratos ab angelis malis et a diabolo esse probe distinguendos, ac fuisse pro animis mortuorum hominum improborum habitos, vel uno quidem N. T. dicto probari nequit.* Vid. H. A. Schott. Pr. *Sententia, quae nuper fuit propugnata de iis naturis, quae in lib. N. T. δαίμονα audiunt, ab angelis malis et satana prorsus distinguendis, examinatur,* 4. Jenae 1821. Attamen Dr. Paulus in opere *Das Leben Jesu* seu *Vita Jesu Christi,* lib. I. pag.217. similem illius sententiam professus est. Cf. Maldonat. in cap. 8. s. Matthaei.

103. II. Obj. Jesus, apostoli, et sacri scriptores non potuerunt voces, quae de daemoniacis sunt, in sensu proprio usurparo. Etenim 1. Jesus et apostoli docent, omnia ac peculiaria quaeque, quae ad homines referuntur, ab ipso Deo gubernari; non potuerunt itaque ejus osso sententiae, ut crederent daemones (sive animae defunctorum sive alii mali spiritus intelligantur) hominibus tot tantaque mala inferre, ant Deum talia permittere; quia 2. haec de daemoniacis opinio ex idololatria orta est, in qua dii coelestes mundi administrationem spiritibus inferioris ordinis et defunctis quoque animabus reliquisse dicebantur. 3. Quod si Jesus non diserte edixit, daemoniacos non affligi a daemonibus, sed morbo laborare, item nec diserte edixit daemoniacos non laborare morbo naturali, prout sadducaci contendebant, aut non a daemonibus, id est, ab improbis animabus defunctis ut pharisaei praedicabant, sed a diabolo vexari, prout contendunt, qui nostra hac aetate asserunt daemoniacos fuisse a diabolo obsessos. Jesus autem 4. neutrum diserte edixit, quia quaestio haec ad pathologiam spectat, quam enucleare medicorum est. Apostoli vestigiis magistri institerunt, nisi mutatis adjunctis, quibus Joannes et Paulus in minori Asia permoti sunt, ut a verbis, quae alias de daemoniacis usitata erant, abstinerent; 5. quamquam hujus opinionis oppugnatio in illis regionibus, in quibus adhuc vigebat, vix quidquam profuisset, aut saltem Jesum et apostolos in prolixas disputationes detraxisset, et a praedicatione eos avocasset. [36] Ergo.

104. Resp. A'. *A.* Ad 1. probat. *D.* Si daemonum obsessio cum divina providentia conciliari non possit, *C.* si possit conciliari, *N.* Posse autem apprime conciliari, evincimus 1°. *ex facta.* Dantur enim ex dictis in probationibus veri daemoniaci; ergo daemoniaci conciliari possunt cum divina providentia. 2U. A *simili.* Divinae providentiae non repugnat permittere, ut daemones hominibus noceant in bonis corporis ac bonis externis, ut patet ex historia Job, immo ut homines inducant per tentationes ad peccatum; ergo non repugnat, immo multo minus repugnat divinae providentiae permittere, ut hominum corpora pervadant. 3°. *A jure.* Vel enim homines illi, quorum corpora daemones invadunt, justi sunt aut peccatores. Si peccatores sint, potest Deus id permittere in poenam; si justi, ad ipsorum exercitationem et meritum.

105. Ad 2. sive ad confirm. *N.* Sed provenit ex facto ipso, ut patct ex iis, quae in Scripturis referuntur sive veteris sive novi Testamenti, Hebraei profecto ex idololatria hanc opinionem non hauserunt. Quod additur de defunctis animabus, si quidem aliquando viguit ejusmodi opinio, non fuit nisi paucorum.

106. Ad 3. iV. Satis enim diserte Christus edixit daemoniacos affligi a

36) Jahn, *Archaeol. biblica,* 197.

daemonibus, sive cum ipsis praecepit, ut exirent a corporibus, quae obsidebant, eisque praecepit, ne amplius in ea ingrederentur[37]; sive cum praecepit eis, ut tacerent[38]; sive cum eis comminatus est[39]; sive demum, ne singula prosequamur, cum eis permisit, ut ingrederentur in porcos[40]; quo quidem uno facto evidentius ostendit sadducaeis, dari reipsa spiritus, a quibus homines exagitarentur, quam alio qualicumque argumento.[41] Quod si his non cedunt neoterici biblici, nescio quibus demum cedant.

107. In eo vero quod adversarii subjiciunt: *qui nostra aetate contendunt a diabolo vexari daemoniacos,* sese admodum imperitos ostendunt; quum numquam ad haec ferme tempora quispiam negaverit, daemoniacos a diabolo vexari; ipsi tamen hanc universalem et constantem sententiam traducunt velut peculiarem temporis nostri opinionem.

108. Ad 4. *N.* gratuitum et falsum suppositum, ut constat ex dictis; item negamus, ut ex dictis liquet, Joannem et Paulum in Asia minori viam iniissc ab ea longe diversam, quam Christus et apostoli tenuerunt. Haec enim figmenta ac somnia sunt adversariorum, qui reipsa hac semper oberrant chorda, quod nempe daemoniaci ab aegrotis aut insanis non discrepent.

109. Ad 5. *N.* congeriem harum assertionum, quae nullum aliud fundamentum habent praeter praeposteram adversariorum opinionem. Jesus praeterea et apostoli numquam disputarunt, sed divinam proposuerunt doctrinam omnibus credendam, quam signis confirmabant. Si qui essent qui non acquiescerent, illos prorsus dimittebant. Perviam enim auctoritatis incedebant, non autem disputationum; has quippe haereticis reliquerunt.

110. III. Obj. 1. Nullum occurrit symptoma in daemoniacis, quod medici non animadvertant in melancholicis, epilepticis, furiosis et amentibus.[42] 2. Petrus de Abano ex fide cujusdam medici refert, mulierem quamdam illiteratam melancholicam latino locutam fuisse, et quidem concinne; at simul ac mentis compos iterum est facta, dicendi facultatem omnino amisit.[43] Idem refert Pomponatius de alia foemina eodem morbo laborante, quaeque diversa idiomata loquebatur.[44] Hinc 3. fit, nulla dari certa signa ad secernendos veros daemoniacos ab imaginariis, et 4. frequens proinde deceptio contingit.

[37]) Marc. IX. 24.

Ibid. 1.34; Luc. IV. 4L

[38]) Marc. I. 25, 43; III. 12 etc.

[39]) Maith. VIII. 32; Marc. V. 13; Luc. VIII. 32.

[40]) Cf. Maldon. in cap. 8. Maith, v. 31.

[41]) Ila quidem Joann. Bapt. Sylvaticus iu opere: *institutio medica de iis, qui morbum simulant, deprehendendis,* cap. 17. Francof. ad Moenum, 1671, qui, etsi aperte ac directe non inficietur daemonum obsessiones, attamen sub obtenta exaggerandi difficultatem, quae inesl in detegendis simulatis daemoniacis, omnia, quotquot potest, congerit argumenta, ut demonstret nullum signum certum dari, quo veri daemoniaci a simulatis, seu morbo laborantibus dignoscantur. Quod quidem argumentum fuse prosequitur, nec quidquam intentatum reliquit, ut finem suum obtineret.

[43]) Arist. *Probi.* 30 *select,* probi. 1.

De ineant, cap. 10.

5. Experientia ipsa docet daemonum ^ccursationea ibi plerumque contingere, seu praedicari, ubi major hominum ignorantia majorque viget superstitio; et ubi fervidiores exorcistae sunt, ibi frequentiores inveniuntur obsessi. 6. Nec aliter fieri potest, cum Christus per passionem suam omnem daemonibus potestatem ademerit, prout ipse testatur, Joann. XII. 31. dicens: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur furas.* Ergo.

111. Resp. ad 1. X Siquidem plura occurrunt in veris daemoniacis signa, quae in suis lunaticis, melancholicis aut epilepticis haud reperient medici utut peritissimi, quaeque indicantur in Rituali romano4', ac fusius recensentur a theologis, e. gr. si non unum aut alterum verbum proferant, sed diu sapienterque ignotis linguis loquantur, aut ignota lingua loquentem perite intelligant; si occulta et remotissima pandant, quae ab ipsis sciri nulla ratione naturali potuerint: si vires supra naturam ostendant, ut ingentia pondera attollere, per aërem volitare, praecepta tacita ac praesertim mentalia intelligere, etsi distantibus in locis sit exorcista, ut nec videri a daemoniacis possit vel audiri etc. 45 Addendum praeterea est: 1°. quod, etiamsi nullum signum seorsim sumptum per se sit omnino certum, tamen cum plura concurrunt, haberi possit certitudo moralis. 2°. Etsi, quae signa habentur in obsessis Evangelii, non essent per se certissima, eos tamen obsessos fuisse credendum esset ex auctoritate scriptoris sacri. 3°. Quod signa solide probabilia sufficiant, ut quis exorcizetur, prout contingit in morborum cura.

112. Ad 2. *D.* Qui tamen ex aliorum fide nec tamen satis firma ea referat, *C.* idonea auctoritate innixus, _V. Quod si Pomponatius se oculatum

w) Tit. *De exorcizandis obsessis,* ubi inter cetera documenta istud habetur: *In primis ue facile credat* exorcista, *aliquem a daemone obsessum esse; sed nota habeat ea signa, quibus obsessus dignoscitur ab iis, qui vel atra bile, rei morbo aliquo laborant. Signa autem obsidentis daemonis sunt: ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere; distantia et occulta patefacere; vires supra aetatis seu conditionis naturam ostendere; et id genus alia, quae cum plurima occurrunt, majora sunt indicia* etc.

,e) Curtius Sprcngel, profess, in univers. Hall, in opere: *Storia prammatica della medicina, tradotta dal tedesco,* tom. VI. 23 et seqq. Venet. 1815, plures recenset medicos, qui adversus Wierum insurrexerunt ad adstruendam veritatem obsessionum daemoniacarum, cujusmodi inter ceteros sunt Georg. Piltorius, Guill. Adolphus Schribonius, Thomas Erastas, Joann. Matth. Duraslante maceratensis, ipse Paulus Zacchia primus auctor seu parens *Medicinae legalis,* Hieronym. Cardanus, Ambros. Paré, Joann. Langius, Livin. Lemnius, Joann. Bondinus, aliique perquam multi etiam inter recentiorcs cum catholicos Ium protestantes. Etsi vero Sprengel tum ibi tum tom. X. §. 157 et seqq. rideat spernalque omnes daemoniacas operationes, non est tamen cur propterea moveamur; hic enim incredulus auctor, ut plurimum eas narratiunculas, quae ad hanc quaestionem spectant, mutuatur ex *Bibliotheca univers, germanica,* quam alibi diximus non fuisse sub finem saeculi superioris nisi instrumentum ad incredulitatem omuisque generis impietatem convehendam; cf. idem op. cit. tom.X. §. 157. ubi sententiam suam significat circa curationes prodigiosas, omnia vera ac falsa permiscet, ut miracula omnia e medio tollat.

testem exhibet, nihil tamen determinati refert, quomodo scilicet, per quantum tempus, cum quanta grammaticarum legum integritate id ab illa rnuliere factum fuerit, et an praeter naturalia, supernaturalia remedia in subsidium vocata fuerint. 47 Fieri enim potest, ut aliquis possit eodem tempore obsessus esse a daemone, et morbo melancholico laborare. Nam *melancholia dicitur balneum diaboli.*

113. Ad 3. *N.* Recolantur nuper dicta in resp. ad primam difficultatem.

114. Ad 4. *D.* Ex defectu prudentiae ac peritiae in signis certis ac dubiis distinguendis, *C.* debita peritia adhibita ac necessaria prudentia, quali opus est in re tanti momenti, A1.48 Attamen non ita facilis est deceptio; et si interdum etiam prudentes decepti sunt, quid inde? Debemus ne ideo negare, quod Scriptura testatur? An, quia spuriis nummis et cauti homines quandoque decipiuntur, ideo veri nummi nulli sunt?

115. Ad 5. A1. Nam quovis tempore ejusmodi infestationes contingunt, ut ex certissimis documentis constat, quaeque in dubium revocari nequeunt, quin omnes sanioris critices regulae abjiciantur. 49

116. Ad 6. A1. Ad probat. *D.* Princeps hujus mundi ejicietur foras per fidem e credentium animis, ut exponit s. Augustinus 50, vel per destructionem idololatriae, *C.* per daemoniacorum cessationem, A1. Alioquin quomodo idem Christus de discipulis post resurrectionem suam dixisset: *In nomine meo daemonia ejicient?* Quomodo per apostolum Petrum, Act. V. 16. vexati a spiritibus immundis liberati perhiberentur? Quomodo ibid. XIX. 12. spiritus nequam egrediebantur, cum deferrentur sudaria et semicinctia Pauli? Ubi narratur pariter, quod cum quidam exorcistae judaei expellere vellent daemones in nomine Domini Jesu, quem Paulus praedicabat, *respondens autem spiritus nequam, dixit eis: Jesum novi, et Paulum scio: vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo, in quo erat daemonium pessimum . . . invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent.* Quorsus demum in ecclesia exorcistatus institutus?

117. **Dices:** 1. Exorcismi perniciosi sunt, eo quod superstitionem et credulitatem fovent. Quod 2. si rcipsa daemones possent hominum corpora invadere, vix aliquis immunis esset ab ejusmodi infestatione. Demum 3. intelligi nequit, qua ratione daemones possint ita corpus invadere, ut adinstar animae illud moveant et ad operandum impellant. Ergo.

47) En verba Pomponatii, loc. cit.: *Verus sum testis quod Gdlgerandus, medicus tempestate nostra celeberrimus in urbe nostra Mantuae, uxorem cujusdam Francisco Mayreti sutoris tali morbo (atrae bilis) laborantem (loquebatur enim secundum diversa idiomata) curavit, et perfecte.* Sed cf. de his Tartarotti, *Del congresso notturno delle Lammie,* lib. II. cap. 9. §. 6.

48) Cf. Bcrgier, *Diet. Theoi.* art. *Démoniaque.*

49) Vid. Eduard. Corsini, *Instit. philos.* tom. IV. disp. 2. cap. 1. η. 3.

so) Tract. LIL *in Joann,* n. 7 el seqq.

118. **Resp.** Ad 1. A' Quin potius, etiam in adversariorum hypothesi de laesa phantasia, valde conferunt ad eam corrigendam.51

119. Ad 2. *D.* Si daemones non subjicerentur divinae providentiae, *Tr.* secus, A Scimus enim absque, divino nutu eos ncc potuisse in porcos ingredi.

120. Ad 3. **Resp.** I. *Tr.* Etsi enim id daremus adversariis, coutra facta ignorantia nostra nihil efficit. **Resp.** II. Negamus adinstar animae daemones agere in corpora· anima enim est principium intrinsecum nostrarum operationum, daemon extrinsecum.52

PROPOSITIO IL

Jure merito leges sancitae sunt adversus superstitiosa cum daemone commercia.

121. Nonnulli inter ipsos catholicos contenderunt, omnino non dari realis magiae existentiam aliaque superstitiosa cum daemone commercia, e. gr. divinationes, sortilegia, incantationes, philtra, aliaque ejusmodi, quae fuse ac late persequuntur, qui de daemonologia pertractarunt alii inter eosdem

n) Cf. Bcrgier, *Diet. Theol.* art *Démoniaque.*

41) Cf. Calmet, *Dissert, de obsidentibus et possidentibus corpora daemonibus,* praemissa ejus comment, in Evang. s. Lucae. Nec omittendus s. Thomas qui part. I. qu.3. art. 2- ostendit daemones in animam obsessi directe non agere, sed solum indirecte; observat enim non posse angelum (ideoque et daemonem) movere voluntatem nisi ab exteriori, per modum suadentis, et per concitationem passionum, ut ipse loquitur, tum ibid, in corp, tum in resp. ad 2. Sed nec omittendum est, non ita pridem opus prodiisse, cui titulus: *Geschichte der Besessenen* etc. seu *Historia de obsessis recentiorum temporum, Justini Kerner, cum animadversionibus L. A. Eschenmayer circa possessionem et magiam,* Karlsruh 1835, cum privilegio regis würlembergensis, in quo auctores isti protestantes, certissimis eventis seu factis recenliorum temporum productis, ostendunt possibilitatem et realitatem obsessionum, efficaciam exorcismorum et invocationis ss. nominis Jesu, orationis et fidei, et (quod magis mireris in auctoribus protestantibus) necessitatem confessionis peccatorum ad eorumdem veniam obtinendam. *Moderna philosophia,* inquit Eschenmayer, *huic sententiae de molimine et machinationibus spirituum in mundo humano et de efficacia orationis et fidei adversus eos propitia non est; et sub praetextu quod obsessiones cessaverint, et debeat modus imponi abusibus, tollit bonum usum.* Deinde pergit argumentis ex intima philosophia petitis ostendere earumdem obsessionum veritatem, omnesque disjicit difficultates, quas opponunt adversarii ex idea fixa, simulatione, nervorum anomalia etc., acumine philosophico-christiano. Aliud praeterea opusculum in lucem emissum est eodem anno 1835, cui titulus : *Lapsus et redemptio, seu opera satanae et ecclesiae potestas;* in quo thema Kerneri et Eschenmayeri ad sensum catholicum evolvitur argumentis theologico-dogmalicis; cf. *Schweaerische Zeitung* etc. seu *Helveticae ephem. eccles.* 5. Decemb. 1835, pag. 859.

*) Diversas magiae species enumerat inter alios Bergier, *Diet. Theol.* art. *Magie.* Plura de his congesta repcries in opere *Malleus maleficorum,* Henrici Institoris et Jac. Sprenger, Ord. Praed. In eadem collectione continentur plures aliorum auctorum tractatus de eodem argumento vol. III. in 4. Lugd. 1669.

It/
1

catholicos saltern in dubium haec superstitiosa commercia revocarunt. Ex istorum sententia, cui increduli accesserunt, quaecumqne de superstitiosis ejusmodi commerciis dicuntur, repeti debent vel ab ignorantia rerum physicarum, vel ex facinorosorum hominum quorumdam vafritie vel phantasiae ludibrio, praesertim quae de congressu cum daemone, de sagis ct lamiis vulgo circumferuntur, vel demum a scelestis quorumdam conatibus. 2

122. Communis tamen sententia, quaeque, spectatis ipsius fundamentis, certa videtur, ita ut absque aliqua temeritatis nota in dubium revocari nequeat, docet talem dari commercii cxistentiam, quae nitatur pacto sive expresso sive tacito cum daemone. 3 Ceterum antequam hujus sententiae fundamenta exhibeamus, notandum est nos non defendere *artem magicam* proprie dictam, nec congressus Sabati cum Diana (quorum fides a canonibus potius reprobatur), nec negare nos plurimas hac in re illusiones fuisse, immo ut noxiam reprobaro nimiam in his credulitatem. Jam vero in dubium vocari non posse, quin sic expositae communi sententiae solida fundamenta sint, facile evincimus.

123. Etenim ipsi favent argumenta intrinseca et extrinseca validissima.

2) Inter ceteros cf. March. Scipio Maffei in duobus operibus, quorum priori titulum fecit *Arte magica dileguata,* alterum vero inscripsit *Arte magica annichilata,* de quo auctore vid. Nicolai, Soc. Jesu, *Dissert, e lezioni di sacra Scrittura,* tom. VIIL lez. VII. sui libro dell' Esodo, Eirenze 1763. Sic Tartarolti, *Del congresso nuliurno delle Lammie,* Roveredo 1749; qui tamen non videntur impugnasse nisi *artem magicam* proprie dictam, aut nocturnos lamiarum congressus; alii vero ulterius progressi sunt.

3) Cf. Marlin. Delrio, *Disquisil. magic.* lib. II. qu. 1 et seqq. Quod quidem opus variam plane diversis temporibus subiit fortunam. Quum in lucem prodiit, adeo sibi eruditorum suffragia conciliavit, ut non solum catholici, sed ipsi protestantes ipsum adseiverint tamquam normam processuum contra sagas, ita ul amare conquereretur Christ. Thomasius circa annum 1712, et scribere non dubitaverit: *Pene omnes jurisconsulti protestantes hunc auctorem exscribere solent;* quae res maxime damnanda illi videtur, quod Delrio *Lutherum et lutheranos ac reformatos cum impudentia et virulentia maxima traducit;* vid. Thomasii opus *De orig. processus inquisitorii contra sagas,* §.81. nec non *De crimine magiae,* §. 21, 45, 49. Deinde adversarios quamplures tum inter catholicos tum inter protestantes nactum est. Nunc vero cum pluribus aliis ejusdem argumenti scriptis jacet. Cf. praeterea Joann. Bapt. Thiers, *Traité des superstit.* Paris 1712, tom. I. liv. II. chap. 4 cl suiv. et liv. III. chap. 1 et suiv.; P. Le Brun, *Hist, critiq. despratiques superst.* Paris 1702, tom. IL liv. VI etc. qui tamen non semper satis criticum se exhibet. Prolestanlibus multo magis quam catholicis, ul faietur Wierus, persuasum erat de hoc hominum cum daemonibus commercio. Cf. in *Apologetico,* §. 4. pag. 5S2. Nec desunt ex recentioribus qui eidem sententiae adhaereant, inter ceteros Eschenmayer, in opere cui titulus *Beligionsphilosophie,* seu *De philosophia religionis,* Tubingae 1822, §. 86 et seqq.; Meyer, *Blatter fur hohere Wahr/ieit,* id est, *Folia pro sublimiori veritate, Sammlung* (collectio) VII. pag. 208 ct seqq. Frankf. 1826; Knapp, *Vorlesung Uber den evangelischen Glauben,* id est, *Praelectiones de fide euangelica,* pag. 395 ct seqq. Ilulae 1827.

Ac primo quidem **argumenta intrinseca** sunt ipsa rei, de qua agitur, possibilitas; data enim semel daemonum existentia eorumque malefica indole, quid impedit, quominus ipsi, Deo sic permittente, pacta ineant cum pessimis hominibus ad eorum perniciem, ac mirabilia operentur? Tum ejusdem verisimilitudo. spectata cupiditatum vi ac in malum proclivitate, ex quibus tales superstitiones originem suam capiunt.

Argumenta vero **extrinseca** sunt: 1. quae in *Scripturis* leguntur de magis, veneficis, pythonibus etc., e. gr. Exod. VII. et VIII. ubi referuntur mira patrata a sapientibus et maleficis Pharaonis, qui *per incantationes aegyptiacas* et *arcana quaedam* fecerunt similiter ac fecerant Moyses et Aaron *; tum I. Reg. XX.VIH. ubi Endorea pythonissa exhibetur exercens necromantiam.[5] Sic in novo foedere. Act. VIII. mentio iit de Simone mago Samaritano, qui *multo tempore magiis suis* urbes integras ludificaverat, ut praetermittam Elymam magum, quem Act. XIII. Paulus excaecavit; ibid. XVI. 16. sermo est de puella habente, *spiritum Pythonem,* quaeque ejus ope artem divinatoriam exercebat, quae species magiae est. [6]

IL **Consensus universalis,** qui apud omnes populos viguit, cui non solum vulgus imperitum, sed et ipsi philosophi fidem adhibebant. [7]

4) Clericus in *Comm,* in hunc loc.; Leng, *Defense de la relig.* lorn. V. pag. 141; Clark, in opere ejusd. tituli, tom. III. pag. 390. el tom. III. operis: *De Γ exist, et des attributs de Dieu,* pag. 137; Slackhouse, *Traité complet de Théologie specui.* etc. lom. I. pag. 391. pro certo habent ibi agi de vero daemonum commercio el diabolica operatione, innixi potissimum verbis Deui. XIII. 1 et seqq. et Matth. XXIV. 24, qui profeclo superstitiosae credulitatis argui non possunt. Hanc pariter diabolicam operationem admittit Car. Rosenmüller in *Scholiis* ad hunc loc., ubi non solum rejicit Michaelis aliorumque interpretationem, qui arti magorum hic relata adseribunt, sed confutat Eichhorn, qui in *Comment, de Aegypti anno mirabili,* in *Commentât. Societ. reg. scient. Gottingae recent,* vol. IV. impudenter veritus non est eamdem artem circulatoriam Mosi adseribere, dum coram Pharaonc virgam projecit, quae in serpentem conversa est.

Quod accurate notavit ipsemet Vandale, qui lib. *De divinationibus idololatricis,* cap. 9· scribit: *Non solum ita fuit ista Ιγγαστρίμν^οί, dum respondebat scilicet; verum et magi ex illorum nu-*

mero, qui se mortuos ex sepulcris excitare atque in lucem reducere praetendunt.

*) Cf. Ballus, *Suite de la réponse à l'histoire des oracles,* Lpart. chap. 14. ubi ostendit certissimis documentis, tum ex sacris tum ex profanis auctoribps depromptis, vocem *Pythonem* designare eos, qui spiritu diabolico edocti dicuntur, et artem divitiatoriam, quae magiae species est, exercebant. Sane vocem hebraicam qua utitur Moses Lev. XX. 27; DeuL XVIII. 11, nec non Isaias XIX. 3- constanter LXX verterunt *Ιγγα^τριμύ^ουζ* seu *ventriloquos,* at significatione diversa ab ea, qua nos eamdem vocem usurpamus, sed ad designandos homines daemoniaco spiritu agitatos; ut patet ex Plutarcho, lib. *De defect, oracul.* et Hesychio, qui vocem *r.ùè-ων,* in suo *Diction.* reddit *Ιγγαίτρίμν^οί;* sic pariter Suidas: *Έγγα<5τρίαν3οΐ, ον νΰν πύθωνα* καΛοὐβϊ. Nullum proinde dubium esse potest, quin per illam puellam in Actis significetur persona spiritu daemoniaco correpla seu agitata.

*) Cf. Bergier, *Diet.* art. cit.; Baltus, *Défense des SS. Pères,* lib. III. chap. 2. etsuiv.; Cudworth. *Syst. intell.* cap. 5. §. 1. pag. 82 et seqq.

III. Auctoritas gravissimorum scriptorum, qui non tantum artis magicae mentionem faciunt, sed insuper ejusdem originem aperiunt. Eusebius, *Praep. evang.* lib. V. capp. X. et XI. haec scribit: *Jam vero non alios ab initio maleficae artis magistros quam ipsamet egregia numina fuisse constat. Qui enim isthaec homines aliter nosse potuissent, nisi daemones iis res ipsi suas aperuissent, et quibus quisque vinculis constringantur, indicassent?* Quod confirmat testimonio Porphyrii, qui in opere *De oraculis* haec scribit: *Neque tantum instituti sui rationes, aut cetera, quae a nobis commemorata sunt, verum etiam, quibus ipsi* (dii) *rebus aut delectentur, aut vinciantur, immo quibus etiam cogantur, indicarunt* etc. [8] Ita pariter s. Augustinus, *De doctrina christ,* commemorat *consultationes et pacta quaedam significationum cum daemonibus placita atque foederata, qualia sunt molimina magicarum artium*[9], et alibi passim. S. Hieronymus praeterea in vita S. Hilarionis refert virginem a philtro liberatam. [10]

124. His praemissis, quibus opponi non potest nisi insipiens pyrrhonismus aut ellrenis impudentia, gradum facimus ad breviter adstruendam veritatem nostrae propositionis adversus incredulos et ecclesiae catholicae hostes.

125. Leges illae jure meritoque sancitae dicendae sunt, quae homines coercent ab immani ac nefario scelere, seu potius perenni scelerum ac flagitiorum fonte; tales porro sunt leges latae sive in Scripturis a Deo ipso, sive ab ecclesia adversus magos, maleficos aliosque diversas superstitiones exercentes. In Scripturis enim, Exod. XXII. 18. Deus ipse praecepit populo suo: *Maleficos non patieris vivere;* ac rursum, Lev. XIX. 31: *Non declinetis qd magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini;* item ibid. XX. 27: *Vir sive mulier, in quibus pythonicus vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur;* et apertius etiam Deut. XVIII. 10 seqq.: *Nec inveniatur in te, qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, et observet somnia atque auguria, nec sit maleficus nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, aut quaerat a mortuis veritatem.* Consonat ecclesia, ut patet tum ex diversis legibus, quae in jure canonico occurrunt, inter quas celebris est Constitutio Innocentii VIII. data anno 1484 [11], tum ex

8) Lib. cit. sub finem cap. 10: *Καί μήν bt δώάϋκαλοι τπ)ί κακότεχνου γοητεία , αυτοί γε πρώτοι οΐ γενναίοι $εοί κατέστησαν γὰρ άν^ρώποι ταΰτα παρήν ιΐδΐναι. η τών δαιμόνων αυτών τά περί ΐαυτών έζειπόντων, καί τού? καταδέσμου κατ' άλλήλων είηγορινκότων;* Et cap. 11. initio: *Οὐ μόνον δί την πολιτείαν αυτών αυτοί μεμηνύκασι, καί τά* αλλα *τά άνω εΐρημίνα· αλλα καί τίΰι χαίρουδι, και κρατούνται, ΰπηγόρευδαν, καί τίοιν άναγκάζονται.* Aliaque plura in eamdem rem tum capitibus cilt. tum in seqq. congerit Eusebius ex antiquorum testimoniis, quae ibidem recoli possunt.

9) Cap. 20. n. 30 et seqq. edit. maur.

‘°) Num. 21. edit. Vallarsii. Ibid, vero plures alias maleficiorum dissolutiones commemorat. Cf. s. Thom. II. 2. qu. 95. art. 4. el ibid. qu. 122. art. 2. ad 3.

**) Cf. *Bullar. roman.* Caroli Cocquelines, tom. III. pag. 190. Romae 1743.

Constitutione Sixti V. *Coeli et terrae creator;* in qua eos damnat, qui *sortilegiis d superstitionibus non sine daemonum saltern occulta societate aut tacita pactione operam dare non cerentur;* et paulo infra vehementius illos urget, qui *etiam expressa cum diabolo pactione nefarias magicae artis incantationes adhibent.* Hanc artem damnavit etiam Gregorius XV. in Constitutione *Omnipotentis Dei.*

126. Si enim admittitur, quae undique patet, veritas seu realis existentia istius diabolici commercii, tunc nulla dubitatio superesse potest de justitia ejusmodi legum, quibus atrox adeo crimen compescitur. Si vero superstitiones istae in sola vulgari opinione, in emotae phantasiae ludibriis existere censentur, rursum inde apparet earumdem aequitas legum, quibus nefarii ausus et conatus compescuntur facinorosorum hominum, qui tale diabolicum commercium pertentant, vel sibi arrogant cum ingenti tum religionis tum societatis pernicie. Dixi *religionis,* quia ut plurimum polytheismo atque idololatria se polluunt, qui ejusmodi superstitionibus dant operam, a quibus magia cum suis surculis originem primam habuit; dixi *societatis,* quia pariter ut plurimum ad malum finem, seu ut noceant, qui ejusmodi artem exercent, seu potius exercebant, eam adhibent: tum etiam quia ignorantia, credulitate, terroribus popularibus abutuntur seu abutebantur ad populos in re gravissima decipiendos ac perturbandos. Inde profluxerunt etiam leges civiles tum apud ethnicos tum apud Christianos, quas protestantes ipsi retinuerunt ad ejusmodi delicta plectenda.12 Quacumque proinde ex parte spectentur ejusmodi leges et in qualibet hypothesi, constat nonnisi sapienter ac jure eas fuisse constitutas.

DIFFICULTATES.

127. Obj. 1. Leges, quae nullum objectum reale habent, inanes prorsus sunt ac perniciosae. Tales vero sunt leges latae adversus magiam ac varias ejus species, tum praesertim adversus sagas ac lamias, quibus 2. factum est, ut per tot saecula superstitiones alerentur ac insania, turpissimis nefariisque facinoribus ansa et occasio praeberetur. 3. Innumeras prope innocentes

n) Quin singulas leges contra ejusmodi delicta olim latas recenseamus, satis sil afferre quae Caj. Filangieri in op. *La scienza della legislazione* tom. IV. c. 45. circa finem declamantis in modum, ul solet, scribit: .Io non pario delle pene, che si trovano minacciate contro la magia ed il sorlilegio. 11 comune diritto ci offre su quest' oggetto leggi di sangue e di fuoco. Le leggi principali della maggior parte delle nazioni europec non hauno di che invidiare riguardo a questo punto la ferocia di quelle del moribondo impero.“ Has omnes leges contra magos, veneficos etc. collegit Jos. Maria Maravilia in sua *Pseudomantia veterum et recentiorum explosa;* Tarlarotli in app. ad opus suum, *Congresso nottumo delle lainmie,* in respons. ad Reginaldum Carli prof, patavinum ostendit leges ejusmodi in maleficos latas ab aegyptiis, graecis atque romanis fuisse, idque evincit auctoritate Ern. Flôrkii, *De crimine conjurationis spirituum* c. IX. §. 2, 3. et Justi Lipsii in Taciti Annal, lib. II. §. 32. in *excurs.*

victimas ferrum aut rogus ubique fere locorum ad plura saecula absumpsit u, 4. quae quidem mala ulterius prolata fuissent, nisi philosophica lux affulsisset, quae demum regnum illud diabolicum, cujus formam historiamque omnes fere gentes invicem inter sese communicaverant, destruxit, ac 5. revocavit ad quandam malorum et physicorum et moralium congeriem , quibus virtus nostra varie tentatur atque exercetur, 6. monuitque, ut quivis Christianus non malum genium extra se positum quaerat, sed in suo animo, id est, in suis pravis cupiditatibus, quae rectae rationis imperio non obtemperent, illum agnoscere haud dubitet. Ergo.

128. Reep. ad 1. *D.* Id est, verum aut saltem apprehensum seu reali aequivalens, *C.* verum tantum, *N.* Interdum enim, ut experimento constat, erroneae opiniones innumera prorsus mala pariunt aeque ac verae et reales. Quot mala non peperit anabaptistarum, e. gr. antinomianorum aliarumque sectarum fanatismus conceptus sive ex praepostera Scripturarum interpretatione, sive ex apprehensis falsis revelationibus aut inspirationibus? Nemo est, qui laudibus non commendet leges datas ad ejusmodi perniciosos fanaticos coercendos. Cum igitur eadem occurrant in casu nostro, jure arguimus sapienter pariter constitutas leges fuisse ad facinora, quae exinde oriebantur, compescenda: et haec quidem in hypothesi adversariorum, quam tamen rejicimus.

129. Ad 2. A'. Non enim ex legibus ejusmodi superstitiones originem duxerunt, sed cum jam longe lateque propagatae essent ac publica privataque res gravissimum detrimentum caperet, leges supervenerunt ad haec mala aut delenda penitus aut saltem compescenda, alioquin stulte omnino concludere deberemus, homicidia, furta, adulteria ac vitia cetera ex legibus contra eadem prolatis orta aut alta fuisse, iisve ansam aut occasionem praebuisse.

130. Ad 3. *D.* Ex pravo legum usu, *Tr.* ex legibus ipsis, *N.* Nec enim duo haec inter se commisceri possunt. Leges quidem optimae interdum sunt, ast prave omnino in usum deducuntur sive ex judicum immoderato ardore ac praejudicio, sive ex perversa earum intelligentia, sive ex quaestionum aut processuum, ut ajunt, defectu, sive quacumque alia de causa ex cujusque

,3) Si fides habetur Moshemio in hist, scient, in Marea brandeburg. pag. 436. in solo electoratu trevir. paucis annis accusati maleficae superst. et mulctali sunt 6500 homines. Christ. Thommasius in op. *De crimine muyiae* §. 2, 6, 46, 47. fatetur longe communiores fuisse penes protestantes processus adversus sagas confectos. Attamen Romae, in hoc scilicet, ut ipsi dicunt, superstitionis et crudelitatis amplissimo domicilio, Romae, inquam, ut observat Spedalieri in sua *Analisi dell' esame critico det signor Nic. Freret* cap. X. ari. IX. §.5. ne unus quidem morte mulctatus est ob ejusmodi delicta." In Roma, *inquit,* non si è mai brucialo alcuno per accusa di stregoneria, come più volte è accaduto in Francia." Quod confirmat Bergier *Diet, theot.* art. *Inquisition* scribens: »Γοη n'en connoît aucun exemple à Rome," scilicet capitalis poenae adversus hujusmodi reos.

aetatis praesertim moribus. Fieri proinde potuit, ut invalescente timore aut majoris mali formidine innoxii quandoque cum reis permiscerentur. Ut plurimum tamen, quod animadversione dignum est, qui ad supplicium trahebantur, etsi solo imaginationis aestu laborarent, gravibus criminibus obstringebantur, de quibus longe facilius constare poterat.

131. Ad 4. A*. Frustra gloriatur philosophia, seu potius incredulitas, se lucem attulisse ad tenebras fugandas. His enim malis nonnisi vera religio occurrere potuit per divinas suas institutiones, quibus has paganismi veluti reliquias omnino delevit, quae altas radices in populis egerant. Hos ipsa edocuit nihil daemones posse absque Dei nutu. Sane ecclesiastici viri primi fuerunt, qui rudiores populos ab ejusmodi superstitionibus abduxerint. Fridericus Spee S. J. omnium primus in Germaniae regionibus, ubi processus potissimum instituebantur adversus sagas, facem attulit, atque hunc non solum catholici, sed ipsi protestantes et philosophi secuti sunt. 14 Sane antiquiores philosophos ceteris superstitiosiores ac magicis artibus maxime addictos juxta dicta fuisse novimus. Quare uni religioni Christianae philosophi recentiores acceptam referre debent rectam judicandi formam, quam sibi tribuunt.

132. Ad 5. *D.* Per integram veritatis testatissimae destructionem, *C.* per moderatam discussionem. A'. Nempe philosophi isti et rationalistae obtendentes delere se prorsus velle regnum diabolicum, ut ipsi loquuntur, ipsam daemonum existentiam negarunt contra biblica omnia documenta ac totius

H) Cum Leibniizius in *Theodicea* P. I. §. 96. (opp. edit. Dutens tom. L Genev. 1768) vocasset: ..Fridericum Spee, jesuitam, unum e praeslantissimis suae societatis... qui ex nobili 'weslpbalici circuli stirpe oriundus erat, inque odore sanctitatis obiit;- subdit §. 97: ..Excellentis hujus viri memoria eruditis etiam et sapientibus in pretio esse debet ob conscriptum librum, cui titulum dedit: *Cautio criminalis circa processus contra sagas,* qui fuit magnopere celebratus, inque varias linguas translatus. A magno electore moguntino, *Joanne Philippo Sehünhornio,* eminenlissimi electoris hodierni ... patruo, didici, hunc patrem, cum in Franconia esset, quando in magiae diabolicae reos habitos igne saeviebatur, et complures ad rogum comitatus fuisset, quos ex confessionibus et perquisitionibus a se factis insontes omnes agnoscebat, adeo commotum fuisse, ut periculo, quod veritas patefacta tum temporis pariebal, nihil territus, opus hoc conscribere statuerit (tacito tamen nomine), quod ingens fructus excepit, quodque in hoc argumento ilium ipsum Electorem ... ab errore populari ad mitiorem verioremque sententiam traduxit, cum is, simul atque regimen auspicatus est, exustiones istas compescuisset, in quo sequaces habuit duces brunsvicenses, ac denique potentissimam aliorum Germaniae principum slatuumque partem.·' Frid. Bicrlingius alter lutheranus de eodem P. Spec disserens: .Inter singularia, inquit, sane referendum circa ista tempora virum pontificiae religioni addictum talia scribere ausum fuisse, quae hodie vix inter protestantes, ubique proferre licet homini candido et veritatis amanti, nisi illepidas murmurationes adversus se excitare velit.▮ *{De pyrrhonismo historico* cap. 4. §. 5- not. 2·) Dixi *primum* fuisse P. Spee, licet enim ante ipsum P. Tannerus ejusd. soc. in sua Theologia scholast. conatus fuerit aliquod remedium tanto malo afferre; at vix aliquid profecerat.

humani generis consensum, atque contra traditiones non rndiornm tantum sed et cultiorum populorum. Id fecerunt quod alius quilibet, qui volens domum purgare eam incendit.

133. Ad G. *D.* At perperam, *C.* jure, *N.* Longe melius, quam rationalistae praestiterint, divina revelatio quemvis hominem admonuit, ut in se agnosceret omnium cupiditatum pravitatem ex culpa progenitorum inductam, quae omnium malorum voluti fons et radix nefaria est; ast simul eundem hominem docuit, diabolum tamquam leonem rugientem circuire quaerentem, quem devoret 15, se habere colluctationem non solum adversus carnem et sanguinem, sed etiam *adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harunij contra spiritualia nequitiae in coelestibusiô,* docuitque modum ejusmodi hostibus resistendi eosque vincendi. Neutra proinde veritas in dubium, nisi per summum nefas, revocari potest.

134. In st. Usus saltem exorcismorum, qui in ecclesia catholica adversus incantationes viget, haud parum confert ad diabolicas superstitiones apud populos fovendas; ergo.

135. Resp. *N.* Sed confert potius ad hoc, ut populi sibi persuadeant, Dei omnipotentia et Christi meritis diabolica molimina coerceri. In hypothesi autem adversariorum, juxta quam daemoniacae operationes non dantur, inserviunt exorcismi saltem ad corrigendam phantasiae perturbationem tranquillitatemque in animos inducendam. Sane apud protestantes, qui profecto exorcismos non solum non adhibent, sed contemnunt, multo magis invaluit opinio maleficiorum aliarumque daemoniacarum operationum, quam apud catholicos17;

») I. Petr. V.8.

,6) Eph. VI. 12.

’’) Placet hic alferre, quae Sprengel op. cit. tom. VI. pag. 68 et 69 his verbis scribit: «Verso ii fine dei sedicesimo secolo si trovarono a Friedeberg nel Brandeburghese, piü di 150 indemoniali, e dilatossi si rapidamente e si universalmente questo male, che il concisloro (protestante) ordinô a tai uopo delle preci per tulle le chiese. L'egregio signor Mohsen, da cui ho desunto queste notizie, fece vedcre, chc la riforma, anzichè impedire, dovette promovere la propensione a simili assurdità. Lutero slcsso non andô scevro da si vani pregiudizi dei suo secolo, di modo che ripeteva da’ diavoli quasi tulle le malatlie, e s’ adirava contro quei medici, che osavano derivarle dalle cause naturali.·* (Luth. opp. P. XXII. pag. 1171. 4. Hal. 1743.) ..Asseri inoltre, che il diavolo gli apparve in figura di monaco colle mani falle a guisa degli artigli dei volatili, e che gli propose varii sillogismi (quibus nempe inductus est ad eliminandas missas privatas). Anche Melantone collivava la superstizione e si diverliva in racconlarc le storie delle strcghe e de’ fantasmi (Cardan *De subtilitate,* lib. XIX. pag. 657. Melanchth. *Declamat,* vol. IV. pag. 646·). Colesta tcndenza a si vana credulilà non potè a meno, subito dopo la riforma introdotla da Lutero, d’accomunarsi fra’ predicatori, *tratti d' ordinario* dalla classe infima de’ ciltadini o dagli artigiani ignoranti. Finalmenle, come rifletle saggiamente il signor Mohsen, la riforma contribui a inoltiplicare i sortilegii, le malatlie demoniache, le streghe, i fanlasmi coli’ abolizione de’ pellegrinaggi, che presso i cattolici guarivano melanconie cd isterismi con prodigioso successo.'* (Môhsen, *Storia delle scienze nella Marea di Branded.* pag. 503.)

idem dicatur de antiquioribus haereticis, apud quos magia, incantationes, maleficia frequentissima reperiuntur.18

136. De angelis hactenus. Jam ad ulteriora magisque necessaria progredimur.

Plures in haec verba animadversiones institui possent; satis interea sit testimonium ipsorum protestandum circa daemoniacae superstitionis progressura apud ipsos, ac remedia, quae in catholicis institutis reperiunlur, etiam si abstrahamus ab omni ope supernaturali. Peregrinationes enim, de quibus loquitur ciL Mohsen, institutae erant ad auxilium sanctorum implorandum. Adeo apud protestantes invaluerat ejusmodi credulitas, ut non obstante doctissimo opere P. Spec, quamplurimi ex ipsis eam doctrinam et agendi rationem tueri conati sint, inter quos eminent Ben. Carpzovius, Dan. Sennertus, Christ. Crosius, Mericus Casaubonus, Henr. Mauritius, Theoph. Spizelius, Jos. Glanvilius, Joann. Bapt. Van Helmonlius, Conr. Hartzius, aliique bene mulli.

I9) Conf. Bergier, *Dici, de Theol.* art. *Maffie.*

PARS II.

DE MUNDO.

137. Theologi dogmatici instituta consectantes, sacrarum Scripturarum ac philosophiae tractatoribus eas relinquimus quaestiones, quae ad ipsos propius spectant. Cosmogoniam mosaicam unice nobis propugnandam suscepimus, tum a neotericis potissimum biblicis, tum a recentioribus nonnullis physicis, geologis, astronomis et criticis oppugnatam. Illi enim creationis historiam, qualis a Mose describitur, ut mythum biblicum traducunt; isti vero geologicis observationibus, supputationibus astronomicis, maxime vero chronologiae studiis mosaicam historiam diruere penitus contendunt. Frustra vero in his vindicandis nostram operam impenderemus, nisi prius *creationem ex nihilo* velut dicendorum fundamentum statueremus. Ab hoc proinde auspicantes, cetera ex ordine prosequemur.

CAPUT I.

DE MUNDI CREATIONE EX NIHILO.

138. Plus minus errarunt ii omnes, qui vel revelatione destituti, vel eam contemnentes, de cosmogonia disseruerunt, seu de creatarum rerum origine quaestiones instituerunt. Plerique veterum vel aeternae materiae existentiae fidem praestiterunt [1] vel *hylozoismo,* vel *emanationis* doctrinae, qua

*) Cf. Cudworlh. lib. I. §. 72 et seqq. et §.831; Buddaei, *Theses de atheismo,* pag. 236; Plufner, *Aphorismen,* Aphorismi 2. edit. 1. §. 1044; cf. Cicero *De nat. deor.* lib. II. ubi haec habet: *Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitae vi ac ratione designari et confici voluit;* Virg. *Aeneid.* lib. VI. 724 et seqq., item Heyne, *Exeurs.* XIII; Buhle, *Lehrbuch der Geschichte der Philosophie,* seu *Liber doctrinae historiae philosophiae,* c. 4. pag. 156 et seqq. Apud

rerum omnium congeriem per actionem Dei immanentem explicarunt2, vel per divinae naturae *radiationes ',* vel per *pantheismum 4,* vel denique per *dualismum. s* Recentiores autem non pauci philosophi aut veterum commenta veluti e rogo ac cineribus excitarunt, aut gravioribus erroribus mundi originem ejusque existentiam infecerunt. Alii enim corpora ex mundi notione rejecerunt, solas substantias spirituales statuentes, ut *idealistat;* alii, *materialistac* nuncupati, exclusis spiritualibus substantiis, mundum solis corporibus constare arbitrantur: alii eo dementiae progressi sunt, ut praeter animam suam omnia e mundo tollant, *cgoistae theoretici* appellati. 6 Kantius, posita distinctione inter *noumena* et *phaenomena,* seu inter objecta intelligibilia sive subjectiva, et apparentia sive externa, statuit notionem mundi seu *totius absoluti* esse meram *ideam rationis purae* ultra phaenomena nitentis, et ad *absolutum* natura sua tendentis, cujus existentia probari non potest, et si quis eam probare voluerit, rationem puram *antinomiis* seu repugnantiis implicandam fore, eo quod de mundo non possit ex principiis rationis theoreticae certo decerni, nisi quatenus est *complexus phaenomenorum* sensus externi. 7

philosophos graecos ita praevaluit de aeternitate materiae sententia, ut cum Platone Deum non *creatorem* sive auctorem materiae, sed *opificem* mundi seu auctorem *formae* esse plerique judicarent.

*) Doctrina *emanatismi* bifariam dividitur, scilicet in emanatismum *immanentem* seu per actionem, quae manet in Deo ipso, et in *transeuntem.* Primus statuit mundum esse Deum ipsum et convenit cum *spinozismo;* alter, scilicet transiens, consistit in eo, quod putetur materiam ex ipsa Dei substantia promanasse, non secus ac radii a sole evibrantur, aut siculi ex aranea telae, ex bombyce filamenta produci solent.

') Quae ex sententia cabbalistarum originem habuit, si fidem adhibemus Kleukero in opere: *Ueber die Natur der Ema luilionslehre* etc. seu *De natura doctrinae emanationis,* et Tiedemann, *Geist der speculativen Philosophie,* id est, *Spiritus philosophiae speculativae,* tom. ILI. pag. 156 et seqq.

4) De quo in tractatu de Deo disseruimus.

s) Ibid. n. 138 et seqq.

·) Cf. Imre, *Philosophia seu amicum foedus rationis aim experientia,* part. ILI. cap. 1. §. 3, Festini 1827·

7) Ib. Ex hac theoria factum est, ut kantiani solam melaphysicam mundi sensibilis pertractent, sub titulo *philosophiae naturae* aut *somaloloyiae melaphysicae;* eam vero, quae de mundo quatenus toto *absoluto* et complexu non tam phaenomenorum sed et noumenorum omnium ageret, cujusmodi ea pars philosophiae est, quae vulgo cosmologia nuncupatur, ne quidem scientiae nomine dignentur. Kantius distinctionem inter *phaenomena* et *noumena.,* immo et voces has ipsas mutuatus est ex Sexto Empirico *Hypot.* lib. I. c. 4. pag. 2. edit. Aurelianae 1621, ubi agens de see plicis haec habet: Έστ» δέ *σκεπτική δύναμιι, άντ&ετική φαινομένων τε καί νοούμενων. Est autem seeptica δύναμιι* seu *vis et facultas, quae ea quae sunt φαινόμενα* seu *sub sensum cadunt, iis quae sunt voούμενα,* id est, *quae mente et intellectu percipiuntur, opponat.* Nemo autem recentiorum has voces adseiverat, ideo vero eas Kantius adoptavit, ut scholae elealicae seu Xenophanis *sceplicismum* et *idealismum* iterum inveheret. Critici kantiani universim quatuor de mundo *antinomias* totidem *thesibus* et *anlithesibus* expressas ponunt, quas quisque recolere potest apud Galuppi, *Letlere filosofiche.* Messina 1827. lett. XII. pag. 270 et seqq.

139. Nos itaque *mundi* nomine intelligimus seriem unam absolutam entium finitorum, contingentium, mutabilium et inter se connexorum, seu universitatem rerum omnium quaecumque praeter Deum sunt, sive animatae sint, sive inanimatae, sive intelligentes. Cum vero de intelligentiis puris satis disseruerimus in superiori tractatus parte, ubi sermo fuit de angelis, de homine autem acturi simus in parte tertia, hic mundum adspectabilem et corporeum tantum seu rerum molem, quae nos circumstat, ex nihilo conditam esse, propugnandum suscipimus.

140. Ita dum mundum ex nihilo eductum adstruimus, per *nihilum* intelligimus statum possibilitatis merae, internae, *logicae* a nonnullis nuncupatae, seu non existentiae, prout opponitur statui actualitatis et existentiae, atque ut punctum et terminum, a quo actualitas esse coepit, et quidem, ut aj tum ex nihilo *sui,* tum ex nihilo *subjecti.* 8

PROPOSITIO.

Deus, prout ex divina revelatione constat, mundum ex nihilo in tempore seu cum tempore condidit.

141. Haec propositio est de fide, ut patet ex symbolo apostolico: *Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae, visibilium* scilicet et *invisibilium,* ut exponit symbolum nicaeno-constantinopolitanum, et apertius etiam ex concilio lateran. IV. quod speciatim sancivit *unum esse creatorem omnium .... qui simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam.*

142. Praefatam doctrinam Moyses satis aperte tradidit per ea verba, quibus librum Geneseos exorsus est: *In principio creavit Deus coelum et terram;* in principio scilicet temporum creaturas omnes enasci ex nihilo jussit. Etsi vero Hebraica vox quam alexandrini verterunt *&ιοιηϋε, fecit,* vulgatus autem latinus interpres *creavit,* tum ex nihilo aliquid educere, tum ex subjecta ac praeexistente materia opus conficere ac effonnare per se signi-

8) Alii distinguunt inter *nihilum positivum et nihilum negativum.* Nihilum *positivum* vocant illud, quod actu non est, sed solum in potentia; nihilum *negativum,* quod neque in actu neque in potentia, saltem proxima, est. Alii discrimen posuerant inter *nihilum negativum,* quod significat *dyaipeaiv* vel negationem omnis *entitatis,* et inter *nihilum privativum,* quod existons quidem aliquid, scilicet *materiem,* supponit, sed ad aliquid producendum prorsus ineptarii cl informem. Deum, ajunl hi, primum produxisse ex nihilo negativo, scilicet *lZ.* ovK ovrof, *ex non ente,* nihilum privativum seu materiem informem (creatio *prima* dicitur) seu primi ordinis, deinde ex materia informi res creatas omnes (creatio *secunda* nuncupatur). Ad tollendam proinde omnem aequivocationem, quae in varia *nihili* notione inest, .'diis verbis usi sumus.

*) In cap. *Firmiter* superius adducto.

ficare possit, quod plura exempla demonstrant2; in priori tamen significatione

5) Γογ XZZ *proprie significat eaedere,* ait Rosenmüller, *ut i Jos.* XVII. 15. Bt "7 'd *Ascende in sglvani et succide libi illuc, et rursum* ib. v. 18. *Ezech.* XXIΓI. 47: N'I2'I ΟΠϋΤΩ >d est, *Et succident eas in gladiis suis. Porro* }<"ï2î *ut observai Scholtens ad excerpta Hamasae,* pag. 384. *denotat* praecidere, praecidendo asciare, *ac* dedolare, *adhibitis nempe instrumentis fabrilibus, atque adeo* exasciare, *mox fabricari, ut Ezech.* XXI. 19; *ita etiam Scheidius in libro Geneseos ad fidem codd. MSS. etc. tum verbum omnino eadem significatione sumitur qua* Hti'V et *fecit, finxit.* Ita quidem Car. Rosenmüller; asl fallitur. ^2 enim in prima conjugatione *kal* proprie significat *creavit,* nec nisi in conjugatione *pihel* usurpatur in sensu *succidendi, caedendi* etc., etenim nuspiam in sacris litteris eo sensu accipitur nisi in *pihel.*

Porro vim vocis K'I3, quam Vulgata vertit *creavit,* in primitiva sua significatione tantumdem valere ac *ex nihilo alic/iiid educere, facere ex nihilo,* constat L ex sensu traditional! totius synagogae, ut ex adductis testimoniis patet, praesertim ex pia Machabaeorum matre, cujus verba majorem adhuc prae se ferunt claritatem in textu graeco: *Γνΰναι ότι ίζ* οὐκ οντωχ *InoiqCt αντά ὁ 3ιό{.* Id est: *Agnoscas quod Deus ea fecerit ex non esse, seu ex eo quod non est.* MS. alexandrinum londinense habet: *Οὐκ IE οντιον,* quod nempe Deus *ea non fecerit ex aliquo jam existente.*

Constat II. ex versione arabica, quae perfecte reddit sensum trium priorum vocum Geneseos, ex hebraico textu vertens: *Quod primum Deus creavit* (fuit coelum et terra).

aJjf Jiis. U

Constat III. ex rabbinorum expositione. David Kimchi in suis */indicibus hebraicis,* art. X'O, scribit: *Vera significatio* HWD *(Heriah,* substantivum *roù* JCQ) *est innovatio alicujus rei et sua egressio ex nihilo ad esse:* JCH *?] ϋ'ὺ ιγχιί ίζίπ* ennnn. *Et sic etiam dicit versiculus* (Isaiae XLIII. 7.): *In honorem meum* creari *eum* PΠN'I2; formavi *eum,* feci *eum,* 'lYPIPJl· *Primo ego* creavi *eum,* ex nihilo eduxi ad esse, *deinde formavi eum, constitui per formae dispositionem, et post haec feci eum, quod significat* confinxi *eum: nam vox significat formam, figuram, configurationem alicujus rei ejusque postremam confectionem* (seu perfectionem). Moses Nachmanides (Ramban), *Comment. in Gen.* fol. 8. verso, edit. Wilmesdorfii: *Sanctissimus, sit benedictus!* inquit, *creavit omnes creaturas ex* nihilo absoluto. *Nos non habemus in lingua sancta nisi vocem ad significandum educere substantiam ex nihilo.* R. Obadias Sephorno, *Comment.* editis in *Biblia magna rabbinica,* Amstelodami, ait: JO2, *fecit quod non existebat.* In *Comment.* Mendelssohn ac Salem Dubna: *ℓJ',ÿ significatio primitiva est* educere ex nihilo ad esse, *fecit quod non existebat. Tropice postea usurpata est ad significandam additionem ad esse, augmentum substantiae ejusque vis.* Ex hac postrema animadversione Mcndelssohnii discimus, per solam *extensionem* adhiberi interdum ›n s*' gnificalione "βρ, *formare,* et facere? efficere. Cf. Gen. I. 26 et 27, coll. cap. II. 7. Hic demum adnoto, protestantem Schultens (cujus auctoritate utitur Rosenmüller), dum ex proprio nomine observat adesse paritalem inter conjug. *Pihel,* et Arabum (conjug. secundae), sibi attribuisse, quod suum non erat. (Vid. *Excerpta et Anthologia veterum poetarum,* quae inscribuntur: *Hamasa Abi temmam,* ex MS. edit. Alb. Schultens, Lugd. Batav. 1767, pag. 383—84. in nola ad v. 3. *Abii Ikebyr).* Nam David Kimchi, op. et loc. cil. expresse

in adducto Geneseos loco accipi debere, mundumque proinde ex nihilo tum *sui* tum *subjecti,* atque in tempore seu cum tempore conditum esse, ex ejus collatione cum aliis Scripturae textibus et ex sensu traditional! aperte colligitur.

143. Etenim praeter ea, quae Psalmo CI. habentur: *Initio tu. Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt coeli,* Christus Joann. XVII. 5. sic Patrem orabat: *Clarifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te. 3* Verum omnium apertissima verba sunt, quibus IL Machab. VII. 28. sic mater filium suum natu minimum ad martyrium vehementer hortabatur: *Peto, nate, ut aspidas ad coelum et terram, l omnia, quae in eis sunt, et intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus.*

144. Hinc, si paucos excipias sive incredulos sive haereticos4, tum universa hebraeorum gens tum Christiani omnes conspirarunt in hoc adstruendo dogmate. Immo patres omnes istud tamquam principium certum habuerunt adversus gnosticorum et manichaeorum errores, ut adstruerent scilicet, Deum unum esse rerum omnium creatorem materiam vero ejusdem Dei conditoris esse opus.

affirmat, patrem suum, Josephum Kimchi, comparasse (hoc verbum cum daghesch) cum lingua arabica, quae exprimit *asciare, caedere, seu bioiijat, fecil,* adhibitum esse, quod de rebus etiam usurpari soleat, quae ex materia quadam praeexistente conficiuntur. En verba Procopii translata ex graeco exemplari, quod omnium primus dedit Steph. Souciet S. J. in *Observat, ad lib. posth. Rich. Simonii,* Paris. 1730, IV. vol. in 8., cujus auctor habitus antea fuerat P. Tourneminius, eruditus alter eSoc. Jesu scriptor: ..Cum vocabulum *Ιποίηϋζ* de illis etiam rebus adhibeatur, quae ex materia quadam fiunt, de falce v. g. quae paratur ex ferro, et aliis rebus ejus generis, quae conficiuntur ab artificibus, nata hinc est *nonnullis* occasio dicendi Mosen, quam ab aegyptiis edoctus esset, accommodate ad hanc sententiam verbum *Ιποϊηβι* usurpasse; quorum hominum fallaciam cum nescirent graeci interpretes, Mosis verbum hebraeum verterunt *Ιποίηβε,* at quovis tempore strenui fidei defensores non defuerunt, qui ita eos refellerunt, ut numquam assurgere potuerint, ac proplerea obscuri jacuerunt." Ex his patet, qua fronte ausi fuerint, Jac. Windetus in libro *De statu vita functorum,* lect. H. pag. 48; Burnetus, *Archaeol. philosoph.* lib. II. cap. 9. pag. 453. aliique apud eosdem arguere scholasticos, quasi illi omnium primi creationem ex nihilo ex male accepta significatione vocis KI3 confixerint, antiquioribus chrislianis prorsus incognitam.

3) Idem docetur Rom. IV. 17.

4) Ex haereticis omnium antiquissimus, qui negaverit creationem cx nihilo, est Hermogenes, quem tamquam stolidum disputatorem Tertullianus impugnavit in libro adversus eumdem. Marcion jecit potius fundamenta manichaeismi de duobus principiis. Non defuerunt tamen sequioribus temporibus etiam in Christianorum coetu, qui simplicitati fidei et oraculis divinis humana deliramenta praeponerent. Tales illi fuerunt, de quibus scribit Procopius Gazaeus, non ignobilis sacrorum librorum saeculi VI. interpres, qui dicerent aetate sua, Moysem ab aegyptiis edoctum tradidisse, mundum a Deo ex materia quadam aeterna conditum eaque de causa in graeca versione capitis I. Geneseos vocabulum

5) Cf. Iren. *Adv. haer.* lib. L cap. 22; lib. II. cap. 2 el cap. 27; lib. III. cap. 8. edit. MassueL; Tcrtull. *De praescript.* cap. 13. ac lib. I. *Adv. Marcion.* cap. 10 et seqq. ; Origenes, *De principiis,* in proocni. n. 4. edit. maur. ; August. *De Genesi coni. Munich.* lib. I. cap. 2·

145. Ex ratione sic thesis confirmatur. Mundus est finitus, constat enim partibus finitis; ergo est contingens, mutabilis et dependens; ergo ab alio est tum quoad materiem tum quoad formam, et causam efficientem habet, ac proinde improductus non est; quod improductum non est, aliquando non fuit; quod aliquando non fuit, habuit initium existendi; quod aliquando non extitit, ex statu mere logico seu possibili perductum est ad statum existentiae; quod autem sic producitur, ex nihilo oritur, et quidem tum *sui* tum *subjecti,* ac proinde in tempore.

146. Quae quum ita sint, corruunt per se iniquiora omnia systemata irreligiosa tum antiquorum tum recentiorum philosophorum. Ex dictis enim sequitur, absurdum esse *hylozoismum, autotheismum, panthdsmum, manichad-smum, emanatismum tum transeuntem tum permanentem* 6, ac solam proinde mosaicam cosmogoniam admittendam esse; seu quod idem est: Deus, uti ex revelatione constat, mundum ex nihilo *in* tempore seu *cum* tempore condidit.

DIFFICULTATES.

147. I. Obj. 1. Recentioris aetatis homines dubitarunt, an vere affirmetur in libris sacris mundum ex nihilo esse creatum; 2. siquidem ambigua sunt verba Gen. I. 1, itemque formulae II. Mach. VU. 28; Hebr. IΓ. 3; Rom. IV. 17; et Sap. II. 15. 7 Verum, 3- quum miracula jam ab antiquissimis temporibus cognita fuerint, haud longe abfuit mens humana a cogitatione ista creationis ex nihilo8, 4. quae argumentis etiam philosophicis posteriori tempore demonstrata est. Hinc recte vocaveris dogma creationis ex nihilo ideam philosophicam ac recens natam, perperam Moysi adseriptam.

148. Resp. ad 1. *D.* Sociniani, deistae ac rationalistae, *Tr.* vel *C.* alii,*N.* Ecquid non in dubium revocarunt ejusmodi haeretici vel increduli? Hinc nulla prorsus ratio habenda est ejusmodi hominum, qui a traditione recedentes atque ab ecclesiae auctoritate et quacumque germanae exegeseos regula, evanescunt in cogitationibus suis.

149. Ad 2. Juxta dicta, *N.*

150. Ad 3. *Neg.* suppositum, tum quia notio miraculi in creatione seu eductione rerum ex nihilo non includitur 9, tum quia non ab humanae mentis cogitatione prodiit idea creationis ex nihilo, sed ex primaeva traditione seu revelatione divina.

151. Ad 4. *D.* Facem praebente revelatione, *C.* independenter ab ea, *N.*

6) Cf. Imre, op. cit. cap. 2. §. 1 et seqq.

') Wegscheider, §. 95. not. d, et Baumgarten-Crusius, *Bibi. theol.* pag. 257 et seqq.

Slaudlin, *Dogmatik und Dogmengesehichte,* sen *Dogmatica et historia dogmatum.* pag. 212.

') Cf. S. Thom. part. I. qu. 105. art. 7. ad 1. et I. 2. qu. 113. art. 10.

Ut patet ox veteribus philosophis, quorum plerique saltem ex principiis philosophicis contrarium quidquam ex nihilo ad existentiam produci traduxerunt10; nec minus procul a vero abierunt philosophi recentiores, revelatione neglecta, ut ex dictis constat. Negamus propterea illationem, creationem videlicet ex nihilo esse ideam philosophicam, ac proinde a Moyse doceri non potuisse. Quin potius accedit, dogma et ideam creationis ex nihilo antiquissimam esse profectam ex traditione populorum, ac praecessisse ipsam graecorum philosophiam, cujus rei testes sunt cosmogoniae poetarum, quae omnes incipiunt a *Χάο , Chaos,* quod proprie significat *vacuum, vastum, hiatum, inane seu nihilum* 11; testes praeterea sunt cosmogoniae aegyptiorum et phoenicum, quas exhibet Philo Biblius, quasque plane consentire cum mosaica cosmogonia eruditis compertum est. 12

10) Hinc Cicero, *De div.* lib. II. cap. 16: *Erit aliquid,* inquit, *quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat, quis hoc physicus dixit unquam?* Tom. XIII. opp. edit. Taurin. Cf. Moshemu *Diss. de creat, mundi ex nihilo,* ad cap. 5. *System, intell. Cudworthi,* quae tamen caute legi debet. Via. cl. Gerdilii *Introduz. alio studio della religione,* lib. I. §. 2. tum lib. II. §. 9 et seqq.

") Χάο enim est a *χάω, hio, vacuus sum, capio;* vide Scapulam et Ernestum. Hinc Joann. Dan. a Lennep in *Etymologico linguae graecae cum animadvert. Scheidii,* Trajecti 1808. ad hanc vocem scribit: /1 *χάω remansit proxime derivatum χάο , sic vocabant vastum illud inane rerum condendarum capax... a χάω, sive χά2ω, χάσμα μέγα* (Luc. XVI. 26·), *intercapedo magna.* Hesiodus porro in *Theogonia,* v. 123. scribit:

Έκ χάεο b' 'έρεβό τε μίλαινά τε
Νύζ, IγIνοντο.
Ex Chao vero Erebusque nigraque
Nox editi sunt.

ct v. 116:

"Ητοι μίν πρώτιστα Χάο γένετ', αὐτάρ ϊπειτα
Γ'αΐl ευρύστερνο .
Primo omnium quidem Chaos fuit, et deinde
Tellus lato pectore praedita.

Ex his Ovidius, *Metamorph,* lib. I. v. 5 et seqq. etsi diversa significatione; Diogenes Laertius in proocm. Segm. 10. hanc tradit fuisse aegyptiorum de rerum origine philosophiam, *ἀρχήν είναι τήν ϋλην, εϊτα τά τέσσαρα στοιχεία ΪL αυτή 5ιακρι3ήναι, καί <Ξωά τινα άποτεΑεσ9·ήναι.* Id est: ..Materiam principium fuisse rerum, ex ea deinceps quatuor elementa discreta perfectasque quasdam animantes.*' Joann. Clericus in *Commentariis* ad cap. 1. Geneseos inquit: ..Fragmenta doctrinae veterum Chaldaeorum, phoenicum et aegyptiorum apud eas gentes mundi initium ostendunt. Ea collecta sunt a doctissimis viris T. Stanleio *Philosoph. orient,* lib. I., Hugone Grotio, lib. I. *De verit. relig. christ,* et Joann. Marshamo, initio aegyptiaci canonis."

*2) H. Grotius loc. cit. ostendit convenientiam cosmogoniae phoeniciae, quam refert apud Eusebium, lib. I. cap. 10. *Praep. evangel.* Philo Biblius, seu potius Manethon aegyptius antiquissimus scriptor, cum cosmogonia mosaica. Porro et cum cosmogonia hebraica convenit aegyptiorum cosmogonia, quam refert Diodorus Siculus, *iiiblioth.* lib. I. cap. 13. Cum tanta sit harum omnium cosmogoniarum convenientia, Hezel atque Hasse aliique critici protestantes arbitrali sunt ex communi aliquo fonte eas repetendas, nempe ex aegyptiorum libris sacris, Thaulo tributis, e quibus Sanchuniathon, Berytus et Plato in Timaeo suam deprompserant. His adstipulatur Rosenmüller. Sed quaeri potest, unde aegyptii hauserint suam? Profecto nonnisi ex antiqua traditione. Moyses hanc traditionem integram servavit, ut patet ex ipsius narrationis simplicitate; contra ceterae gentes illam plus minus corruperunt. Cf. Nicolai,

152. **Inst.** 1. Ex quorumdam interpretum sententia sic verba Gen. I. 1. reddi debent: *Cum Deus fecit coelum et terram, materia erat informis;* 2. quam expositionem confirmat versio alexandrina, quae sic habet: *In principio Deus fecit coelum et terram,* id est, formavit ex praejacento materia, 3. juxta illud Sap. XI. 18: *Fecit* Deus *mundum er informi materia.* 13 Profecto 4. Tertullianus aliique patres, ac nonnulli etiam theologi fatentur creationem ex nihilo ratione potius quam Scripturae auctoritate comprobari. Immo 5. Beausobre censet dogma creationis alienum esse ab antiqua judaeorum theologia. 14 Ergo.

153. **Resp.** ad 1. *D.* Socinianornm, *C.* orthodoxorum, A' Cum sociniani juxta protestantismi principia, ubi pedem figant non habeant in sacrarum litterarum expositione, eas contra nativum ac traditionalem sensum ad propria placita detorquent.

154- Ad 2. *Neg.* Ideo enim LXX vocem reddiderunt *fecit, ἐτιοίησε,* quia id quaerit graecae linguae indoles, ut patet ex ipso symbolo constantinopolitano *Credo in unum Deum factorem coeli* etc., *ποιητην,* ubi vocem *factorem* significare *creatorem* nullum dubium est.

155. Ad 3. *Neg.* Non aliud quippe exprimit Sapientiae auctor, quam Deum non solum materiam condidisse (quod aliqui creationem *primam* vocant), sed ipsam praeterea sapienter disposuisse (creationem *secundam* dicunt), ut patet ex contextu et ex auctoris scopo commendandi Dei sapientiam. 15

156. Ad 4. *Neg.* Tbrtullianus enim tum Scripturarum auctoritate tum ratione ipsa ostendit adversus Hermogenem materiam non esse aeternam. 16 Ceterum Bergier provocat adversarios, ut vel unum ex patribus vel theologis catholicis proferant, qui affirmaverit, aut saltem innuerit, creationem ex nihilo Scripturae auctoritate probari non posse.

Disseri, e lezioni di sacra Scrittura; diss. 5. *praemiale,* et *Iczione* 1. *sui Genesi,* ubi ingenti eruditione veterum et recentiorum usque ad aetatem suam placita expendit. Ceterum Gesenius, *Commentai, de theol. samarit.* cap. 4. ostendit, Samaritanos docere mundum ex nihilo conditum esse. Ab his non discrepant ipsi sinenses, qui ex antiquissima traditione docent, mundum seu coelum et terram non secus ac hominem principium a Deo conditore habuisse. Cf. cl. Windischmann in erudito opere: *Die Philosophie* etc. seu *Philosophia iu progressu historiae mundi,* vol. L part. I. sect. 1. pag. 142 et seqq. Bonnae 1828.

lJ) *Ου γάρ ηπόρμ ή παντοδύναμοί Οου χιίρ, καί κτϊΟαΰα τον κόσμον ΙΕ άμορφου ΰληί.*

M) ***Hist, du manich.*** tom. IL pag. 182.

,s) Huic Sapientiae loco explanando conferunt, quae scribit s. Joann, damasc. *De fide orthod.* lib. IL cap. 5. edit Le Quien.

,e) Cf. cap. 18 et seqq. et patebit, quot Scripturarum testimoniis Tertullianus evincat creationem materiae ex nihilo. Quamquam et ipsum librum orditur ab argumento praescriptionis fidei catholicae adversus recentem Hermogenis haeresim.

157. Ad 5. Esto. At irriti sunt omnes impii istius scriptoris conatus ad propugnandos et manichaeos et incredulos; singulis enim fere Scripturarum paginis refellitur. Ipsum praeterea judaeorum institutum de sanctificatione sabbati, atque usus, qâi apud omnes fere gentes antiquas obtinuit, supputandi tempus per septem dierum circulum'7, seu per hebdomadarum periodum, non obscuro traditionem innuunt de creatione, prout ipsam Moyses enarrat.

158- II. Obj. Justinus martyr, Origenes, Clemens alex, nullam agnoverunt creationem ex nihilo, sed materiam aeternam professi sunt. 18 Ergo.

159. Resfh *Neg. antec.* Etenim s. Justinum aeque ac Athenagoram ab hac criminatione praeclare defendit cl. Maran in praefatione ad istorum opera 19; et sane s. Justinus in *Exhort, ad graecos* hoc asserit: *Creator enim, nulla re alia indigens, sua virtute et potestate id, quod fit, efficit. Opifex vero accepta ex materia condendi facultate opus suum construit.*70 Hinc Platonem arguit, quod Deum non *creatorem,* sed opificem fecerit.

160. Origenes autem in Genesim et alibi non solum materiam creatam aperte affirmat, sed et impietatis eos arguit, qui eamdem Deo coaeternam esse effutierunt.21

161. Clemens denique alex, in *Exhort, ad gentes* speciatim docet, voluntatem Dei solam causam esse efficientem creati hujus orbis. 22

162. III. Obj. 1. Notio creationis ex nihilo contradictionem involvit.

,7) Henkc, *Lineam, fid. christ.* pag. 81. dierum in hebdomades divisionem aegyptiis jampridem cognitam fuisse contendit, etiamsi Dio Cassius primus hujus rei mentionem fecerit. Ideler, *Handbuch der Mathemat.* etc. seu *Manuale mathematices et chronologiae technicae ex originalibus elaboratum,* II. vol. Bresi. 1825—26, 1. pag. 178 et seqq. et *Veber die siebentagige Woche,* id est, *De hebdomada septem dierum,* eamdem supputationem ex rationibus astronomicis secundum ordinem, quem aegyplii planetis tribuerunt, repetitam esse vult. Ast perperam. Marsharous enim cl Spenccrus, qui ei praeiverunt in hoc commento, validissime refutati sunt a Meyero, *De tempor. sacr. hebr.* Part. I. cap. 9. Quare rectius Grotius, *De verit. relig. chr.* cap. 16. et Jurieu, *Hist, des dogmes,* censent, usum in Oriente obtinuisse dividendi tempus in hebdomadas ab ipso mundi exordio, esseque residuum antiquae traditionis de mundi creatione; recentior tamen usus invaluit denominandi dies a nomine planctarum. Videsis Nicolai, op. cit. lez. XVI. *dei Genesi.*

18) Sic auctor *Epistolae à Mr. de Beaumont,* pag. 50.

19) Praef. in opp. s. Justini part. II. cap. 2. ubi apertissima tum Justini tum Athenagorae testimonia profert, quibus ipsi docent mundum et materiam e nihilo fuisse a Deo productam.

α0) *Ὁ μίν γάρ ποιητή , ούδενό ϊτίρου προ δεόμενο Ικ τη εαυτοΰ δυνάμεω καί Ιζ,ουϋία ποιεί το ποιούμενον · ό δε δημιουργοί, τήν τή δημιουργία δϋναμιν Ικ τή ύλη είληφώ* κατασκευάζει τό *γινόμενον.* Vid. opp. s. Justini, pag. 23. edit. D. Maran.

a') In cap. I. Gen. tom. IL pag. 2 et seq. edit. maur. ubi sententiam eorum, qui Deo materiam origine carentem elaborandam, artificum nostrorum more, dandam esse putant, *errorem* vocat, et late refutat; tum in Joann, tom. I. η. 18.

w) Cf. Bergier, *Traité histor. et dogmat.* loro. V. part. II. chap. 3. art. 1. §. 1. n. 3 et seqq.

2. Hinc receptum illud apud veteres axioma: *Ea' nihilo nihil fit.* Et sane 3. creari est mutari a non esse ad esse. Subjectum ergo postulat in quo mutatio fiat; cum vero ejusmodi subjectum in nihilo nequeat esse, creationem possibilem esse arguit. Rursum 4. materia, qufie a Deo creata supponitur, ante creationem vel fuisset in Deo vel extra Deum; at in Deo esse non potuit, qui purus spiritus est; non extra Deum, alioquin fuisset antequam crearetur. 23 Ergo.

163. **Resp.** ad 1. X Nulla enim contradictio reperiri potest in eo, quod ex statu simplicis possibilitatis transit ad statum realis existentiae. 24

164. Ad 2. *D.* Ex nihilo tamquam termino *positivo,* quo sensu veteres vocem illam usurparunt25, *C.* ex nihilo tamquam termino *negativo, subdist.* per se, *C.* accedente infinita Dei potentia, X

165. Ad 3. *D.* Improprie, *C.* proprie, X. Mutatio enim proprie dicta in generatione fit, in qua subjectum seu materia, quae semper eadem remanet, ad aliam formam se transfert; in creatione autem, cum tota substantia e nihilo *sui* et *subjecti* ad esse transferatur, subjectum saltem actu existons, in quo mutatio fiat, non requiritur. Quare creari, ut docet s. Thomas, magis proprie dicitur *fieri* quam *mutari* 26; nihil enim in creatione mutatur, sed quod antea non erat *esse* integrum perfectumque adipiscitur.

166. Ad 4. **Resp.** materiam fuisse in Deo *virtualiter,* ut scholae loquuntur, atque *eminenter,* non autem *formaliter,* qua ratione in Deo, qui Spiritus est, materiam inesse utique repugnat; etsi non repugnet eam in Deo inesse *virtualiter,* quatenus scilicet Dens omnipotente virtute eam ad existentiam ex non esse vocare poterat. 27

167. **Inst.** 1. Modus, quo aliquid ex nihilo eruitur, est prorsus incomprehensibilis, nec ulla experientia fulcitur; ergo est impossibilis. 2. Verum data ejusdem possibilitate, sequitur ab aeterno mundum creari debuisse, quia causa ejus efficiens necessaria et aeterna esset; 3. effectus vero causae proprietates participare debet, ac proinde aeternitatem. Sane 4. cur Deus distulisset potentiam suam promere ab hesterno die tantum? An quia noluit? An quia non potuit? Atqui si uno tempore non potuit, ne alio quidem potuit. Si noluit, cum in Deo nulla sit successio, numquam voluit; si demus Deum aliquid voluisse, jam inde ab aeterno voluit. Ergo.

Ita auctor operis *Système de la nature.*

Cf. Locke, *De l'entendement humain,* lib. IV. cap. 10. cum observationibus Petri Coste, in versione gallica.

w) Cf. Cudworlh, *Syst. intellect,* cap. 5. §■ 14 cl scqq. ubi prolixe effatum istud expendit, et quo sensu illud veleres usurpaverint, quo sensu vero accipiant recentiores; siinulque ostendit non omnes veteres creationem ex nihilo, saltem in aliquibus, e. gT. animis nostris inficiatos esse. Cf. etiam Huctius in *Quaesi, alnetan.* lib. II. cap. 5.

'*) Part. L qn. 45. art 1. ad 2.

'') Cf. s. Thom. loc. cit. qu. 44. art. 1 et seqq.

168. R eep. nd 1. *Tr.* vel *cône. antec.* et *neg. conseq.* Innumera fere sunt, de quorum existentia dubitare minime possumus, etsi modus nos lateat, quo sc habeant, agant et operentur. Quot enim sunt naturae phaenomena, quae ob oculos nostros obversantur, quaeque non comprehendimus? De natura, non dicam spirituum, sed corporum ipsorum, quid intelligunt adversarii nostri? Quid de modo, quo anima in corpus, corpus vero in animam agat? Etsi igitur fateamur, nos adaequatam ideam creationis ex nihilo nobis efibrmare non posse, non desunt tamen exempla, quae cunctis obvia sunt, quaeque saltem rem hanc illustrent, qualia sunt cogitationum efformatio atque successio motus, quem anima corpori imprimit, aliaque ejusmodi. 28

169. Sic ex eo, quod nulla experientia constet, aliquid ex nihilo oriri, inferri nequit impossibilitas originis ex nihilo. Nec enim finis seu terminus cognoscibilium, ac proinde possibilium solis objectis experientiae definiri potest, ut kantianis placet. Ceterum illud solum impossibile est, quod contradictionem in suo conceptu involvit. Haec vero neque ex incomprehensibilitate neque ex defectu experientiae ostendi potest. Contra vero positiva contradictio ostenditur in hypothesibus adversariorum de materia a se existente, de emanatione, de reflexu divinae apparitionis, aliisque ejusmodi, quae ipsi excogitarunt.

170. Ad 2. *Neg.* sequelam; ad probat, autem, *D.* Si causa efficiens aeterna et necessaria agat necessario, *C.* si libere agat, A7. Optime s. Thomas: *Deus voluit,* inquit, *ab aeterno, ut mundus esset, sed non est ab aeterno, sed quando ipse ab aeterno disposuit.* 29

171. Ad 3. *D.* Qui a causa necessaria et naturaliter agente producitur, *Tr.* qui a causa libera et ad nutum voluntatis provenit, *N.* Responsio patet ex dictis. Transmisimus primum membrum, quod necessarium minime sit, ut causa attributum suae naturae semper communicet effectui, ut in *sagitta* et *vulnere* ab illa inflicto palam fit.

172. Ad 4. Responsio ad impudentem aeque ac absurdam ejusmodi expostulationem ac dilemma, quod subsequitur, patet ex responsione ad 2.30

“) Bayle ipse, auctor profecto non suspectus, in *Did.* art. *Ovide,* Remarque G, gravissimis rationum momentis ostendit, neminem sana ratione utentem dubitare posse, quin ipsa materia producta a Deo sil: .11 faut, pour bien raisonner sur la production, *inquit,* considérer Dieu comme Γ Auteur de la matière, et comme le premier et le seul principe du mouvement. Si l’on ne peut pas s’élever jusqu’à l’idée d’une création proprement dite, on ne saurait éviter tous les écueils, et il faut de quelque côté qu’on se tourne débiter des choses dont notre raison ne saurait s’ accommoder etc." Cf. Boned. Pererius S. J. in opere : *De communibus omnium rerum naturalium principiis* etc. in 4. lib. V. cap. 7. pag. 190. Romae 1585. ubi octo affert argumenta, quibus ostendit sola ratione, mundum non modo quoad formam, sed etiam quoad materiam ex nihilo conditum esse.

29) *Contra gent.* lib. II. cap. 30 et seqq.

30) Vid. Tassoni, *La religione dii/iostrata e difesa,* tom. I. lib. I. pag. 39. edit. Rom.

173. Dices: Posito mundi initio, tempus, quod mundi creationem praecesserit, omnino vacuum admittere oporteret, quod est plane absurdum.

174. Rosp. Id est, imaginarium, *Tr.* reale, X Cum enim tempus successionem involvat, tunc primo incipit, dum entia contingentia existant, quibus non existentibus, nullum datur tempus, sed sola ejusdem possibilitas; quo iit ut, dum entia existere incipiunt, proprie *non* in tempore, sed *cum* tempore incipiant.

DE MOSAICA COSMOGONIA.

175. Etsi theologi munus non est. reconditiora scientiarum naturalium, ut vocant, penetralia pervadere, atque maturiori examini subjicere; ubi tamen necessitas postulat, cum religionis Christianae hostes scientiis naturalibus abutuntur in ipsius religionis perniciem, nihil vetat quominus Christianae fidei propugnatores et vindices, ea qua par est temperantia, seu quatenus opus est ad religionem ab impiorum conatibus tuendam, iisdem utantur.

176. Jam vero increduli nullum non movent lapidem, ut mosaicam narrationem de mundi creatione evertant. Quod ut perficiant, ad physicam, ad telluris historiam confugiunt, nec non ad astronomicas leges, ex quibus constare affirmant perquam tardam montium constructionem, situs maris mutationem, vulcanorum extinctorum pervetustam antiquitatem, fossilia in terrae visceribus delitescentia, eclipticae inclinationem, aliaque non pauca necessario exposcere saeculorum seriem, quae cum mosaica historia haud queat conciliari.

177. His porro disjiciendis, ut faciliorem nobis viam sternamus, quaedam accurate praemittenda ducimus; quibus constitutis, veluti sua sponte concidunt quaecumque magno illi molimine ac inutili labore adversus mosaicam cosmogoniam vel, si magis placet, geogoniam congesserunt.

178. I. Quidem notandum est, si strictins loqui velimus, mosaicam chronologiam initium ducere ab hominis creatione. Moyses enim annos tantum enumerat Adam ceterorumque patriarcharum.

II. Nondum exploratum apud omnes esse, utrum sex dies, de quibus Gen. I. est sermo in enarranda rerum creatione, sint revera sex dies naturales, an potius sex indeterminatae atque indefinitae plurium aut dierum aut annorum periodi.

180. Hujus enim sententiae patroni animadvertunt, vocem *dies* in libris sacris non prae se ferre notionem certam ac invariabilem, sed interdum tempus lucis *(appellavitque diem lucem)*, interdum indeterminatum temporis spatium, ut Gen. II. 4. ubi Moyses ipse scripsit: *Istae sunt generationes coeli et terrae .... in die, quo fecit Dominus coelum et terram et omne virgultum*

agri etc. id est, *in tempore* quod apud graecos latinosquo non minus quam apud hebraeos, inquit Pctavius, usitatum est [1]; animadvertunt praeterea, tres dies priores similes nostris haud esse potuisse, quum nonnisi die quarta facta fuerint luminaria, ut diei ac nocti praeessent, quod multo magis valere debet de dio septima, in qua Deus ab omni opere, quod patrarat, quievisse perhibetur, qui adhuc perdurat[2], et sane, addunt, si non solum Philoni judaco[3], sed et Clementi alex.[4], Origeni[5], Procopio gazensi [6], ac praesertim s. Augustino[7] licuit, salva fide, sex dies creationis a vulgari sex dierum interpretatione recedere, ac totum creationis opus momento temporis expletum asserere: si absque temeritatis nota s. Eucherius lugdunensis[8], Tonti, Serry, Macedo, Berti aliique eamdem sententiam tueri potuerunt [9]: si non admodum dissimilem expositionem primi Geneseos capitis Cajetanus et Melchior Canus[10] impune dederunt; aperte consequitur, nihil obesse, quominus expositio de sex periodis indeterminatis admittatur, eo magis quod s. Augustinus tum in lib. IV. *De Gen. ad lit.* cap. I. tum in lib. XI. *De civ. Dei,* cap. VII. speciatim doceat, nil temere pronunciandum circa naturam dierum creationis; sic enim loquitur, *De civ. Dei,* lib. I. cap. IV: *Qui dies cujusmodi sint, aut perdifficile nobis aut etiam impossibile est cogitare, quanto magis dicere?* Animadvertunt denique, eidem interpretationi suffragari antiquissimas tum per-

*) Lib. I. *De opificio sex dierum,* cap. 14. §. 1. ubi exemplum adducit ex Cicerone, qui lib. II. in Verrem inquit: *Itaque, cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi in Achaiam biduo brevior em diem postularet.*

2) *Dies septimus;* inquit apposite s. August. *Conf.* lib. XIII. cap. 36. *sine vespere est, nec habet occasum.*

3) *De opificio mundi,* tom. I. opp. edit. Mangey. Londin. 1742.

4) *Strom.* lib. VI. pag.813. edit. Polleri, Venet. 1757.

5) *De princip.* lib. III. cap. 5.

e) Procopii Gazaei sophistae *Octateuchum, comm, in Gen.* cap. I.

') Lib. II. *De Gen. contra Alanich.* cap. 3. *De Gen. ad lit. imperf.* capp. 2, 9, 15; *De Gen. ad lit.* II. IV. V. VI. Vid. s. Thom, in II. *Sent.* dist. 12. qu. 1. art. 6. ct in *Summa,* part. I. qu. 58. art. 6. Faure S. *J.* in *Enchirid.* s. Aug. pag. 18. Animadvertendum porro hic sedulo est, Augustinum non omnem temporum successionem negare, sed in op. *De Genesi ad liter.* opinari in instanti qnidem evenisse quae Moyses narrat cap. I, verum illo momento mulla facta fuisse tantum *causaliter, invisibiliter, potentialiter, quomodo fiunt futura non facta, e.* gr. *tum produxisse terram herbam et lignum, id est producendi accepisse virtutem,* postea vero non illis arcanis diebus sed *per istos notissimos lucis corporalis dies qui circuitu solis fiunt,* in lucem prodiisse. Cf. praesertim et VI.

Sive auctor doctus et catbol. *Comment. in Genes,* quod ejus nomine circumferlur.

9) Berti *De theol. discipl.* lib. XI. cap.2. prop. 1. ubi plures sive antiquos sive recentiores pro eadem sententia recenset. Cf. etiam Petav. *De opif. sex dier.* loc. cit. cap. 5, nec non card. Noris, *Vind. Augustin.* cap. 4. §. 9, Natalis Alex. *Hist, eccles. Vet. Test.* tom. I. diss. 1. art. 8. prop. 1, Nicolai, *Lezione* VI. *sui Genesi.*

,0) Cajet, in *Comment,* ad cap. I. Gen. v. 5; Melch. Canus apud Bannez, part. I. qu. 74. art. 2. n. 1.

earum tum hetnweorum cosmogonias; in persica enim, prout legitur in Zendavesta, perhibetur Oromazdes, summi numinis primogenitus, hunc mundum «er *temporibus* creavisse, initio facto a lumine, et postquam omnia absolvisset, festa celebravisse. 11 In hetrusca autem, ut habet anonymus quidam auctor apud Suidam, traditur Deus sex mille annos rebus universis condendis impendisse. 12 Ab his autem non valde abhorrent aegyptiorum et phoenicum cosmogoniae superius commemoratae. 13

181. Non desunt qui aliam viam ineant ad conciliandas observationes geologicas cum historia creationis mosaica. Ili igitur quibus expositio sex dierum ceu totidem indefinitarum periodorum non probatur, dispescunt duos priores versiculos cap. I. Geneseos a reliquis, contenduntquo inter creationem coeli et terrae, quam veluti in compendio complexus est Aloyses v. 1. et formationem lucis, de qua in v. 3. fluxisse periodum temporis indeterminatam, opus vero primae diei successisse tenebris et ruinae mundi anterioris: existimant mundum hunc anteriorem, cujus duratio indeterminata est, perinde ac tenebrarum tempus, habuisse incolas suos, spectare vero ad ruinas hujusmodi anterioris mundi rudera et fossilia quae nunc in diversis globi stratibus reperiuntur. 14

”) Cf. Aloshemii dissert, citata, qui tamen censet ea, quae leguntur in Zendavesta dc creatione mundi, ubi sex temporibus intra anni unius spatium ex dispari dierum numero constantibus peracta, eodem tamen ordine, quo cap. I. Geneseos refertur, ex Christianorum aut judacoruin libris desumpta potius, quam apud persas nata esse. Non pauca tamen sunt, quae nos prohibent, quominus ipsi assentiamur.

*’) In *Lexico,* tom. III. ad vocem τυ/iρρρ<α χώρσ, seu *tyrrhenia regio,* ubi refert ex fide cujusdam anonymi tyrrhenios seu luscos accepisse Deum illum, a quo condita sunt omnia, duodecim mille annos consumpsisse in fabricandis operibus suis: mille primis coelum et terram comparata ab eo esse; post haec coelum illud esse constructum, quod oculis nostris patet; tum mare et aquam etc. sex igitur annorum millia effluxisse, antequam homo fingeretur a Deo; reliquos sex mille annos humano generi esse tributos, ut in his terris vitam degat

18) Philo Biblius ex Sanchunialhone, quem ipse ex lingua phocnica sub Hadriano imperatore in graccam transtulit (apud Eusebium, *De praep. evang.* lib. I. cap. 10.), refert phoenicum theologiam ponere principium hujus universi aerem tenebrosum et spiritalem, sive spatium aeris tenebrosi et Chaos caligine involutum: *Ταϋτα δι είναι άπειρα καί διά* πολύρ *αιώνα μή εχειν πέρα,· ότι δέ, οητίν. ήράσ&η τό πνεύμα τών ιδίων αρχών, καί lylvtro αύγκραΟι , ή πλοκή ίκείνφ Ικλή$η* πόΒοι, κ. *τ.* λ. Id est: «Haec porro infinita esse, nullumque nisi longo *saeculorum intervallo* terminum habere. Verum, ubi spiritus amore principiorum suorum flagrare coepisset, cumque simul esset mixtio consequuta, nexum hunc mutuum cupidinem appellarunt etc." Fuse enim hanc descriptionem persequitur, quam quisque ibid, videre poterit. Interea ex his palet istarum cosmogoniarum in iis, quae ad substantiam spectant, mira consensio.

u) Ita quidem Buckeland in op. *La géologie et le minéralogie dans leurs rapports avec la théologie naturelle,* II. vol. in 8. trad, ex angl. Paris 1840. Cf. tamen circa hoc systema duos doctos articulos P. Pianciani S. J. in *Annali delle Scienze religiose,* vol. VL n. 17. et vol. VIL η. 20. Cf. pariter: *Les soirées de Montlhéry, entretiens sur les origines bibliques par JL Desdouits.* Paris 1836.

182. Has vero expositiones, quas non pauci ex recentioribns theologis atque interpretibus catholicis tuentur, nos neque amplectimur neque respuimus; hoc unum nobis in praesentia satis est animadvertere, ejusmodi sententiam non esso ab ecclesia proscriptam, ac non sohim salva fide, sed etiam absque temeritatis nota defendi posse, si graves ipsi rationes suffragentur.

Quare, si *evidentes* observationes nos cogant a communi interpretatione recedore, nullum detrimentum patitur mosaica cosmogonia, quae in hac hypothesi optime cum iisdem cohaerere potest; sin vero ejusmodi observationes non habeantur, perperam adversarii eas mosaicae cosmogoniae opponunt, quae, etiam admissa communiori interpretatione, nulla ratione convellitur.

183. Demum animadvertendum est, nos ininime debere judicium ferre de origine mundi ejusque formatione ex actione lenta et progressiva causarum secundarum, quae mundum semel constitutum regunt; quum Deus omnipotenti virtute sua vim, *δνναμιν,* agentium naturalium augere poterit ac rapidiorem evolutionem entium efficere, et, quemadmodum animantes et hominem aetate jam adulta condidit, eadem ratione mundum ipsum ejusque partes singulas, montes praesertim, quos *primitivos* vocant, uno temporis puncto potuit efficere. Quibus praemissis sit

'*) Quare merito D. Frayssinous, *Defense du Ckrist} ou conférences sur la religion,* tom. II. confer. VI. circa medium scripsit: «Dès lors nous sommes en droit de dire aux géologues: Fouillez tant que vous voudrez dans les entrailles de la terre, si vos observations ne demandent pas que les jours de la création soient plus longs que nos jours ordinaires, nous continuerons de suivre le sentiment commun sur la durée de ces jours; si au contraire vous découvrez d'une manière évidente, que le globe terrestre avec ses plantes et ses animaux doit être de beaucoup plus ancien que le genre humain, la Genèse n'aura rien de contraire à celle découverte; car il nous est permis de voir dans chacun des six jours autant de périodes de temps indéterminées, et alors vos découvertes seraient le commentaire explicatif d'un passage, dont le sens n'est pas entièrement fixé."

In hoc porro aliisque similibus argumentis, in quibus aut cum astronomie aut cum physicis, chymicis, gcologis agendum est, numquam theologus praetereat praeclara monita ss. Augustini et Thomae Aquinatis. Ille enim lib. II. *De Genes, ad lit.* cap. 1. n. 4: »Hic, *inquit,* occurrit admonere cavendum errorem ... ne arbitretur aliquis nostrum adversus istos ... subtiliter disserentes., isto testimonio Scripturarum esse nitendum; quia illi, non retenti auctoritate litterarum nostrarum, et nescientes, quemadmodum dictum sit, fibros sanctos facilius irridebunt, quam illud repudiabunt, quod vel certis rationibus, vel experimentis manifestissimis probaverunt.·· Hic autem part. I. qu. 68. de opere sextae diei, art. 1. scribit: Sicut Augustinus docet, in hujusmodi quaestionibus duo sunt observanda. Primo quidem ut veritas Scripturae inconcusse teneatur. Secundo, cum Scriptura divina multipliciter exponi possit, quod nulli expositioni aliquis ita praecise inhaereat, quod si certa ratione constiterit hoc esse falsum, quod aliquis sensum Scripturae esse asserere praesumat; ne Scriptura ex hoc verbo ab infidelibus derideatur, et ne eis via credendi praecludatur.“ Hoc prudenti consilio, quo hac aetate nostra potissimum opus est, utentes, theologi nec sese nec religionem ipsam incredulorum ictibus committent.

PROPOSITIO.

Neque ex geoiogieis aut physicis, neque ex astronomicis observationibus quidpiam eruitur, unde cosmogonia mosaica infirmari possit.

184. Post ea, quae hactenus praemissa a nobis sunt, vix probatione indiget enuntiata propositio. Vel enim, quao ex geologia, ex physica atque astronomia proferuntur, talia sunt, ut cum communiori expositione componi possint, vel non. Si primum, perperam igitur traducitur mosaica cosmogonia velut contraria novis ejusmodi observationibus; si alterum dicatur, hoc unum sequeretur, recedendum esse a communiori ilia interpretatione, quae privatorum est, non autem ecclesiae; haec autem nullo unquam solemni judicio eam santivit; neque unanimis est circa eam patrum consensus; sarta proinde tectaque semper mosaicae cosmogoniae veritas perstabit.

185. Nonnulla tamen hic animadvertere juverit. Et 1°. omnia fere obsoleverunt systemata illa geologica, quae ad haec fere tempora invect^sunt, ex quibus plusquam octoginta cosmogoniae adversari mosaicae videbantur. 1 2°. Plures iique doctissimi physici et geologi, inter quos Wallerius 2, Kirivan 3, Pallas, Hermenegildus Pini 4, Henslerus 5, De Luc6, André 7, Buckeland 8 aliique, contendunt mosaicam cosmogoniam apprime convenire cum observationibus suis (plures ex his non recedendo a communi illa interpretatione 9), ideoque velut somniatores traducunt, quotquot ausi fuerunt mosaicam

*) Cf. *Discorsi apologetici di Fr. Duncan, corredati di note da Monsig. Gio. Fortunato Zamboni,* Firenze 1820. disc. II. not. 15 et seqq. ubi plura systemata recensentur, quae sibi invicem successerunt. Cf. etiam Frayssinous, loc. cit. nec non Cuvier, *Rapport de l'institut national,* edit, ad calcem operis, de quo mox dicemus, scilicet: *Theorie de la surface actuelle de la terre par M. André, connu ci-devant sous le nom du Père de Gy, Capucin,* 1806. pag. 322 et seqq.

2) In opere in Italicum idioma ex succo, seu potius ex gallico translato, cni titulus est: *Della origine del mondo e della terra in particolare, del sig. can. Wallerio* etc. Napoli 1783. tom. II. in 8. edito ab auctore anno 1779. Hujus autem auctoris systema dissertatione exposuit et illustravit cl. Cost. Battini, Ordin. Serv. Mariae, non ita pridem theologiae professor in pisano Athenaeo, in opere *Cosmogonia mosaica commentario illustrata,* Florentiae 1817. Hoc vero Wallerii systema nunc obsoletum est.

') In *Geological essay,* pag. 35.

4) *Nuova teoria della terra,* opusc. di Milano, tom. XIII et XV.

s) In observationibus in Geneseos loca selecta.

s) Lettres sur V histoire physique de la terre, adressées à Ai. Blumenbach, Paris 1798.

7) *Théorie de la surface actuelle de la terre,* Paris 1806.

8) Vindiciae geolo^icae, Oxonii 1821; et *De la géologie et de la minéralogie dans leurs rapports avec la théologie naturelle,* Paris 1838-

') Dixi *plures* ex his non recedendo

creationis historiam faleltatls arguero vel ex interiori telluris constructione vol ex ejusdem telluris superficie. 3°. Magnam affinitatem inter seriem operationum, quae Gen. I. exponuntur, et eam, quam e naturalibus observationibus deducere credunt, animadverterunt docti geologi Brocchi '°, Demerson ", Boubée.12 4°. Quaedam ex his, quae vulgari interpretationi objiciuntur, nullius momenti esse doctiores naturalistae fatentur. 13 5°. Nonnulla phaenomena, quae magnam saeculorum seriem exposcere visa sunt, vel satis commode repetuntur a noëtico cataclysmo, cui probabiliter debemus non pauca ex ossibus elephantum, rhinocerotum etc., quae pluribus in locis sub ipsa prima telluris superficie reperiuntur, vel satis explicantur, si admittimus cum J. A. Do Luc et aliis doctis viris terras minus elevatas, quae modo habitantur, aquis maris usque ad diluvii tempus coopertas fuisse.14

186. Ad astronomiam porro quod attinet, post Euler, Laplace, Lagrange, Frisium aliosque peritissimos astronomos compertum est, motum eclipticae,

a communi interpretatione; neque enim omnes, quos recensuimus mosaicae cosmogoniae propugnatores, sex dierum spatio vulgari sensu accepto mundum confectum esse contendunt. Satis sit inter eos recensere J. A. De Luc, qui tamen passim laudatur tamquam acerrimus assertor cosmogoniae mosaicae, quasi communiori interpretationi dierum cap. I. Gen. adslipulare-hir; quod quam falsum sit, liquido patet ex ejus verbis, quae hic subjicimus ex op. cit. lett. 3. pag. 95 et 96: »Les opérations, qui eurent lieu depuis cette grande époque *(creationis lucis)* jusque à la naissance de l'homme, récitées dans le premier chapitre de la Genèse, y sont divisées en six périodes, nommées j ou rs dans nos traductions; et c'est sur l'interprétation commune de ce *mot* que les incrédules ont fondé leurs attaques les plus spécieuses contre la révélation. Car quoiqu' ils n'eussent que fort peu de connaissances en géologie, il était aisé d'opposer bien des phénomènes a une succession de tels évènements qui n'aurait embrassé que *six* de nos *jours* de vingt-quatre heures. Mais il est évident par le texte même que celte interpretation est erronée etc." Haec eadem repetit in suis epistolis physicis et moralibus, *De historia telluris et hominis,* tom. IL pag. 356. in suis *Principiis theologiae theodiceae et moralis,* pag. 23. et speciation in epistola quadam sua, quam inseruit relationi cum Tellero ministro berolinensi. Sic alii, a quorum testimoniis afferendis, ne longiores simus, supersedemus. Rccentiores vero unanimes fere in eam sententiam seu interpretationem abierunt.

•°) *Conchiologia fossile subapennina,* tom. I. pag. 217, Milano 1814. ubi scribit: »Del rimanenle le proposizioni recate innanzi in questo discorso non si oppongono per nulla ail' autorité della bibbia, anzi mirabilmente vi si confermano, purchè si voglia ammeltere, come gravi autori hanno sostenuto, che i giorni della creazione non sono altrimenti giorni solari, ma che rappresentano periodi d' indeterminata lunghezza. Aggiungo di piû: la successiva produzione degli esseri viventi, quale fu esposta da noi, giustamente quadra con quanto viene dichiarato in quel libro.· Quod deinde fuse persequitur.

ll) *Géologie,* pag. 408, 461, Paris. 1829.

") *Géologie élémentaire,* Paris 1833, pag. 63, cujus textum inferius afferemus.

,3) Apposite Demerson op. cit. Avert, pag. 6: «Le temps, *inquit,* qui fait justice de tout ce qui n'est pas vérité, appésanlit ses mains de fer sur ces ingénieuses et brillantes cosmogonies."

H) De Luc, op. cit. lettr. 6; H. Pini, *Esame analitico dell' opera :* Institutions géologiques par Scipion Breislak.

ex quo difficultas petebatur, non esse progressivum sed oscillatorium, et quidem intra angustum unius gradus spatium 15; idipsum pariter dicatur de phaenomenis praecessionis aequinoctiorum 16 et nutationis axis telluris, lunae ac planetarum, ex quibus increduli non ita pridem tot argumenta ineluctabilia adversus mosaicam cosmogoniam se eruere jactabant.17

n) Euler fortasse omnium primus vel suspicatus est vel significavit motum ecliptícae esse undulatorium, quod postea a subsequentibus astronomis Lagrange et Laplace aliisque demonstratum est. Nobis satis sit verba afferre cl. Laplace, qui in op. *Exposition du système du monde,* Paris an. VII. liv.II. chap. 4. haec habet: -L'axe du monde n'étant que le prolongement de l'axe de rotation de la terre, on doit rapporter à ce dernier axe le mouvement des pôles de l'équateur céleste, indiqué par les phénomènes de la précession et de la nutation... ainsi, en même temps que la terre se meut sur elle-même et autour du soleil, son axe de rotation se ment très-lentement autour des pôles de l'écliptique, en faisant de *petites oscillations,* dont la période est la même que celle du mouvement des noeuds de l'orbe lunaire. Au reste, ce mouvement n'est point particulier à la terre, etc." Hoc ipsum vero calculis ostendit in *Traite de la mécanique céleste,* tom. III. liv. VI. chap. 10. Paris 1802.

,e) Placet etiam id exponere verbis ejusdem auctoris, qui op. cit. live. L chap. 11. pag. 50. ait: .Π n'a fallu que peu d'années pour reconnaître les variations des étoiles en ascension droite et en déclinaison. Bientôt on remarqua qu' en changeant de position relativement à l'équateur, elles conservaient la même latitude sur Γécliptique, cl l'on en conclut que leurs variations en ascension droite ct en déclinaison ne sont dues qu'à un mouvement commun de ces astres, autour des pôles de Γécliptique... Dans ce mouvement, l'inclination de réqualcur à l'écliptique reste la même, et ses noeuds ou les équinoxes rétrogradent uniformément de 154" 63. par année. On a vu précédemment que cette rétrogradation des équinoxes rend 1'année tropique un peu plus courte que Γ année sydérale: ainsi, la différence des deux années sydérale et tropique et les variations des étoiles en ascension droite et en déclinaison dépendent de ce mouvement par lequel le pôle de l'équateur décrit annuellement un arc de 154 ' 63. d'un petit cercle de la sphère céleste, parallèle à l'écliptique. C'est en cela que consiste le phénomène connu sous le nom de précession des équinoxes." Qui ibid, pergit ostendere parvas irregularitates, quae in aequinoctiorum praecessione cernuntur, non provenire nisi ex motu poli, qui dicitur *nutationis,* ac pariter reperitur in ceteris astris.

,T) Quod ul facilius intelligatur, animadvertendum est eclipticam ab astronomis vocari lineam illam seu orbitam, quam sol annuo suo cursu apparenti percurrit. Verum ecliptica est obliqua aequatori; hac autem obliquitate constituit una cum acquatore angulum graduum viginti trium cum viginti. octo fere minutis; aequator enim est circulus maximus aeque distans a polis, ac proinde secans terram in duas partes aequales. Jam vero tempore Arati, seu potius Hipparchi angulus eclipticae cum acquatore erat viginti quatuor circiter graduum, si istorum tamen observationibus acquiescere possumus. Ex diversa porro hac eclipticae inclinatione, seu rectius inclinatione axis telluris, concludebant non ita pridem increduli eclipticam seu telluris axem olim fuisse aut verticalem, aut parallelam aequatori seu potius coincidentem cum acquatore ipso, ac paulatim ad eam inclinationem pervenisse, quam obtinebat aetate Arati aut Hipparchi ac deinde ad eam, quae nunc habelnr. Cum vero ingentes annorum myriades ad hoc requirantur, inferebant, mundum longe anteriorem mosaica chronologia esse. Ast dupliciter errabant increduli isti. *Primo* in eo, quod nullam admittebant mendam in Arati observationibus, quas tamen constat fuisse imperfectissimas; recens enim nata in schola alexandrina erat astronomia;

187. Adeo certum est, scientiarum progressus, nedum religioni christianao noceant, novum semper eidem firmamentum ac robur adjicere; nec quidpiam sive ex geologicis aut physicis, sive ex astronomicis observationibus erui posse, quo mosaica cosmogonia vel minimum laedatur aut infirmetur, prout ostendere nobis erat propositum.

188. Ex dictis patet vix ullum difficultatibus locum esse, cum objectionibus ex naturalium scientiarum studiis depromptis vel depromendis satisfactum sit. Perscrutentur geologi quantum libet diligentissime montes primitivos, secundarios, tertiarios, ipsaque vulcanorum viscera; distribuant per species et genera conchas et buccina, *quae peregrinantur in montibus,* ut cum Tertulliano loquar; dicant cum Pythagora apud Ovidium:

> Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
> Esse fretum; vidi factas ex aequore terras;
> Et procul a pelago conchae jacuere marinae'*;

vel cum Manilio:

> Emersere fretis montes, orbisque per undas
> Exiliit, vasto clausus tamen undique ponto'9;

ostendant immania belluarum ossa e terrae sinu educta; digladientur, si placet, geologi neptunistae cum vulcanistis aut plutonistis20 ; id numquam attingent, quod vehementer adeo quaerunt, ut nempe demonstrent Moysem falsam epocham mundi creationi assignasse. His propterea dimissis, superest ut rationalistarum difficultates proponamus.

DIFFICULTATES.

189. 1. Obj. 1. Duplex illa cosmogoniae species, quae in lib. Gen. (I. 1. et II. 4.) tradita ac reliquarum gentium priscarum mythis simillima quidem, sed iis simplicior est atque praestantior, e philosophematibus et tradi-

salis autem est ad hoc cognoscendum percurrere tres libros Hipparchi apud Petavium, *De doct. temp.* tom. III. Ex his enim patet Hipparchum perpetuo Aratum erroris arguere. Sed neque erroribus carent observationes ipsius Hipparchi et Ptolomaei, defectu praesertim instrumentorum. Quod facile, si opus esset, ostendi posset. *Secundo* in eo errabant, quod arbitrati sunt hunc eclipticae seu axis telluris motum esse progressivum, quod tamen est falsum. Recentiores enim astronomi, ut vidimus, ex theoria gravitationis universalis ostenderunt, ejusmodi motum non esse nisi oscillatorium. Hinc omnes incredulorum difficultates penitus evanescunt.

18) *Metamorph.* lib. XV. v. 262 et seqq.

*9) *Astronomicon.*

20) Hypotheses neplunislarum et vulcanislarum supponunt orbem hunc a principio fuisse *fluidum,* in quo scilicet dissoluta erant principia seu elementa corporum, quae solidam hanc constituunt terrae massam; ast lis viget inter utriusque hypothesis fautores in constituendo, quod a chymicis vocatur *solvens.* Juxta neptunistas hoc dissolvens est aqua; juxta vulcanistas est ignis. Hi a nonnullis plutonistae dicuntur; et vulcanistae appellantur, qui ab igne repetunt quasdam rupes *(rocce)* et quaedam mineralia, quae alii contra ab aqua repetunt. Theoria plutonistarum fere obsoleverat; at nunc iterum revocatur, ut palet ex citatis operibus Demerson et Boubée.

tionibus antiquissimis videtur esse conflata. 2. Hujus auctorem recte monuerunt (critici biblici) hoc in primis utrumquo sibi proposuisse: *Primum* ut Dei unius, rerum omnium creatoris, notionem, tamquam religionis et civitatis isracliticae fundamentum, hoc documento confirmaret; *deinde,* ut legem do septimo quoque die consecrando tamquam aptissimum obsequii Deo hujus civitatis regi praestandi testimonium illustraret et commendaret. 3. Quum vero in ea narratione pleraque contineantur, quae neque inter se, neque cum vera numinis idea, neque cum historia telluris, quantum nunc quidem perspicimus, bene conciliari possunt; facile intelligitur, quaestionum de tempore et modo, quo mundus fuit conditus. metaphysjcarum solutionem, quippe quae omnem mentis humanae captum superare videantur, in mytho illo minime reperiri.21

190. Resp. ad 1. *Neg.* suppositum de duplici illa cosmogoniae specie in citatis locis a Moyse tradita; sed quod ipse contraxerat in primo capite circa hominis praesertim creationem, ne intermitteret narrationis seriem, quam sibi proposuerat, latius prosequitur in cap. H.

191. Quod vero additur de similitudine mosaicae narrationis cum mythis priscarum gentium atque ex antiquissimis philosophematibus erutae, non aliunde provenit nisi a mythico rationalistarum ingenio. Moyses historiam suam de mundi origine per traditionem accepit ex antiquioribus patriarchis.22

”) Ilie observare juvat nonnullos contendero praetor traditionem oralem praesto fuisse Moysi nonnulla antiquiora monumenta, quae postea interciderunt, immo cum ex diversis fragmentis inter se dispositis et ordinatis priscam historiam assuere potuisse nonnulli existimant, quod colligere sibi videntur ex diversa ratione, qua nomen Dei in nonnullis capitibus continuo nuncupatur, ex certis loquendi formulis atque dictionibus propriis et peculiaribus etc. Alii eo progressi sunt, ut, inspectis diligenter istis variorum monumentorum notis, definire studuerint singulas libri particulas. Ast mirifice inter se dissentiunt in veteribus his monumentis determinandis. Astrue enim in opere, cui titulum fecit: *Conjectures sur les mémoires originaux dont il parait que Moise s' est servi pour composer le livre de la Genèse, avec des remarques* etc. in 8. Bruxelles 1753; *duodecim* recenset; Eichhorn in *Einleit. in das* A. *T.* seu *Introductio in* V. *T.* part. II. pag. 274. edit. tert, et alibi, *duo* haec potissimum fuisse contendit; Ilgen, *Urkunden des ersten* etc. id est, *Documenta primi Moysis libri in ipsorum forma originaria ex hebraeo* etc. Halae 1798, e *tribus* monumentis antiquioribus librum Geneseos contextum autumat. Sed hae nonnisi conjecturae sunt. Rosenmuller in *Proleg. in Genes.* §. 3- putat Moysen quae de populi hebraci majoribus refert, partim a priscis narrationibus carminibusque hebraeorum ore propagatis, partim e scriptis tribuum stemmatibus et familiarum genealogiis hausisse. Quod quidem a vero abscedere non videtur.

”) In hae parte Roscnmfillero assenliri nequeo, qui suis biblicis indulged, dum cap. 1. ait: „Ula autem quod attinet, quae de rerum ortu, deque generis humani initiis et primis saeculis, progressibus et fatis apud eum (Moysem) leguntur, videtur quae cultiores hebraeis populi vicini, phoenicii atque aegyptii de illis rebus tradiderunt, in suos usus ita convertisse, ut illa iis, quae ipse de uno Deo, conditore et moderatore omnium, colendo doceret, accommodaret.* Cur non potius a majoribus

Cum vero gentes omnes ex Noe posteris prognatae sint, eamdcm traditionem servarunt ac posteritati transmiserunt, non uno tamen in loco, ut fit, latius amplificatam ac variam; maxime quod nonnisi post aliquot a Moysis obitu saecula litteris consignata fuerit a fabulosis praesertim graecis scriptoribus. Philosopliemata autem rudi illa aetate nondum excogitata fuerant: ex ipsis propterea historiam suam conflare seu fingere Moyses omnino non potuit.

192. Ad 2. *D.* Posita historica veritate, C. hac sublata et per quamdam fictionem sive accommodationem, ut vocant, A7. IIoc enim non modo divinae revelationis veracitati adversatur, sed praeterea sublata traditione illa ac populi praesertim, cui hanc Moyses legem dabat, fide ac praxi, impossibile ipsi fuisset haec eidem persuadere, ut cuilibet rem hanc perpendenti patet.

193. Ad 3. A7. Haec enim pariter non sunt riisi fictilia adversariorum commenta. Sex enim dierum spatium in hujus universi molitione potest ex intentione Dei morale documentum illudque multiplex exhibere. 23

194. Quod attinet ad historiam telluris, quae juxta adversarios conciliari non potest cum mosaica narratione, ex dictis falsum omnino est, ita ut nec difficultatibus solvendis locus supersit.

195. Demum divinae revelationi injuriosum esse, quod additur de mytho impari solvendis metaphysicis quaestionibus, de modo et tempore creationis, quilibet deprehendere poterit, qui vel leviter perpendat, Moysem non *mythum,* ut adversarii autumant, sed *historiam* creationis nobis dedisse, cum qua observationes recentiores nuper institutae apprime collimant, quasque recte vocaveris cosmogoniae mosaicae commentaria. 24 Quod si subtiles quae-

suis haec ipsa Moyses accepisse dicendus est, quam a phoeniciis, cum quibus ipse numquam conversatus est, et ab aegyptiis, qui tot annorum myriades antiquitatis sibi tribuebant, quibusque recentem mundi ortum opponit? Apposite De Luc, op. cil. 6. lettre, confutat hanc incredulorum sententiam, deductam ex similitudine, quae intercedit inter mosaicam cosmogoniam et mythologiam veterum populorum: »Ces mythologies des païens, *concludit,* étaient toutes liées, quoique diversement, à l'idée d'une antiquité immémoriale de leurs nations... Cependant Moise s'adressant à sa nation nouvellement sortie d'un pays, où régnaient ces idées, et traçant Γ histoire de la nouvelle race des hommes, depuis la même époque physique, commune à toutes les mythologies des païens, associe cette histoire à celle d' un petit nombre de générations désignées par des hommes remarquables, descendants les uns des autres. Quel écart de celte prétendue imitation avec les modèles qu'on lui assigne! etc." Pag.289 et seqq

u) Conf. Pelav. *De opif.* lib. I. cap. 5. §. 4.

2') Superius verba cl. Brocchii jam dedimus, his jam subjicimus alterius recentioris adhuc gcologi confessionem, scilicet Nerei Boubée, qui op. cit. pag. 66 et 67. haec scribit: »Ici se présente une considération dont il serait difficile de ne pas être frappé: puisqu'un livre, écrit à une époque où les sciences naturelles étaient si peu éclairées, renferme cependant, en quelques lignes, le sommaire des conséquences les plus remarquables, auxquelles il ne pouvait être possible d'arriver qu' après les immenses progrès amenés dans la science par le dix-huitième et le dix-neuvième siècle; puisque ces conclusions se trouvent en rapport avec des faits qui n'étaient ni connus ni même supçonnés â cette

stiones metaphysicae instituuntur, quae curiositatem magis prodant et intemperantis ingenii indolem quam solidas inquisitiones, hoc non historiae mosaicae, qnae vel ipsa sua simplicitate maxime se commendat, sed hominibus vitio verti debet.

196. Π. Obj. 1. Quae a Moyse traduntur de rorum omnium origine, ita sunt comparata, ut nemo non agnoscat prisci aevi simplicitatem disciplinaeque omnis physicae et astronomicae infantiam. 2. Terram universi cardinem credit, cujus commodis sol ac luna cum reliqua siderum multitudine inserviant, astra vero splendentia corpora in coelo expanso firmata. 3. Unde etiam factum est, quod, cum corporibus coelestibus fabricandis unus tantummodo dies sufficiat, in formanda instruendaque terra quinque dies consumantur. Porro 4. quas nubes nos vocamus, nostro (scii, auctori) solidum quoddam diductum est, quo aquae superiores distinerentur ab inferioribus. Quum 5. sol nondum existeret, dierum tamen noctiumque sunt vicissitudines. Animalia denique 6. ex terra pronascuntur. Quae quum ita sint, jam 7. sponte patebit, quam recte hoc veteris opinionis commentum revocetur atque examinetur ad accuratam rerum physicarum scientiam, qua nostra aetas gaudet. 25 Ergo.

197. Resp. ad *1. D.* Id est, nemo non agnoscit Moysem non hunc sibi finem praestituisse, ut nempe nos doceret physicam et astronomiam, *C.* in Moysis mente falsas physicae et astronomiae notiones haesisse, quas fingunt adversarii, *N.* Alterum enim ab altero dispescendum est. Primum libenter damus, alterum prorsus negamus, quum sine causa id sibi adversarii fingant.

198- Ad 2. X Hoc enim numquam *credidit* Moyses, neque ex ipsis verbis conjicitur. Quod si exhibet solem, lunam et sidera terrae commodis inservientia, ratio in promptu est, quia scilicet sibi geogoniam potissimum describendam assumpsit, ac de coelo nonnisi obiter loquitur, quatenus nempe systema coeleste cum telluris systemate conjungitur; neque umquam innuit *unicum* coelestium corporum finem esse, ut terrae commodis inservirent; multo minus asserit, quod ei affingitur, ea *corpora esse in coeli* fornice veluti infixa, quod non est nisi adversariorum interpretatio.

199. Ad 3- *D.* Ob rationem nuper allatam, *C.* secus, *N.* Addenda praeterea sunt, quae de dierum horum natura superius significavimus.

époque, qui ne l'avaient jamais été jusqu'â nos jours, et que les philosophes de tous les tems ont toujours considérés contradictoirement et sous des points de vue toujours erronés; puisqu'enfin ce livre, si supérieur â son siècle sous le rapport de la science, lui est également supérieur sous le rapport de la morale et de la philosophie naturelle, on est obligé d admettre qu'il y a dans ce livre quelque chose de supérieur à l'homme, quelque chose qu'il ne voit pas, qu'il ne conçoit pas, mais qui le presse irrésistiblement!·*

Rosenmuller, *Scholia in* V. *T.* tom. I. in cap. 1. Gen. Lips.; 1821.

200. Ad 4. *Neg-* pariter; quum iterum hoc non Bit niai gratuitum horum biblicorum glossëma. Nusquam Moyses nubes exhibet ut solidum quoddam diductum, quo aquae superiores distinerentur ab inferioribus; sed firmamentum, id est, atinosphaeram exhibet detinentem aquas superiores, easque dividentem ab inferioribus, quod quidem atmosphaerae officium esse ipsa recens physica docet. 26

201. Ad 5. **Resp.** Nostrum non est litem componere inter interpretes circa hanc lucem primigeniam. Sufficit animadvertere scriptorem, qui vulgares rudium temporum opiniones amplecteretur et referret, numquam dicturum lucem illustrasse terram, et dierum noctiumque fuisse vicissitudines, antequam sol existeret; si autem certum esset (quod nos tamen minime affirmamus), Moysis doctrinam cum systemate Newtoni de lucis *emissione* componi non posse, sed supponere materiam lucis seu aetherem per orbem universum diffusum, nihil detrimenti doctrina illa pateretur, quin immo mirabilior evaderet. Recentiorum enim experimentis factum est, ut systema *vibrationum* aetherearum a doctissimis physicis praeferatur systemati *emissionis,* quod cum experimentis illis conciliari nequit. Verum haec ad theologos non pertinent. 27

2i) Nescio quare Rosenmüller vocem verterit *solidum expansum;* illud enim *solidum* de suo adjecit, cum vox ista, quae est a *expandit, extendit* etc. de se minime postulet ejusmodi *solidi* notionem, sed hac voce Moyses, ut patet ex contextu, designavit atmosphaeram, quae globum nostrum circumambit, cujus potissime duplex officium est, impediendi nempe pressione sua super telluris superficiem, ne aquae inferiores sursum ferantur et per evaporationem diffluant, et ne aquae superiores seu vapores in terram decidant, quod propterea accuratissime expressit Moyses etiam juxta recenliorum physicorum placita, dum factum a Deo tradit firmamentum, quo dividerentur aquae ab aquis. Congruit arabica vox *stipavit* rem aliquam veluli puteum *ne corrueret.* Quid ad nos, si Homerus, Empedocles, Artemidorus cclerique graeci sive poëlae sive philosophi, rudiori qua utebantur physica, censuerint coelum solidum esse? Quae conventio Moysis ad philosophos? Ita tamen se res habet: isti neoterici consueverunt ad profanos auctores biblia exigere, ut iis affingant, quae nusquam docuerunt, et hac ratione incredulorum oppugnationibus Scripturam objiciant. Dolendum verum est D. Calmet, in dissert. *De mundi creatione,* praeivisse recentioribus biblicis protestantibus in tribuendis Moysi erroribus contra physicam; de quo auctore apposite Feller ait: »C'est surtout l'histoire de la création que ce célèbre commentateur s'est plu à embrouiller, en attribuant à Moise des opinions fausses sur la physique du monde; mais quand on examine le texte, on est surpris de n'y pas trouver ce que le savant Bénédictin a cru y voir. La physique de Moise est la plus simple, la plus modeste, la plus sûre, qui ait jamais été écrite ... le monde de Moise, je veux dire, son récit de la création, est en considération même chez les infidèles depuis 5000 ans tandis que les systèmes les plus ingénieux se sont évanouis en se dévoraut les uns les autres." Vid. *Catèch. philos,* tom. II. §. 299. n. *a.*

”) Patet hic insulse prorsus pronunciasse Voltaire more suo in *Bible enfin expliquée,* Moysis systema de luce a sole independent falsum a Newtono ostensum esse; imprudenter vero se gerere nuperos biblicos, qui non tantum non satagunt Biblia cum scientia conciliare, sed omnes suos conatus eo dirigunt, ut ea velut secum pugnantia perhibeant.

202. Ad 6. *D.* Verumtamen non absque Dei jubentis imperio, *C.* per se, *N.*

203. Ad 7. Resp. Fundamentis de medio sublatis, necessario corruere conclusionem, quae inde deducitur, quaeque non prodit nisi ingentem libidinem carpendi biblicam doctrinam, eamque exponendi incredulorum oppugnationibus. Ast inanes semper erunt omnes conatus, cum non humani, sed divini Spiritus ductu Scriptura fuerit exarata, ac proinde fluctus omnes intumescentes humanae scientiae, quoties ad hunc scopulum perveniunt, confringuntur penitus ac illiduntur. Poterunt impiorum molimina ad tempus illudere; at citius seriusve naturales ipsae scientiae, quo perfectiorem gradum attingent, eo libentiores fasces religioni submittent, eique famulabuntur.28

I, J

CAPUT III.

DE MOSAICA EPOCHA IN QUANTUM SPECTAT HUMANUM GENUS.

204. Mosaica chronologia, ut superius innuimus, ab hominis creatione initium capit. Juxta Hebraicam veritatem et latinam Pentateuchi versionem, sex circiter annorum millia a primi hominis creatione ad nos usque effluxisent; septem vero et amplius juxta graecam alexandrinam seu LXX versionem; Samaritanus codex mediam epocham indicat.l

205. Increduli, qui undique corrogant quidquid divinae revelationi adversari ipsis videtur, ex aegyptiorum, Chaldaeorum, indorum atque sinensium annalibus et historicis documentis arma sibi compararunt ad arguendam falsitatis mosaicam historiam. Infelici porro exitu eos pugnasse in tanta historiarum et rei criticae luce nunc ita compertum est, ut vix nos non pigeat eorum argumenta proferre. In iis tamen congerendis id lucri habemus, ut inde pateat, quam infirma sint eorum tela, qui adversus religionem assurgunt, ac praeterea ut ex analogia istorum argumentorum cum ceteris ejusmodi difficultatibus palam fiat, nihil esse quod pertimescat Christiana religio ab impiorum cujuscumque aetatis et indolis conatibus. Sit propterea

M) Quae hactenus prosecuti sumus in duobus hisce capitibus, egregie illustravit doctus vir Joann. Bapt. Pianciani S. J. in op. cui titulum fecit: *In historiam creationis mosaicam commentatio,* Neapoli 1851. vol. un. in 8. Quae quidem commentatio legi meretur, tum ob doctrinam in physicis doctrinis et geologicis, tum ob miram eruditionem, quae in ea elucet, et qua Christiana doctrina ab ejus impugnatoribus vindicatur.

Textus hebraeus a creatione ad diluvium enumerat annos 1656, versio LXX annos 2242; a diluvio autem usque ad vocationem Abraham juxta textum hebraeum fluxerunt anni 367, juxta LXX anni 1143. Contra vero codex samarilanus a creatione mundi ad diluvium numerat dumtaxat annos 1307, a diluvio autem usque ad vocationem Abraham annos 1017.

PROPOSITIO.

Frustra increduli ex historicis documentis affirmant humanum genus antiquius esse epocha, quam Moyses constituit.

206. Et sane I. nullae priorum temporum narrationes, quae historiae nomen sibi promereantur, et quae accurate consideranti non sese fabulosas pandant, huic epochae adversantur. Nulla chronologia occidentalium gentium per continuam seriem assurgit ultra tria annorum millia. Non est cur sermo fiat de septentrionalibus Europae populis, vel de anglis, gallis, hispanis et italis, praesertim septentrionalibus. Graeca historia antiquissima mythologica omnino est. Antiquissimus profanus historicus, cujus extent opera, est Herodotus, qui florebat annis 440 ante Christum; historici, quos ipse consulere potuit, annis vix centum eum praecesserant. Berosus et Manetho pertinent, hic ad tertium ante Christum saeculum, ille ad tertium vel quartum. Hebraei tantum habent soluta oratione conscriptos annales Cyri epocha anteriores. Quae narrantur de migrationibus Cecropis, Deucalionis, Cadmi, Danai et Dardani, referri videntur fere ad Moysis aetatem. 2 Ab americanis vel a mauris Africae incolis antiquissimas historias expectare ridiculum esset. 3

207. II. Verum ad particularia descendamus. Si qua historica documenta humanum genus antiquius esse evincerent epocha a Moyse in Genesi constituta, haec profecto essent aeg^ptia, chaldaica, indica atque sinensia, quae nobis increduli perpetuo obtrudunt. Atqui haec minime id evincunt.

208. Objecta enim babylonensia et aegyptiaca chronica tamquam omni historica fide destituta repulerunt viri antiquitatis scientissimi. Ea aspernatur Tullius, profligat Plutarchus *; Varro autem, qui inter romanos archaeologos peritissimus habebatur, annos bis mille ante aeram Christianam aegyptiacis rebus assignat.

209. Quae quidem confirmantur ex ipsa Moysis doctrina et agendi ratione; potuisset enim Moyses (in Aegypto natus et eruditus) humano generi originem longe antiquiorem tribuere, eidem tamen aeram recentissimam bis mille circiter annorum, quingentorum vero a noachica alluvione assignavit coram ipsa aegyptiorum gente universoque orbe. Evidens igitur argumentum est, nullum monumentum tunc extitisse, quo ipse falsitatis argui posset. Moyses praeterea praevidet ac vaticinatur dispersionem populi sui per uni-

Vjd. Usserius, *Annales* V. *et N. T.* edit. Gencv. 1722. aetas mundi III. pag. 12 et seqq.

3) Cf. Klaproth in *Annali di scienze religiose,* Roma 1835, n. 3. pag. 386.

4) Cf. Gerdii, *Saggio* d' *istruz. teol.* De Deo creatore.

versas gentes; certns igitur erat nullum unquam monumentum in universo terrarum orbe repertum iri ad libros suos mendacii arguendos idoneum.

210. III. Firmius etiam argumento nostro robur accedit ex veterum pariter agendi ratione. Flavius Josephus in sua *Archaeologia,* ut probabiliora romanis mosaica instituta exhibeat, non semel imminuit eventa sive facta prodigiosa, numquam tamen aliquid immutat de mosaica chronologia, immo eam ex professo tuetur in libris contra Appionem. Celsus inter Christianae religionis impugnatores satis eruditus, quique data opera creationis epocham aggreditur, post plures irritos conatus, tandem vel invitus, *αχών,* ut loquitur Origenes 5, fateri debuit mundi novitatem, neque gentem ullam aut monumentum aut factum reperiri, quod epocham a Moyse definitam praetergrederetur. Demum Democritus, peragratis Aegypti, Chaldaeae, Persidis, Aethiopiae ac indorum regionibus, prout refert Diogenes Laertius 6, omnibus documentis sedulo excussis, in Graeciam tandem se recipiens, mundum recens ortum proclamavit, nec ullum monumentum Thebarum bello aut Trojae excidio antiquius reperiri affirmavit. Hinc ex ejus nomine Lucretius interrogat:

.... Si nulla fuit genitalis origo
Terrai et coeli, semperque aeterna fuere,
Cur supra belluju thebanum et funera Trojae
Non alias alii quoque res cecinere poetae?
Quo tot facta virûm toties cecidere?

Respondet autem:

.....Habet novitatem summa, recensque
Natura est mundi, neque pridem exordia cepit. '

211. IV. Nec magis firmum fundamentum constitui potest in sinensium annalibus, quos non ita pridem certatim increduli proferebant. 8 Tres enim in epoebas eos dispertiunt Goguct et card. Gerdii. 9 Prima universim et ex integro mythologica est; fabulis anilibus altera plane scatet; postrema aliquam historiae speciem prae se ferre videtur, quae tamen vix ab Abrahami vocatione originem ducit.

212. Ad indicas vero antiquitates quod spectat, quibus tantopere fidunt Voltaire ejusque asseclae, ac eis profecto plus aequo studuit Guillelmus Jones, a ceteris sodalibus anglorum societatis Calecutii demonstratum est, eas non assurgere ultra sinensium atque aegyptiorum monumenta. 10 Ezour

s) Contra Celsum, lib. L n. 20. tom. I. pag. 338. edit. maur. Paris. 1733.

·) Lib. IX. segm. 35.

') *De renun natura,* lib. V. vers. 325 el seqq.

·) Uli Voltaire passim, praesertim in opere *Questions sur Γ Encyclopédie.*

') *Saggio d' istruzione teologica,* De Deo creat, tom. X. opp. edit. rom.

,0) *Biblioth. britannique,* tom.XVL pag·. 347 et seqq. Genevae 1801, ubi invenies compendium *Vedae* ex diss. Wil. Jones inserta in *Asiatic researches, or transactions of the society instituted in Bengal* etc. 1788—1816. Cf. etiam Cuvier, *Discours sur les revolutions du globe,* §. 257 — 280, et 306-319.

Vedae autem codicem, cui tanta antiquitas et auctoritas tribuebatur, librum esse spurium nuper critici deprehenderunt. “ Quae igitur sinenses, babylonenses, aegyptii, indi, ut gentis suae primordia augustiora redderent, adornarunt certatim, splendidae sunt fabulae, quae sacrarum Scripturarum testimonium laedere nulla ratione valent.

213. V. Cum mosaica iiistoria mirum in modum profana historia consonat. Historicus sacer narrat filios Noe in campo Sennaar prope Euphratem versatos primitus esse, seu Chaldaeam primum incoluisse; atqui babylonenses. assyrii, quibuscum commiscentur chaldaei, primae nationes sunt, quas Herodotus et Diodorus siculus commemorant, quarum, ut vidimus, nullum monumentum affertur, quod nedum ultra mundi originem Gen. I. descriptam, sed nec ultra diluvii catastrophen progrediatur.

214. Scientiarum praeterea atque artium initia et progressus infantiam mundi invicte demonstrant. Ante hebraeorum legislatorem quis nobis germanae qualiscumque scientiae indigitet vestigium? Cadmus quippe ex Phoenicia omnium primus perhibetur, saltem ex communiori sententia12, qui litteras in Graeciam detulerit XII. aut XVI. saeculo ante aeram Christianam. Ante Thaletem et Pythagoram vix audita philosophiae notio. 13 Pingendi atque sculpendi artes felicioribus dumtaxat temporibus apud graecos excelluerunt, earumque auctores fere omnes noti sunt. Quod si recentioribus archaeologis fidem adhibemus, Italia jam sua habebat politioris cultus monu-

Jl) Voltaire summam antiquitatem Ezour Vedam tribuit tum in opere *Philosophie de í histoire,* cap. 17. tum in *Défense de mon oncle,* cap. 12. adeo ut scribere non dubitet: *On ne peut pas douter qu'il n ait été écrit avant ï expédition (T Alexandre dans les Indes.* Cf. etiam *Ezour Vedam ou ancien commentaire du Vedam traduit du sanscretan par un brame.* Yverdun 1788. tom. I. *Observations préliminaires,* pag. 152 et seqq. Nuper vero demonstravit Ellis, sodalis collegii *Madras,* Ezour Vedam opus esse conscriptum a Patre Roberto De Nobilibus Soc. Jesu anno 1621; cujus autographum ipsemet diligenter evolvit in Indiis, ubi asservabatur in antiquo jesuitarum collegio. Exaratum autem est lingua sanscritica, quam P. De Nobilibus optime callebat, ut viam sterneret Indis faciliorem ad' chrislianam fidem amplectendam. Dissertatio D. Eliis inserta est vol. XIV. *Researches astatic.* Cf. *The brilish catholic colonial quarterly intelligencer,* n. 2. pag. 161. art. *Robertas De Nobilibus and Perrone,* Praelectiones theolog. *V. his Ezour Vedam,* London 1834. Animadvertendum tamen est, longe ante ejusmodi anglorum perlustrationem notum fuisse catholicis Ezour Vedam apocryphum opus fuisse. In opere enim: *Codices mss. indicis bibliothecae de Propaganda,* dicitur: *Hoc opus est apocryphum.* Sonne rat, vol. Π. pag. 41. liv. 3. jam suo tempore scribebat: nL| Ezour Vedam est un livre de controverse, écrit à Manilipatain par un missionaire. . . C’est à tort que M. de Voltaire cl quelques autres donnèrent à ce livre une importance qu’il ne mérite pas.“

n) Dixi juxta *communiorem sententiam,* nam Frerel in *Mémoires des inscriptions* etc. tom. V. pag. 311 et seqq. contendit 1°. Cadmum Moyse annis 103 antiquiorem esse; 2°. graecos characteres seu litteras proprias habuisse, quum Cadmus ad eos detulit characteres phoenicios, quos suis substituerunt. (Vid. ibid. pag. 615.)

13) Vid. Diogenes Laért. in prooemio, seg. 12 et 13.

menta, cum vix e barbariei sinu Graecia emergere incipiebat. u Unde factum est, ut procul missis mythologicis omnibus antiquis narrationibus, qui historiam veterem scribere aggrediuntur, a detectis nuper in Etruria praesertim monumentis initia ducant, in iisque fundamenta jaciant. Haec autem monumenta longe recentiora sunt, et in eam epocbam incidunt, qua homines post phalegicam dispersionem in exiguas primum societates coaluerunt. ,s Jam vero si hominis creatio per tot annorum myriades, quot fabulabantur incredulo, supra Moysem altius conscenderet, undenam factum est, ut hominum ingenium incultum prorsus tanto temporis spatio contra ipsius naturam perstiterit?

215. VI. Consonant demum ipsae observationes geologicae, prout ostendunt commemorati Cuvier, De Luc, Brocchi etc., ex quibus constat vel nuspiam hactenus reperta ossa fossilia humana, vel si quae novissimis temporibus reperta perhibentur 16, si *vere fossilia* dici debent, certe rarissima esse. Sic neque instrumenta vel metallica vel lapidea vel alterius cujuscumque naturae ab hominibus fabrefacta et elaborata reperiuntur in locis et adjunctis, quae nimiam antiquitatem ostendant. Unde sequi videtur, non modo humanum genus epocha a Moyse indicata antiquius non esse, sed fortasse etiam tempore diluvii noëtici non ita dispersum fuisse, nec ita multiplicatum, ut multi putant.17

216. Reliqua praetermitto, ne in re non dubia argumentis uti videar non necessariis, cum ex dictis facile constet, frustra incredulos laborasse ad ostendendum genus humanum ex historicis documentis antiquius esse epocha a Moyse constituta.18

”) Sic inter ceteros sentiant Clavier, *Histoire des premiers temps de la Grèce, .Discours prélimin.* ac inter nostros italos, Melch. Deifico, *DelC antica numismatica della cittù di Atri* etc. pag. 11. Napoli 1826; quae opinio magis invaluit ex quo tot monumenta eiibdiuntur ex Etruriae regalis veteri provincia apud Vetulonienses, populonienses, tarquinienses, vuleienses ac caeretes praesertim. Haec tamen omnia nondum ita sunt certa, ut non de ipsis inter se certent archaeologi.

”) Deifico, op. cit.

,6) Cf. *Discours sur les révolutions du Globe,* Paris, vel ejusdem operis versio Italica cum nolis Ignatii Paradisi, Florentiae 1S28, tom. I- §- 201 et seqq.; De Luc, *Lettres physiques;* Brocchi, op. cit. *Introduzione,* pag. 36 et seqq. *Fossile* porro dicitur, quod sub terrestribus, ut vocant, *stratis* fossum est. Circa haec fossilia humana, seu ut vocant *anthropolitas,* vide quae cl. Cam. Ranzani, *Elementi di Zoolotjia,* tom. IL Bologna 1821, scripsit in prolixa adnotatione addenda ad hominis articulum, pag. "20 et seqq., ubi accurate expendit, quae a geologis de ejusmodi ossibus fossilibus reperta dicuntur, et judicia, quae ab ipsis lata sunt.

”) Inter ceteros ita censent auctores angli *Historiae universalis,* tom. I.

1S) Etsi, ut ex dictis patet, vix quidquam omnino his indigeamus, animadvertendum tamen est, posse etiam quemque catholicum sequi chronologiam LXX vel textus Samaritani; adeoque tam licet, salva fide, ponere circiter 4000 annos inter Adamum et aeram christianam, quam 4891 cum P.Tourneminc, vel 5199 cum Eusebio caes., Beda et martyrologio romano, vel etiam 5504 cum ec-

DIFFICULTATES.

217. I. Obj. 1. Chaldaei jam ab Alexandri aetate, teste Diodoro siculo19, astronomicas observationes servabant quadringentorum septuaginta duorum annorum millium. 2. Herodotus praeterea refert, se accepisse a sacerdotibus aegypliis, a primo ipsorum rege Vulcano 330 reges regnasse usque ad Moerim, qui juxta illos regnabat anno 1350. ante natum Christum et usque ad Setum alios 341 regnasse per annos 11,340; eosdemque ei ostendisse 345 lignea simulacra, imagines prae se ferentia totidem pontificum, qui a patre in filium alter alteri successerant; addebant tanto illo temporis spatio bis solem ortum esse ad occidentem, bis invicem ad orientem occidisse20; quibus si accedant observationes astronomicae indorum atque sinensium, tantum non confecta res erit. 21 Haec autem confirmantur ex zodiacis et planisphaerio non ita pridem detectis in templis Tentyrae atque Latopolis (Esne), ex quibus patet juxta regulas *praecessionis aequinoctiorum* a. duodecim ferme annorum millibus ea exsculpta fuisse. 22 Ergo.

218. Resp. ad 1. et 2. *D.* Ea referunt memorati historici mendacibus narratiunculis decepti, *C.* veridicis ducti, AT. Ad observationes enim astronomicas Chaldaeorum quod spectat, quaeque ad nos pervenerunt, Laplace ostendit, eas octingentis annis non excedere aeram Christianam23, neque antiquiorem esse astronomiam aegyptiorum. Quae de ortu et occasu solis ipsi retulerunt, satis ostendunt, quanta fuerit veterum aegyptiorum scientia. Indorum vero tabulas recentiores adhuc esse, ac ipso Ptolomaeo posteriores idem cl. astronomus evincit. 21 Delambre autem longe probabilius censet

clesia alexandrina, 5508 cum Theophilo antiocheno et Chron. alex., 5510 cum ecclesia constantinopolitana, 5604 cum Clem. alex., 5800 cum Lactantio, 6972 cum P. Pezron, 6000 cum s. Cypriano, 6004 cum Isaaco Vossio, 6011 cum s. Juliano Toletano, vel 6311 cum Onuphrio Panvinio, adeoque, si revera tantam humani generis antiquitatem certa monumenta demonstrarent, nil *inde religio et sacrorum codicum auctoritas detrimenti caperet.

”) Hiblioth. lib. II. pag. 118. edit. Laur. Rhodmani, Hanov. 1604.

w) Hcrodot. lib. II. pag. 55 et pag. 64. edit. Henr. Slephani 1566.

”) Glirum est quantum tribuat aslronomicis observationibus indorum, sinensium etc. Bailly in suo *Traité de Γastronomie indienne et orientale,* in 4. Paris 1787. Cf. *Discours préliminaire,* pag. 110 et suiv., 129 et suiv., 140 etc.; ast non leviter vapulat a Delambre, quem inferius proferemus.

22) Nomine *praecessionis aequinoctiorum* venit motus pene insensibilis, quem habent stellae fixae ex oriente in occidentem, cujusque circulus completur spatio 25,960 annorum.

23) Exposition du système du monde, liv. V. chap. 1. pag. 291; cf. Cuvier, *Discours sur les révolutions du globe,* §. 281 -293, §. 320-326.

24) Ibid. pag. 294. ubi rejicit assertiones Bailly, suppresso tamen ejus nomine. Sic Delambre, *Histoire de Γastronomie ancienne,* Paris. 1817, liv. 1. chap. 1. pag. 11 et suiv., ubi, prolatis ineptissimis astronoinicisaegyptiorumdoctrinis, concludit: *Tout ce que nous avons ıї ailleurs de Vastronomie des Egyptiens ne prouve que Vignorance de ces prêtres si vantés.* Quod confirmât cap. 6. ubi agit de Manethone, et ri- il

sinenses mutuatos esse suam doctrinam astronomicam ab indis primo, deinde vero a mahumedanis. 25 Hoc porro certum est, omnes antiquas observationes, ipsis latentibus, periisse, ncc nisi anno 104. ante Christum Sse-Ma-Tssien nonnulla documenta ac praecepta collegisse ad metiendum planetarum motum et ad eclipses determinandas. 26 Unde nec demonstratur necessitas confugiendi cum Montucla vel cum P. Tournemine ad diversas clironologias versionis alexandrinae aut codicis Samaritani, ut rationem reddamus observationum sinensium, quae factae perhibentur tum sub Fo-IIi, anno 2858 ante Chr., tum anno 2608. sub Iloang-Ti, ac praesertim eclipsis, quae contigisse fertur anno 2159. juxta P. Mailla vel anno 2155. juxta P. Gaubil, quae cum ab astronomis oscitantibus vel indoctis Hi et Ilo praenunciata non fuerit, ipsi ab imperatore Tchong-Kang, misso contra eos exercitu, capite damnati dicuntur. Quae certe omnia vel fabulosa vel saltem valde incerta sunt. 27 Idem praeterea Delambre ostendit, omnes recensitos populos adhuc in infantia scientiae astronomicae versari, nec nisi dementares aliquot atque imperfectas illius notiones habuisse, vel etiam adhuc habere, quae nec scientiae nomen merentur.28

219. Ilis positis, ad testimonium Diodori siculi reponimus, ipsum fortasse numeris illis designasse quosdam Chaldaeorum cyclos, quos *Saros, N&-ros* et *Sossos* vocabant. 29

220. Observationes Chaldaeorum, prolatae a Ptolomaeo, sunt decem observationes eclipsium satis ineptae, nec antiquiores anno 271. ante Christum.30

221. De aenigmatica mysterioque plena narratione sibi invicem contradicentium aegyptiorum dicimus, nondum liquido inter doctos constare, quid sibi per illam voluerint; alii enim aliter eam interpretantur, seu potius divinare contendunt. Aliqui suspicantur, eam non fuisse nisi sacerdotum illorum sycophantiam, quod quidem mihi omnibus perpensis vehementer probatur. 31 Saltem ex parte fabulosa est.

del de conatibus Bailly. Cf. cliam Cuvier, lib. cit. §.257 — 280, §.306—319.

“) Dclambre, op. cit. liv. II. chap. 1. pag. 398.

«) Cf. Gerdil, *Saggio d' istruz,. teolog-* De Deo creatore. *Cinesi.*

M) Delambre, loc. cit. pag. 350 et suiv.

M) Ibid. chap. 2 et suiv. ubi pag. 400, loquens de historia astronomiae indorum Bailly, sic scribit de hoc auctore: «Quelquefois, et surtout dans ce dernier ouvrage, il s’appuie sur une masse imposante de calculs, dissimulant avec soin tout ce qui pourrait nuire à sa cause, ainsi que les objections qu' on pourrait lui faire et qu' il a dû sans doute apercevoir lui-même." Cf. quoque *Discours prélim.* pag. 17.

*) Cf. Laplace, *Exposition* etc. liv. V. chap. 1. pag. 291.

Laplace, ibid. Quarum tres lunae eclipses praecipuae sunt, quaeque a babylonensibus observatae sunt anno 619. et 720. arde aeram Christianam. Cf. etiam Dclambre, op. cit. lib. L chap. 1. pag. 4.

**) Sic enim loquitur Delambre, loc. cit. pag. 11 :· «Hérodote avait appris d’eux *(des prêtres égyptiens)* que le soleil avait changé quatre fois les points de son lever, qui étaient devenus ceux de son coucher; ou Hérodote ne les a pas compris, ou ils étaient des hâbleurs ignorants, ou bien ils se sont moqués d'Hérodote."

222. Inter eos, qui definire conati sunt epocham zodiacorum et planisphaerii tentyrensis, tot sententiae quot capita. Planisphaeriurn Lutetiam delatum accurato examinavit Delambre, qui decernere non dubitavit illud Alexandro M. posterius esse, et praesertim cl. Biot, qui ex accuratis mensuris et calculis deduxit, illud exhibere coeli formam seu statum, prout erat a septingentis ante Christum annis, addit tamen illud post aeram Christianam constructum esse. Et revera, quaecumque coeli forma seu status ab his monumentis referatur, non ideo sequitur ea tempore statui illi respondente constructa esse; uti, si picta tabula referat antiquum alicujus urbis vel regionis statum, non idcirco illo tempore picta fuit. Verum hae disquisitiones fere inutiles sunt. Architectura enim et sculpta vel picta signa ostendunt ad epocham non valde remotam pertinere templa Tentyrae et Latopolis. Templi Tentyrae, ubi erat planisphaeriurn, porticus in qua adhuc zodiacus superest, sacra erat *Saluti Tiberii,* ut docet graeca inscriptio. In minori templo Latopolis (quod jactabant aedificatum saltem anno 2700. vel 3000. ante Christum) adest columna sculpta et picta (et quidem eo stylo, quo proximus zodiacus) anno X. Antonini, seu anno 140. aerae Christianae. Praeterea divisio illa zodiaci, quam putabant solstitium indicaro, nullam cum eo relationem habet. Arca cadaveris juvenis defuncti anno XIX. Trajani seu 126. aerae nostrae, prae se fert zodiacum cum distributione signorum ut in templo Tentyrae. 32 Quae omnia argumento sunt invictissimo inepta prorsus esse, quae increduli non ita pridem exinde contra revelationem intorquebant, classicum-

3î) Cf. Biol, *Recherches sur plusieurs points de Γastronomie égyptienne,* Paris 1823. Avant-propos, pag. 36 cl suiv., ubi inter cetera scribit: ..Pendant l'impression de l'ouvrage que je soumets ici au public, deux savants distingués, M. Champollion le jeune et M. Letronne, ont, par des découvertes fort diverses, jeté une lumière toute nouvelle sur l'époque véritable à laquelle ont été faites les sculptures astronomiques de Denderah et de Latopolis. . . . M. Champollion.... a trouvé qu'il *(C alphabet hiéroglyphique)* reproduisait les titres et les noms de plusieurs empereurs romains, tels que César, Tibère, Domitien, Claude etc. Il a cru même reconnaître sur le contour extérieur du zodiaque circulaire de Denderah, le mot *autocrator,* exprimé dans ce genre de caractères; ce qui établirait que ce monument a été sculpté sous la domination romaine. Le travail de M. Letronne, quoique conduisant â des résultats équivalents, est fondé sur des preuves d'une nature toute différente. Il repose sur la discussion des inscriptions grecques trouvées en Egypte, et dont quelques-unes étaient sculptées sur les temples mêmes de Denderah et de Latopolis.u Ast praestat consulere integrum opus, in quo confutat praesertim Fourier, qui antiquissimam epocham his monumentis assignat. Cf. insuper Letronne, *Recherches* etc. pag. 180 et in *Observations* etc. pag. 30; Cuvier loc. cit. §. 335 — 385. Legi etiam possunt D. Tesla dissertatio, cui titulus: *11 zodiaco di Dendera illustrato,* Roma *et* Genova 1822; Gusman S. J., *Stigli antichi zodiaci d'Eyitto, traduz. dal tedesco,* Venez. 1802. cum addition, traductoris; Polzobul S. J., *Recherches sur Γantiquité du zodiaque de Denderah* etc.; Brocchi, *Biblioteca italiana,* tom. XVIII. pag. 338; *Correspond, asironom. du baron de Zach,* vol. VI. n. 5. ubi legitur epistola D. Riccardi cum notis ejusdem baronis de Zach.

que canebant, quasi triumphum adversus mosaicam historiam retulissent. Quam miseri sunt, ingeminare prorsus juvat, incredulorum conatus! 33

223. Π. Obj. Impossibile est tam angusto temporis spatio, quale ab Adam seu potius a Noe ad nos usque fluxisse supponitur, adeo multiplicari homines potuisse, ut universum terrarum orbem occupaverint; ergo.

224. Resp. *Seg.* Etenim Eulerus inito calculo ostendit, quod si homines a diluvio vel a creatione singulis annis (prout tunc temporis fieri potebat) per decimam sextam partem multiplicati fuissent, sola quadringentorum annorum periodo integer eorum numerus excedere debuisset ingentem summam centum sexaginta sex mille, sexcentum sex decies centena millium, ad quam multitudinem continendam alendamque non sufficeret totius terraquei orbis amplitudo34; cujus quidem calculi veritas confirmatur ex facto multiplicationis israelitarum in Aegypto. 35

225. III. Obj. Nullum saltem est argumentum, quod ex artium et scientiarum ortu et progressu eruitur ad adstruendam generis humani novitatem. Fieri enim potuit, ut ob diversas nobisque incognitas vicissitudines vel generales cataclysmos oblivione penitus obrutae fuerint, ac denuo postea ac pluries inventae36; ergo.

226. Resp. *Neg. antec.* Ad probat, vero animadverto: 1°. hic non agi

Aegyptiaca monumenta, quae hac potissimum aetate eruditi viri illustrarunt, chronologiae mosaicae non modo non adversari, sed mirum in modum cum eadem conspirare, novissime ostendit et Hippolytus Rosellini, in ingenti opere, cui titulum inscripsit: .>1 monumenti delT Egi Ito e della Nubia, disegnali dalla spedizione scienliiico-leUeraria toscana in Egilio, distribuiti in ordine di materia, interpretati ed illustrati parte L *Monumenti storici,* tom. I. Pisa 1832; tom. II. Pisa 1833. Omissis porro, quae eruditus archacologus scribit tom. I. capp. 4, 5, 7. etc. hanc ejus conclusionem legimus, tom. II. cap. 4. §. 2- pag. 83 : »Sarebbe in vero diflicile desiderare un migliorc accordo fra la cronologia sacra e quella della storia di Egiito.·* Hoc opus, quod nondum absolutum est, plurimam lucem in omnibus, quae ad religionem spectant, aifundit remotissimae illi antiquitati.

»') Euler, tom. I. *Introduci,* exempt 3. cap. 4. *De qualitatibus exponentibus et loyarithmis,* tum exempt 4.

Ducentos quindecim annos in Acgypto degit Jacobi familia juxta eruditiores chronologos; ita tamen propagata est, ut in exitu israelitarum ex Aegypto sexcenta et amplius hominum millia fuisse referantur, et ea quidem bellicae tantum juventutis, demptis nempe mulieribus, pueris et senibus, quibas per sexum aut per aetatem arma tractare minime licebat, immo et Levitarum viginti duobus millibus, ad ministerium custodiamque excubantium. Dixi 215 annos; nam annos 430 peregrinationis hcbracorum, de quibus Galat. III. 17. eruditiores chronologi non ad servitutem illorum in Aegypto referunt, sed a promissione repetunt facta Abrahamo Gen. XII. secundum quam slalim a Charan egressus in Chananaeam commigravit. Cf. Joann. Bapl. Ricciolii S. J. *Chronoloyia reformata,* Bononiae 1669. tom. I. lib. VI. cap. 6. conci. 6. pag. 259 et seqq.; vid. etiam Petav. *De doctrina temp.* tom. II. lib. IX. cap. 25. Antv. 1703.

M) Bailly, *Hist.* etc. Celsus apud Origenem, lib. I. n. 20.

de possibilitate, sed *de facto;* ostendant proinde adversarii monumentis certis tum illas vicissitudines, tum generales illos cataclysmos reipsa locum habuisse, alioquin nullam vim habet proposita difficultas. Porro nonnisi unum universalem cataclysmum memorant omnium gentium annales, quem nec antiquissimum jactant. Animadverto 2°. nonnullas artes tantae necessitatis esse ac in usu quotidiano positas, ut data etiam qualicumque vicissitudine, numquam possint obliterari. In quacumque propterea hypothesi, nisi universum humanum genus perierit, non amplius opus esset ejus, qui vel aratrum inveniret, vel qui nos artem fabrilem doceret, vel qui vitem ostenderet; neque amplius in deorum album referretur, qui nos de litterarum usu instrueret[37] Sed haec satis sunto.

37) Cf. Brocchi, *Conchiolotjia fossile* etc. *Introduzione,* pag. 39 et seq., ubi absurdam adversariorum hypothesim abunde confutat.

; Wf

PARS III

D E

227. Perfecerat operis sui partes omnes, quum sese Deus ad hominem condendum convertit, perinde ac si antea domum exstruere atque exornare voluisset; illius enim causa facta sunt omnia, ut scilicet eorum omnium et usu et contemplatione frueretur; atque hic voluti per gradus ad Dei notitiam, admirationem, amorem denique ac praedicationem assurgeret.

') Communis ac recepta catholicorum sententia e sacris litteris deprompta haec est, Deum hoc universum ad gloriae suae manifestationem condidisse. Dicitur enim Prov. XVI. 4: *Universa propter semetipsum operatus est Dominus....* Attamen ex rccentioribus Kantius autumat Deum, in constituendo summo mundi creati fine, naturarum tantum intelligcntium habuisse rationem. Vid. *Krilik der prakt. Vernunft* seu *Critica rationis practicae,* pag. 235 et seqq.·, *Jirit. der Urtheilskr.* seu *Critica facultatis judicandi,* pag. 338 et seqq., 421 et seqq. In eandem sententiam concesserunt Chr. Wil. Snell, *Drei Abhandlungen* etc. seu *Tractatus 1res de materia philosophiae,* tract. 2. *De optimism»,* Lips. 1796; Jacobi, *Allg. Religion,* seu *Religio generalis,* pag. 416 et seqq.; Ammon, *Summa theol. christ,* pag. 231 et seqq.; Wcgscheider, *Inst. theol.* §. 96-

Horum potius protestandum et rationalistarum vestigiis quam catholicorum insistere maluit Georg. Hermes, qui praesertim in *Introduci, philosophica,* Monast. 1819. qu. 2. §. 71. pag. 470. repudiata uti *absurda* communi theologorum sententia, qui affirmant Deum gloriam suam in creatione rerum veluti finem ultimum habuisse, post plura salis obscure disputata concludit: . Deus itaque creavit *hominem propter hominem,* et quidem ad ejus felicitatem; nam Deus, ut ens moraliter perfectum et bonum non potuit ei male, sed unice bene velle. Dixi: et quidem ad ejus felicitatem, hoc est, non ad sensibilem felicitatem, nam fruitio sensibilis non habet valorem immutabilem pro ente rationali-sensibili, et numquam erit eo digna, sed ad felicitatem, quae oritur ex convenientia moraliter libere acquisita. Cetera omnia super terram non possumus admittere nisi propter hominem facta esse. Homo igitur erit inter omnes creaturas unicum ens, propter quod Deus hunc mundum condidit.*·

Verum haec doctrina, praeterquam quod idcntica est cum Kantii ceterorumque rationalistarum placitis, quae ducunt ad *oplimismum.* ut patet ex Wegscheider loc. cit. exinde oritur, quod non bene dignoscuntur

228. Quidquid ad philosophiae ac sacrarum litterarum professores spectat, omnino omittimus; quidquid est theologi, in postrema hac tractatus parte,

diversi lines, qui simul confunduntur. Interdum enim *finis* nomine intclligilur *id, cujus obtinendi gratia eligitur medium,* cl a scholasticis dicitur *finis cujus;* interdum venit *causa finalis,* eo quod participet rationem causae, quae importat influxum in existentiam alterius (vid. Suarez, *Metaph.* disp. 12. sed. 3. n. 3.); rursus finis usurpatur pro ea ratione aliquid volendi, quae nomen finis habet, quatenus est aliquod bonum per se appetibile, sed praescindit ab eo, quod hoc bonum possideatur vel desideretur, et passim dicitur *finis quia.* Praeterea finis usurpatur pro subjecto, cui volumus aliquod sive bonum sive malum; atque hic dicitur *finis cui;* qui rursum in duos distinguitur, ultimum et non ultimum sive proximum. Insuper finis id etiam dicitur, quod alicui volumus; atque hic appellatur *finis qui.* Tandem finis vocatur possessio boni, quod intendebatur; atque hic audit *finis quo.*

His positis: 1°. Finis creationis mundi per modum causae a Deo, vel rcalitcr vel per nostrum cogitandi modum a Deo distinctae, nullus esse potest (Cf. s. August. *De Genes, coni. Munich.* cap. 2· pag. 316. et in libro *Ouaest. 83.* qu. 28. pag. 211, el s. Thom. part. I. qu. 19. a. 5.). 2°. Finis creationis mundi per modum rationis, qua Deus ex nostro intelligendi modo illam voluit; est divina bonitas (cf. s. Aug. *De Gen. ad lit.* lib. I. cap. 7. n. 13. coi. 121, el *De civ. Dei,* lib. XI. cap. 21. col. 288; nec non s. Thom. part. I. qu. 44. art. 4, et *Contra gentes,* lib. II. cap. 35. et alibi passim; Vasqucz in I. part, disp.82. cap. 2 et seqq.). 3°. Deus in creatione mundi habuit pro *fine cui* omnium ultimo gloriam suam, id est, cognitionem divinarum perfectionum, ex qua creaturae intelligentes in Dei laudem assurgunt, quae est notio propria hujus nominis, juxta s. Thom. II. 2. qu. 132. art. 1. Quod expresse declaratur Isai. XLIII. 7: Deui. XXVI. 19; Ezech. XXVIII. 22; Prov. loc. cil. Ps. XVIII; Baruch. III. 35; Apoc. I. 8 etc. 4°. Deus in constructione hujus terrae et omnium brutorum animalium, quae, in ipsa sunt, habuit homines pro fine immediato, ut Scripturae aperte declarant, Psal. CXIII; Psal. VIII; Gen. I. 26, 28. (Cf. Suarez, *De oper. sex dier.* lib. III. cap. 17. n. 13 et seqq.; Pallavicini, *Del bene,* lib. II. cap. 2 et seqq.)

Haec enucleatius exponenda erant adversus eos, quos omnia permiscere juvat, ut absurda quaeque obtrudant, ex quibus deinde pessimae consecutiones deducuntur, ut videbimus disserendo adversus Bayle, ubi de aeternitate poenarum, quae necessariam habet cum hic dictis connexionem. Videsis Andr. Spagni. S. J. *Diss. de mundo,* prop. 9. sect. 1 et seqq. Romae 1770.

Celerum, cum agatur de re summi momenti, nempe de ultimo fine hominis ct totius universi, praestat unum vel alterum ex s. Thoma depromere argumentum, quo ostendatur adversus G. Hermes, Deum debuisse omnino hominem propter se creare, nec alium in hoc sibi finem praestituere potuisse, sic tamen ut in hoc ipso non commodum proprium, sed bonum nostrum respexerit. Sic igitur loquitur s. Doctor, *Contra gentes,* lib. II. cap. 25: «*Finis* divinae voluntatis *non potest esse nisi ejus bonitas;* non autem agit propter hunc finem producendum in esse ... cum bonitas ejus sit aeterna et immutabilis, ita quod ei nihil accrescere potest; nec etiam potest dici, quod propter ejus meliorationem Deus agat; nec etiam agit propter hunc finem acquirendum sibi; ipse enim est sua bonitas. Restat igitur, quod agat propter finem, in quantum effectum producit ad participationem finis." Nempe quia in hoc ipso Dei bonitas cactcraeque perfectiones exterius manifestantur atque extrinseca ejus gloria elucescit. Rursum ib. l. I. c. 93. Deus nobis non benefacit, »ut sibi exinde aliquid accrescat, sed quia ipsum communicare est *sibi conveniens,* ut fonti bonitatis. Dare autem, non propter aliquod commodum ex datione cxpeclalum, sed propter ipsam bonitatem et convenientiam dationis, est actus liberalilatis." Cf. praeterea in locis cit. Sane, ut inquit P. Rogaccius S. J. in

ubi de homine disserimus, nos consectabimur, no longius, quam par est, disputatio discurrat. Ut igitur praestitutis finibus contineantur, quae de homine disceptari solent, de ejusdem in primis creatione, felicitate et gratia, seu gratuita elevatione; de ipsius deinceps lapsu, et peccati originalis propagatione et effectibus: de futura demum pro meritis hominis sorte ac resurrectione ex ordine agemus. Atque hac porro ratione, quae potiora sunt ac scitu maxime necessaria, complectimur pro diverso hominis statu ac multiplici conditione.

H

DE HOMINIS CREATIONE.

229. Du o potissimum errores adversantur mosaicae creationis historiae. Alter eorum est, qui hominem a Deo, saltem immediate, creatum negant, sed vel ab terrae ipsius foecunditate, vel ab ovo, vel limo sicut ranae ex Nilo eum prodiisse affirmant. l Nullum fere argumentum est, quo magis increduli

opere *Unius necessarii,* part. I. cap. 25.: /Ullane liberalior esse potest ac beneficentior voluntas, seu lucis erga hominem coccum, quam si illum spectatorem suae pulchritudinis cupiat, seu fontis erga siti confectum, quam si ad gustandos suos latices eum provocet?·

Pessime igitur philosophatur Hermes dum ex communi hac theologorum saniorumque philosophorum doctrina *philautiam* et vanam gloriam in Deo consequi affirmat. Nam quod Deus opera sua ultimo atque absolute ad suam gloriam debeat referre, id ab intrinseco et ex natura rei dimanat, propter infinitam perfectionem et eminentiam Dei qui *ipse sibi finis* esse debet, et in quem omnia ut in finem necessario debet ordinare. Cum summum bonum nostrum in hac ipsa summa Dei gloria silum sit, nimirum in eo cognoscendo, laudando atque amando, hinc gloria Dei et commodum nostrum amice simul consistunt. Cf. Lcssium, *De perfectionibus divinis,* lib. XIV. *De ultimo fine,* praesertim cap. 3. rem totam fuse ac solide enucleantem.

‘) Neeldham et BulTon negant, saltem immediate a Deo hominem conditum esse, sed prudiisse affirmant ex particulis vel essentiis, ut vocant, *organisatricibus* aut vi vegetativa, quibus Deus naturam ditavit. Cf. Spalanzani, *Osserva-zioni microscopiche* etc. tom. II. Milano 1826. Aristoteles modo emittit *hypothesin* de humano genere numquam coopto; modu eam vocat πισηρ, *persuasionem.* Denique lib. III. *De generat, anim.* concludit: »Quare et de hominum ac quadrupedum ortu non absurde quis conjiciat, si olim ex terra editi sunt, id duorum modorum altero evenisse, aut ut ex verme, ω» *Ιζ ακώληκοί,* primum existeront, aut ex ovis, *in* ὠὼρ, ederentur.* Expositis autem his modis, ait: -Quare, si quid initium exislendi animantibus fuit, in altero de duobus istis modis contigisse manifestum est.* Ori *uiv ούν* ibr«p *ήν τκ αρχή τήί γενέ-*
πάσι roi? *Siàoit, εύλογον δνεΐν τούτων είναι τήν iripav, φανερόν.* Vid. edit. Paris. 1629. tom. I. part. all. pag. 1113. Aliqua tamen venia dignus est, utpotc revelatione destitutus, si ita desipuit. At nulla venia digni sunt recentiores illi, qui, ut revelationem abjicerent, nihilo minus desipuerunt circa hominis originem, quorum alii ex ovo, vel putredine, vel mari, vel piscibus ortum eum autumarunt; alii infinitam successionem admiserunt, quos vel recensere inane omnino opus esset.

et athei distineantur, quam istud de antbropogonia seu hominis origine: circa quam, quidquid absurdi ac ridiculi aegri somniis excogitari potest, commenti sunt. His accedunt rationalistae ac neoterici biblici, qni in mosaic* anthropogonia non agnoscunt nisi *mythum,* ac Moysem propterca primum *mythoyraphum* appellare non verentur. 2 Alter error eorum est, qui autumant ante Adam alios homines fuisse conditos, qui propterca *praeadamitae* audiunt. Hujus erroris instaurator fuit Isaacus La Peyrere 3 c Calvini disciplina, qui tamen ad meliorem postea frugem revocatus errorem hunc una cum haeresi calviniana ejeravit. Parum ab hoc errore abludunt ii, qui censent non omnes homines ab eodem parente progenitos esse, sed contendunt in qualibet mundi plaga suos fuisse aborigènes, qui specie distinguerentur, a quibus diversae hominum gentes prodierunt. 4 Ad ejusmodi errores convellendos sit

PROPOSITIO I.

Primi parentes immediate a Deo conditi sunt.

230. Dum immediate a Deo conditos progenitores asserimus, non solum de anima, sed etiam de corpore propositionem hujusmodi intelligi volumus, seu de toto homine. Rursum, dum dicimus hominem etiam quoad corpus, id affirmamus ad excludendum memoratum incredulorum errorem, qui hominem repetunt ex causa immediata naturali; nec enim propositum nobis est manus miscere cum scholasticis illis, qui opinati sunt, Deum ministerio angelorum usum esse ad protoparentis corpus e terrae limo plasmandum 1, cui ipse postea vitam et animam communicavit2 atque indidit. Itaque primo sensu

2) Ila Wcgsch. §. 98. n. *a.* pag. 321.

3) In op. *Praeadamitae, vet exercitatio exegetica in Epist. ad Rom.* V. 12 el seqq. in 4. Lugd. 1655, quem nonnulli alii in eadem sententia praecesserunt, quos recenset Calovius in *System, locor, theol.* tom. III. pag. 1041, nec non von Irwing, *Heber den Ursprung* etc. seu *De origine cognitionis veritatis et scientiarum,* Berolim 1781.

4) Telliamed seu de Maillet in op. *De origine mundi,* pag. 201. affirmat aegyptios, indos etc. seu viginti populos docere homines indigenas et aborigènes fungorum adinstar e terra prodiisse. Alibi asserit pisces in homines mutatos, praesertim in regionibus seplemlrionalibus. Sublimis sane philosophia! Alio sensu aborigènes admiserunt Carli, Fabroni et Aloys. Bossi, *Dell' istoria d' Italia antica e moderna,* Milano 1819. Sed de his postea.

*) Cf. Cornel, a Lapide in hunc locum. Similia habet Philo, *De opif. mundi.* Ast s. Basil, *liexaem.* hom.IX, Ambr. *Hexaëm.* lib. VI. cap. 7. n. 40, s. Aug. *De Genesi ad lit.* lib. IX. cap. 15, Theodoret. *In Gen.* qu. 19. angelos excludunt.

Nonnulli contendunt distinguendum esse principium vitale ab anima, atque ab apostolo tres homini paries tribui *σώμα* corpus, ψυχρ»' vitam animalem, et *rtvtvya* vitam spiritualem, rationem, I. Cor. XV, 44 cl seqq. Coll. II. 14; I. Thess. V. 23; Hebr. IV. 12. Veteres philosophos distinctionem instituisse inter *animum* et *animam* certum esi, ut testatur Cicero, tum alibi, tum *Tuseul.* IV. 5, quos imitatus Josephus, *Archaeol.* lib. I. cap. 1/num. *2: 'EnAaotv,* in-

sumpta propositio ad fidem spectat, ut patet ex superius recitato docroto concilii lateranensis IV.

231. En autem quomodo ejusmodi veritatem evincimus revelatione duce: Gen. II. 7. aperte traditur, jam conditis omnibus animalibus, *Formavit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem.* Deus proinde totum hominem condidit, por *sc* enim corpus e limo terrae *formavit,* animam vero per *inspirationem* indidit.

232. Et haec quidem de mare. De feminae autem formatione et ortu legimus ibid. II. 21: *Immisit Dominus soporem in Adam; cumque obdormisct, tulit unam de costis ejus et aedificavit eam in mulierem.* Si haec porro in sensu historico ac litterali intelligantur, satis superque perhibent utrumque protoplastam a Deo ipso formatum et conditum fuisse; jam vero prout jacent, accipienda ea verba esse, ipse contextus, sensus traditionalis hebraeorum et ceterorum librorum sacrorum irrefragabilis auctoritas ostendunt.

233. Ac in primis **contextus** id postulat. Nisi enim litteralis sensus ratio habeatur, cum iis verbis nullo pacto cohaerent quae sequuntur; vix enim Adam expergefactus a sopore suo Devam conspexerat, dum in illas voces erupit: *Hoc nunc os cx ossibus meis et caro de carne mea: haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* [3] Ad haec porro verba alludit apertissime apostolus I. Cor. XI. 8. ubi ait: *Non enim vir e.r muliere est, sed mulier ex viro.*[4] Cf. I. Tim. II. 13. Neque **judaei,** si fabulatores nonnullos excipias rabbinos, ab eodem sensu umquam recesserunt. [5] Quod spectat ad veteres ecclesiae **patres,** supervacaneum est ipsos singillatim recensere, cum una omnium sententia sit, formationem Hevae ex latere Adam dormientis fuisse typum ecclesiae ex latere Christi Domini in cruce mortui efformatae.

234. Hinc, ipsis adversariis fatentibus, ex hoc veluti fonte pervulgati sunt ac recepti apud orientales mythi de feminae formatione, mosaicac historiae affines, praesertim apud populos Asiae superioris[6]; nec desunt hujus

quit, ὁ Sfô, *τον ανβρω-ον, χοϋν à~ô τηί yifi λαβών, καί πνίΰμα Ινήκιν* αντ<·* καί Id est: *Ein rit Deus hominem, accepto ex terra limo; immisilque in eum spiritum et animam.* S. Irenaeus, *Adversus haer.* lib. λ', cap. G: Anima *autem,* ail, *et spiritus pars hominis esse possunt, homo autem nequaquam.* Origcnes, *De principiis,* lib. III. cap. 4; Ncmisius, *De natura hominis,* cap. i. Usus tamen obtinuit vocabula ψυχ? et *πνινμα* promiscue usurpari non secus atque hebraicae voces et Π1*Ί· Cf. Lactantius, *De opificio Dei,* cap. 18. cum notis Joann. Bapt. Le Brun et Nie. Lenglet Dufresnois, opp. Paris. 1748; ubi plura in hanc rem conseruntur. Lucretius fuse discrimen inter *animum* et *animam* prosequitur, lib. III. v. 138—161.

') Gcn. Π. 23.

«) Cf. etiam Tob. VIII. 8.

4) Philo jud. allcgorice exponit, lib. II. *Leyis alley,* pag. 109 et seqq. apud Calmet, nonnullique rabbini; ceterum Josephus loc. cit- judaeique passim universi, sensu litterali accipiunt.

®) Ita Wcgsch. §. 98. n. *a.* Sic *Einleit. Art. Adam, in Ersch and Grubers Encyklopadie,* seu *introductio art. Adam, in Encyclopaediain Ersch et Gruber.* Sane

traditionis documenta apud populos recens detectos. 7 Quae quidem omnia aperto evincunt mosaicam anthropogoniam nativo sensu accipiendam esse: ac propterea, quod inde sequitur, primos parentes immediate a Deo conditos fuisse.

DIFFICULTATES.

235. I. **Obj.** 1. Homo e terra suapte natura oriri potuit per fortuitam motus ac materiae, conjunctionem. Plura enim corpora organis instructa a natura ipsa quotidie produci nemo non videt. 8 2. Quod vero refert Moyses Gen. II. 7, ostendit hominem, humili nimirum origine sua minime contentum, sibi a Deo eam accersivisse. 3. Sane commentarii mosaici duplicem exhibent hujus originis historiam: *alterant* (Gen. I. 26.), qua Deus uno actu, *alteram* minus puram atque perfectam (Gen. II. 7, 21, 22.), qua primo marem e pulvere terrae, deinde feminam e costa illius deductam formasse traditur. 4. Quae quidem ex incultioris aetatis ingenio et aliarum gentium de anthropogonia mythis accommodata sunt. 9 Ergo.

236. **Resp.** Ad 1. A7. Satis est enim vel leviter anatomiae principia degustare, ut quisque sibi persuadeat, absurdam esse hypothesin materialistarum, comminiscentium casu hominem e terra prodire potuisse. Tam affabre enim in humano corpore membra singula disposita sunt, ut nonnisi opus plane divinum ipsum esse quisque intelligat et altissimae sapientiae consilium in eo elucere. Quod autem de hac hypothesi dictum est, idipsum tuto quivis pronunciare poterit de aliis similibus somniis incredulorum, qui dummodo possint sibi persuadere se a Deo conditore non prodiisse, absurda quaeque devorant multo facilius libentiusque, quam infantes fabulas ac historiolas ad-

ejus traditionis documenta apud sinenses non pauca profert Windischmann, loc. cit. et apud indos ibid. part. I. sect. 2. pag·. 386 et seqq.

7) Cf. *Annales de Philosophie chrétienne,* Paris 1834. année V. η. 43. tom. VIII. Janvier, art. *Voyages el traditions, croyances, superstitions et reste des traditions primitives observées par M. Dumont D'Orville dans son voyage autour du monde à bord de Γ Astrolabe, dans la Nouvelle-Zélande et les îles de Tonga;* ubi inter ceteras servata est traditio mulieris ex latere viri productae.

8) Sic auctor operis *Re/lexions philosophiques sur le système de la nature.* Nec valde abludit Neeldliam, qui omnia fere corpora organis instructa repetit a vi vegetativa, ut ipse eam vocat, a qua repetit corpus Adam, iirimo et Hevae formationem, quae adinstar populi junioris ab alio dissecti prodiit ex corpore Adam. Cf. Spallanzani, *Opuscoli di fisica animale,* Milano 1826- Opusc. I. part. I. pag. 17, 18.

9) Ita Wegsch. §. 98. ubi concludit: »Ei vero, qui narrationes istas mosaieas ad institutionem vitae communis transferre studet, maxime cavendum est, ne homines nostri, puriore numinis idea imbuti, quam quae in libris illis passim significata est, singula nimium premendo, offendantur, neve a pio in Deum creatorem amore et reverentia abducantur debita." Ex quibus quanta sit hominis impudentia satis elucet.

mittunt; attamen obducto supercilio sibi philosophi ambitiosum nomon adsciscunt[10]

237. Ad 2. Acp. pariter: et addo nullam aliam originem, si recta ratione quis uti velit, posse sibi quemquam confingere. Atque hinc fit, ut homo, velit nolit, ineluctabile semper secum ferat argumentum existentiae Dei.

238. Ad 3. *Ncg.* Sed una eademque mosaicis commentariis historia traditur; in primo quidem capite mundi ortum in universum ac summatim, in altero vero modus ac ratio exponitur, qua telluris recens creatae nuda et incompta facies instructa sit plantarum ornatu, tum de maris et feminae origine, atque de primorum parentum sede et conditione latius disseritur[11] ac per partes describitur. Evanescit propterea, quod a rationalises additur de altera originis historia *minus pura atque perfecta* Gen. II. 7, 21, 22. quae non alio nititur fundamento nisi cuncta carpendi cacoethe.[12]

239. Ad 4. *Neg.* Tum quia in simplici ac ingenua Moysis narratione nihil est, quod mythum suboleat; tum quia aliarum gentium, qui dicuntur de anthropogonia mythi, non sunt nisi primaevae traditionis corruptiones, quae plus

”) Quaeri etiam posset, quare illa fortunatissima tellus, quae homines ultro e sinu suo producebat, foecunditatem suam amiserit? Forsan respondebunt, quod olim epicnreus Lucretius, *De natura rerum,* lib. V. v. 824 et seqq. edit. Taurin. 1831:

Sed, quia finctn aliquem pariendi debet habere.
Destitit t ut mulier spatio defessa vetusto,
Mutat eultn mundi naturam totius aeti»;

Sic igitur mundi naturam totius aetas
Mutat, et ex alio terram status «accipit alter,
Quod potuit, nequeat; pos&it quod non tulit ante.

Cf. Cudworlh, *Syst. intell.* cap. 5. §. 68, 69. pag. 125. tom. II. edit. Lugd. Bat. 1773.

11) Sic fere Rosenmuller, auctor adversariis non suspectus, in *Seholiis in V. T.* in hunc loc. ubi solvit omnia argumenta corum, qui contendunt capita primum et secundum Geneseos, non ab eodem, sed a diverso auctore esse conscripta. Praestat vero adnotare, Eichhorn inferre antiquioris aetatis et scriptoris esse, quae capp. 2 et 3. Gen. habentur, cx dicendi genere, quod ibi deprehendere sibi visus est, *impolito atque indocto,* quod vetustissimi aevi simplicitatem referat. Contra vero in his ipsis capitibus *stylum inulto ornatiorem,* quam in iis, quae praecesserant, nec pauca exquisitioris doctrinae indicia agnoscit Heinrichs, *Commentatio de antiquo illo documento, quod secundo Geneseos capite extat,* Gutting. 1790. unde eadem recentiori aetati assignat. Quam probe inter se cohaerent hi philologi protestantes! Gesenius vero in opere: *Aedificium doctrinae linguae hebr. p. hist. ling. hebr.* ex eo quod in primo capite Geneseos sermo tantum sit de CT7X *diis,* in capitibus vero duobus subsequentibus factus sit ΓïïΓP τ : *Deus Deorum* in compositione aequivalens τι·' ΓıΙΓi' τ : *Deus Sabaoth;* in reliquis demum appareat solus ΠΪΓP τ : *Deus,* deducit progressum a polytheismo ad ideam unitatis Dei. Miseri fabulatores! Hoc enim Gesenii commentum explodit vel levis totius libri inspectio; etenim ter in ipso Gen. HI. 2—5. legitur solum nomen *Elohim* absque additamento *Jehova;* sic Gen. XXVII. 16 et seqq. nomina *Jehova* et *Elohim* promiscue usurpantur. Eadem dicendi ratio in ceteris omnibus V. T. libris observatur. Cf. speciminis gratia Jon. IV. 1, 4, 6, 7, 8, 9,10. in quibus modo *Jehova* solum, modo *Jehova Elohim,* modo denique rursum solum *Jehova* reperiuntur.

“) Cf. *Lettres de quelques Juifs à Ai. de Voltaire,* tom. I. *Petit commentaire* etc. tom. IV. *Extrait ‹› Adam et de son histoire.*

minus recesserunt a veritate pro diversitate Indolis eorum, qui eam servarunt13, quique omnes, cum posteriores sint mosaicis commentariis, eosdem in omnibus suis partibus mirifice confirmant.

240. **II. Obj.** 1. Nemo sobrius inficiari saltem poterit feminae e viri latere formationem, prout a Moyse describitur, rnythum esse seu philosophema ad mutuum illud atque vehementissimum viri et feminae desiderium adumbrandum, quo sese mutuo prosequuntur, ab ipso rerum omnium auctore utrique sexui alte infixum et ingeneratum. 2. Simili mytho de viro ac femina uno olim corpore conjunctis, sed a Jove postea diremtis, amoris mutui vim Plato declaravit.14 3. Quod vero Deus Adamo, quum somno erat obrutus, ne dolorem sentiret, costam exemisse narratur; homo autem expergefactus, conspecta femina, exclamasse dicitur, hoc demum esse animal sibi simile, id aperte est additum fabulae adornandae causa.15 4. Ab hac vero expositione non abhorrent catholici ipsi theologi, quorum aliqui allegorice verba Moysis interpretati sunt, ut Cajetanus16, alii primum hominem vel androgynum vel hermaphroditum a Deo conditum autumarunt.17 5. Ipsa quodammodo rei natura aliquam ex his expositionibus exposcere videtur, nisi primum hominem aut monstrosum ante Hevae formationem, costa scilicet redundantem, aut imperfectum post ejusdem ortum, costa videlicet destitutum, extitisse contendamus. Ergo.

241. **Resp.** ad 1. *D.* Supposita historica veritate, *C.* si illa excluditur, *N.* Ipsi ecclesiae patres atque Scripturarum catholici expositores deprehenderunt moralem sensum mutui conjugum amoris in feminae procreatione, prout a Moyse describitur18; sed hic moralis sensus in litterali fundatur, quo sublato actum est de sacri historici veracitate. Nonnisi recentiores biblici

w) Cf. Banier, *La mythologie et les fables expliquées par l'histoire,* tom. III. lib. I. cap. 4. ubi crudile ostendit graecos defectu historicorum ignorasse suam propriam originem ac propterea seipsos vocasse *αὐτόχ^ονα* seu ex ipsa terra ortos, quod pariter praestiterunt pelasgi, cellae, hiberi, scythi etc. eadem vanitate ducti ac nonnulli itali nosIri, quos inferius recensebimus, qui ut stultae huic antiquitati faverent, minime veriti sunt Scripturae auctoritati refragari.

H) In *Timaeo,* tom. III. pag. 41 et seqq. op. edit. Steph. Paris. 1578, et in *Symposio,* ibid. pag. 189 et seqq. ex impuri Aristophanis persona fuse persequitur fabulam de homine *ανδρογύνου* in duas paries disseclo etc. Lucret, loc. cit. v. 837.

*5) Ila Rosenmuller, ad v. 21. cap. 2. Geneseos.

16) Comment, in hunc loc.

*7) Mirum est Michaelem in disseri, pag. 72 et suiv. potuisse serio contendere auctoritate Platonis ac rabbinorum Adamum reipsa androgynum fuisse a Deo procreatum. Absurda rabbinorum commenta referunt Heidegger in *llistor. patriarch.* excrc. IV. tom. I. pag. 35, et Fabricius in *Codice Pseud. Vet. Test.* loin. I. Voltaire veritus non est, tum in opere *Baison par alphabet,* art. *Adam,* tum in *Bible enfin expliquée,* Moysi tribuere historiam de homine androgyno; sed conf. *Lettres de quelques Juifs,* loc. cit. §. 12.

*8) Cf. Cornel, a Lapide, in hunc locum. Vid. s. Thom. part. I. qu. 92. art. 2 et 3.

protestantes purum mythum in Moysis verbis exprimi commenti sunt contra sensum traditionalcm et invitis omnibus germanno exegeseos legibus.

242. Ad 2. suppositum ut ex dictis liquet. Plato autem phantasiae suae indulgens exornavit plus aequo, quod apud orientales gentes, quarum provincias peragraverat, traditum invenit. 19

243. Ad 3. A'. Sublato enim fundamento, cetera quae illi superstruuntur, corruant necesse est; maxime quod reliqua Scripturarum loca, juxta expositа, arbitrariam biblicorum et rationalistarum hypothesim evertant.

244. Ad 4. *D.* Id est, nonnulli contra communem patrum et interpretum sensum, *C.* alias, A'. Ideo autem quod singulares isti expositores plus aequo suo ingenio indulserint in Scripturarum explanatione contra sensum totius antiquitatis, sapientiorum omnium reprehensionem invidiamque subierunt. Exinde discimus, aleae opus plenum esse, velle a recepta et communi in Bibliis exponendis sententia recedere. In eos scopulos inciderunt, in quos passim protestantes ex suis principiis navem suam impingunt.20

245. Ad 5- A". Ad allatam vero probationem reponimus, neque monstrosum nec deficientem parte aliqua integral! primum hominem sive ante sive post feminae formationem extitisse, Deo providente ac disponente sapientia sua, ne in alterutrum defectum incideret. Sacer textus id aperte innuit.21 Deceptio illorum, qui his nugis detinentur, in eo est, quod velint judicium ferre de rebus longe a se positis, et quarum adjuncta omnia penitus ignorant.

PROPOSITIO II.

Universum humanum genus ab Adam omnium protoparente propagatum est.

246. Haec propositio ad fidem spectat, utpote necessario connexa cum articulo de propagatione peccati originalis, de qua inferius disseremus. Duas porro adversariorum classes perstringit, praeadamitas videlicet et fautores

,9J Conf. Banicr, op. cit. tom. I. liv. I. chap. 1. ubi ostendit in antiquorum anlhropogoniis, non exclusa ipsa Platonis loc. cit., elucere vestigia mosaicae historiae, ac scite concludit pag. 78: .L'esprit humain fait en vain tous ses efforts pour corrompre la vérité; elle laisse toujours quelque trace lumineuse qui la fait reconnaître.“ Quod speciatim ad Platonem attinet, ipsum deprompsisse fictionem suam a traditione quae apud orientales vigebat, quam tamen ipse non satis intellexerat, animadvertit Eusebius, *Praep. Evang.* lib. NIL cap. 12. edit. cit.

10) In ejusmodi absurda incidit nuper Fr. Baader, quamvis catholicus, in *Annot. in cap. 2. Geneseos,* 1829.

Menochius, Estius, Piscat. Catharinus in commentariis ad hunc loc. censent et costam et carnem Deum suffecisse in ejus locum, unde et carnem et costam sumpserat, prout verba ipsa Adami indicant: *Hoc nunc os er ossibus meis et caro de carne mea.* Nonnulli vocem vertunt *latus;* chaldaeus interdum eamdem vocem reddit *partem;* sic alexandrin! eodem sensu transferunt eam identidem per vocem *μίρο;*. Ast necesse non est ad haec confugere. Cf. *Comment.* Calmet in hunc locum.

aborigenum autochthonumve, corum scilicet hominum, qui habentur ut enati in diversis mundi plagis, et a quibus multiplices species repeti solent humani generis licet etiam a Deo conditae.

247. Cum vero ex adversariis, quos hic refellendos suscipimus, alii, ut praeadamitae, Scripturae auctoritatem admittant, alii vero rejiciant, hinc argumentis ex Scriptura depromptis alia praeterea ab externis fontibus petita eos refellendos adjicere cogimur.

248. Ac primo sic praeadamitae perstringimus: **Sacra Scriptura** praeadamitarum existentiam excludit, si perpetuo nobis exhibeat Adamum omnium hominum solum et unicum progenitorem. Porro id nobis aperte prodit in primis liber Geneseos; capite enim I. 27. perfectis totius mundani orbis operibus, legitur: *Creavit Deus hominem2 ad imaginem* **suam**.... *masculum et feminam creavit eos.* De hoc autem ipso homine, antequam enucleatius ipsius creationis ratio exponatur, dicitur II. 5: *Et homo non erat qui operaretur terram:* et II. 20: *Adae vero non inveniebatur adjutor similis ejus;* ac rursus III. 20: *Et vocavit Adam nomen uxoris suae Heva: eo quod mater esset* **cunctorum** *viventium.* Quae quidem confirmantur tum ex libro Sapientiae X. 1: *Haec* (sapientia) *illum., qui* **primus** *formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum* **solus** *esset creatus, custodivit',* tum ex apostoli verbis, Act. XVH. 26: *Fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae.* 3 Haec autem clara adeo ac perspicua sunt, ut nullam exceptionem admittant.

249. His vero si accedat **sensus traditionalis** hebraeorum et chri-

*) Animadvertendum autem apprime est, non omnes, qui admittunt aborigènes seu autochlhonas, perverso sensu hanc sententiam tueri, sed eorum plerique aborigenum et autochthonum nomine eos populos vocare solent, quorum ex historicis documentis origo cognosci nequit. Hoc sensu exponunt, quod de autochthonous aut indigenis veteres referunt. Vid. Deifico op. cit. *Delta numismatica della cittii di Adria nel Piceno,* Napoli 1826, qui in *Discorso prelim. Suile origini italiane,* pag. 64. inter cetera scribit: ..Intanto per quel sentiment©, che Vico chiamô *boria dette nazioni,* le piii antiche pretesero ali' autoclonato, cioè di esser prodotlo spontaneo della natura; nè cio basto loro, e contescro di antichitâ anche colla luna.« Deinde statuit non alios sub indigenarum aut aborigenum nomine intelligendos, nisi eos quorum derivatio ex aliis orbis partibus ob monuinentorum defectum nos latet. Micali, *Storia degli antichi popoli ilaliani,* pag. 6. Firenze 1832: ..Da cio, *inquit,* i mitologi, primi slorici, presero molivo di fingere la stirpe umana quivi dalla terra ingenerata. Opinione certamente ripugnanle alia buona fisica, ma che sotto il velo dell' allegoria celava il concetto della impenetrabile antichità del popolo italiano etc."

2) Hebraice porro clarius id exprimitur per articulum praefixum ilalice *C uo->no,* quod est nomen appellativum, postea vero proprium primi hominis factum est *κατ' ίΖοχήν,* seu per excellentiam ita dicti; unde palet hic proprie describi hominis seu naturae humanae originem primam.

3) Έποίησί τι li Ινό αίματο râν i$vo ανθρώπων κατοικΐϊν M καν το πρό ωπον

ypi·

stianomm, qui constans et universalis est, ac dogma propagationis originalis noxae in homines singulos, quod semper, ut ostendemus, ecclesia professa est, quodque huic facto innititur, nullus subest dubitandi locus.

250. Quod autem attinet ad adversarios ceteros, qui aborigènes seu autochthones populos inducunt, vel ipsi a Deo hos homines seu primos terrarum incolas conditos admittunt, vel non: in utraque hypothesi difficile non est eos erroris arguere.

251. Etenim I. adversus eos stant omnes **antiquae anthropogoniae,** quas nobis sive poetae sive historici tradiderunt, quae prorsus collineant cum anthropogonia mosaica. Sanchuniathon enim, cujus historiae fragmentum nobis transmisit Eusebius 4, refert ex *Merouach kolpia* seu ex *Spiritu vocis Dei* procreatos esse Aeonem et Protogonon, Adam nempe et Hevam, ex quibus homines ceteri progeniti sunt. Huc tendit Berosus chaldaeus apud Syncellum, qui pariter illius theogoniae fragmentum asservavit, quae refert hominis originem anthropogoniae mosaicae admodum similem5; neque ab ea differt anthropogonia Diodori siculi. **qui nobis eam** retulit in theogonia aegyptiorum et graecorum 6; nec diversam hominis originem

4) *Praep. evang.* lib. I. cap. 10. edit. Vigeri, ex versione Philonis Biblii, qui totum opus Sancbuniathonis ex lingua phoenicia in graccam transtulit ac in novem libros distribuit. Cujus quidem Sanchuniathonis operis diversa exstiterunt criticorum judicia, quae hic expendere non vacat. Nonnulli adeo progressi sunt, ut illud suppositilium existimaverint. At prudcnlior criticorum pars suo auctori hanc historiam vindicavit. Immo anno 1835. in Lusitania integram Philonis graecam Sanchuniathonis translationem repertam esse nunciatum fuit, quam revera graeco et latine anno 1837. Bremae edidit seu verius supposuit F. Wagenfeld, nullis tamen additis nolis vel vindiciis. In citato igitur fragmento legitur:

γιγινήο^αι Ικ του *Κολχία ανέμου καί γυναικό(αντοΰ Βααϋ.* τοιτο *δί νύκτα Ιρμηνιύιιν, Αιώνα καί Πρωτόγονον.* Svijtolî *dvàpaf,* οντω *ν.αλουμΐνουί. Εΰριΐν* δέ τόν *Αιώνα την* α~ο των δϊνδρων *τροφήν,* seu *Ex Kolpia vento atque ejus uxore Baau, quam nodem* graeci *interpretantur, Aevum ac Primogenitum, mortales ambos, procreatos, Aevumque cibi ex arboribus petendi auctorem fuisse.* Eruditus autem Fourmont senior, in op. *Réflexions sur origine, Chistoire et la succession des anciens peuples,* tom. L liv. II. chap. 5. Paris 1747. ostendit verba originalia Sanchuniathonis fuisse ηψ| γι'| 'B 5ïp ΓΓΗΟ

'd est: *Ex spiritu vocis Dei procreati sunt Aeon et Protogonos:* ac probe sensum Sanchunialhonis retulisse Philonem, graecos vero ignaros textum interpolasse. Porro per Aeonem, seu potius Ilajon, Hevam ibi exprimi, et per Protogonon Adamum, voce Dei procreatos, ibidem ostendit. Et sane, quae traduntur de Aeone auctore cibi ex arboribus petendi, aperte produnt Sed consulatur idem auctor loc. cit.; nec enim diutius nobis id persequi in animo est. Cf. etiamBanier, op. cit. lib. I. chap. 2. pag. 84 et seqq.

s) Banier loc. cit pag. 75 et seqq.

6) Biblioth. lib. I. cap. 1. ubi duplicem refert opinionem suo tempore viguisse circa hominum originem; alios quidem exislimasse *ab aelerno sine ullo generationis principio extitisse humanum genus, τό ytvôf των* ανθρώπων i£ *αιώνοί ύηάρχιιν, μηδίποτι τή αυτών ττν.νώβιωϊ αρχήν Ιΰχηκνία,* alios vero, qui et factum mundum hunc, et corruptioni obnoxium esse censent, perinde atque illum *homines quoque certo tempore ortum consecutos* asseverare:

nobis tradiderunt Orpheus7, Hesiodus8, Aristophanes9, Horatius 10 et Ovidius. 11

252. II. Adversus eosdem praeterea dimicant **traditiones omnium populorum,** non antiquiorum modo 12 sed etiarn recentionim. 13

253. HI. **Historiae** omnes, quae coloniarum **transmigrationes** ex Asia, Chaldaea praesertim, Phoenicia, Aegypto, Graecia etc. referunt, testee saltem sunt luculentissimae, populos omnes paulatim ex tenui principio exortos excrevisse, et originem communem habuisse, prout a Moyse refertur; cujus quidem mosaicae historiae, profanae, quae eam subsecutae sunt, sive temporum, ut vocant, heroicorum, sive cultiorum, totidem possunt vocari commentaria et confirmationes. 14

Του ανθρώπου τυχιΐν τή πρώτη γινί-βίω ώρισμίνοι χρόνοι . Mente autem seu Deo accedente, haec peracta fuisse ex aegyptiorum theologia, ac proinde phoenicum, patet ex iis, quae scribit Diogenes Lacrl. in Prooemio, segm. 4. edit. Menagii Amstel. 1692. Cf. etiam Cudworlh, *Syst. intell.* pag. 317 ; Banier loc. cit. pag. 96 et seqq.

7) Orphei *Hymni* I et seqq. praesertim 5. *Πρωτογόνου θυμίαμα,* seu *Primogeniti thus,* et 24. *Προτίω θυμίαμα,* id est, *Protei thus.* Heroici carminis, vol. I. pag. 502 el seqq. Cf. Banier loc. cit. cap. 5. pag. 103 et seqq.

8) Hesiod, lib. I. *Dies:* conf. Banier loc. cit.

9) *Aces,* v. 667 ubi vocal homines *πηλού πλάσματα,* seu *luti opera.* In hac vero ipsa Avium comoedia breviter graecorum theogoniam et cosmogoniam distinctius el clarius exponit quam Hesiodus.

'°) *Odarum* lib. I. oda XVI. v. 13 et seqq.

") *Metamorph.* lib. I. v. 75 el seqq.

'*) Cf. Fourmonl, opp. cit. lib. I. sect. 2. cap. 1 et seqq.

u) Annales de philosophie chrétienne, loc. cil., Windischmann, loc. cit., J. Klaproth, *Tableaux historiques de t Asie,* Paris 1824.

M) Banier el Fourmont, opp. cit. Sed quaeret hic fortasse quispiam, quomodo hae traditiones componi possint cum recepta apud varios populos persuasione, se αυΓοχ-*Zova* el *γηγΐνα,,* id est, se esse e terra genitos, seu cum ipso solo quod incolebant, ut de graecis praesertim, *genus in gloriam suam effusissimum* a Plinio merito vocatis, exploratum est. Sic inter ceteros Aristophanes, *Vesp.* v. 1071: *Ισμεν ήμΰ* , *Sumus nos* etc. Euripides, Jon. v. 29 et seqq. *Ελθών λαόν (I αύτόχθονα κλιίνών Αθηνών: Profectus ad autochlhonem populum Athenarum inclytarum.* Sic Plato in dial. *Afenex.* cap. 7; Lucian. *Philopseud.* §.3: *Αθηναίοι ----- tpaai, και τού πρώτου άνπιρ τά λάχανα,* id est: *Athenienses . .. ajunt, et primos homines olerum instar de attico solo enatos.* Quibus addatur Diogen. in prooemio, segm. 3. et Cicero, *Pro Flacco,* cap. 26 : *Athenarum urbs vetustate ea est, ut ipsa ex se se cives suos genuisse dicatur.* Quae opinio aliis praeterea populis communis est, aegypliis praesertim, de quibus Diod. sicul- *Biblioth.* lib. I. pag. 6. edit, cit.: *Ί>ασι τοίνυν αίγϋπτιοι κατά την ίί αρχή τών όλων γίνίϋιν πρώτου ανθρώπου γινίσθαι κατά την Αίγυπτον. Sub primos ergo rerum omnium ortus, primos iu Aegypto homines provenisse aegyptii memorant.* Cf. ibid, et pag 5. Ea opinio est etiam italis, de quibus inter ceteros Virgilius, *Aeneid.* lib. VIII. v. 315:

Geusque virum truncis et duro robore nata;

et Cato apud Servium, I. 6: *Primo Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigènes.* Alios omitto.

Sed responsio in promptu est: Populi illi innata quadam gloriolae cupidine ducti coeperunt inter se dc antiquitate decertare; deerant documenta, unde erueretur, a quibus primum incolis regio quaelibet habi-

254. **Philologia** ipsa, quae novis curis exculta hac nostra aetate est, aliud suppeditat adversus eos, quos impugnamus, argumentum. Exploratum namque est linguas omnes ad duas praecipuas matres, ut vocant, ac primitivas revocari a philologis, *semiticam* scilicet, et *japeticam* 15; porro iidem observarunt linguas istas sive idiomata plures radices immo et voces communes hahere, si parvam inflexionem excipias, nec non interdum formas et grammaticale systema. Rursum ab iis, qui peculiari studio linguam *saniscriticam* nuncupatam, quae ab indis usurpatur, excoluerunt, notatum est hanc in pleriaque vocabulis cum linguis graeca et latina, aliisque sive antiquioribus sive

tari coepisset. Hinc factum est, ut appellari coeperint indigenae, seu inde nati, vel autochthones etc. perinde ac si non aliunde originem traxissent. Quibus accesserunt poêtae, qui mythis suis hanc opinionem amplificarunt Celerum nationalis haec seu provincialis gloriola minime obfuit, quominus gentes omnes vestigia servarint primaevae traditionis circa originem hominum, ut ex didis patet. Ubique tum a graecis tum a latinis laudibus extollitur *Japeti genus,* cujus quidem Japeti seu Japhet, a quo plerique europaei deveniunt, frequentissima mentio apud antiquos occurrit Cf. Guérin Du Rocher, Soc. Jes. in opusc. *Histoire veritable des tempsfabuleux,* praesertim tom. I.

15) Hoc argumentum non ita pridem jam excoluerat cl. Leibnilzius, qui in opusc. *Breris designatio meditationum de originibus gentium, ductis potissimum ex indicio linguarum* (tom. IV. pag. 186 et seq. opp. edit. Dutens, Genev. 1768.), revocat linguas omnes ad communem aliquam, quae una primum esse debuit, quaeque postea bifariam divisa est in *japeticam* et *aramaeam;* quae hinc a prima prodierunt lingua, septemtrionem implevere, quae a secunda, meridiem. Ad *japelicas* linguas refert eas, quibus usi sunt *Japheti* posteri; ad *aramaeas,* quas tenuerunt *Semi Chamique* propagines. Observat plura vocabula cognationem communem prae se ferre in ejusmodi linguis; ex quibus jure infert, gentes omnes unius gentis aut stirpis propagines coloniasque fuisse, quamquam in remotioribus paulatim vestigia cognationis omnino perierint.

Idem argumentum fusius prosecutus est Laur. Hervas S. J. tum in op. *Origine, formazione etc. deyl' idiomi,* Cesena 1785. el in op. *Saggin pratico delle lingue,* Cesena 1787., turn in suo *Vocabolario poliglolto,* Cesena cod. anno. Quem secuti sunt superioribus annis plures alii Vater, Adelung, Klaproth, Pictet, Schlegel etc. Qui praeterea ex philologia comparata collegerunt hunc fructum non minus historiae quam religioni proficuum, nempe constare, independenler ab historia ipsa, derivationem populorum, qui tamen varietatis constantis notas prae se ferunt, ab uno eodemque stipite seu origine primitiva communi.

His animadversionibus confirmantur ipsa argumenta physiologica. Cl. Klaproth in sua *Asia poluglotta.* pag. 35 et seqq. statuit rectissimam distinctionem inter affinitatem *generalem* et affinitatem *particularem* linguarum. Perspectum porro est, inveniri inter populos maxime a se dissitos, quique magis inter se differunt sub respectu indolis physiologicae varietatum constantium, multitudinem radicum analogicarum tum forma tum significatione; affinitas *particularis* varietatum constantium inter se non solum fundatur in analogia radicum duarum aut plurium linguarum, sed praeterea in quadam unitate illarum systematis grammaticalis. Viri doctissimi hoc studium, quod *linguisticum* vocant, ingenti animi contentione prosequuntur. Nec dubitare licet, quin per illud, cum ulteriorem perfectionem assecutum fuerit, praebeatur argumentum evidens unitatis primitivae et originariae generis humani, quod praeeat tempore omnibus historicis documentis; unde etiam atque etiam patebit scientiarum et artium progressus semper religionis veritati confirmandae inservire. Cf. interea *Biblioth. univers, de Genève,* tom. XXIX, *Littérature,* art. *Philologie,* pag. 493 et suiv. 1825.

recentioribus apprime congruere16, ac propterea unam eamdemque horum populorum primam fuisse linguam. Nec demum eosdem philologos fugit, gentes interdum longissime a se non raro dissitas, quaeque diversae speciei habebantur, communi lingua uti, dum eae, quae proximiores nunc sunt, in immensum prope inter se differunt. Quae quidem omnia aperte produnt, unam ab initio omnibus hominibus communem linguam extitisse, ac propterea ex cognatione, affinitate, identitate quandoque linguarum omnium necessario consequi unam pariter gentium omnium originem fuisse.

255. Nunc vero ut incredulos reliquos seu potius amentes autochthonum et aborigenum assertores aggrediamur, qui divinam creationem hominis respuunt, ita eos perstringimus: I. Ex mathesi, ut alias diximus17, perspectum est, nullam dari posse sive successivam sive simultaneam terminorum seriem infinitam ; ergo homo necessario aliquam originem habuit.

II. Ex physica pariter certum est, prout ostenderunt repetitis experimentis Vallisnieri, Redi et Spalanzani 18, viventia cuncta praesupponere alia ejusdem speciei viventia, a quibus procreentur; et absurda esse systemata

16) Cf. *Recherches asiatiques,* vol. VII, VIII, XIV. etc.; nec non *The asiatic journal and Monthly Register* etc. April. 1835. vol. XVI. *New series,* London, pag. 221 et seqq. ; turn *Monuments littéraires de C Inde, ou Mélanges de littérature sanscrite,* par A. Langlois, Paris 1827. Novo autem examini subjecit linguam samscrilicam cl. A. W. De Schlegel in *Mémoire lu à la société royale de littérature de Londres le* 20. *Novembre* 1833. (*Transactions of the royal society* etc. vol. IL pag. 2. 1834.), in qua, instituta comparatione linguae samscriticae cum persica, graeca, latina, linguisque germanicis, celticis, slavonicis sive slavis, concludit cap. 9: »En admettant que l'affiliation des langues justifie la conclusion (et d'après ma conviction elle la justifiera d'autant plus qu'elle sera examinée plus a fond), que toutes ces familles de peuples sont issues de la même souche; que leurs ancêtres, à une époque quelconque, ont appartenu â une seule nation, qui est divisée et subdivisée dans sa propagation successive; la question se présente naturellement de savoir, quel a été la siege primordial de cette nation-mère." Eamque statuit ad orientem maris Montis Caspii in Asia ac praecise in Assyria etc. Cf. *Bibliothèque Univ.* cit. Mars 1835- art. *Antiquités orientales,* pag. 225. Rossignol, in op. *Lettres sur Jésus-Christ,* Paris 1841, lettre I. haec in rem nostram scribit: nL'Uranie revenant de son voyage autour du monde a confirmé les données de la linguistique, l'opinion de Buffon, de Lacépede, de Cuvier, et de tous les grands naturalistes français et étrangers, en déposant le 8. du mois de Juin dernier sur le bureau de Γ Académie des Sciences celte phrase, que je vous prie de ne pas oublier: *Mes observations tendent à démontrer la grande unité de ï' espèce humaine.··* (Vid. *Le compte rendu de lu Séance* du 8. Juin 1840. M. de Freycinet avait la parole relativement à la relation du voyage de Γ Uranie.)

17) Tract. *De Deo* etc. part. I. cap. 1. n. 37 et seqq.

18) Cf. Ant. Vallisnieri *Considérai. ed esperienie intorno alla generaiione de' vermi nel corpo umano ;* item *Esperienie ed osservazioni intorno ail' origine, sviluppi* etc. *di varii insetti* etc. opp. tom. L fol. edit. Vend. 1733; F. Redi, *Esperienza intorno agi' insetti:* nec non *Osservazioni intorno agli animali viventi* etc. vol. IL opp. in 4. edit. Ven. 1712; Laz. Spallanzani, opp. vol. VI. Milano 1826; praesertim *Opuscoli di fisica animale e vegetabile.*

tum particularum organicarum, tum ovi, tum vermiculorum, putredinis etc. Ergo a primo aliquo homine, quem Deus ipso condiderit, homines reliquos procreatos esse necesse est; ut praeteream argumenta hactenus allata, quae stolidum ejusmodi commentum penitus excludunt.

256. Quum igitur Scriptura Adam valut protogonon. seu primum a Deo conditum testetur, a quo homines reliqui omnes procreati sunt: quum anthropogoniae omnium antiquissimarum gentium, quoad rei summam, mosaicam confirment: quum populorum traditiones, historiae omnes, philologia ipsa eandem adstruant veritatem: quum denique scientiae ipsae naturales omnem explodant contrariam hypothesin; sequitur quod ostendendum nobis assumpsimus, nempe humanum genus universum ab Adam omnium protoparente fuisse propagatum.

DIFFICULTATES
praeadamitarum.

257. I. Obj. Ex sacris litteris, ante Adam alios fuisse a Deo homines procreatos multa sunt quae suadeant; ac 1. quae leguntur Gen. I. 26. ubi primus homo conditus a Deo exhibetur diversus ab eo, qui creatus dicitur ibid. II. 7. ut ex omnibus adjunctis eruitur; 2. Quae dicuntur ibid. IV. 2. de Abel et Cain: *Fuit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.* Cur enim Abel custodiebat oves? Nempe propter fures, qui certe pater ipsius aut mater aut frater esse non poterant; ergo ab aliis praeexistentibus hominibus. Quo pariter 3. referuntur, quae Deus Cain minatus est, dicens, ibid. IV. 6. 7: *Quare iratus es, et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatum aderit?* Quid hic *fores?* Portae scilicet, in quibus judicia apud orientales exerceri consuevisse Scriptura passim commemorat. Significat igitur Deus Cain, si male ageret, tradendum ipsum judicibus, qui poenas ab eo patrati sceleris reposcerent, qui profecto solus Adam esse nequit. 4. Haec confirmantur ex verbis Cain, sic Deum alloquentis, ibid. IV. 14: *Ecce ejicis me hodie a facie terrae..... et ero vagus et profugus in terra; omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* Quod ne fieret, Deus *posuit Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum.* Fugit tamen Cain ab hominum illorum consortio *ad orientalem plagam Eden.* Quae sine hominum multitudine intelligi nequeunt. Quid? quod Cain agricola perhibeatur; agricultura porro et aratoria ars plures exigit alias artes. Cain praeterea uxorem habuisse dicitur; nec profecto Adami filiam ducere potuit, cum nulla ei adhuc nata esset; ergo ex filiabus gentium. Illud etiam de Cain docet Scriptura, ibid. IV. 17. aedificasse illum civitatem, ac vocavisse nomen ejus ex nomine filii sui (utique primogeniti) *Henoch.* Architecti igitur aderant, aderant, quos in eam urbem deduceret cives. Quinam ii fuerint, quum Abele interfecto unus Adam cum Heva superfuisset? Ergo.

258. Reap, ad I. *Neg.* Sed ex dictis, quae hic operae pretium non est iterare, caput II. non continet nisi anacephalaeosin eorum, quae Moyses cap. I. scripserat, eamque uberiorem, in qua, quae ibi strictius de hominis formatione dicta fuerant, retractantur, atque accuratius explicantur 19; alioquin bis creata dicenda essent aut disposita coelum, terra, virgultum agri, omnisque herba regionis, quia Gen. II. 4. haec repetit Moyses.

259. Ad reliqua hic objecta reponimus I. duplici falso supposito ea laborare. Primum quidem, pleraque haec contigisse simul ac Adam e paradiso fuerat expulsus aut paulo post; cum tamen certum sit, nonnisi circa annum 129. Abel occisum esse, ut indicat illud Gen. IV. 25. anno scilicet Adam 130. natum esse Seth pro interfecto Abele. Alterum vero, paucos per ea tempora extitisse homines, eo quod pauci a Moyse commemorentur; quum scopus ipsius plures recensere non ferret. 20

260. Resp. II. Speciatim ad 2. *D.* Et pastoralis ars praeter custodiam gregis a furibus plurima alia complectitur, *C.* illam solam, *A.* Porro artem pastoralem nec totam nec praecipue in tutandis gregibus a latronum rapacitate consistere, notum adeo est, ut fusius id ostendere minime praestet.

261. Ad 3. *D.* Et phrasis illa: *In foribus peccatum aderit,* sensu translato a Moyse adhibetur ad poenam imminentem significandam, *C.* sensu proprio, *N.* Haec autem loquendi ratio non solum in Scripturis sensu exposito usitata est, ut e. gr. Mare. XIII. 29. ubi loquens Christus de extremo judicii die, dicit: *Scitote quod in proximo sit in ostiis,* sed etiam in scriptoribus profanis. Plutarchus enim illud exhibet adagium: *Febris est in foribus;* quo spectat etiam illud Horatii: *Culpam poena premit comes.* Eo magis quod Moyses, haec scribens, potuerit aetatis suae mores spectare; quod infrequens non est sacro scriptori2I, et exempla ejusmodi non pauca suppetunt in Josepho, Livio ceterisque scriptoribus.

,9) Sic etiam exponit Rosenmüller, dicens in cap. 2; xEpilogus superiorum, priusquam ad diem septimum transeat; quasi diceret: Ita his sex diebus completum est coelum et terra (quibus verbis ut supra cap. 1. totam hanc mundi fabricam complectitur) homine creato, qui fuit colophon quasi Dei operum.·· Sed longe ante ipsum hoc praestiterat Theophilus, *Ad Autolycum,* lib. II. cap. 19, 20. tom. II. *Biblioth. Patrum. Gallant.* edit. Vcn. 1761.

50) In memoriam revocanda sunt, quae superius adnotavimus de mira israelitici populi propagatione duornm aut paulo amplius saeculorum spatio, quae facta est in Aegypto. Cf. etiam Petav. *De doctr. temp.* tom. II. lib. IX. cap. 14. *De generis humani propagatione,* ubi ponit diagramma propagationis hominum post diluvium, ita ut paucis annis, nempe ab 8. post diluvium ad 285. ab octo individuis qui erant superstites, potuissent pervenire ad ingentem numerum 1,247,224,717,456.

2l) Cf. Gen. IV. 7. Quamvis neque his opus sit, siquidem tum ex hebraico textu ex membro sequenti hujus versiculi palet, non de peccati poena, sed de ipso peccato, seu peccati cognitione, citata verba accipi debere. Textus enim ita se habet: 0X1 fZI ΠX13H ΠΠ97 iC, *vero male egeris, ante fores peccatum jacet,*

262. Ad 4. *D.* Inanis fuisset metus Cain, si praeter Adam et Eva nulli homines extitissent, *C.* multiplicatis jam hominibus, quod jam animadverti* mus, -V. Addo etiam a posteris sibi Cain timere potuisse. 22

263. Quod dicitur de arte agraria, supponit adversarius iisdem instrumentis a Cain eam exercitam fuisse, quibus nunc terra a nobis exercetur, quod tamen omnino est gratuitum.

264. Nec magis Peyrerium juvat, quod urget ex uxore Cain; etsi enim Moyses aperte non insinuat filias tunc temporis Adam natas esse, inferri nequit nullam natam fuisse. 23

265. Ad Henochiam aedificandam opus quidem fuisset Cain architectis, si civitas illa Europae urbes aemulata esset, minime vero, si tuguriola, quod credere non est nefas, pro illa mundi infantia, solum complectebatur. Nemo praeterea nescit, temporibus nobis longe propinquioribus oppida passim civitatis nomine donata esse. Cum praeterea constet ex doctissimorum chronologorum sententia, non ante mundi annum quadringentesimum, ac fortasse etiam quingentesimum Cain Henochiam condidisse 24; inde patet incolarum satis frequentem multitudinem colligere ipsum potuisse, qua eam repleret.

266. II. Obj. Apostolus Rom. V. scribit: *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, quum lex non esset; sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysem etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae.* Jam vero nomine *legis,* inquit Peyrerius, hic intelligenda venit lex Adamo data, cujus transgressio peccatum Adami fecit, quam datam omnibus hominibus in Adamo censendum est eadem ratione, qua in Adamo illam violavisse reputandi sunt. Peccatum igitur erat in mundo usque ad legem adamiticam. Homines ergo admitti debent, qui ante Adamum peccaverint, quamvis peccatum ipsis imputatum non fuerit, cum lex non esset.

267. Resp. *Neg.* assumptionem Peyrerii, hic nempe nomine legis desi-

seu se prodet, peccatum tuum non magis celari poterit, quam id quod pro foribus jacet. Membrum vero quod sequitur, est juxta vulgatum: *Sed sub te erit appetitus ejus* (nempe peccati); *et tu dominaberis illius,* id est, ei resistere debes. Quo posito, omnis evanescit difficultas. Cf. Rosenmüller in cap. 4. Geneseos, v. 7.

M) Opportune animadvertit s. Ambrosius, *De Cain et Abel,* lib. IL cap. 9. η. 33: «Potuisse (Cain) et parentes parricidas timere, qui docuerat parricidium posse committi; potuerunt enim et parentes de filio discere, quod didicerant posteri de parente.·

“) Hanc difficultatem jam praeoccupaverat s. Augustinus, *De civit. Dei,* lib- XV. cap. 16. qui praeterea docet sororem suam Caino in uxorem ducere, in iis humani generis exordiis, licuisse, ut humana soboles propagaretur. Augustino assentiunl s. Epiphanius, *Haeres.* XIX. num. 6., Sethian., s. Joann. Chrysosl. *Hom.* XX. *in Genes.,* Theodoretus, *Quaest.* 43. *in Gen.* Ceterum, etsi inverso ordine, cap. V. 4. id aperte Moyses tradit, dicens de Adam: *Genuitque filios et filias.*

M) Cf. Zacharia, *Diss. adv. praead. syst.* inferius citanda.

gnari legem Adamo datam: sed legem mosaicam designari dicimus, ut patet ex ipsis adductis Pauli verbis: *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysem.* Quod ut apprime intolligatur, praestat apostoli scopum exponere, ex quo germanus ejus sensus melius intelligitur in citato textu.

268. Scopus porro apostoli est efficaci ratione ostendere veritatem suae generalis propositionis, qua versu 12. dixerat: *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt;* seu vult significare mortem esse poenam peccati originalis, quod omnes homines ab Adam progeniti contrahunt·, quod ut evincat, sic argumentatur apostolus versu sequenti: Usque ad legem, nempe mosaicam, peccatum erat quidem in mundo, attamen peccatum non imputabatur ad certam poenam temporalem ob defectum legis positivae, sive sanctionis cujusdam, cum lex, quae talem poenam decerneret, nondum hominibus fuisset data; nihilominus mors, quae est poena peccati, regnavit etiam ab Adam usque ad Moysem vel in ipsos infantes, qui in similitudinem praevaricationis Adae nullo actuali peccato se inquinaverunt; ergo mors, quae in omnes homines dominata est per id temporis, non aliunde repeti potest, quam a peccato originali, quod omnes ab Adam progeniti contraxerunt. 25

269. Nec obstat Deum diluvio, coelestibus flammis aliisque gravissimis calamitatibus ante mosaicam legem de hominum sceleribus poenas sumpsisse, tum quia, ut observat card. Toletns, poenae illae, quibus Deus in aliquot animadvertit legis naturalis transgressores, fuerunt potius poenae mortis, peccato originali debitae, ante tempus exactio, quam mors ipsa; tum quod poenae illae non fuerunt constantes et universales, cujusmodi mors est, quae proinde non ab actualibus peccatis, sed a peccato ex origine contracto repeti unice debet.

270. His positis sua sponte ruit moles illa, quam Peyrerius huic fundamento inaedificaverat. 26

DIFFICULTATES
coadamitarum.

271. I. Obj. Accuratum historiae naturalis studium nos necessario ducit ad plures hominum species agnoscendas. 1. Id enim in primis postulant notae specificae, per quas diversi hominum stipites inter se secernuntur. 2. Incipiendo enim ab homine *bimano* et simia-satyro *(Orang-outang)* ac gra-

“) Cf. card. Toleti, S. J. *Commentarii et annot. in epist. s. Pauli Apost. ad Rotn.* ad hunc loc., qui omnium facile luculentissime mentem apostoli in hoc satis difficili textu exposuit.

26) Cf. Zachariae egregia dissertatio, qua praeadamitarum systema confutatur, quamque praemisit lib. I. Petavii *De opifie. sex dierum;* edit. Ven. 1757. et reperilur tom. III. *Thesauri theologici.*

datlm procedendo, reperiri potest quaedam species consanguinitatis inter hominem et vespertilionem. [27] 3. Homo intellectualis non est nisi consequentia necessaria *hominis mammalis.* [28] 4. Hinc celebriores zoologi plures paucioresve hominum species constituerunt; sic Linneus duas species admittit, *hominem sapientem* et *hominem troglodyten* ad; Virey pariter duas species agnoscit, quas determinat ex mensura *anguli facialis* [10]; Demoulins undecim species enumerat[31]; Bory de S. Vincent quindecim recenset. [32] Frustra igitur theologi contendunt omnes homines ab uno eodemque stipite prognatos esse, nec nisi unicam dari humani generis speciem.

272. **Resp.** jV. -4. Accuratum enim historiae naturalis, seu potius zoologiae studium ad unitatem humanae speciei agnoscendam necessario ducit. Nempe quod pluries animadvertimus, scientia quamdiu infans est, difficultates parit, quas postea adulta solvit.

273. Ad 1. *Neg.* dari ejusmodi notas specificas, a quibus diversa species erui possit; ut enim observat cl. Blumenbach, genus humanum non habet nisi unicam speciem; omnesque populi cujusque demum aetatis ac regionum omnium, qui cogniti nobis sunt, provenire possunt a stipite communi. Omnes locales varietates, quae positae sunt in conformatione et colore corporis humani, non magis incomprehensibiles sunt quam illae, per quas ante nostros oculos tot aliae species corporum *organisatorum,* praecipue vero cicurum animantium inter se differunt; verum omne hujusmodi discrimen per quosdam veluti gradus ita leviter incedit, ut neque ullum omnino cavillationibus locum relinquat, neque fundamentum praebeat iis divisionibus, quas sophistae quidam vellent instituere. [33]

274. Ad 2. *D.* Id est, reperiri potest in corporum organis et configuratione convenientia aliqua et similitudo plus minusve perfecta inter homines et bruta, C. species consanguinitatis proprie dictae, *N.* Scimus utique ex

”) lia Bory de s. Vincent, in opere *Revue encyclopédique,* tom.XXIX. Mars 1826. Paris, art. *Sciences physiques, Homme,* article extrait du tom. VIII. du *Diet, classique d'hist, naturelle,* pag. 319.

“) Ibid. pag. 76-

”) Car. a Linné, *Systema naturae,* tom. I. *Regn. nat.* classis I., *Mammalia,* art *Primates,* n. 1 et 2.

”) *Dici, d' hist, naturelle.*

”) Art. cil. *Revue* etc.

32) Ibidem.

Manuel hist. naturelle trad, de it altem. tom. I. Metz 1803. Sed praestat ipsius auctoris verba adducere: »Le genre humain, *ait ipse,* n a qu'une espèce, et tous les peuples de tous les temps et de tous les pays, qui nous sont connus, peuvent provenir d'une souche commune. Toutes les differences nationales dans la conformation et la couleur du corps humain ne sont pas plus frappantes et plus inconcevables que celles qui défigurent presque sous nos yeux tant d'autres espèces de corps organisés, et principalement nos animaux domestiques; mais toutes ces différences se perdent, pour ainsi dire, les unes dans les autres, par tant de nuances, par tant de transitions insensibles, qu’elles ne peuvent donner lieu qu’a des divisions arbitraires et point du tout tranchantes. Sect. 4. *Des Mammifères,* ord. I. *Bimane.*

anatome comparata aliquam intercedere similitudinem organorum in brutis, quae a nimia satyro seu potius ab homine, quem spectare possumus ut typum primitivum, usque ad vespertilionem descendendo, et rursum a vespertilione usque ad aves, et ita porro, et vicissim ab animantibus imperfectioribus progrediendo, ad humani corporis perfectionem accedat. zVttamen negamus, vel nullos dari veluti typos seu notas specificas, quibus diversae classes seu species animalium inter se distinguantur, quod nemo prudens zoologus infi-ciatur; vel typos illos eandem originem arguere, unde exurgat consanguinitatis species illa, quam somniat adversarius, quem impugnamus.

275. Ad 3. *N.* Ratio enim sive intelligentia proprietas est hominis solius. In brutis enim omnibus non reperitur nisi *instinctus,* qui consistit in ea virtute, qua pollent sese subjiciendi per motum interiorem innatum ac necessarium, absque ulla institutione, seu a se ipsis, per quasdam actiones uniformes ad eumdem finem, ad propriam nempe conservationem et ad conservationem propriae speciei [35] Quod si in nonnullis animalibus, cicuribus

3<) Cf. Cuvier, *Leçon d'anatomie comparée,* Paris 1805, tom. I. première leçon : *Considérations sur Γ économie animale,* praesertim art. 4. pag. 58, 59. ubi observai ad rem nostram: ..Dans toutes ces combinaisons, il s'en trouve nécessairement beaucoup qui ont des parties communes, et il y en a toujours un certain nombre qui ne différent que très-peu, en sorte qu'en plaçant les unes après les autres celles qui se ressemblent le plus, on peut en établir une espèce de suite, qui paraîtra s'éloigner comme par degrés d'un type primitif. C'est sur ces considérations que reposent les idées, que certains naturalistes se sont formées, d'une échelle des êtres, qui les rassemblerait tous en une série unique, commençant au plus parfait et finissant au plus simple... et telle que l'esprit passerait de l'un à l'autre sans presque apercevoir d'intervalle et comme par nuances insensibles.··

Et sane cl. auctor hanc gradationem persequitur, comparationemque instituit singulorum organorum eadem methodo, quinque voluminibus, 1°. in homine, 2°. in mammalibus, 3°. in avibus, 4°. in reptilibus, 5*. in piscibus, simulque ostendit notas specificas et characterislicas, quibus inter se distinguntur, ut patet etiam ex tabulis comparationis, quas adjecit, ut caecus sit oportet, qui eas non videat. Satis sit hie urgere *oryanum vocale,* quod dicimus, quodque in uno homine tantum reperitur ad voces articulandas, siquidem Camper ostendit ex dissectione simiae satyri, hoc animal ineptum omnino esse ad hominis instar loquendum, et naturaliter etiam super pedes posteriores incedendum; attamen hoc solum animal perinde ac *gibbon* cum homine comparatur. Ipse Richerand, *Nnotfi elementi di Fisiologia,* trad, dal franc. Firenze, 1815. tom. II. §. 196. aperte affirmat: >.L'uomo solo puô articolare i suoni *e* gode del dono della parola.'* Quod deinde ostendit ex anatome; item Magendie, in opere: *Précis élémentaire de Physiologie,* italice edit. Pisis 1818, tom. I. pag. 195. Recte propterea Homerus frequenter utitur epitheto *μερόπων ανθρώπων,* id est, *hominum vocem articulatam* emittentium, interdum etiam homines vocat *μίροπα* seu *vocem articulantes* tamquam notam hominis specificam, ut alia omittam de mento saliente ac toto systemate osteologico, aliisque non paucis. De quibus cf. cl. Ranzani, qui in op. *Elementi di zoologia,* tom. II. ordine primo, pag. 69 et seqq. has notas summa diligentia prosequitur.

w) Cf. Blumenbach, op. cit. sect.3. §.35. Cf. etiam Cuvier, *Le régne animal,* Puris 1817, tom. I. *Introduci,* pag. 51 et suiv.

praesertim, quaedam signa conspiciuntur sagacitatis et industriae etc., haec toto coelo distant a facultate intelligendi, comparandi, judicandi, abstrahendi etc., qua instructus est homo, ut ostendunt psychologi. Etenim si intelligentia non est nisi consequentia necessaria *hominis mammalis,* ut contendit adversarius, quare in ceteris animantibus mammalibus non reperitur?

276. Ad 4. iV. Pauci zoologi, neque profecto celebriores, ut ipsi autumant, plures hominum species distinguunt, et quidem perperam, ut patet ex dictis in responsione ad 1 ; cum nullum prorsus sit fundamentum ejusmodi distinctionum, quae proinde arbitrariae omnino sunt, et repugnant ipsi experientiae. Ex ea enim constat, animalia orta ex conjunctione duarum specierum esse prorsus infecunda; nihil tamen ejusmodi ceperimus, ut observat Cuvier, in individuis a quibuscumque hominibus procreatis. 36 Quare nemo jam est ex zoologis alicujus nominis, qui plures hominum species inducat. 37

277. Quod si Linneus duplicem speciem recensuit, humani aliquid et ipse passus est; quare a Blumenbachio vapulat. 38 Attamen ipsemet Linneus banc suam sententiam retractavit. 39 Virey per *speciem* intelligit divisionem primariam generis humani, non autem stipitem primitivum originarium. Quamquam autem juxta sacram Scripturam a filiis Noe tres primas varietates constantes repetat, *albam* a Japhet, *flavam* et *fuscam* a Sem, *nigram* seu *hottentottam* a Cham, reliquas ab earum commixtione, quas distinguit ex diversis gradibus anguli facialis40; nihilominus plures admittit stipites, nec cum saniore zoologorum parte convenire videtur. Quapropter nec cum nec reliquos moramur, qui per hanc ipsam opinionum diversitatem ostendunt nescire se ubi pedem figant: ideoque et a sanioribus zoologis reliquis omnibus deseruntur. Illud solum animadvertere praestat, juxta aliquot istorum, nullam esse notam seu characterem, quo homo sapiens ab homine, ut vocant, troglodyte, aut simia satyro discernatur: paulo tamen postea juxta eosdem tot sunt notae characteristicae inter homines ipsos, ut enumerent undecim

3ß) *Règne anim. Mammifères, §. Variétés de C espèce humaine,* pag. 94.

37) üt patet ex recentioribus, si memoratos incredulos excipias, qui contemptui propterea scse exposuerunt.

œ) Op. cit. sect. 4. pag. 80. ubi inquit: .Là description de *I' homo troglodyte* de Linnée est un mélange inconcevable de l'histoire d'un de ces nègres blancs maladifs et souffrants, et de celle de l'Orang-Outang. Son *homo-lar* est un véritable singe.'· Hinc ipse Frid. Gmelin, qui adornavit decimam tertiam editionem *Systematis naturae* Linnei, anno 1789. non solum posuit troglodytem inter simias, sed praeterea subdit in nola ad loc. cit. ..Quae de homine troglodyte refert immortalis auctor, partim figmentis nituntur, partim ad monstrosam morbosamve hominum progeniem, partira ad simias pertinent. . . Ad fictilia refero pariter luciferum sive hominem caudatum.·'

”) Cf. *Revue encyclopédique*^ loc. cit.

‹e) De hoc angulo faciali cf. Ranzani, opp. cit. tom. IL part. I. pag. 37 et seqq. et cl. Wiseman, *Discours sur les rapports entre la scienze et la religion révélée,* tom. L

vel quindecim etiam ipsorum species. Quam praeclare haec inter se cohaerent! 41

278. II. Obj. 1. Verum quid dicendum de hominibus caudatis, de Americae incolis imberbibus, de gigantibus seu patagonicis, atque de pygmaeis, praesertim vero de nigritie, cupreis, anacrocephalis etc.? 2. Nonne totidem notae illae sunt, quibus specierum diversitas constitui debet?

279. Resp. ad 1. illud ipsum quod physiologi et zoologi prudentiores reponunt, nempe homines caudatos, cincticulos, perinde ac centauros et sirenas totidem fabulas esse, quas operae pretium non est refutare42, quaeque hodiedum a scientiae gravitate removentur. Americani etsi rariorem, barbam tamen ut ceteri habent, dummodo eam alant.

280. Gigantes naturae excessum, pygmaei defectum et vitium intra eamdem speciem produnt. 43

281. Circa nigritas, cupreos etc. non est quod valde insistamus, cum plures causae naturales ortae ex calore, climate, aëre, alimentis, vitae ratione etc. efficere potuerint aut etiam possint ejusmodi accidentales diversitates. Hippocrates de hoc phaenomeno plura jam scripserat in lib. *De aëre, locis et aquis.* 44 Nunc exploratum apud physiologos est, diversum hominum

41) Cf. Wiseman, op. cil. et Forichon, *Examen des quest, scientifiques de I' âge du monde, et de la pluralité des races humaines* etc. Paris.

Sic Blumenbach, op. cit. sect. 4. pag. 80: ..Il n'y a point de peuples, *inquit,* qui aient une queue, les Hottentots n'ont point de tablier, les Américains ont la barbe comme les autres peuples, quand ils veulent la laisser croître. 11 n'y a ni centaures, ni sirènes; toutes ces fables ont pu ne pas effrayer la crédulité de nos ancêtres, mais elles ne méritent plus d'etre réfutées."

43) Conf. Gauchat, *Lettre* 155; Buffon, *Hist. nat. de l'homme; Hist, des voyages,* par M. l'abbé Prévôt, tom. XVII; *Dissert, sur les géants,* tom. I. de la Bible de Vcnce, édit. 5. Paris 1827; *Lettres de quelques Juifs portugais,* par l'abbé Guénée, tom. II. lettr. 3. §. 3, 4. Ceterum de gigantibus et pygmaeis sic rursum scribit Blumenbach loc. cit.: »Les prétendus géants, les Patagons par exemple, depuis les temps de Magellan jusqu'aux nôtres, ont diminué peu à peu dans les relations des voyageurs, de douze pieds jusqu'à sept; ainsi ils sont à présent un peu plus grands que tout autre homme d'une bonne taille. Il est aussi plus que vraisemblable que les *quirnos* de Madagascar, que Commerson a pris nouvellement pour un peuple de nains, ne sont rien d'autres qu' une espèce du crétins, c'est-à-dire de malheureux imbecilles avec de grosses tètes et de grands bras, comme on en trouve dans le pays de Salzbourg etc.'* Consentit abbas Guénée, loc. cit. ubi gigantes dicit *races d'hommes tf une taille au-dessus de l'ordinaire,* et de pygmaeis *peuple au-dessous de la taille ordinaire.* Ceterum de *albinis* et *cretinis,* ut nuncupantur, Laur. Martini in opere *Elementa physiologiae,* Taurini 1835, §.305. lib. VL pag. 137 et seqq. ostendit eos non esse nisi degenerationem speciei humanae, quae in diversis rerum adjunctis ad pristinum statum revocari potest, quod inspectione sua confirmat.

44j Inter Hippocratis opera graec. lal. edit. Vanderlinden, Lugd. Batav. 1665. tom. I. pag. 327. a cap. 35 in finem. Ex hoc enim libro plurimum recenliores profecerunt, qui de hoc argumento tractarunt.

colorem residere in *reticulo,* ut vocant, *malpighiano;* nam in aethiopibus tant cuticula quam cutis nigrae non sunt, et alba in ipsis est cicatrix. 45 Demum observandum est, varietatem colorum ita paulatim ac sensim sine sensu progredi, pro majori vel minori accessu vel recessu a linea aequinoctiali, ut nuapiam possit figi terminus, quo una species desinat, altera vero incipiat. Tantum vero abest, ut ex colorum varietate inferri possit humanae speciei pluralitas, ut nunc scientia exinde argumentum eruat ad ejusdem speciei unitatem statuendam, ut ostendit Flourens. qui observat *materiam pigmentaient,* quae juxta Malpighium, Raysch, Alberium, Mekel non inveniebatur nisi in americano, et non in albo, nunc reperta sit in kabyle, arabe et mauro, qui certe non proveniunt ab americanis, sed spectant ad albos seu ad stirpem albam. Etiam in homine albo repertum est *stratum pigmentale;* mammilla hominis albi colorata est, et hic color provenit a *strato pigmentati* simili *strato pigmentati,* quod inest americano et nigritae. Exinde deprehenditur quomodo albus acquirere possit ejusmodi stratum, cum habeat in se *apparatum pigmentaient* stirpium coloratarum: hinc, quod consequens est, unicus est typus speciei humanae. 46

282. Ad 2. D. Quibus constitui debeat diversitas varietatum constantium et haereditariarum italice *razze,* gallice *races,* aut etiam varietatum simplicium, *Tr.* vel *C.* specierum, A'. Varietates constantes *(razze)* et varietates simplices vocantur illae aberrationes, quae a degeneratione insensibili profluunt in conformatione specifica originaria specierum particularium corporum *organisâtorum.* Hoc porro intercedit discrimen inter varietatem constantem et varietatem simplicem, quod illa haereditaria sit et generatione necessario et inevitabiliter propagetur, haec autem non ita. 47 Exinde emergit distinctio apud physiologos recepta, ut genus humanum dispescatur in plures aut pauciores ejusmodi varietates constantes, licet accidentales43, quas

‹s) Cf. L. Martini, op. et loc. cit. praesertim vero in alio diffusiori opere cui titulus: *Lezioni di fisiologia,* Torino 1830, tom. XI. Lez. 89. §.3. pag·. 311. ubi praeterea ostendit non solum a luce, sed potissimum a climate hanc colorum varietatem esse repetendam. Sic Richerand, op. cit. §. 228- ubi in nota ait: -II color nero della pelle de' mori pare dovuto ali' abbruciamento della gelatina che fa la base del corpo mucoso di Malpighi.·

46) ***Buffon,*** *Histoire de ses trareaux et rte ses idées* par M. P. Flourens, Paris 1844. Unitas speciei humanae nunc, juxta eundem auctorem, est *factum physicum* demonstratum. Quo igitur abeunt tot incredulorum conatus?

47) Ita Blumenhach op. cit. sect. 2. §. 14. et Cuvier, *Le règne animal, §. Variétés de I' espèce humaine,* pag. 94.

4e) Cuvier, loc. nuper cit. admittit tres varietates constantes, *albam* seu *caucasicani, nigram* sea *aethiopicam, flavam* seu *mongolicam.* De Lacepède his duas praeterea addit, nempe *cupream* seu *americanam* et *hyperboricum.* Blumonbach pariter quinque admittit; Duméril in opere *Zoologie analytique,* sex esse contendit; Virey pariter sex agnoscit; quin immo, cum divisisset genus humanum in duas species, postea quatuor varietates constantes admittit sub prima specie, et duas sub altera. Prima species juxta ipsum constituitur angulo faciali gradaum 85, altera comprehendit eos

adversarii nostri vellent totidem constituere generis humani species contra omnia scientiae principia, ut dictum est, quae necessario nonnisi unum originarium ac omnibus communem stipitem exposcunt.

283. III. Obj. Unico et communi speciei humanae stipite constituto, 1. ratio dari non potest de insularum longe dissitarum, 2. praesertim vero utriusque Amoricae incolis; cum media, quibus aliunde illuc appellerent, ipsis nulla suppeterent. 3. Hinc ea ratione, qua animantia cetera, quae in hominum utilitatem condita sunt, in diversis orbis partibus, prout ipsorum fert natura, creavit Deus; sic nihil vetat, quominus dicamus alios et alios homines saltem pro constanti eorum varietate, a Deo conditos esse. Hoc enim posito, non solum explicantur, quae de indigenis, autochthonibus 49 veteres tradiderunt, sed et quae de antipodibus nunc explorata sunt, 4. notum enim est s. Augustinum negasse antipodas; quia res ipsi nimis absurda videbatur, *aliquos homines ex hac in illam partem, oceani immensitate trajecta, navigare ac -pervenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus institueretur humanum.* 50 Quin etiam usque adeo VIH. saeculo ea inolevit opinio, ut Zacharias rom. pont. Virgilii cujusdam, qui antipodas extare affirmabat, *sententiam perversam et iniquam doctrinam* vocaverit, ejusque auctorem damnari jusserit. 51 Quum igitur jam constet antipodas existere, eos necesse est ab alio homine quam ab Adamo prodiisse. 52 Ergo.

284. Resp. ad 1. *N.* Etsi enim nostrum non sit determinare medium, quo in dissitas illas seu regiones seu insulas homines transmeaverint, quum multiplex esse potuerit, certum tamen est eos illuc ex continental! terra nostra pervenisse. Sane duo hemisphaeria ferme contigua esse geographi detexerunt; Groenlandiam et Asiam separat ab America angustum fretum, immo per Kamtskatka ambae fere junguntur continentes. 53 Europaei igitur et

quorum angulus facialis est inter gradum 80 et 85. Sed species juxta ipsum designat solum divisionem primariam, ul dictum est, varietas constans divisionem secundariam. Cl. Martini, loc. cit. pag. 300. posito discrimine inter varietatem constantem, modificationem, degenerationem ac morbum, statuit unam lanium esse generationem primitivam, non plures, sed solum varias modificationes secundarias; duas esse albinorum varietates distinctas, quarum altera spectari potest ut morbi vitio affecta; *cretinismum* non constituere speciem neque degenerationem generalem, sed affectionem morbosam peculiarem, quae nempe, attingit pauca et hac illae dispersa individua. Negat varietatem constantem *Çraz/za)* spectari posse velul degenerationem haereditariam, cum constet nigritas ipsos excultos eisdem facultatibus physicis et moralibus praecellere, quibus ceteri donantur. Deinde rationibus intrinsecis evincit, praetensas varietates constantes non esse nisi varietates secundarias. Quod fuse ibid, prosequitur.

49) Ita Joann. Fabbroni, ann. 1803. apud Aloys. Bossi, *Storia d' Italiu,* Milano 1829. tom. I. c. 3. pag. 97 et seq.

so) De civ. Dei, lib. XVI. cap. 9.

5I) Epist. Zachariae ad Bonifac. apud Hartzheim, S. J. *Concit. Germaniae,* tom. I. pag. 85.

Ita La Peyrère, op. cit.

M) Cf. Malle-Brun, *Precis de la Géographie universelle.* ital. edit. Mediolani 1815. tom. III; lib. LIX. et plures art. V'o*yages* in *Biblioth. untv. de Genève,* quos

asiatici facile ad Américain gradum facere potuerunt. Atque reipsa ita factum esse inde patet, quod compertum sit, Americani eo magis populorum frequentia abundare, quo minus distat ab illis punctis; tum etiam ex eo, quod plures adhuc mores communes sint inter illos affines populos cum ouropaeis et asiaticis, sive ethnicis, sive judaeis, sive christianis 54; tum domum ex pluribus traditionibus et ritibus, quos apud americanos invenerunt, qui eos primum inviserunt, cujusmodi e. gr. est memoria diluvii et unius familiae ex eo servatae, circumcisio apud mexicanos, septima sabbati dies, jubilaei quinquagesimo anno recurrente celebratio, aliaque non pauca, quae invictissime ostendunt communem istorum incolarum cum ceteris hominibus originem.55

longum esset hic recensere. Cf. Krachéninikow, *Hist, du Kamtskatka,* 2. partie, chap. 10. trad. St. Pré. 1768- Sed praestat legere opus: *Preuves que les indigènes de l'Amérique sont de la même race et de la même famille que ceux de C Asie,* par M. Samuel L. Mitchell, prof, d'hisl. natur. à New-Tork (trad, de l'anglais).

w) Etenim cum paganis retinebant cultum ignis, idola, vestales, novum ignem etc.; cum judaeis circumcisionem et alia non pauca; cum christianis baptismum, confessionem et praesentiam quamdam realem in eucharistia sub duabus speciebus panis et vini, id est, horum rituum adumbrationem, ut supponitur, et simulacrum sive imitationem. Cf. *Letlere americane di Carli Rubi,* tom. I. leti. 4, 5, 6, 9. Cf. De Maistre, *Soirées,* tom. IL édit. Paris 1831. septième entret. pag. 85 et 97. n. 13. et cf. ciL Mitchell, qui ostendere nititur §. 4. antiquos indigenas Americae septentrionalis esse evidenter stirpem tarlarorum, quam sententiam quatuor *facta* evincunt: 1°. ut ipse loquitur, •Ressemblance de traits et de physionomie, 2°. affinités des idiômes, 3°. existence de coutumes semblables, 4°. identité d'espèces du ch en de Sibérie en Asie et du chien d'Amérique." Quae singillatim evolvit. Tum §.2. probat, stirpem non ita pridem in America seplemlrionali exterminatam fuisse malajam. Vid. *Le noue. Conservateur belge,* tom. IV. pag. 168. Hoc fuse prosequitur ex opificiis, moribus, habitibus, vestitu etc. Deinde concludit. «Je rejette donc la doctrine professée par plusieurs naturalistes de l'Europe, que l'homme de l'Amérique occidentale diffère sur plusieurs points importants de l'homme de l'Asie orientale. Si les Buffon, les Robertson, les Raynal, les De Paw, si tant d'autres, qui ont raisonné spéculativement sur le caractère américain et ont cherché à l'avilir, eussent acquis sur l'hémisphère situé à l'ouest de notre continent une instruction qui leur était indispensable, ils auraient découvert que les habitants d'une partie considérable de l'Asie, et en nombre de bien des millions, sont du même sang et de la même famille que cette population américaine qu' ils méprisent et déprécient. Le savant docteur Williamson a discuté ce point avec un talent véritable.* Frid. Schlegel, *De la langue et de la philosophie des Indiens,* liv. L chap. 4. invenit in lingua peruana voces derivatas a lingua samscritica. Mexicanos indigenas originem duxisse ex Asia, doctis investigationibus ostendit Humboldt. Cf. *Hibliolh. univ. de Genève,* tom. V. *Littérature,* 1817, art. *Histoire*, pag. 340- ubi haec leguntur: ..Qu'il y ait eu et très-anciennement entre l'Asie et l'Amérique une communication qui ail porté les peuples d'un continent à l'autre, c'est ce qu' il n'est plus permis de révoquer en doute. Dès le milieu du siècle dernier Steller et Krachéninikow avaient reconnu la réalité de cette communication etc.·*

Si) Omne dubium hac super re his annis sustulit cl. Carolus Brasseur de Bourbourg in op. *Lettres pour servir* d' *introduction it Γ histoire primitive des nations civilisées de l' Amérique septentrionale.* Vol. un. in 4. Gallice et hispanice, Mexico 1851.

285. Ad 2. *D.* Si eadem rationum momenta faverent tam hominibus quam animantibus brutis, *C.* si diversa, *N.* Jam vero quod attinet ad brnta, nihil ex revelatione scimus praeter ipsorum creationem: contra vero de homine ab eadem novimus, omnes ex iisdem progenitoribus descendere. Quod autem dicitur in hominum utilitatem condita animalia esse, non evincit homines statim et ubique adesse debere, sed solum eos data occasione et opportunitate iisdem uti posse; alioquin, cum nonnulla ex ipsis in praeruptis atque inaccessis locis constituta sint et vivant, vel frustra creata videri ea animalia possent, vel iisdem in locis homines degere deberent: quae quam absurda sint, nemo non videt.

286. Ad 3. *N.* Quo enim sensu, quae de indigenis sive autochthonibus traduntur, accipi debeant, superius declaravimus.

287. Ad 4. *D.* Hypothetice, *C.* absolute, *N.* Quum increduli et protestantes mirum in modum abusi sint hoc facto, ut irriderent patribus, ac praesertira romanis pontificibus occasione sumpta ex Zachariae epistola, praestat rem ejusmodi etiam atque etiam declarare, ut inde prava adversariorum fides et perversa eorumdem agendi ratio magis patescant.

288. Ecclesia catholica circa quaestiones physicas in se et seorsum spectatas nihil definit; si vero de his ob rerum connexionem mentionem fieri contingit in ecclesiasticis decretis, sententiam tenet, quae illa aetate, qua haec eduntur, communis est. Neque propterea, si forte illa sententia falsa sit, ignorantiae hac in re argui potest. Tunc enim eadem ignorantia communis est ceteris omnibus. 56

289. Porro, etsi circa quaestiones physicas, prout in se sunt, indifferens ecclesia sit, non ita tamen se habet, quando cum fidei dogmatibus adnexae illae quaestiones sunt, vel attingunt religionis substantiam sive *absolute* sive *hypothetice.*

290. Jam vero persuasum erat omnibus tum s. Augustini tum Zachariae aetate, oceanum non potuisse transmeari; unde fiebat, ut, qui existentiam antipodum adstruerent, eo ipso docerent., existere homines *super terram* 57, qui non essent ab Adamo, quam tamen sententiam catholica doctrina allamen nemo ipsos objurgat; soli patres perstringi debent. Sufficit, ut ea cognoverint, quae ipsorum aetate deferebantur. Num increduli, si id temporis vixissent, plura cognovissent? Ceterum, si quis vellet perspicere aliquod specimen imperitiae alicujus historici profaui antiquioris in geographia, adeat Q. Curtium, lib. III. *De rebus Alex. A/.* cap. 1. §. 13.

56) Ridiculos profecto se produnt increduli, dum patribus errores in rebus physicis aut astronomicis ac geographicis exprobrant, perinde ac si antiquiores philosophi immunes ab iisdem essent; satis tamen est, vel leviter veterum philosophorum libros pervolvere, ut ipsis patribus imperitiores philosophi detegantur. Cicero ipse in libris *De natura deorum,* in *Academicis quaest.* etc. plura habet, quae, si hac nostra aetate proferrentur, risu exciperentur;

57) Dixi *super terram;* hoc enim solum fides docet, omnes homines, qui super

respuit. Unde negatio antipodum nonnisi *conditionata est,* nimirum, si vastus oceanus non possit transmeari, et, quod hinc profluit, si antipodes ab .Adamo non procedunt, non existunt. Hanc hypotheticam antipodum negationem ipsa objecta Augustini verba aperte demonstrant, et conlirmat Zachariae clausula: *Et subtili indagatione rtguisitus, « erroneus fuerit inventus* 58; ut enim scire-tur, an Virgilius (quem nonnulli perperam cum s. Virgilio salishurgensi epi-scopo commiscent 59) affirmaret necne existentiam antipodum, adeo *subtili* in-dagatione opns non fuerat: bene vero ad dijudicandos errores connexos. Ceterum ex ipsis Zachariae verbis patet, eum hac in causa nihil definivisse, cum rem ulteriori examini reservarit.

291. Quibus praemissis dicimus, mutatis rerum adjunctis ac praeferente facem geographica scientia, nullum amplius locum habere posse difficultatem propositam; cum ex dictis certo constet, homines ex nostro in aliud hemi-sphaerium facile se conferre potuisse, nec necesse sit confugere ad aliam ho-minum speciem, quae ibidem condita fuerit. 60

terrain sunt, ab uno stipite propagatos esse. Quod vero spectat ad *planelicolarum* sy-stema, nihil religio statuit. .Dans cette matière, *apposite scribit Erapssinous. conf, cit.,* les opinions sont libres; nous ne disons pas que les astres sont peuples d'hommes comme nous, nous n'en savons rien; mais enfin vous parait-il étrange que la terre, qui n'est qu'un point dans l im-mensité, soit seule habitée, et que le reste de Γ univers ne soit qu'une vaste solitude? Aimez-vous dans le soleil, dans la lune, dans les planètes et les mondes étoiles des créatures intelligentes, capables de connaître et de glorifier le Créateur? La religion ne vous défend pas d'embrasser cette opinion. La pluralité des mondes de Fontenelle peut bien n' être qu'un ingénieux roman, mais vous êtes libres d'y voir une réalité.·' Cf. etiam Nicolàî, *Lez.* 10. *siiï Genesi.*

w) Ita se habet integer textus epist. Bo-nifacii in iis, quae ad praesentem quaestio-nem spectant: «De perversa autem ei ini-qua doctrina, quam contra Deum et ani-mam suam locutus est *Virgilius,* si clarifi-catum fuerit, ita eum confiteri, quod alius mundus et alii homines sub terra sint, hunc accito consilio ab ecclesia pelle, sacerdotii honore privatum. Attamen et nos scriben-tes praedicto duci evocatorias de praenomi-nato Virgilio mittimus litteras, ut nobis praesentatus et subtili indagatione requisi-tus, si erroneus fuerit inventus, canonicis sanctionibus condemnetur." Ep. cit. n. 6. Epistola s. Bonifacii ad Zachariam deper-dita est.

Mirum est in hunc errorem lapsos pariter esse editores *Ephemeridum trenol-tiensium,* ad annum 1737. mense August, n. 83. ubi tamen plura praeclare adnolata invenies. Vide etiam Pagi in *Critica an-nat Haron.* ad ann. 748. n. 6, 7.

®°) Ex iis, quae hactenus proposuimus circa primitivam humanae speciei originem, salis superque liquet, quo in censu haben-dae sint temerariae sententiae nonnullorum, qui sibi docti videntur, dum ad inanem quandam gloriolam sibi captandam non ve-rentur Scripturae sacrae contradicere. E. gr. Fr. Chr. Schlosser, *Universal-historische Uebersicht der Gesch.* etc. seu *Histor. uni-vers. complexus historiae mundi antiqui ejusque culturae,* part. I. sect. 1. §.3. pag. 26. edit. Francof. ad Moen. 1826. haec scribit: «Nulli respectus ad religiosas ideas aut ad humanae dignitatis agnitionem reti-nere nos possunt, quominus traditionem et historiae indicia sequamur, si haec cum naturae studii effectibus concordia nobis tres ostendant diversas plane stirpes, omnino differentes conformatione et indole plene discrepantes in iliis regionibus, quae primis revolutionibus et cataclysmis subtractae fue-runt Excelsi scilicet montes et planities,

CAPUT II.

DE PROTOPARENTUM GRATIA ET FELICITATE.

292. Argumenti nexus et ordo exposcere viderentur, ut de hominis anima ejusque natura ac dotibus dissereremus; cum taipen hanc provinciam sibi vindicaverint psychologi, ac dicendorum amplitudo non patiatur nos ista prosequi, quae certe leviter ob rei gravitatem pertractanda non essent, ideo his metaphysices disciplinae dimissis, ad ea, quae dogmatici theologi sunt, exponenda ac vindicanda recto veluti cursu properamus.

293. Prima igitur quaestio, quae disputari a nobis debet, respicit statum, in quo, praecipue relate ad Deum ac ultimum finem suum, homo constitutus fuit. Huic enim fundamento ea innituntur, quae de hominis lapsu, originalis noxae propagatione ceterisque, in tractatus decursu dicturi sumus.

294. Duplex porro atque oppositus error catholicae de hac quaestione doctrinae opponitur.

295. **Pelagiani** enim, **sociniani, arminiani,** quibus **rationalis** tale adstipulantur, negant protoparentes in ortu suo donis supernaturalibus fuisse exornatos, contenduntque talem nunc hominem esse, qualis olim conditus fuit, nempe sine gratia et sine peccato, ut inde inferant, nullam esse gratiae necessitatem, nullum originale peccatum, nullam proprie dictam redemptionem et reparationem.

Contra vero **luth erani, calvinistae, jansenistae,** statum, in quo homo conditus seu constitutus fuit, eidem debitum fuisse contendunt ac naturalem, ut inde eruant, hominem lapsum destitutum esse libero arbitrio,

quae in majori elevatione se se protendunt, illas regiones nobis indicant, ubi primos homines quaerere oportet. Montes dicti *Hammaleh* et regiones meridionales patriam caucasicae stirpis. Ultra hos et montes a veteribus *hnans* dictos deserlum Kobi et Tibet primitivam mongolicae stirpis sedem, interior Africa circa montes lunarcs tertiae stirpis locum exhibet. America vero serius ex originali suo statu prodiit.- Similiter comes Carii, qui autumat *aborigènes* homines esse in Italia superstites ex magno cataclysmo; Joann. Fabbroni, qui censet eadem ratione, qua plura quercuum millia, sic a supremo auctore naturae diffusum esse per diversas mundi plagas familiarum numerum; Car. Bossi, qui non solum Carii et Fabbroni opiniones laudat, sed et systema Telliamcd seu De Maillet, quem *ingeniosum* vocat, juxta quod homines ex piscibus essent; vid. *Della istoria d'Italia antica e moderna,* Milano 1819. vol. I. lib. L cap. 3. §.24. ubi demum concludit: »Con questo nuovo sistema fondato egualmente suile osservazioni naturali, e sui racconti degli storici, non fa più d' uopo ricorrere alie incerte memorie dei pairiarchi noachidi.“ (Ibid. §. 35.) Ita quidem hi liberiores homines; verum per haec eadem ipsimet sibi et dedecus et mortem quodammodo pepererunt. Quanto enim magis naturae studia progrediuntur, tanto ipsi et imprudenliores et contemptibiliores sese produnt. Atque idem sibi ceteri religionis impugnalores polliceantur; etenim *qui contemnunt me, erunt ignobiles,* dicit Dominus.

concupiscentiam verum esse peccatum aliaquo ejusmodi, quae sanae doctrinae adversantur, ut videre est apud Bellarminum. 1

296. **Catholica** autem **veritas**, quae media consistit, ab his omnino dissentit. Docet enim protoparentes originali **justitia** seu gratia sanctificante, quae eos supra naturam elevaret, ornatos a Deo esse; docet praeterea fuisse eosdem donatos integritate, qua fiebat, ut inferiores corporis vires rationi, ratio autem perfecte Deo subderetur; tum demum naturali ac supernatural! scientia ac immortalitate praeditos cum ceteris bonis, quae eam comitantur. Haec vero omnia praeclara decora atque charismata ex sola Dei liberalitate in primos homines emanasse eadem doctrina catholica docet, nec ullo modo naturae debita fuisse.

297. Priusquam ad has veritates vindicandas accedamus, operae pretium ducimus saltem strictim indicare eas controversias, quae olim disputabantur in scholis, ne diversa scholarum placita cum ecclesiae doctrina confundantur.

298. **Prima** itaque **quaestio** est, utrum cum eximiis illis donis primi parentes *conditi* fuerint, an vero haec iisdem, in naturalibus creatis, Dei largitate tributa fuerint. Prima sententia communi jam calculo probatur, ut patet ex Suarez. 2

299. **Altera controversia** respicit distinctionem inter justitiam originalem et gratiam sanctificantem ; quam quidem dari alii affirmant, alii negant. Affirmant ii omnes, qui contendunt protoparentes in ipsa creatione accepisse a Deo rectitudinem illam, qua omnes animi facultates tum quoad se, tum quoad suos actus ordinabantur, ut dicemus. Hanc vero rectitudinem justitiam originalem appellant, eo quod Adam eam acceperit a sua origine, certe in hunc finem, ut eam scilicet ad posteros transmitteret, *si in officio stetisset:* deinde affirmant gratiam sanctificantem eidem primo parenti collatam fuisse ac superadditam, per quam evectus fuit ad ordinem supernaturalem. 3 Alii theologi autem censent inseparabilem esse justitiam originalem a gratia sanctificante, sive ab elevatione primi hominis ad statum supernaturalem; hanc enim gratiam sanctificantem spectant in Adam veluti principium et originem ceterorum bonorum, quae ipse assecutus est ab ipsa sua creatione. 4

>) Lib. *De gratia prim. hom.* cap. 1.

a) *De opere sex dier.* lib. III. *De hominis creat,* cap. 17. n. 5 et seqq.

3) Ita sentiunt praeter Alensem, Magister Sentent, in 2. dist. 24; S. Bonavenlura in 2. dist. 29. art. 2. qu. 2; Scotus, Richardus et a fortiori, qui negant angelos fuisse in gratia creatos, de quibus cf. Suarez, loc. cit.

4) Sic opinantur omnes thomislae ibid. juxta s. Thom. part. I. qu. 95. art. 1. ubi ad majorem eorum, quae proferentur, perspicuitatem obiter notandum est, complexionem donorum, quae sub nojnine *justitiae originalis* comprehenduntur, includere *tum* dona supernaturalia stricte sumpta, quae extollunt naturam super suam conditionem, cujusmodi sunt gratia sanctificans, virtutum theologicarum habitus etc.; *tum* dona illa, quae supernaturalia eo sensu dicuntur, quod

300. His igitur omissis, quae ad institutum nostrum minus pertinent, ut propugnemus catholicam doctrinam, sequentes a nobis adstruuntur propositiones.

PROPOSITIO I

Primi parentes in statu justitiae et sanctitatis constituti a Deo fuerunt.

301. ITaec propositio ad fidem catholicam spectat, ut patet ex conc. trid. quod sees. V. canone I. sic statuit: *Si quis non confitetur primum hominem, Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse .... anathema sit*l; et can. II: *Si quis Adae praevaricationem sibi soli.... asserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem et justitiam, quam perdidit, sibi soli et non nobis etiam perdidisse.....anathema sit.*

302. Hanc autem doctrinam a revelatione emergere tria quidem ostendunt argumenta, ex **Scriptura** deprompta. Ac I. verba Gen. I. 26: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram;* quae de sanctitate Adamo collata plures patres apud Bellarminum interpretantur 2; immo communis apud eos horum verborum expositio est, ut nomen *imaginis* ad naturam, nomen *similitudinis* ad sapientiam et justitiam referant; unde concludunt, Adam quidem per peccatum amisisse similitudinem, quam habebat cum Deo, non autem Dei imaginem. 3

naturam perficiunt in suo ordine, etsi eam non elevent supra conditionem suam, cujusmodi sunt integritas, immunitas ab aerumnis, perfecta subjectio cupiditatum ad rationis imperium etc. quae tamen per se natura non exposcit; *tum* denique dona supcrnaluralia, quae ita dicta sunt, quod naturae humanae aliqua addant, quae natura non solum non exposcit, sed contrarium potius, sua conditione spectata, exigeret, prouti est immortalitas. Haec autem tria, licet in Adam innocente conjuncta fuerint, possunt tamen ab invicem separari; cum concipi possit homo elevatus per gratiam sanctificantem, sed absque integritate et immortalitate, vel homo integritate praeditus absque elevatione per gratiam sanctificantem, vel homo integer et elevatus absque immortalitate, vel denique homo suae conditioni relictus absque ullo isiorum donorum. In Adam vero ejusmodi dona ita congesta erant, ut reliquorum conservatio in se et in posleris penderet a conservatione primi, nempe gratiae sanctificantis. Quod si homini lapso per Christi merita restituitur gratia sanctificans, cetera tamen eidem, saltem in hac vita, minime restituuntur. Hinc in Adam gratia sanctificans potest spectari relate ad cetera dona adinslar causae; reliqua vero adinstar effectus. Quae quidem apprime alta mente reposta tenenda snnt, tum ut vitetur idearum confusio, tum ut inserviant dicendorum intelligentiae.

*) Et hic perpendenda summa prudentia tridentinorum patrum in condendis fidei decretis, qui verba singula ita attemperarunt, ut dum catholicam fidem tradunt, nullis scholarum sententiis aut favere aut detrahere videantur. Quod card. Pallaviciui in *Hist. Conc. Trid.* saepe observat.

’) Lib. cit. cap. 2. Cf. etiam Petavius, lib. II. *De opif. se.v Hier.* cap. 2 et seqq.

3) Cf. Petav. loc. cit. cap. 2. §. 11, 12, 13; cf. etiam Trombellius, *Anecdolorum* loin. II. part. II. pag. 150 et seqq.

II. Verba Ecclesiastae VU. 30: *Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem* ***rectum;*** non solum autem do rectitudine morali, sed de justitia ac sanctitate supernatural! haec dicta esse, liquet ex voco ישר quae de Deo passim usurpatur, ut Dent XXXII. 4, ac de hominibus justis, ut Num. XXIII. 10, nec non Psal. XXXII. t, ubi dicitur: *Exilitate justi in Domino, rectos decet collaudatio;* Psal. VII. 11: *Salvos facit rectos corde;* et alibi passim.

III. Denique idem ea omnia evincunt, quibus praecipimur *renovari,* ut Ephes. IV. 23, 24: *Renovamini spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis;* et Coloss. IU. 9, 10: *Expoliantes vos veterem hominem..... et. induentes novum, eum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* Porro, ut observat Bellarminus, qui *renovari* jubetur, fuit aliquando novus. Quod si renovatio posita in eo est, ut induamus hominem Christo similem, creatum secundum Deum, in justitia et sanctitate veritatis; fuimus igitur aliquando, in primo videlicet parente nostro, homines novi, conditi secundum Deum in justitia et sanctitate veritatis; seu quod idem est, primi parentes fuerunt a Deo in justitia et sanctitate constituti. 4

303. Haec confirmantur ex **Traditione. Concilium** enim a **rau-si canum II.** cap. 19. haec habet5: *Vnde cum sine Dei gratia salutem non possit* humana natura *custodire,* ***quam accepit,*** *quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?* Cum igitur reparetur per Christum gratia sanctificans, quam in Adam perdidimus, consequens est hac sanctificante gratia primum hominem praeditum fuisse. Unanimis pariter est sanctorum patrum doctrina, quorum testimonia expendit Bellarminus loc. cit. Nos unius **Augustini** verba dabimus, ne prolixiores simus: *Vide ergo,* inquit, *quod sequatur:* ***Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis;*** *ecce quod perdidit Adam per peccatum.* 6

DIFFICULTATES.

304. I. 01)j. 1. Apostolus I. Cor. XV. 45. scribit: *Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem:* ergo Adam spiritu vivificante seu sanctificante gratia instructus non fuit.

4) Bellarm. lib. cit. cap. 3. n. 2. 3.

s) Collect. Cone. Harduini, tom. Π. coi. 1099.

6) De Gen. ad lit. lib. IV. cap. 26. Saepe eadem repetit et inculcat eodem lib. a cap. 24. usque in finem, ubi totus est in refutanda illorum opinione, qui censebant corpus Adam in statu innocentiae spiritale fuisse. Alia tum s. Augustini tum aliorum patrum testimonia exhibet Bellarminus, loc. cit.

2. Sane si protoparentes in gratia sanctificante constituti fuissent, peccare non potuissent. Ergo.

305· Resp. ad 1. *D. A.* Et apostolus in adductis verbis antithesin instituit inter statum corporis Adam et Christi post resurrectionem, *C.* inter gratiam Adam et Christi, A; Ut enim contextus evincit, ibi sermo est de statu resurgentium; apostolus enim confert corpus recens formatum Adami cum corpore Christi post resurrectionem; corpus Adae *animale* vocat, utpote cibo potuque egens, et Christi corpus post resurrectionem, cum nulli necessitati sit obnoxium, *spiritale* vocavit. Ceterum potuit corpus Adae animale esse et ejus animus spiritalis, cujusmodi revera fuit per habitantem in eo Spiritum Sanctum. 7

306. Ad 2. *N. A.* Nec enim gratia sanctificans, quae animae inhaeret, et qua homo (seu alia quaepiam rationalis natura) ornatus fit Deo acceptus, auget aut imminuit libertatem qua pollet. Cum igitur Adam liber fuerit, peccare potuit.

307. Π. Obj. S. Augustinus passim docet, non statim accepisse Adam spiritum gratiae, sed solum spiritum animae rationalis: ergo.

308- Resp. I. *Reg. conseq.* Ex his enim non sequitur protoparentes gratia sanctificante ornatos saltem postea non fuisse.

309. Resp. II. *D.* Ea tradit Augustinus relate ad integram perfectionem status naturalis, quam Adam, ex ipsius mente, assecutus non est, antequam translatus fuerit in paradisum, quamque a gratia habuit et non a natura; vel loquitur de omnimoda felicitate assequenda per meritum obedientiae, *C.* relate ad gratiam sanctificantem, quasi ea instructus Adam non fuerit ex mente Augustini ante peccatum, A7. Quae enim ex ipso adduximus, hunc sensum aperte excludunt. 8

7) Cf. Bernard, a Piconio *Tripi, expos.* in hunc loc.

s) Textus, qui objiciuntur cx s. Augustino, ita se habent, *De civ. Dei,* lib. XIJLI. cap. 23. η. 1. ubi adductis verbis apostoli: *Factus est primus homo* etc. addit: *Primus homo de terra terrenus in animam viventem /actus est, non in* **spiritum** r*ivificantem, quod ei per obedienliae meritum servabatur.* Sed ex contextu patet, non aliam hic s. Doctoris mentem esse, (plain nondum assecutum fuisse Adam in paradiso conditionem corporis glorificati, quae non erat tribuenda nisi ejus fidelitati, quemadmodum et eajusli donabuntur, quum gloriosi resurgent.

Alter tectus legitur, *De Genesi contra Munich.* lib. II. cap. 8. η. 10. ubi inquit: «Nondum spiritualem hominem debemus inlclligerc, qui factus est in animam viventem, sed adhuc animalem. Tunc enim spiritalis ofTeclus est, cum in paradiso, hoc est in beata vita constitutus, praeceptum etiam perfectionis accepit, ut verbo Dei consummaretur." Sensus autem ex contextu esse videtur, donis gratuitis nondum fuisse Adam a Deo auctum aule ejus in paradisum translationem. Sequitur enim: Itaque, postquam peccavit, recedens a praecepto Dei, in hoc remansit, ut animalis esset. Et ideo animalem hominem prius agimus omnes, qui de illo post peccatum nati sumus, donec assequamur spiritalem Adam, id est, D. N. J. C.“ Ex quibus ineluctabile habetur argumentum adversus jansenianos, qui se jactant solos germanos

PROPOSITIO

Γηα cum justitia et sanctitate conjuncta erant in primis parentibus eximia tum animae tum corporis dona: scientia in primis et perfecta voluntatis ordinatio quoad animam, immortalitas et immunitas ab aerumnis tt doloribus quoad coipus.

310. Et haec propositio ad catholicam doctrinam pertinet, ut constat ex ecclesiae definitionibus editis adversus eos, qui Adam in puris naturalibus constitisse autumant, ignorantiae proinde, concupiscentiae, fragilitati, aerumnis ac morti denique ipsi obnoxium, perinde ac nos sumus; quem errorem sic tridentini patres, sess. V. can. I. confixerunt: Si *quis non confitetur primum hominem, Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et Justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam praevaricationis hujusmodi iram et indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea Uli comminatus fuerat Deus, et cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam per illam praevaricationis offensam, secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse; anathema sit.* Praeditus igitur fuit Adam non solum sanctitate et justitia, sed insuper immortalitate et firma corporis et animi habitudine; canone autem V. idem concilium declarat concupiscentiam *ex peccato* esse.

Cum vero ex his donis alia hominem perficiant in ordine suo seu in sua natura, alia vero eumdem elevent supra naturae suae conditionem; hinc factum est, ut alia vocata fuerint *praeternaturalia,* alia autem *supernaturalia.* Praeternaturalia sunt scientia, quatenus naturalis est, perfecta voluntatis ordinatio, immunitas ab aerumnis et doloribus, demum immortalitas. Supernaturalia porro sunt gratia sanctificans, una cum aliis gratiis ad eam conservandam et augendam ordinatis, ac proinde justitia originalis et sanctitas, quibus homo ad beatificam visionem Dei assequendam praedisponebatur. Priora dona seu *praeternaturalia* sine posterioribus nempe *supematuralibus* homini inesse poterant, et vicissim.

Augustini discipulos, contendentes tum elevationem ad ordinem supcrnaluralem, tum immortalitatem aliaque dona gratuita, debita esse integrae humanae naturae, ac proinde homini naturalia, ut in propositione IU. dicemus.

Tertius denique textus desumitur ex libro *De correpl. et grat.* cap. 10. n. 27. ubi docet Deum sic ordinasse angelorum et hominum vitam, *ut in ea prius ostenderet, quid possit eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suae gratiae beneficium Justitiaeque judicium.* Sed hic loquitur s. Doctor de perseverantiae dono, quod nec illi angeli nec primus homo habuerunt. Cf. Suarez, *De hominis creat.* lib. III. c. 17. n. 17; Tournely, *De grat.* tom. I. qu. 2.

311. Ut autem perspicuitati studeamus, per partes propositam doctrinam declarabimus et propugnabimus.

312. I. **Scientia** igitur Adam praeditum a Deo esse, evidenter ostendunt, quae auctor Eccli. XVII. 6. de protoparentibus scripsit: *Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, et bona et mala ostendit illis.* [1] Quibus accedunt, quae Gen. II. 19. leguntur de nominibus animantibus brutis impositis ab Adam, quae eorumdem naturae congruerent, ut insinuant verba illa: *Omne enim, quod vocavit Adam animae viventis, ipsum est nomen ejus:* quod nisi a naturae doctore sapientissimo fieri non poterat, ut vel ipsius Pythagorae auctoritate s. Augustinus comprobat [2]; qui praeterea ostendit ignorantiam cum illo beatissimo protoparentum statu consistere non potuisse, quia *ex ignorantia,* ut ipse loquitur, *dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit.* [3] Hoc vero et ratio suadet, siquidem Adam non solum futurus erat pater, sed et doctor ceterorum hominum, qui filios suos instituere debebat tum in iis, quae ad Deum spectant, turn in iis quae ad mores. [4] Cujusmodi autem fuerit haec scientia, qua Adam a Deo donatus est, quanta ejus amplitudo, qui limites, ardua res est determinare·, hoc unum dici potest, eam fuisse pristinae illius conditioni omnino consentaneam. Theologi praesertim scholastici plura de ea habent. [5]

313. II. Ad **voluntatem** quod attinet, per ejus *perfectam ordinationem* significare intendimus nullis eam pravis affectionibus vitiatam fuisse, nullis pravis motibus exagitatam, adeo ut inferiores corporis vires rationi, ratio autem Deo perfecte subderetur, ac summa in primi hominis animo inesset pax, cum nec caro concupisceret adversus spiritum, nec spiritus adversus carnem. Hanc autem fuisse primorum parentum conditionem, satis perspicue Scripturae docent. Geneseos enim II. 25. dicitur: *Erat autem uterque nudus,* Adam scilicet et uxor ejus, *et non erubescebant;* cap. autem III. 7. de iisdem post peccatum: *Aperti sunt oculi amborum, cumque cognovissent se esse nudos* etc. et ibid. IV. 10 et 11. cum Adam ad Deum dixisset: *Timui*

[1]) Quibus verbis non obscure tum scientia supcrnaturalis tum naturalis indicatur. Supcrnaturalis quidem, dum dicitur: *Creavit illis· scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum,* quae videntur innuere gratiae munus, cujus est illustrare mentem et animam permovere. Naturalis autem, dum dicitur: *Bona et mala ostendit illis;* quae tum de cognitione juris naturalis tum de ceterorum notitia intelligi possunt.

*) *Operis imperf.* lib. V. cap. i: «Nam ipse Pythagoras, *inquit,* a quo philosophiae nomen exortum est, dixisse fertur, illum fuisse omnium sapienlissimum, qui vocabula primus indidit rebus.“ Cf. etiam Cicero, *Ouaest. Tuse.* I. 25, et Pelav. *De opific.* lib. II. cap.8. §.5,6. ubi multa praeclare dicta habentur.

3) *De lib. arbit.* lib. III. c. 18. n. 52.

4) Cf. s. Thom. part. I. qu. 94. art. 3.

5) Vid. inter ceteros Suarez, *De hominis creat,* lib- III. capp. 9, 10. ubi copiose de scientia Adami naturali disputat, pluresque conclusiones statuit et evolvit; item cap. 18. ubi agit de scientia supernatural!.

eo quod nudus essem, respondit ei Deus: Quii *indicavit tibi, quod nudus esses: nisi quod cx ligno, dc quo dixeram tibi ne comederes, comedisti?* Ergo ante peccatum habuerunt primi parentes speciale donum, quo appetitus eorum continebatur, ne contra rationem insurgeret, quod donum per peccatum amiserunt. Hoc etiam sensu ecclesiae patres allata testimonia intellexerunt. *Hanc ergo* (obedientiam), inquit s. Augustinus, *priusquam violassent, placebant Deo, et placebat eis Deus, et quamvis corpus animale gestarent, nihil inobediens in illo adversum se moveri sentiebant. Faciebat quippe hoc ordo Justitiae, ut, quia eorum anima famulum corpus a Domino acceperat, sicut ipsa cid<m domino suo, ita illi corpus ejus obediret, atque exhiberet vitae illi congruum sine ulla resistentia famulatum. Hinc et nudi erant et non confundebantur* 6; et alibi passim.

314. III. Quod vero tot tantisque donis maximum afferebat incrementum, **immortalitas** erat. Haec porro immortalitas ut rite intelligatur, animadvertendum est cum s. Augustino7, valde haec duo inter se differre: *non posse mori* et *posse non mori;* illud primum non fuit in Adam, eo quod illi naturae tantum congruit, quae dissolutionem corruptionemque non patitur, ut in angelis et animabus nostris; quarum natura seu essentia ita simplex est partiumque compositione caret, ut dissolvi propterea minime possit; Adami vero corpus hac ratione immortale esse non poterat, utpote contrariis pugnantibusque principiis seu partibus constans. Dei igitur munere Adam *poterat non mori:* si enim in officio perstitisset, impedisset Deus quominus quidpiam ei obesset, aegritudinibus aut senio conficeretur, venena feraeque nocerent, quidquam denique ei aerumnosum accideret; contra effecisset, ut incolumis super terram, quamdiu ipsi Deo placuisset, perstaret, et ut sine morte ad beata regna perveniret. 8 Dixi: *si in officio perstitisset.* Adam enim sub hac sola conditione, ac nonnisi servata justitia originali, immortalis erat, non autem absolute, seu ea amissa; ut enim per peccatum justitiam, sic et immortalitatem amittere poterat. 9

®) *De peccat, merit, et remiss.* lib. IL cap. 22- ŋ. 36. Cr. Suarez, *De hom. creat.* lib. III. cap. 12. n. 4 et seqq. Attamen Clericus in *Comment,* ad cap. HL Gen. v. 7. haec, quae de protoparentum nuditate leguntur, ad sensum melaphoricum trahere nititur contra communem totius antiquitatis sententiam et historicae narrationis simplicitatem. Sed socinianus est auctor, cui lapsus primi parentis non arridet. Hinc sub finem *Comment,* in cap. 2. putat, *credibile esse Moysen hae observatione innuere voluisse primos pdrèntes quasi infantes recens natos, quibus pudori non est nuditas, ol> mali ignorantiam fuisse.* Quam expositionem neoterici biblici, ut videbimus, summo consensu exceperunt.

7) *De Genes, ad lit.* lib. VI. cap. 25. n. 36.

8J Cf. Petav. *De opif.* lib. IL cap. 6 et 7.

') Hinc ea facile componuntur, quae veteres in speciem sibi invicem contradictoria de primorum parentum immortalitate praedicarunt. Alii enim immortalem dixerant Adam, alii mortalem; alii mortalem actu, immortalem autem potentia; alii nec mortalem nec immortalem, sed medium

315. Sic porro expositum fidei dogma ita ex **Scripturis** evincimus. Scriptura peccato tantum mortis causam tribuit; ergo. . . Antecedens patet ex apostolo, Rom. V. 12: *Per peccatum mors;* rursum ibid. VIII. 10: *Corpus mortuum est propter peccatum* (ergo non sola anima, ut contendebant pelagiani). Id ipsum patet ex libro Sapientiae I. 13· ubi legitur: *Deus mortem non fecit, nec laetatur in perditione vivorum;* et apertius ibid. II. 23: *Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem .... invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Id demum constat ex illo Dei interdicto et comminatione Adamo facta Gen. II. 17: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.*

316. Non minus certa est veritas ista ex **conciliorum et patrum auctoritate.** In can. I. **concilii milevitani II.** aperte dicitur: *Placuit . . . ut quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturae; anathema sit.* 10 Idem pariter sancitum fuit in **concilio arausicano II.** can. 2, in **diospolitano**, in **Carthaginiensi IV.** Hinc merito s. **Augustinus:** *Unde constat,* ajebat, *inter Christianos veraciter catholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem, non lege naturae, quia nullam mortem homini Deus fecit, sed merito inflictam esse peccati.* 11

317. IV. Ex hoc porro immortalitatis dono veluti ex ipso profluens jam illud sequitur, quod postremo loco statuimus, primis parentibus in illo felicitatis statu fuisse collatum, **immunitatem** videlicet ab **omnibus aerumnis, afflictionibus et doloribus.** Aperte enim id habetur ex toto Genes, cap. II. ubi traditur Deum posuisse hominem *in paradiso voluptatis,* ut operaretur et custodiret illum. 12 Hunc autem beatitudinis statum et conditionem ita praeclare exponit s. Augustinus, *De civ. Dei,* lib. XIV. c. 26: *Vivebat,* inquit, *itaque homo in paradiso sicut volebat, quamdiu hoc volebat quod Deus jusserat; vivebat fruens Deo, ex quo bono erat bonus; vivebat sine ulla egestate, ita semper vivere, habens in potestate, Cibus aderat, ne esuriret; potus, ne sitiret; lignum vitae, ne illum senecta dissolveret. Nihil corruptionis*

inter ulrumque et in potentia ad ulrumque; alii demurn cl mortalem et immortalem simul. Quae quidem omnia simul commode componi possunt et vera sunt; quandoquidem Adam non hahuit immortalitatem omnimodam, adeo ut non potuerit mori, nec mortalitatem absolutam, ut debuerit mori; sed habuit posse non mon, idque non ex natura, sed, ut dicemus, ex beneficio Conditoris, et quidem dependentor ab obedientia sua.

10) Etsi vulgo sic citari soleat hic canon, non est proprie concilii milevilanr, sed Carthaginiensis universalis, et in *Codice canonmn ecclesiae africanae* estn. 109. Cf. *Collect. Concit.* Harduini, tom. I. col. 925 et col. 1217.

*') *De civ. Dei,* lib. XIII. cap. 15.

'*) Cf. Petav. *De opific.* lib. II. cap. 6. ubi plura discutiuntur scitu dignissima.

in corpore vd ex corpore ullas molestias ullis ejus sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas. . . . Nihil omnino triste, nihil erat inaniter lactum; gaudium vero perpetuabatur ex Deo, in quem flagrabat caritas de corde puro d conscientia bona et fide non ficta: atque inter se conjugum fida ex honesto amore societas, concors mentis corporisque vigilia, et mandati sine labore custodia. Non lassitudo fatigabat otiosum, non somnus premebat invitum.

318. Haec, quae de primaeva protoparentum felicitate exposuimus, confirmantur omnium gentium traditionibus. De graecis constat ex Platone; qui in *Politico* primam aetatem vere auream appellat. 13 De ipsis rursum ac de romanis patet ex ipsorum poetis, qui aureum Saturni saeculum nobilissimis imaginibus depinxerunt, ut Virgilius 14, Juvenalis '5, Ovidius 16, Tibullus. 17 Apud persas eamdem traditionem viguisse, testis est Plutarchus '8; apud indos Strabo '9, quin et adhuc eamdem illic vigere, patet ex Kreuzer.70 De sinensibus idem testantur sacri ipsorum libri *King* nuncupati. 21 Quaro

n) θιό> *tviuiv* αυτού;, αυτού; *Ιπιστατων* . . . KaSâ.tfp *νΰν* ἀνθρωποι, ^ώοχ *ἀν Suôrtpov, ἀλλα γίνη φαυλότερα αντων νομεύουΰι. Γ'νυνοî δε καί ἀστρωτοι Ζυραυλοϋντε* τὰ πολλὰ *Ινίμοντο.* Id est: ..Deus eos pascebat, custosque eorum ipse erat, sicut nunc homines, divinius animal, pascunt animalia sequiora. Nudi autem ct sine stragulis sub dio plerumque pascebant.·· Torn. II. op. pag. 271. edit. Paris. 1578. Cf. etiam in *Cratylo,* pag. 397. 398, tom. I. op. ubi etiam profert versus Hesiodi. Sic Dicaearchus, peripateticus, citatus a Porphyrio, *De abstinentia animal,* lib. IV. cap. 2- pag. 295. edit. Trajeci, ad Rhen. 1765, et a Varrone, *De re rustica,* lib. L cap. 2- ait: Τού; παλαιού; καί Zyyè; $iών *γεγονότο , βελτίατου τε* οχτα< *φΰδει καί τόν* apiSror *Ιίηκότα βίον,* ώ; ^ρυσουμ *χρόνον νομί^ε*tfSai. Id est: *Primos illos diisque proximos mortales optimae fuisse indolis, vitamque vixisse optimam, unde et auream dici aetatem.* Alia collegit testimonia Eusebius ex Platone et Diodoro siculo, *Praep. evung.* lib. I. cap. 8, et lib. NIL cap. 13· Quibus addendas Hesiodus, *Theogon.* a v. 521 ad v. 579, et *Opera et dies,* v. 47 et seqq.

“) Georg, lib. L v. 125 et seqq. :

Ante Jovem nulli subigebant arva coloni,
Ncc signare quidem aut partiri limite campum etc.

tum *Eclog.* IV,

Satyra VI. 1 et seqq.

,e) *Metamorph.* lib. I. v. 89 et seqq. :

Aurea primum sata aetas etc.

K) Lib. I. *Eleg.* III. v. 35 ct seq. :

Quam bene Saturno vivebant rege etc.

1Ŝ) In lib. *De Iside et Osiride.*

”) Lib. XV. pag. 250. tom. II. op. edit Oxon. 1807. ubi sic exponit doctrinam gymnosophistarum: *Πάντ' ήν αλφίτων καί αλεύρων πλήρη, κα^άπερ καί νΰν κόνεω · Hal κρήναι δ' ίρρεον, αΐ μίν ΰδατο , γάλακτο δ'άλλαι, καί ομοίω αί μεν μίλιτο ,* αι δ'οίνου , *τινε δ'Ιλαίον* υπὸ *πλησμονή δ'οΐ ἀνθρωποι καί τρυφή ει ιβριν ΙίΙπεΰον. Ζιὺ; δί, μιϋήΰα τήν κατάΰταιν, ήφάνιΰι πάντα.* Id est: ..Olim omnia plena erant triticeae et hordeaceae farinae, ut nunc pulveris. Fontes alii lacte, alii aqua fluebant, nonnulli meile, alii vino, quidam oleo. Homines autem ob satietatem et luxuriam ad contumeliam se transtulerunt. Jupiter igitur illum statum exosus omnia aboleviL-

M) Cf. *Religions de l'antiquité considérées principalement dans leurs formes symboliques et mythologiques; ouvrage traduit de l'allemand de D. Erid. Kreu•zer, refondu en partie, complété. développé par J. D. Guigniaut,* 1815. Vid. *Bibliothèque univ. de Genève,* tom. XXX. ann. 10.

21) King, seu *Sacri,* in quibus legitur: Tempore primi caeli pura voluptas et pax

Knapp scribere non dubitavit: *Communis est omnium fere nationum omnis aetatis opinio de aureo saeculo, hoc est, de vita longe beatissima, quam prisca gens mortalium hac in terra egerit. Eam vitae beatitatem etsi pro suo quisque ingenio ac sensu informat, in eo tamen ad unum omnes consentiunt, ut omne genus aerumnarum atque imbecillitatum, quas hominum societas et cultus vel affert vel auget, ab his generis humani incunabulis procul plane abjiciendum censeant.* [22] Haec autem gentium omnium conspiratio originem primitivam ejusmodi traditionum apertissime evincit; qua *facti* veritate constituta, omnia bene cohaerent; ea sublata, nulla amplius earum traditionum ratio probabilis dari potest.

DIFFICULTATES.

319. L Obj. Variis illa doctrina, ubi accurate examinatur, premitur difficultatibus. Obstat enim notio sapientiae et sanctitatis congenitae, quae sibi ipsi repugnat, neque ipso narrationis mosaicae argumento confirmatur, utpote quae protoplastos communi hominum natura sensuum illecebris obnoxia praeditos fuisse aperte docet; obstant certi naturae humanae hujusque vitae terrestris fines, qui quidem proprietates humanis superiores omnino excludunt, cujus generis est immortalitas corporis[23]; ergo.

320. Resp. *D.* Premitur difficultatibus apparentibus, *Tr.* veris, *N.* Neque in primis obstat notio sapientiae et sanctitatis congenitae, ut adversarii supponunt. Quae enim repugnantia fingi potest in eo, quod Deus ipse, qui praeter naturae ordinem hominem condidit, ipsum fecerit sibi carum et acceptum, caritatem in ipsius animum diffundendo, ut cum apostolo loquar, et quod praeter discendi aut loquendi facultatem, quam eidem datam ipsi concedunt, concesserit eamdem facultatem expeditam seu actum ipsum? 2* Eadem enim ratione, qua Deus protoparentibus non jam corpus infantile, sed perfectum dedit, sic ipsa rerum analogia postulat, ut ipsam intelligcntiam iis praeditam cognitionibus dederit ejusmodi statui consentaneam. Nos hujus asserti vadem dedimus ipsam libri Ecclesiastici auctoritatem, praeter mosaicam narrationem de nominibus ab Adam recens creato animantibus impositis; hypothesis autem suae quodnam fundamentum rationalistae proferunt, praeter gratuitam assertionem ?

321. Falsum porro est, non confirmari narrationis mosaicae argumento, quod de sanctitate et scientia adamitica statuimus. Ipsa enim familiaris Dei

perfecte regnabant. Nulli tunc labores, non poenae, non dolores, non crimina, omnia humanae in terris parebant voluntati." Cf. Windischmann, *Philosophia in progressu historiae mundi,* vol. L part. I. sect. 1. pag. 206.

") *Scripta varii argumenti,* Prolus. I. ed. 2. part. I.

M) Ita Wcgscheider §. 100.

Vid. s. August. *De civ. Dei,* lib. VII. cap. 30.

cum ipsis protoparentibus agendi ratio, quae ibidem describitur, entis ostendit, quam accepti Deo essent. Quod si exhibentur protoplasti communi hominum natura sensuum illecebris obnoxia instructi, ut id liberaliter adversariis demus, quod patet ex dictis in superiore propositione, ratio est, quia gratia sanctificans hominem impeccabilem minime efficit, nec immunem a sensuum illecebris, ut quotidiana experientia ostendit.25

322. Neque pariter obstant doctrinae catholicae de primaeva hominis conditione certi fines terrestris humanae hujus vitae; quia immortalitatem aliasque proprietates humanis superiores, Deus, non juxta, sed praeter naturae leges ex privilegio, ut inferius dicetur, ac liberalitate sua primis parentibus concessit, ut eum ex adductis auctoritatibus certo concessisse constat.

323. Non aliunde propterea difficultates contra catholicam doctrinam oriuntur, quam ex rationalism! systemate, quo rejicitur quidquid consuetum naturae ordinem praetergreditur, quum tamen ipsa universi orbis hominisque prima creatio praeter illum ordinem sit.

324. Π. Obj. Saltem quae afferuntur ad voluntatis ordinationem et rectitudinem stabiliendam, eam minime evincunt. Etenim 1. ut post Clericum recentiores expositores observant, ideo protoparentes non animadverterunt se nudos esse, quod in statu infantiae conditi fuerint, neque malum agnoscerent; hinc quasi infantes recens nati pudore non afficiebantur. Quod si postea se nudos deprehenderunt, ex adepto rationis usu ob ipsius fructus esum repeti id debet. 26 Quod plane congruit cum doctrina patrum, qui protoparentes infantilem prorsus simplicitatem prae se tulisse docent, antequam cibum sibi vetitum comederent. 27 2. Adde concupiscentiam bonum naturae esse, quo proinde primi homines carere non debuerunt. Ergo.

325- Resp. ad 1. *Neg.* Ad primam probation. *D.* Conditi fuerunt in statu infantiae quoad rectitudinem et morum integritatem, *C.* quoad defectum rationis usus, xY. Hoc enim commentum novum est ac mosaicae narrationi prorsus contrarium. Moyses siquidem, ut vidimus, exhibet Adam animantibus nomen uniuscujusque naturae proprium imponentem; non erat igitur rationis usu destitutus. Deinde haec minime congruunt cum auctoris Ecclesiastici dictis superius adductis. Hinc vel ipse Jahn, non suspectus auctor: *Protoparentes,* inquit, *primo momento erant adulti, qui omnes animi facultates et omnia corporis membra ad usum habebant expedita.* 28

2›) Cf. s. Thom. II. 2. qu. 163. ari. 1. ubi ostendit, qua ratione primus homo peccaverit superbia. Vid. etiam Bellarm. *De amiss, grat. et statu pecc.* lib. III. cap. 4 et seqq., turn Feller, *Catêch. philos,* tom. IL §. 262.

Ita cum aliis Rosenmüller, *SchoL in V. T.* cap. III. Genes.

w) Apud Petav. *De opificio,* iib. II. cap. 9.

23) *latrod. in libros sacr.* V. *T.* sect. 1. cap. 1. §. 19. edit. 2. Viennae 1814.

32G. Neque alius est sensus patrum, qui de infantili protoplastorum simplicitate locuti sunt.[29]

327. Ad 2. *Neg.* Nam, prout hic accipitur, concupiscentia defectus est et quasi morbus quidam naturae, ut loquitur Bellarminus Vj, ex materiae conditione profluens; cum hic agatur non de concupiscentia per se sumpta, sed de inordinatione concupiscentiae, quae rationem praevertit et antevenit. Ast de concupiscentia infra.

328. III. Obj. 1. Scripturarum testimonia, quae primo homini immortalitatem videntur tribuere, de magna potius longaevitate explicari debent; prout ipsemet Flavius Josephus aperte significat.[31] 2. Illae autem comminationes, quae Adam factae sunt, vel de morte animae sunt intelligendae, vel de mortis festinatione et poena, quam absque peccato expertus forsan non fuisset nisi per dulcem quamdam ac suavem animae a corpore separationem. 3. Sane protoparentes ad corporis vires reficiendas cibo indigebant et potu. 4. Arbor ipsa vitae, quae per modum medicinae operabatur, evidens argumentum est, et senectuti et morti per se obnoxios fuisse primos homines, sive peccassmt sive in officio stetissent. Ergo.

329. Resp. Ad 1. *A'eg.* Dicunt enim Scripturae, Deum fecisse hominem *inexterminabilem.* Auctoritati autem Josephi auctoritatem opponimus Scripturarum. Plura sane ibidem fabulatur hic auctor nimis ingenio suo indulgens, e. gr. omnia animalia tunc communi quadam loquela usa fuisse, aliaque ejusmodi non pauca.

330. Ad 2. *Neg.* Non quidem de morte animae, ut patet ex contextu et ex Dei verbis: *Pulvis es et in pulverem reverteris,* et ex adducto insuper s. Pauli testimonio, quod loquitur de sola corporis morte; ac demum ex eo, quod mors animae, ut observat Petavius[32], non habeat rationem poenae, cum peccatum ipsum mors animae sit. Sed neque de mortis festinatione Dei comminationes intclligi possunt; cum sint absolute de morte ipsa intelligendae ut adducta Scripturarum testimonia postulant. Consonat interpretatio patrum, qui Dei verba: *In quacumque die comederis, morte morieris,* ita expo-

M) Cf. Prud. Maran, *Praefat. in Opp. s. Justini martyris,* part. II. cap. 5. edit. Paris. 1742. ubi exponit sensum, quo Theophilus. Irenaeus, Tertullianus, Greg, nazianz., Joann. Chrysoslomus, Joann, damascenus tribuerint infantiae statum Adamo, nempe ob recentem creationem mediumque inter mortalitatem et immortalitatem statum, in quo conditus Adam a Deo fuerat, ob innocendam et animi simplicitatem. Ubi etiam singularem declarat Clementis alex, opinionem circa Adae peccatum.

30) *Lib. de gratia primi hominis,* cap. 5. num. 11 et seqq.

31) *Antii/. Judaic.* lib. I. cap. 1. Sic etiam Merccrus, *Comm, in Gen.* II. 7.

32) Loco jam citato.

nunt, ut sensus sit: *Morti obnoxius eris*› seu, ut vertit Symmachus: *Mortalis eris.* 33 Quam versionem laudant et Hieronymus et Theodoretus. 34

331. Ad 3. AVp. *conseq.* Nam ex hoc, quod anima et corpore constabant protoparentes, et alimentis vesci debebant, non consequitur, fuisse cos morituros, etiamsi non peccassent; cum semper potuissent ali et semper vivere.

332. Ad 4- *D.* Ex peculiari Dei beneficio vim habuit perennem vitam tribuendi, *C.* virtute propria seu naturali. A'. Dissentiunt quidem inter se interpretes circa hujus arboris naturam; verisimilior tamen nobis eorum videtur opinio, qui censent ex peculiari Dei virtute ac beneficio eam habuisse hanc vim, mortem scilicet arcendi in perpetuum ab iis, qui ejus fructibus vescerentur. 35

333. IV. Obj. Nihil conferunt mosaicae narrationi, immo potius obstant similes mythi, quos de aetate primitiva, quam auream appellant, quaeque sensim in deteriorem abierit, feliciore ac laetiore hominum vitae conditione apud alios antiquos populos repetimus. Omnes enim ejusmodi narrationes, si accurate examinantur, tantum abest, ut historiae fide nitantur, ut contra ab hominibus fictae esse videantur, quibus praesentium temporum fastidium lenirent animumque imagine vitae ab omni labe immunis oblectarent. Quapropter pro fundamento rerum ad. historiae leges exigendarum nullo modo haberi possunt. 36 Quo incultior fuit aetas, eo magis in illa praevaluit studium fabulas vel rumore traditas captandi, vel novas fingendi. 2. Sane genus humanum in humili loco positum et ab exiguis initiis profectum sensim adolevisse argumento est totius naturae historia; et omnium populorum primordia, fama ac monumentis quibusvis ad posteritatem propagata, egregie illud idem confirmant. Frustra igitur, qui indorum, persarum, hebraeorumque mythos pro vera historia amplectuntur, et obsoletas sententias novis commentis exornatas sequuntur, conantur allegoriis et symbolicis adumbrationibus artificiose nectendis historiarum luci clarius explendesccnti officere. 37 3. Aetas proinde aurea non prae se fert nisi statum illum societatis, in quo maxime

33) Θκ^τὸί ?σρ. Apud Origen, in *Hexapl.* opp. Origenis, edit. maur. tom. L pag. 16.

3‹) Apud Petav. *De opif.* lib. IL cap. 10.

3S) Cf. Petav. op. cit. lib. II. cap. 7. §. 6 cl seqq. Vid. etiani Nicolai, *Lez.* XXIII. *sui Genesi.*

16) Ila Wegscheider, §. 100. not. 1; A. Matthiae, *Praefat. de ratione tractandae graecorum mythologiae,* pag. 5, quae rcperitur in Scebode, *Archie fur Philologie und Piidagogik,* seu in *Archivio pro philologia et paedagogia,* auctore Seebode, Heimst. 1826. vol. II. part. HI; Arnold. Ekker, *Specim. inaug. in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheo et generis humuni ad humanitatem progressione,* Ultraj. 1822.

37) Wegscheider, §. 97. nota *q.*

vigeret anthropophagia 38, vel quo homines belluino more viventes, nudi fere incedebant et glande ad cibum utebantur. 39* Ergo.

334. **Resp.** ad 1. *A7.* Conjecturis enim non destruuntur, quae gentium omnium omnisque aetatis traditiones unanimiter confirmant, maxime quod conspirent in praecipuis adjunctis eorum, quae de aetatis illius vita Moyses refert. Ac 1°. quidem eximia vitae innocentia primos homines fruitos esse, omnium poenarum, dolorum, laborum, criminum expertes, ut sinenses habent; 2°. fuisse eosdem diis proximos, optimae indolis, vitamque vixisse optimam, ut graeci et latini tradunt; 3°. eos a Deo enutritos fuisse ac nudos et sine tegumento sub dio altos, ut Plato et Diodorus siculus juxta aegyptiorum traditionem narrant. 4°. Si cum his conferantur, quae de mulieris ex costa Adam formatae, quae de parentum lapsu, deque modo, quo lapsus contigit, effectibusque inde sequutis habentur, de quibus postea dicemus et in quae omnium gentium annales et memoriae collineant, luce clarius patet, nonnisi ex communi fonte haec omnia manare potuisse.

Quod vero additur de studio praesentium temporum fastidium leniendi, fabulas captando novasque addendo, ita ut populi omnes religione, moribus, indole, aetate, lingua, regione longe a se dissiti, non solum in ipsius facti natura, sed in peculiaribus etiam ejusdem adjunctis fingendis conspiraverint, ab omni veritate longe abest. Id profecto non modo a germana philosophia, sed et a communi hominum sensu abhorret, praesertim cum plures ex ipsis nullo inter se commercio uterentur41; hoc enim portento simile foret.

335. Ad 2. *D.* Diversis temporibus, seu post hominis lapsum, *Tr.* eodem tempore, seu ante lapsum, *A7.* In primis enim observandum est, eadem illa monumenta historica, quae de primordiis humani generis supersunt, incipiendo ab Hesiodo, Herodoto, Diodoro siculo usque ad aetatem politiorem, quaeque nobis primas societates seu primos homines veluti tribus nomadas oculis objiciunt ac paulatim ad perfectiorem cultum progredientes, nobis pariter exhibere traditionem aureae aetatis, seu status innocentiae primorum

38) Ita Bory de St. Vincent, cf. *Révue encyclop.* Paris 1825. Mars, ari. *Sciences physiques, Homme,* qui praeterea censet vere auream dicendam esse aetatem illam, quam leves scriptores ferream dixerunt; profitetur autem se novam seu quintam praestolari aetatem, nempe *rationis,* quae reservatur futuris generationibus, cujus tamen non valde exigua crepuscula jam nunc cernimus.

39) Non valde abhorret ab ejusmodi principiis Jos. Micali, *Storia degli antichi popoli italiani,* Firenze 1832, tom. I. pag. 9; et Aloys. Bossi, *Delia istoria d' Italia* cap. 4. pag. 12.

40) Cf. *Annales de Philosophie chrétienne,* art. cit.; Windischmann, op. et loc. cit.

41) Quibus si addantur traditiones et argumenta de communi populorum origine, de origine mundi, de hominis lapsu etc., de quibus partim monumenta attulimus, partim inferius afferemus, vix non habetur argumentum evidens et demonstrativum de hujusmodi traditionum veritate.

parentum. Quapropter nedum sibi invicem adversentur historica haec documenta, apprime inter se conveniunt; si tamen admittatur diversa hominum diversis temporibus conditio et status, tum ante, tum post hominis lapsum. Hinc si haec adversarii recipiunt, dum humilem primorum hominum conditionem exponunt, quare eadem recusant, dum protoparentum beatam vitam et originem describunt, atque uti mythos traducunt, aut allegorias et symbolicas imagines historiae luci officientes? Non modica potius lux historiis conciliandis inde maxime aflulget, ut ex dictis patet.

336. Ad 3. 3'. Siquidem anthropophagia in humani generis primordiis nullibi visa est: huic enim assertioni documenta historica repugnant; hinc illa non fuit nisi prava humani generis degeneratio, prout est vita silvestris et feritas, quae in nonnullis adhuc populis observatur, cujusmodi etiam est rudis eorum lingua. 42 Eadem enim ratione, qua dantur in hominibus progressus a cultu et educatione devenientes, dantur et regressus ex illius praesidii atque adjumenti defectu. Exemplum habemus in Europa nostra, quae ex barbarorum incursionibus, depopulationibus, ferocia paulatim a summa humanitate in eam barbariem transgressa est, quam medio aevo deploramus. Idem dicas de Asia et Aegypto quondam culturae ac litterarum, ut ita dicam, domiciliis. Vita igitur silvestris et anthropophagia spectari debent tamquam extrema declinationis periodus, in quam populi quidam omnibus cultus praesidiis destituti prolapsi sunt.

337. Vehementer propterea errant plerique ex neotericis historicis aut archaeologis, qui sibi sapientes videntur cum sacrae Scripturae contradicunt, contendentes primos homines feritate primum belluina aut etiam anthropophagia laborasse, paulatim ad vitam silvestrem ac venaticam progressos, deinde ad pastoritiam seu nomadicam, hinc ad agrestem pervenisse, ac demum ad socialem. Hi enim permiscent veram ac primitivam hominum conditionem cum iis, quae contigerunt post generales aut partiales alterius aetatis dispersiones ac aberrationes, a quibus homines paulatim redeuntes primordia societatum ac civilis culturae jecerunt, donec per ulteriores progressus ad

n) Cf. comes de Maistre, *Soirées de St. Petersbourg*. Entretien deuxième, tom. I pag. 81. ubi haec praeclare scribit: ..De là viennent les sauvages qui ont fait dire tant d'extravagances, et qui ont surtout servi de texte éternel à J. J. Rousseau . . . il a constamment pris le sauvage pour l'homme primitif, tandis qu'il n'est et ne peut être que le descendant d'un homme détaché du grand arbre de la civilisation par une prévarication quelconque, mais d'un genre, qui ne peut plus être répété, autant qu'il m'est permis d'en juger; car je doute qu'il se forme de nouveaux sauvages. Par une suite de la même erreur, on a pris les langues de ces sauvages pour des langues commencées, tandis qu'elles sont et ne peuvent être que des débris de langues antiques, *ruinées,* s'il est permis de s'exprimer ainsi, et dégradées, comme les hommes qui les parlent. En effet, toute dégradation individuelle ou rationelle est sur-le-champ annoncée par une dégradation rigoureusement proportionelle dans le langage."

statum, ut ita dicam, adultum perfectionis pervenerunt, et de quibus tum mythologica tuin historica monumenta loquuntur. 43

PROPOSITIO III.

Status justitiae seu gratiae sanctificantis et felicitatis, in qua primi parentes constituti a Deo sunt, non erat eis debitus.

338. Propositio sic enunciata catholicam doctrinam exhibet, ut ex dicendis patebit. Cum tamen in salebrosam quaestionem inciderimus ob quorundam catholicorum theologorum controversias, praestat nonnulla praemittere, quae conferant ad faciliorem propositae doctrinae explanationem, et ecclesiae doctrinam a privatis scholarum placitis apprime secernere. Haec igitur adnotanda sunt:

339. I. *Debitum* naturae seu naturale multiplici sensu aliquid dici potest; sumitur enim vel pro eo quod origine contrahitur, vel pro eo quod est naturae consentaneum, vel quod naturam in sui ordinis operationibus perficit, vel demum quod est naturae pars, aut fluit a naturae principiis, cujusmodi in homine sunt corpus et anima, aut facultas sentiendi et intelligendi. Rursum aliquid naturae *indebitum* ac *supernaturale* duplici ratione intelligi potest, scilicet aut *per se,* cum nempe ex principiis naturae fluere seu provenire nequit, cujusmodi e. gr. fuit ascensio Eliae in coelum super currum igneum, Samsonis robur etc., aut *per accidens,* quod interdum obtinetur miraculo, licet alioquin ex naturae principiis fluere soleat, e. gr. omnes curationes instantaneae, visus caeco restitutus, sapientia Adami etc.

340. II. Lutherus itaque, *et* post ipsum Bajus, Jansenius, Quesnelus cum suis contendunt, tum gratiam sanctificantem, tum immunitatem a concupiscentia atque immortalitatem cum reliquis consectariis sic homini naturales esse, ut sine ipsis hominis perfecta seu integra natura consistere non possit;

43) Hinc Joann. Müller, *Historia univers.* cap. 1. ubi agit de statu hominis primitivo, observat sub duobus diversis aspectibus statum primitivum generis humani describi: cum aliae traditiones pingunt aetatem auream, in qua justitia et pax regnarunt, referunt pariter aetatem subscquenlem speciei nostrae tamquam aberrationem ɋ primaevo instituto; aliae vero traditiones describunt hominem ab initio immitem atque ferocem, donec sensim ac veluti per gradus mansuevit. Verum utraeque hae traditiones optime inter se cohaerent, si ratio habeatur diversi status in quo homines fuerunt, juxta ea quae superius a nobis dicta sunt; quibus plane consentit s. Thom. dum insulsae Tullii opinioni de hominibus sylvestribus *{De invent.* I. 2-) respondet: *Verbum Tullii potest esse verum, quantum ad aliquam gentem; si tar men accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab aliis gentibus est distincta, quia non in omnibus perducitur ad effectum id, ad quod naturalis ratio inclinat. Non est antem verum universaliter (Supplem.* qu. 41. art. 1.).

‘) Cf. Bellarminus, *De gratia primi hominis,* cap. 5.

neque Deum, salva sua bonitate et justitia, sine illis hominem condere potuisse. Ex quo principio inferunt, hominibus, qui nunc absque justitia originali nascuntur, aliquod naturale bonum deesse, quale deesset pecudi, si clauda vel caeca nasceretur·, quod si alicui divinitus redderetur originalis justitia, donum quidem istud fore *supernaturale* per accidens, seu quoad modum, non autem per se, prout de visu caeco restituto diximus.

Catholica autem doctrina tenet, tum gratiam sanctificantem, tum immunitatem a concupiscentia ac immortalitatem dona supernaturalia esse in se, et ita gratuita, ut Deus, salvis suis attributis, hominem sine illis condere omnino potuisset; nihilque propterea de naturae bonis hominem per peccatum originale perdidisse; ita ut, peccato excepto, homo creari a Deo potuerit, qualis nunc nascitur, morti scilicet, infirmitati, concupiscentiae, ignorantiae obnoxius, neque ad ordinem supernaturalem elevatus.

341. III. Propositio nostra duo complectitur: *primo,* esse indebitam gratiam, *secundo,* indebita dona gratuita scientiae, integritatis, immortalitatis, quae sub *felicitatis* nomine comprehendit.

342. IV. Doctrina catholica sic exposita commisceri nequit cum duplici quaestione scholastica, quarum prima est, num Deus potuerit saltem de *potentia ordinata,* ut vocant, hominem sine elevatione ceterisque recensitis donis condere, nec ne; si quidem de *potentia absoluta* Deum ita se gerere potuisse omnes theologi catholici concedunt.2

’) Hoc vero discrimen instituunt theologi isti inter potentiam *ordinatam* et *absolutam:* ordinata est, quum Deus operatur non solum ex sapientiae, sed et bonitatis, decentiae ac congruitatis legibus; absoluta, cum operatur ex solis legibus justitiae. Hinc quidam docent, Deum quidem de potentia *absoluta* potuisse hominem absque donis supernaturalibus et gratuitis condere, non autem de potentia *ordinata.* Non defuerunt, qui hanc sententiam accusaverint tamquam jansenislicam, eo quod vel ipse Jansenius fassus fuerit, Deum *absolute* sic homines condere potuisse, non autem ex potentia *ordinata.* Ast hujus sententiae fautores profitentur magnum intercedere discrimen inter se ac Jansenium; quia Jansenius autumabat hominem esse *distortum ac malum* illis donis destitutum; contra vero se expresse affirmare *bonum* hominem sine illis fore; sed cum Dei *perfecta* sint opera, ideo concludunt, Deum sine liis praeclaris doübus hominem minime condere potuisse. Ast rursum alii reponunt, nostrum non esse decernere quid divina bonitas postulet, quid non; quo principio semel constituto nos duceremur ad optimismum.

Ceterum haec certa nobis esse videntur: 1°. Veteres in hoc saltem argumento hanc distinctionem penitus ignorasse; 2°. qui hanc distinctionem inducunt, eadem proferre argumenta ad ostendendam impossibilitatem status naturae purae juxta potentiam Dei *ordinatam,* quibus utitur Jansenius ad evincendam eamdem impossibilitatem; 3°. hujusmodi distinctionum artificio fretos jansenislas, omnes suas propugnare doctrinas, non verentes pontificiam censuram. 4°. Cum ex solis justitiae legibus, aut speciata sola potentia, Deus agere non possit, sequitur, si attentis etiam bonitatis, decentiae ac congruitatis legibus hominem absque ejusmodi elevatione donisque adnexis creare nequeat, creari eum sine ipsis *nullatenus* posse; quod tamen pugnat cum propositionibus damnatis. 5°. Propositiones Baji damnatae sunt in sensu ab auctore

Altera controversia est, num (In hypothesi, quod Deus sive de potentia absoluta, sive de potentia ordinata potuerit hominem in puris naturalibus, ut scholae loquuntur, condere) homini sic constituto necessaria forent gratiae auxilia ad legem naturalem adimplendam. Jam vero nos pro certo habemus, etiam in hac hypothesi necessaria fore homini ejusmodi auxilia, nec ei a Deo defutura, qui numquam impossibilia jubet, non quidem *ad modum,* ut scholae loquuntur, sed *ad substantiam operis,* quae non essent nisi naturalis ordinis, ut supponitur. 3

343. His praemissis sic cum card. Gotti, propositam doctrinam adstruimus. 4 Si status ille debitus homini esset, debitus foret vel ex parte hominis vel ex parte Dei; atqui neque ex parte hominis, neque ex parte Dei debitus dici potest. Non quidem ex parte hominis, cujus natura non exigit, nisi ut sit animal rationale, et ad bonum sui ordinis comparatum, cujusmodi

intento; atqui Bajus admittebat Deum de potentia *absoluta* creare potuisse hominem absque ejusmodi elevatione ac donis, ut colligitur ex Jansenio, qui in suo *Augustino* Baji doctrinam adstruere et defendere vehementer contendit, ita ut ab initio opus suum inscribere voluerit: *Defensio Baji;* ergo, dum Bajus in propositionibus damnatis negat hominem a Deo creari potuisse in statu non elevato, intelligendus est de potentia Dei *ordinata;* ergo hoc sensu damnatae sunt; ergo contradictoria catholica erit et vera: *Deus de providentia ordinata creare potuit hominem absque ejusmodi elevatione.* Quid juvat doctrinas profiteri, sin minus haereticas aut erroneas, saltem iisdem maxime affines, cum pateat via regia omnibus obvia? Doctrina haec catholica, quam tuemur, maximi momenti est; cum annulus, ut ita dicam, sit, qui cetera doctrinae catholicae capita adnectit circa peccati originalis effectus, libertatem, Christi gratiam etc., ut ex dicendis planum fiet.

3) Ex his patet statum quaestionis non cognosci ab iis auctoribus, qui hujus naturalis conditionis possibilitatem impugnant ex eo, quod homo tunc foret velut emancipatus a Deo, neque auxiliorum ipsius indigens, quod imprudenter admodum nonnulli ex Germania praesertim autumant; vel non amplius hominem debere ad Deum preces suas fundere ad ejusmodi auxilia obtinenda; vel etiam non posse amplius ostendi necessitatem revelationis, quum ex his sequeretur hominem per peccatum originale in iis, quae ad naturae humanae essentiam spectant, non inferioris conditionis factum esse, quam foret in statu naturae non elevatae. Haec enim aliaque ejusmodi nonnisi ex perperam vel intellecta vel exposita illius status conditione descendunt, non autem ex doctrina ipsa.

Sane per ejusmodi auxilia seu media naturalis ordinis, quae extrinsecus homini proveniant, ipsum minime propterea transferri ad ordinem supernaturalem inde patet, quod corpus humanum e. gr. in statu suo naturali indigeat alimentis, quae tamen in agris crescunt, et exterius suppeditantur; numquid propterea desinit esse in statu naturali, quia haec alimenta non in proprio suo fondo, id est, intus in ipso corpore continuo succrescunt? Anima humana pro facultatum suarum evolutione et cultura indiget instructione parentum, institutorum etc. Infans nonnisi a cura parentum habet, quae ad sui conservationem et perfectionem requiruntur; ad naturam itaque entis limitati non pertinet, omnia habere in seipso, nullaque re extra se indigere ad sui conservationem et finis sui assecutionem.

4) *Theol. scholastico-dogm.* in primam partem, *De homine et ejus statibus,* quaest. 11, *De statu naturae purae,* dub. 1. 2 et seqq. tom. VI. op. edit. Bononiae 1729.

profecto non est gratia sanctificans, alioquin non osset gratin, ut ratiocinatur apostolus (Rom. IV.): sed neque immunitas a concupiscentia, quam per eo humana natura non exigit, cujus est ferri in bonum sensibile per sensum et appetitum, ac in bonum spirituale et intelligibile per intelligentiam et voluntatem, ex quarum contrariis propensionibus naturaliter conflictus oritur ac ingens recte agendi difficultas; neque demum immortalitas et immunitas a doloribus ac poenis, cum naturae sensibilis, ac contrariis elementis seu principiis concretae, proprium sit dolores pati, corruptionem, totalem denique solutionem. 5 Non debitus ex parte Dei, qui, cum in donorum suorum distributione liberrimus sit. nulla adigitur necessitate, ut hunc potius quam illum perfectionis gradum creaturis suis largiatur.

344. Eadem veritas constat ex proscriptione thesium Baji et Quesneli, in quibus contraria doctrina traditur. Nam s. Pius V. et Gregorius XIII. sequentes Baji propositiones proscripserunt, nempe 21: *Humanae naturae sublimatio et exaltatio in consortium divinae naturae, debita fuit integritati primae conditionis, et proinde naturalis dicenda est, et non supernaturalis.* (Eadem dicuntur in propositionibus 23 et 24.) Item 26 : *Integritas primae creationis non fuit indebita humanae naturae exaltatio, sed naturalis ejus conditio :* 55: *Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur:* 78: *Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio:* ac demum prop. 79: *Falsa est doctorum sententia, primum*

*) Ita physiologi unanimiter docent; qui naturam hominis, prout in se est, et comparate ad animantium brutorum naturam investigarunt, ut Bichat, *Anatomie génér.* tom. I; M. A. Petit, *Discours sur la douleur ;* Bilou, *Diss. sur la douleur:* Jacopi, *Fisiologia* tom. IL; Tommasini. ***Ln.*** *critic.,* ac celeris omissis, Ben. Mojon, *Leggi fisiologiche.* Cf. edit. 3. Milano 1821, *Considerationi generali sulla vita, e sopra i suoi fondamenti,* 1 et seqq. tum ibid, classe 1. *Delie funzdoni conservatrici della vita e relative ali' individuo,* ord. 1. genere 1. *Del piacere e dei dolore,* §. 42 et seqq. et gen. VI. §.479 et <eqq.; Magendie, *Precis élémentaire de physiologie,* articulo ult. operis. Ne longiores simus quam par est, hujus tantum textum dabimus: «L'existence individuelle de tous les corps organisés est temporaire; aucun n' échappe à la dure nécessité de cesser d'être ou de mourir, l'homme subit le même sort. L'histoire particulière des fonctions nous a fait voir que dès les premiers temps de la vieillesse, et quelque fois auparavant, les organes se détériorent, que plusieurs cessent complètement d'agir, que d'autres sont absorbés et disparaissent, qu'en fin dans la décrépitude la vie est réduite à quelques restes des trois fonctions vitales et à quelques fonctions nutritives détériorées; dans cet état, la moindre cause extérieure, le plus petit coup, la chute la plus légère, suffisent pour arrêter l'une des trois fonctions indispensables à la vie, et la mort arrive immédiatement, comme le dernier degré de la destruction des organes et des fonctions. Mais un très-petit nombre d'hommes arrivent à cette fin qu'amènent les seuls progrès de l'âge. Sur un million d'individus à peine quelques-uns y parviennent; le reste meurt à toutes les époques de la vie, d'accidents ou de maladies etc.· Cf. etiam L. Martini, *Lezioni di fisiologia,* Torino 1831, tom. XII. lez. 93.

hominem potuisse a Deo creari et institui sine justitia naturali. 6 Cum vero Quesnehis eamdem doctrinam instaurasaet prop. 35« quae ita se habet: *Gratia Adami est sequela creationis, et erat debita naturae sanae et integrae,* eam rursum damnavit Clemens XI. in Const. *Unigenitus.* Cum igitur omnes istae propositiones, utpote doctrinae catholicae adversantes, proscriptae sint, ab hisce ipsis veritas patet contradictoriae doctrinae.

345. *Premitur hic Jansenius,* inquit card. Gotti7, *haeret, relut anguis torquetur:* at postea, resumptis animis, confidenter affirmat, censura ista damnatos esse pontifices novem sanctissimos doctissimosque : Innocentium, Zosimum, Bonifacium, Sixtum, Coelestinum, Leonem, Gelasiura, Hormisdam et Joannem II., a quibus Augustini doctrina, ut ecclesiae catholicae fidem continens, laudata est amplissimeque confirmata. 8

346. At frustra pravae doctrinae suae Jansenius cum suis asseclis s. Augustinum patronum aut adstipulatorem sibi arrogat. Sic enim scribit s. Doctor: *Homo ad Dei similitudinem factus est: tamen, quia non est unius ejusdemque substantiae, non est verus filius, et ideo fit gratia filius, qui non est natura.* 9 Si igitur *gratuita* ejus est filiatio, non est eidem debita. Rursum: *Quamvis,* inquit, *ignorantia et difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset* 10; et clarius etiam: Si anima *talis esse coepit non solum ante peccatum, sed ante omnem vitam suam, qualis alia post vitam culpabilem facta est, non parvum bonum habet, unde conditori suo gratias agat. . . Non enim mediocria bona sunt, non solum quod anima est ... . sed etiam quod facultatem habet, ut adjuvante creatore se ipsam excolat, et pio studio possit omnes adquirere et capere virtutes, per quas et a difficultate cruciante, et ab ignorantia caecante liberetur.* 11 De im-

6) Bulla Greg. XIII. *Provisionis nostrae,* qua confirmavit Bullam s. Pii V. jam pridem datam Kal. octob. 1567. Utramque confirmavit Urbanus VIII.

7) Loc. cit. §. 2. num. 10.

9) Eminet hic etiam prava Janscnii fides, qui lib. I. *Praelect. de gratia Christi,* viginli nec minus capita insumit ad apologiam texendam, stabiliendamque doctrinam s. Augustini; quam doctrinam a novem romanis pontificibus approbatam et consecratam adstruil, deinde suam non minus quam doctrinam ecclesiae esse affirmat, et comparat s.Doclorem cum apostolo Paulo. Eamdem viam iniverunt ejus asseclae, semper ab extollenda doctrina s. Augustini exordientes, ut deinceps, Augustini nomine quodammodo tecti, omnes suos errores disseminarent. Aliquis inter ipsos eo progressus est, ut effutire non erubuerit: *Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest tenere et docere. non respiciendo ad ullam pontificiam bullam.* Quae propositio damnata est ab Alexandro VIII. Eodem artificio usi jam fuerant Lutherus et Calvinus. Quum vero s. Augustinus non modo ipsis nec apparenter favet, immo contrarium aperte docet, tunc nihili faciunt ejus auctoritatem.

9) *Cont. Maximin,* lib. II. cap. 15. num. 2.

10) *Retract,* lib. I. cap. 9. num. 6.

11) *De libero arbitrio,* lib. III. cap. 20. num. 56.

munitate autem a concupiscentia haec scribit: *Gratia Dei magna ibi erat, ubi terrenum et animale corpus bestialem libidinem non habebat. Qui ergo vestitus gratia non habet in nudo corpore, quod pudent, spoliatus gratia sensit, quid operire deberet.* Pariter de immortalitate disserens: *Qui status,* inquit, *eis mirabili Dei gratia praestabatur 13;* et alibi: *Ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum.* H Haec autem luculenta sunt adeo, ut commentariis non egeant.

347. Placet autem a. Augustino s. Thomam adjungere, qui ejus doctrinam in sua transtulit scripta, ejusdemque mentem expressit. Clarissima porro sunt angelici Doctoris verba: *Possibile fuit Deo, ut hominem faceret in puris naturalibus* 15; et alibi passim, adeo ut nulla possit suboriri dubitatio de ipsius sententia. 16

348. Patet igitur ex dictis, tum auctoritate, tum ratione constare, statum justitiae seu gratiae sanctificantis'et felicitatis, in qua primi parentes constituti a Deo sunt, non fuisse eis debitum: quod nobis demonstrandum proposuimus. 17

,T) *Cont. Julian,* lib. IV. cap. ult. num. 82.

») *De civ. Dei,* lib. XI1L c. 20.

**) *De peccat, merit, et remiss,* lib. I. cap. 5.

,J) *Quodlib.* I. art. 8. opp. s. Thomae, edit. Rom. 1570. tom. VIII. part. IL; ibi enim ex professo de hoc argumento agit, dicens: «Sed quia possibile fuit Deo, ut hominem faceret in puris naturalibus, utile est considerare, ad quantum se dilectio naturalis extendere possit.- Deinde expositis aliorum sententiis, concludit: ..Dicendum est ergo, quod diligere Deum super omnia plusquam scipsum est naturale non solum angelo et homini, sed etiam cuilibet creaturae, secundum quod potest amare aut sensibiliter aut naturaliter.- Et in II. dist.31- qu. 1. ari. 2. ad 3: ..Poterat Deus, *inquit,* a principio quando hominem condidit, etiam alium hominem ex limo terrae formare, quem in conditione naturae suae relinqueret, ut scilicet mortalis et passibilis esset, et pugnam concupiscentiae ad rationem sentiens, in quo nihil hnmanae naturae derogaretur, quia hoc ex principiis naturae consequitur; non tamen iste defectus in eo rationem culpae et poenae habuisset, quia non per voluntatem *Adami* iste defectus causatus esset.- Opp. cit. edit. tom. Xi· Demum part. I. qu. 95. art. 1. disserens de rectitudine, cum qua conditus fuit Adam : ..Manifestum est autem, *inquit,* quod illa subjectio corporis ad animam et inferiorum virium ad rationem non erat naturalis, alioquin post peccatum mansisset; cum etiam in daemonibus data naturalia post peccatum permanserint." Haec ex diversis s. Thomae operibus aflerri volui, ut pateat, quam impudenter nonnulli soleant pro contraria doctrina adducere auctoritatem s. Thomae.

,e) Conf. Martinez Ripalda, Soc. Jesu, tom. III. *De ente supernat. Append,* disp. 8. sect. 1. Colon. Agripp. 1648. ubi accuratissime tum s. Thomae tum reliquorum scholasticorum loca recenset.

*') Quantum satis est, de hoc argumento inter ceteros scripserunt Bellarminus, lib. *De gratia primi hominis,* primis novem capitibus; Suarez, proleg. 4. *De grat. ;* card. Gotti, loc. cit.; Tournely, *Tract. De gratia,* quaest. 2.; sed prae ceteris P. Casini Soc. Jcs. egregiam dissertationem scripsit cui titulum fecit: "772, scilicet *Ouid.est homo?* seu *Controversia de statu naturae purae;* quam iterum vulgavit P. Zacharia ut appendicem ad librum II. *Opificii sex dierum Petavii,* tom. III. opp. edit. Venet. 1757.

DIFFICULTATES.

349. I. Obj. 1. Ultimus creaturae rationalis finis in visione Dei beatifica consistit; cum ipsa sola plene hominis animum expleat, ipsumque perfecte beet, juxta celebre Augustini effatum: *Fecùti nos ad te, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* 2. Et sane, nisi ita esset, Deus hominem innocentem addixisset aeternae calamitati. Vel enim homo eam beatitudinem expeteret, vel non; si non expeteret, ipsa haec perversitas calamitas esset; si vero expeteret et non obtineret, esset item calamitas ipsa privatio. 3. Jure propterea s. Augustinus pelagianos, qui parvulos peccato originali carere affirmabant, et tamen sine baptismo decedentes excludebant a regno coelorum, sic vehementer urgebat: *Quare patrimonium regni coelorum abripis innocenti? A quo regnum coelorum non adquiritur, profecto magno bono fraudatur. Quae est ista justitia?* [18] 4. Et alibi passim scribit, olim beatitudinem futuram *meriti mercedem,* quae jam facta est *donum gratiae.* Ergo.

350. **Resp.** ad 1. *N. A.* Finis enim proprius naturae rationalis non elevatae praemiumque honestarum actionum positum quidem est in contemplatione et amore Dei, sed ordinis naturalis, seu in cognitione Dei abstractiva et amore naturali. [19]

351. Atque hinc responsio patet ad id, quod adjectum est, solam visionem beatificam animum nostrum explere. Hoc certe falsum est in hypothesi hominis status non elevati ad ordinem supernaturalem. In eo enim cognitio abstractiva Dei cujusque amor naturalis ordinis sic hominis animum expleret, ut in eo non existcret desiderium ullum vehemens et acre, ut ajunt, *absolutum et efficax* boni majoris, quod ejus pacem beatitudinemque turbaret, sicut modo beatos anxios aut moestos non tenet desiderium perfectioris visionis atque hypostaticae unionis. [20]

352. Itaque effatum s. Augustini pro praesenti conditione accipi debet; in alio vero rerum ordine optime congruit ordini naturali, ut modo dictura est, non autem ordini supernatural!; hunc enim homo non agnosceret, ideoque neque expeteret, siquidem ignoti nulla cupido.

353. Ad 2. iV. Ex dictis enim jam patet nullam vim habere propositum dilemma, homo enim non expeteret nisi naturalem beatitudinem, quam obtinere posset. Propensio autem, quam in se homo sentit ad felicitatem, respicit beatitudinem seu felicitatem in genere, non autem particularem, cujusmodi visio beatifica est. Ex hac autem naturali propensione eruunt philosophi argumentum ad adstruendam animorum immortalitatem.

Is) Scrm. XCIV. cap. 6.

”) Cf. Suarez, Prolog. IV. *De grat.* num. 10.

’·) Cf. Suarez, loc. cit. num. 19 et 20. et card. Golti, loc. cit.

354. Ad 3. *D.* In sensu pelagianorum, adversus quos s. Doctor *ad hominem,* nt ajout, argumentum instituebat, *C.* in sensu proprio, *subdist.* in praesenti providentiae ordine, *C.* in alio de quo loquimur, Λ'. Pelagiani enim contendebant posse quempiam naturalibus meritis regnum coelorum seu beatitudinem, quae in visione beatifica consistit, quamque *naturalem* vocabant, obtinere. Merito propterea s. Augustinus eos arguebat, quod ab ea excluderent naturam *innocentem,* in sensu intellige pelagiano, qui non admittebant peccatum originale. 21 Deinde loquitur de ordine praesentis providentiae, in quo juxta ipsum, ut alibi expendemus, nullus status datur medius inter tormentorum locum et coelorum regnum.

355. Ad 4. *D.* Improprie loquendo et habita ratione majoris gratiae, quae nunc positive indignis confertur, C. proprie et ut excludat omnem gratiam, A'. Etenim in *Enchiridio,* cap. CVI. disserens de statu innocentiae, aperte ait: *Sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset.* Cur autem dixerit: Nunc *naturam humanam accipere per gratiam, quod fuerat si non peccasset, acceptura per meritum,* ibid, explicat respondendo: *Quia post illam ruinam, major est misericordia Dei.*

356. **Inst.** S. Thomas *(Cont. gentes,* lib. III. cap.50. et p. I. qu. 12. art. 1.) docet inesse homini naturale desiderium videndi Deum, et viso effectu naturaliter desiderare hominem videre primam causam. Ergo.

357. Resp. *D.* Æ Supposita ejus elevatione et fidei illustratione, *C.* per se, -V. Sic homo, viso effectu, desiderat videre primam causam, *D.* Prout est capax ex propria conditione, *C.* absolute, -V. Docet enim idem Sanctus (cit. quaest. art. 4.) neque hominem, neque aliquam quamcumque creaturam naturaliter, seu spectata naturali conditione, Dei essentiam videre posse. 22

358. Π. Obj. Impossibilis est status ille, quo homo nasceretur absque peccato, ignorantiae tamen et concupiscentiae obnoxius. 1. Deus enim condere non potuisset hominem absque rectitudine physico morali; 2. physica siqui-

îl) Cf. cl. Bernard. De Robeis, Ord. Praed. *De originali peccato Tract, theol.* cap. 31. §■ 1 et seqq. Vend 1757.

n) Cf. De Rubeis, op. cit. cap. 35. ubi, cum protulisset ex Jansenio testimonia s. Thomae, quae suae sententiae favere videntur, in medium adductis apertissimis s. Tbomae locis, immo et principiis, evidenter ostendit angelicum Ductorem numqnam docuisse, visionem Dei beatificam seu iutuitivam esse naturalem hominis finem; sed ubique prorsus contrarium tradidisse. Deinde exponit, quo sensu dixerit s. Doctor, hominem *viso effectu* naturaliter desiderare seu appetere ut videat primam causam. Adeo ut mirum sit quam leviter nonnulli haec s. Doctoris verba objiciant ad adslruendam impossibilitatem status naturae purae. Nobis satis sit afferre quae scribit s. Thomas quaest. 22. *De veritate,* art. 7. quibus aperit mentem suam: «Homini, *inquit,* inditus est appetitus ultimi finis sui in communi, ut scilicet appetat naturaliter se esse completum in bonitate. Sed in quo ista completio consistat, utrum in virtutibus, vel scientiis, vel delectabilibus, vel hujusmodi aliis, non est determinatum a natura." Vid. etiam card. Gotti loc. cit.

dem constitutio, ut *recta* diei possit, debet hominem immunem efficere a quovis errore etiam materiali, et ab omnibus illaesum illecebris, alioquin homo fuisset inordinatus a Deo effectus sive conditus, quod repugnat; 3. haec erat unica conditio, qua homo Deo placere posset, ac sine illa jam fuisset in peccato constitutus. [23] 4. S. Augustinus passim docet, ignorantiam et concupiscentiam poenas peccati esse, et apostolus Rom. VII. 20, 25. concupiscentiam absolute *peccatum* vocat; atqui talis foret status purae naturae; ergo.

359. Resp. *D. A.* Ignorantia et concupiscentia sunt poena peccati in praesenti statu, *C.* absolute et in alio statu possibili, *N.* Mens enim humana, utpote finita, ex propria natura ignorantiae et errori obnoxia est. Rursum natura humana, utpote sensitivo appetitu instructa, ita affecta est, ut in bonum sensibile tendat, et a malo sensibili refugiat, in quo nihil vitii habetur. Quod si interdum ejusmodi appetitu homo et inclinatur inordinate ad malum, et avertitur a bono, id per accidens est; et si defectus in hoc reperitur, non moralis sed physicus est, qui suapte natura oritur tum ex insita seu inhaerente cuicumque creaturae imperfectione, tum ex utriusque partis animalis et rationalis conjunctione.

360. Ad 1. *D.* Id est, non potuisset Deus hominem condere cum *actuali* inordinatione *physico - morali, C.* non potuisset condere hominem tali natura praeditum, ex qua *oriri posset* inordinatio moralis, A. Aequivocatio in eo est, quod permisceatur actualis inordinatio in homine a Deo condito aut condendo, quod utique repugnat, cum natura defectui obnoxia, in quo certe nulla est repugnantia, cum Deus ad optimum non teneatur, neque ejusmodi immunitatem exigat naturalis hominis constitutio.

Ad 2. *D.* In sensu exposito, *C.* in alio sensu, A. Alioquin Deus ita humanam naturam debuisset perfectam constituere, ut nulli umquam obnoxia esset defectui, quod et a priori et a posteriori patet esse falsum. A *priori* quidem ob adductas rationes in probationibus. *A posteriori* ex facto, lapsus scilicet adamitici, etsi Adam pluribus fuerit donis superadditis auctus.

Ad 3. A'. Haec enim doctrina prorsus erronea est; numquam siquidem homo ob defectus naturae physicae potest displicere Deo; absurdum autem est in physico hoc defectu peccatum reponendum esse. Quamvis porro phy-

M) Ita Herniosius in *Dogmatica speciali,* part. III. pag·. 15 seqq. qui ad suum placitum adstruendum affert verba Ecole. VII. 30 : *Deus fecit hominem rectum,* nec non apostoli Ephes. IV. 24. de primo homine dicentis: *Oui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis;* ac vehementer exagitat omnes theologos illos (seu maximam theologorum partem), qui affirmant gratiam sanctificantem gratuito collatam primo homini, ipso creationis instanti, fuisse radicem, principium ac fundamentum ceterorum donorum, quae eidem primo parenti Deus liberaliter contulit, quaeque in ipsorum conservatione dependerent ab illa eadem sanctificante gratia. Cf. quae scripsimus in peculiari dissertatione, italico idiomate inscripta: *Di/lessioni sui metodo introdotto da Giorgio Hermes nella teologia cattolica,* Roma 1848.

sica haec constitutio influxum etiam exerceat in voluntatem liberam, adeoque super morale, quamdiu tamen libera haec voluntas non assenlit cupiditatum illecebris, immunis est a peccato et a statu peccati.

Ad 4. *D.* S. Augustinus docet ignorantiam et concupiscentiam esse poenas peccati in praesenti rerum ordine, *C.* absolute et in alio ordine, de quo disserimus, A. Agebat enim s. Doctor contra pelagianos, qui negabant propagationem peccati originalis, adeoque ex conditione naturae a Deo conditae repetebant ignorantiam et concupiscentiam, cum tamen ex fide sciamus cas in praesentiarum poenas esse peccati.

Eodem sensu apostolus concupiscentiam peccatum vocat, quatenus nempe a peccato est, et ad peccatum inclinat; ut declaravit tridentina synodus, ideoque concupiscentia nonnisi improprio *peccatum* dicitur.

361. I. In st. Si ita esset, concupiscentia non solum naturalis proprietas hominis dicenda foret, sed insuper bona; atqui s. Augustinus plurimis in locis probat contra Julianum eam ex se pravam probrosamque esse; 2. eumdem Julianum insectatur, quod eam *naturalem* dicere auderet; 3. peccati praeterea originalis transfusionem ex naturae corruptione evincere satagit; quam quidem corruptionem vel ipsi ethnici philosophi agnoverunt, naturam non matrem sed novercam appellantes. 4. Profecto, nisi ita esset, Deus tum ignorantiae tum omnium scelerum, ad quae sive ira sive cupiditate homines incitantur, tum denique errorum omnium, quorum foecunda mater ignorantia est, auctor esset censendus. Haec porro absurda sunt. 5. Hinc receptum illud scholarum effatum, hominem per peccatum originale non solum spoliatum esse gratuitis, sed et vulneratum in naturalibus. Quod pariter expressit conc. tridentinum, dum per peccatum totum hominem secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse declaravit **), ergo ignorantia, concupiscentia, mortalitas non proprietates, sed vulnera naturae dicenda sunt.

362. Resp. ad 1. *D.* Si pro *facultate* bonum sensibile appetendi et malum aversandi sumatur concupiscentia, tum *naturalis* tum bona proprietas est dicenda, C. si pro actu malum concupiscendi, iV. Hoc enim postremo sensu est defectus naturae, et solum a Deo permissus.

363. Dum vero s. Augustinus docet, eam esse ex se et pravam et probrosam seu malam et pudendam, ut ipsemet declarat, talis est, quatenus *pro appetitionibus, quibus caro concupiscit adversum spiritum,* sumitur; seu, ut idem loquitur: *Quando id^ quod non licet, libet75:* non vero quatenus sumitur pro facultate appetendi. Probrosam pariter concupiscentiam vocat, prout naturalem defectum denotat; sicut erubescere solemus de corporis vitiis, quae a culpa sejungi solent, non quasi res esset moraliter mala.

**) Sess. V. can. 1.

w) Enarr. in Ps. CXVLIL

364. Ad 2. *D.* Eo quod *naturalem* diceret concupiscentiam, quae ex defectu in malum tendit, *C.* quae in facultate bonum sensibile appetendi consistit, Al. Multiplici porro ratione errabat Julianus: 1°. In eo quod vellet concupiscentiam, prout est defectus, esse *moralitcr* bonam; 2°. quod nullam agnosceret concupiscentiam *poenalem,* seu rebellem; 3°. quod fas esse diceret ipsi assentiri, aut sola sensuum delectatione et voluptate duci; 4°. demum quod hanc ipsam naturae imperfectionem ad primam hominis conditionem referret. Quae omnia jure s. Augustinus adversus Julianum insectatur. 26

365. Ad 3. *D.* Postquam constituit mala ista, quibus afflictamur, non primordia sed supplicia esse naturae et quidem argumento conjecturali, ut vocant, *C.* absolute ac independenter a jam probatis, Al. Originalis siquidem noxae existentia et in omnes transfusio nonnisi ex revelatione, seu ex fide constare certo possunt et ostendi, prout revera dari originalem noxam ex his fontibus ipse Augustinus ostendit. Hac autem posita demonstratione, in subsidium vocat rationem ipsam, et non solum originale peccatum, sed etiam adventum Salvatoris, ejusque gratiam, aliaque fidei nostrae mysteria pariter colligat ex miseriis parvulorum. 27

366. Sic philosophi naturae corruptionem viderunt, quae oritur ex defectu naturae, *C.* quae oritur ex peccato, *subdist.* conjecturaliter, *Tr.* absolute, *N.* Adde, ut observat Bellarminus 28, ipsos diversimode de homine sensisse et locutos fuisse, prout et nostri increduli faciunt, qui eum modo brutis exaequant, modo Deo. 29

28) Cf. Dissertat, cit. Ant. Casini, §.3. art. 4.

,T) Cf. Toiirnely, *De gratia,* part. I. quaest. 2. art. 3. object, ex parte miseriarum.

M) Lib. *De gratia primi hominis,* cap. 7. η. 26. seu in solut. ad XL diffic., ubi ail, philosophos ethnicos contraria de natura nostra sensisse, ut ostendit Theodorelus (lib. V. *Contra graecos).* Alii enim hominem miserrimum, alii felicissimum c natura conditum asserebant. Tullius in III. *De republ.* apud Augustinum, *In Julian.* lib. IV. cap. 12, naturam nobis novercam fuisse queritur. Contra Plato in III. item *De republ.* scribit, hominem per corpus fieri posse beatum, esseque animantium omnium felicissimum. Nec minus Galenus in libris *De partibus,* celebrat auctorem naturae, ut *gui cum hominum genere praeclarissime egerit.*

M) Non alia ratione se se gessisse aut gerere recentiores philosophos circa hominis conditionem, patet ex eo quod Fischer, Jacobi, Schelling, sansimoniani, novi templarii, ut ex dictis in Tract, dc Deo constat, censeant, immo tueantur, hominem ipsum Deum esse, ac propterea profiteantur autotheismum; contra vero materialistae in nullo ipsum differre velint a brutis, si excipias *organisationem,* ul vocant, ex qua deducunt omnes ejus operationes, quas nos dicimus psychologicas. Hinc Bory de St. Vincent, loc. cit. contendit, hominem non posse sibi vindicare nisi primatum inter animantia bimana (perinde ac si praeter hominem alia bimana existèrent!), nam nonnisi ex humana superbia factum est, ut nonnulli philosophi ipsum donatum existiinarint aliqua intelligenliae divinae particula; non aliter ac si vermiculus ex co, quod in ipsum sol radium immittit, jactaret se esse emanationem entis incomprehensibilis. Sic ipse, qui, ut vidimus, consanguineitatem cum vespertilione affectat.

367. Ad 4. *D.* Deus esset auctor naturae, quae secuin trahit has imperfectiones et hos defectus, *C.* esset auctor harum imperfectionum et defectuum. X Ea enim ratione, qua faber censeri nequit auctor robiginis, etiamsi de gladio ipso rubigo prodeat, ut docet s. Thomas 30, quia nempe sic fert natura et conditio ferri, ita, quod homo vel creatura quaelibet aut ulteriorem perfectionem ac praestantiam non habeat, aut, quod idem est, defectus insitos habeat quosdam, qui ipsum consequuntur, non ex Deo id repetendum, sed ex finita et limitata ipsius naturae conditione. Quod nobilissimo exemplo ex fonte petito illustrat P. Casinus. Ex fonte enim repetendum est, quidquid aquae quis haurit, ex vasis angustia, quidquid non habet. 31

368. Ad 5. *D.* Homo laesus est in naturalibus, id est, gratuitis et respective ad statum naturae integrae, *C.* in essentialibus et naturae humanae propriis, X Neque alia est mens concilii tridentini. Magna tamen inter theologos contentio viget, num deterior nunc homo sit, quam foret in puris naturalibus; huc quidam, quidam alio in diversas sententias distrahuntur. S. Thomas, Bellarminus, Suarez et communis scholasticorum sententia negant32; nonnulli recentiores theologi affirmant. Ipsi viderint. Nobis videtur quaestio haec orta esse ex non satis perpensa naturali hominis conditione, quae non exposcit nisi facultates necessarias, sive ad verum cognoscendum, sive ad bonum sui ordinis consectandum, quibus seu recte seu prave utens homo, possit se vel meliorem vel deteriorem efficere, tum in hoc tum in alio ordine providentiae, fretus praesertim, ut praefati sumus, adjumentis ad id opportunis.

369. Ex dictis patet ignorantiam aliaque incommoda, quibus urgemur, non alio sensu vocari posse naturae vulnera, quam respectu habito ad statum protoparentum, minime vero absolute; quo sensu etiam poenae aut poenalitates dicuntur.

370. m. Obj. Tum auctoritati tum rectae rationi adversatur asserere, Deum potuisse condere hominem absque sua culpa tum mortalem, tum morbis, doloribus ceterisque aerumnis obnoxium. Auctoritati quidem, cum 1. cone, arausicanum can. II. definierit: *Injustitiam Deo dare, qui censent Adamum moriturum fuisse, etiamsi non peccasset:* et 2. s. Augustinus asserat: *Corporis mortem non lege naturae, sed merito inflictam esse peccati33:* qui 3. praeterea *crudelitatis fore,* inquit, *si Deus hujus vitae aerumnis animas nullius peccati reas addiceret.34* Repugnat insuper rectae rationi; anima enim, quae pars hominis est nobilior, est immortalis. 4. Naturam igitur animae potius quam corporis homo sequi deberet; praesertim cum homini beatitudo

”) L 2. qu. 85. ari. 6-
31) Dissertat, cit. art. 4. §. 6.
w) Cf. Suarez, *Prolog. IV. Pe grat.*
») *De civ. Dei,* lib. XIII. c. 15.
34) Disp. 1. *Coni. Fortunat, manieh.* num. 9, et disp. 2. n. 28.

saltem naturalia debeatur; vita autem, *si non est aeterna, nec est beata,* ut saepe arguit ipse Augustinus; 5. alioquin anima, quae semper trahitur desiderio corporis, vim pati perpetuo deberet, quod est absurdum. 6. Illud praeterea omnibus innatum et in animo quasi insculptum a natura est, non posse, qui innocens sit, re adversa ulla cruciari; ergo tum immortalitas tum dolorum et aerumnarum immunitas connaturales proprietates hominis sunt.

371. Beep. *Neg. antec.* Ad 1. *D.* Ex eo quod Deus promissis suis non stetisset, *C.* ex eo quod Deus naturale aliquod hominis jus violasset, *N.* Loquitur porro concilium ex suppositione concessae Adam immortalitatis.

372. Ad 2. *D.* Cujusmodi in Adam erat, quem Deus privilegio immortalitatis donaverat, *C.* naturali spectata hominis conditione, *N.*

373. Ad 3. *D.* Crudelitatis fore in sensu manichaeorum, qui Deum peccati auctorem simul et ultorem faciebant, *C.* in nostrae thesis sensu, A'. Cum vero disputans adversus Julianum, docet: *Deum fore injustum, si tam gravi jugo premeret innocentes,* id docet juxta *hujus saeculi dispositionem,* ut ipse loquitur, seu in praesenti providentiae ordine. 35

374. Ad 4. *D.* Nisi corporis naturalis conditio aliud postularet, *C.* alias, *N.* Quod vero additur de naturali beatitudine, quae homini debetur, nempe pro meritis, non de hac vita, sed de altera intelligendum est, nunc enim homo in via ac fere in agone versatur. Pariter, quod dicitur de beatitudine, accipiendum est de beatitudine essentiali, quae in anima speciatim consistit; non autem de beatitudine corporis, quae adventitia est et accidentalis. Non esset autem vita beata, si non esset aeterna beatitudine essentiali, ut dictum est.

375. Ad 5. *Trans,* et *neg. cons.* Dato enim hoc desiderio, Deus huic supplere posset, ut nunc in beatis supplet. Deinde posset Deus per donum *quoad modum,* ut ajunt, supernaturale, rursum corpora propriis animabus conjungere.

376. Ad 6. *D.* Non posse cruciari sine causa, *C.* sine culpa, *N.* Porro nos nulla habita ratione culpae, causas mortis, dolorum etc. assignavimus ex ipsa naturali hominis constitutione petitas. Certe animantia sine culpa malis afficiuntur, non tamen sine causa. Huc spectant duae proposit. in Bajo confixae, nempe 75: *Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum: unde et Job et martyres quae passi sunt, propter peccata sua passi sunt;* et 73: *Nemo praeter Christum est absque peccato originali; hinc B.* F. *mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut et aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis.*

377. Ilinc patet non alio sensu immortalitatem aliaque recensita con-

M) Cf. Casini, Dissertat, cit. art. 3- §· 3. ad secundum.

naturales proprietates dici posse, nisi quatenus ipsi naturae sunt consentanea, et homini innocenti concessa.

CAPUT III.

DE PROTOPARENTUM LAPSU.

378. Beata illa, in qua primi parentes nostri divino munere constituti fuerant, felicitas ac bonorum omnium affluentia brevi periit. Praevaricati enim sunt divinum mandatum; sensit tellus divinum anathema, quo tribulos et spinas ferre jubebatur; quare in sudore vultus sui terram findere, ex ejus visceribus victui necessaria eruere coactus, et infortuniorum mole devictus exinde homo est. Qui praeterea, originali innocentia amissa, pugnam in se cupiditatum experiri coepit ac jugum grave ferre debuit, donec in eam terram reversus est, ex qua ejus corpus fuerat efformatum. Hanc divini mandati transgressionem increduli hodierni directe impetunt; neoterici biblici expungunt; rationalistae inter mythos amandant.[1] Ad doctrinam propterea catholicam propugnandam sit

PROPOSITIO.

Primi parentes mandatum sibi a Deo datum transgressi sunt, ac per ejus transgressionem graviter peccarunt.

379. Utraque propositionis pars ad fidem spectat, ut patet ex superius recitatis concilii tridentini canonibus.

Primam itaque ejus **partem**, quae factum complectitur, evincimus I. ex Gen. II. 17. collato cum III. 6 et seqq. Etenim Gen. II. Deus hoc praeceptum Adam dederat: *De ligno scientiae boni et mali ne comedas·, in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris;* et Gen. III. de Eva legitur: *Tulit de fructu illius, et comedit: deditque viro suo, qui comedit.* Ad haec autem respiciens apostolus (Rom. V. 12.) scribebat: *Per unum hominem* (Adam) *peccatum intravit in mundum.*

380. Evincimus idem II. ex communi synagogae et ecclesiae Christianae sensu. Veteres enim hebraei tradunt malorum daemonum principem, quem Sammaëlem vocant, Evam ad peccandum perduxisse. Horum loca e scriptis hebraeis collegit Eisenmenger.[2] Certe Sap. II. 24. dicitur: *Invidia diaboli*

›) Rosenmüller, quae Gen. III. de hominis lapsu referuntur, exponit de usu rationis, quem tunc primum protoparentes adepti sunt; sic Gablerus in *Prolegom. Commentationis eiehhornianae,* vol. II. part. I. pag. 137; Joann. Thiess in *Variarum de cap.* ILL *Geneseos recte explicando sententiarum specimine;* aliique passim.

’) In op. *Judaismus delectus,* vol. I. pag. 822 et seqq.; cf. etiam Reinh. Rus,

mors introivit in orbem terrarum; nempe peccatum, ad quod primos parentes diabolus induxerat; ibid. X. 2. de Adam legitur; *Eduxit* sapientia *illum a delicto suo.* jNec alia unquam fuit Christianae ecclesiae doctrina, quam ipsa a Christo et apostolis accepit. Etenim Christus Joann. VIII. 44 diabolum vocat *homicidam ab initio,* hanc scilicet ob causam; ita etiam apostolus (II. Cor. XI. 3.) ait, serpentem *Εvατη seduxisse astutia sua.* Hisce similia leguntur Apoc. XII. 9.

381. Haec omnia confirmantur III. ex antiquae traditionis vestigiis, quae apud omnes gentes reperiuntur. Nec enim intra judaeorum et Christianorum fines haec traditio sese continuit. Antiquissimis enim temporibus hanc traditionem inter mediae et superioris Asiae populos jamdiu fuisse pervulgatam, patet ex doctrina zoroastrica jman, malorum geniorum supremo, serpentis specie induto, qui primos homines ad peccandum seduxit, ut habetur in Zendavesta a Kleukero edito.3 Eam apud graeços pariter diffusam fuisse, liquet ex antiquissimis Promethei fabulis et Herculis, decerpentis mala aurea ex arbore una cum serpente, *Ladon* dicto, ex arbore pendente, prout etiam visitur in nummo Antonini Pii, quem Spanhemius edidit et illustravit4; et in versibus Apollonii Rhodii 5 describitur hic lapsus. Hujus traditionis vestigia extare apud aegyptios, non obscure eruitur ex celebri quodam monumento hieroglyphico, quod detexit inter ruinas veterum Thebarum, ac gallice descripsit et lineari pictura in acre referri curavit Norden6, doctus

Diss. *De serpente seductore non naturali sed diabolo,* Jen. 1712; et Zaq^r. Grapius, Diss. *De tentations Herae et Christi a diabolo in assumpto corpore facta contra Balth. Bekkerum,* Rosloch. 1712.

') Tom. I. pag. 25, et III. pag. 84 et seqq.

4) In nolis ad Callimachum; vid. pag. 670. Nonnulli tamen reccntiores critici alio referunt totum hunc mythum, inter quos recensetur doctus P. Ungarclli.

J) Argonaut. IV. v. 1396 et seqq.:

.....Ivi Λάδων
ElstTt πού *χ^ι2όν παγχρύϋεα ρνετο μρλα ,*
Χώρω Iv "^Ιτλαντο!, χρόνιο όφϊί · άμγί δε Νύμφαι
Ἑσπερίδεί -οίπνυον, ίφίμερον αείδουβαι.

In ιριο campo Ladon ad hesternam usque diem aurea custodiebat mala, in AZ*lantis regione, terrestris serpens, cui Nymphae Hesperides ministrabant, suavissime concinentes.* Sic I. G. Hassc, *Entdeckungen im Felde der iiltesten Erd- und Menschengeschichte,* seu *Inventa spectantia ad antiquissimam telluris et hominis historiam,* part. I. pag. 194.

6) Paris 1795. tom. IL pag. 125. ubi ait: »Si je ne me trompe, il y est fait allusion à la chute d'Adam et Heve. On y a représenté un aj£)re vert, à la droite duquel est un homme assis, tenant â la main droite quelque instrument, dont il semble vouloir se défendre contre une petite figure ovale couverte de caractères hiéroglyphiques, que lui présente une femme, qui est debout à la gauche de l'arbre, pendant que de l'autre main il accepte ce qui lui est présenté. Derrière l'homme paraît une figure debout, la tète couverte d'une mitre, et qui lui tend la main.·| ïïinc non defuit, qui mosaicam de origine mali narrationem e monumento figuris hieroglyphicis inscripto haustum existimaverit, ut Georg. Rosenmüller in *Commentât. Repertorio eichhorniuno lit. bibl. et orient,* part. V. pag. 158 el seqq. inserta; sic G. Fr. Hezel, *Lieber die Ouellen dei' mosaischen Urgeschichte,* id est, *De fon-*

Danns, qni Aegyptum invisit anno 1737. Demum, ne alios singillatim populos annumeremus, rem conficimus testimonio et confessione ipsius ipcre> duli, nec propterea suspecti, qui sic generatim scribit: *Casus hominis est fundamentum theologiae omnium pene antiquorum populorum.* 7

382. **Alteram propositionis partem,** quae ad jus spectat, seu ad gravitatem peccari primorum parentum, apertissime scriptura testatur. Eccli. enim X. 14, 15. dicitur: *Initium superbiae hominis apostatare a Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus.* Ex quibus patet primos parentes peccasse superbia, quod clarius colligitur ex promissis a serpente Evae factis: *Eritis sicut dii:* peccasse insuper inobedientia recedendo a Deo pariter confirmatur tum ex verbis Gen. IП: *Quia audisti vocem uxoris tuae* etc. tum ex apostolo (Rom. V.), qui peccatum Adae vocat *inobedientiam,* et ex frequenti antithesi, quam ipse instituit inter Adae inobedientiam et obedientiam Christi, ut Rom. V. 19. et alibi: peccasse, mulierem saltem, infidelitate, quia credidit potius diabolo dicenti: *Nequaquam moriemini,* quam Deo mortem comminanti; eos peccasse contemptu Dei et ingrati animi yiüo, per se patet. Quae certe omnia levia censeri non possunt. Crescit vero horum multiplicium peccatorum gravitas tum ex facilitate .praeceRti, tum ex adnexa poenae comrninatinmu de quibus disserit s. Augustinus. 8 Hinc est quod apostolus loc. cit. passim vocet peccatum Adae *praevaricationem atque delictum.* Confirmatur denique peccati protoparentum gravitas ex illinc profluentibus poenis, de quibus fusius agit Bellarminus. 9

383. Satis superque igitur constat, tum prj^ios parentes mandatum sibi a Deo datum transgressos esse, tum ejus transgressione eos graviter peccasse.

tibus mosaicae primigeniae historiae, Lemgo 1780. pag. 61 el seqq. et Gamg. in lib. *Nysa . oiler philosophisch.historische Abhandl. Eleutheropolis,* 1790. Quorum sententias collegit el exposuit Gabler in *Prolegomenis Archaeol. eichhornianae.* part. II. vol. I. pag. 288 et seqq. Vid. Car. Rosenmuller *Scholia in Gen.* III. Quidquid porro dicat de ejusmodi sententia, quam non probamus, ex ea tamen colligitur pervulgatum apud gentes antiquitus lapsum protoparentum, ac veram historiam, non autem aut mylhum aut visionem nobis a Moyse referri. Nonnulli tamen ex recentioribus archaeologis aliter exponunt ejusmodi hieroglyphicam figuram. His addi debent, quae de antiqua sinensium traditione characteribus historicis leguntur apud Windischmann op. cit *Phil, in progressu historiae mundi,* vol. I. sect. 1. Bonnae 1827. pag·. 367, de imagine seu effigie mulieris inter duas arbores consistentis, in quarum altera signum *coeli* reperiiur, in altera vero signum *peccati* (apud grammaticos) *fructus incogniti.* quae aperte produnt *seductionem* uxoris illius, qui ab iisdem sinensibus ibid, vocatur *communis archiparens,* seu caput omnium hominum. Cf. etiam quae de eadem traditione lapsus angelorum et primorum parentum apud indos, ibid. pag. 6(4 — 619. referuntur.

7) Voltaire, *Philosophie de C histoire,* chap. 17.

s) Op. imperfecti cont. Julian, lib. III. num. 57, item num. 65. et alibi passim.

') De amiss, yrat. lib. III. cap. 11, et *De civ. Dei,* lib. XIV. c. 12.

DIFFICULTATES.

384. E Obj. 1. Nondum expositores inter sese conveniunt de sensu, quo tota illa mosnicae narrationis pars, cui doctrina de primi hominis lapsu innititur, accipienda sit; nihil certi proinde statui potest circa protoparentum peccatum. 2. Nec sane cujusmodi peccatum illud proprie fuerit, definiri potest: neque cur Deus, qui summe bonus est, istud tam severe ultus fuerit, quum omnia in mosaica narratione indicent, nonnisi de levissima culpa agi et brevissimi temporis. Ergo.

385. Resp. ad 1. *D.* Interpretes seu expositores liberiores ac protestantes, *C.* interpretes vere catholici, *N.* Quotquot enim vere catholici sunt, neque novam protestantium exegesim sectantur, sed Scripturam juxta ecclesiae et communem patrum sensum exponunt, hi unanimiter consentiunt, agnoscentes verum et grave peccatum in illa Adami transgressione. Si qui vero singulares opiniones sectantur circa modum, quo illud peccatum pateatum est, et sinceros prudentioris exegeseos fontes fastidiunt ac in absurda labuntur, ipsi viderint. Nos ex constanti judaeorum, Christianorum ac omnium pene gentium traditione, atque ex clarissimis utriusque foederis biblicis documentis ostendimus, de vera historia agi in mosaica narratione, et de diabolo sub veri serpentis larva latente, non autem aut de aliquo mytho, philosophemate, ut nonnulli biblici neoterici contendunt, aut de allegoria, visione aut somnio, ut nonnulli autumant [10]; alioquin de factis omnibus hac ratione reddi ratio facile posset.

386. Ad 2. *Neg.* Diximus enim ex apostolo, Adae peccatum esse peccatum inobedientiac, quod plura alia superius enumerata, comitata sunt.

387. Ex eodem apostolo didicimus, non levi, sed gravissima culpa protoparentes se commaculasse, quam *delictum* et *praevaricationem* nominat idem Paulus, quamque proinde s. Augustinus *ineffabiliter grande peccatum* vocat.[11] Quare justissime potuit Deus graviter in protoparentes animadvertere. Nec enim ex solo objecto culpae gravitas aut levitas dimetienda est, sed praeterea ex ejusdem peccati subjecto, intentione, fine, ac ceteris adjunctis omnibus, quae illud comitantur.

388. II. Obj. Si mosaicae narrationis cortici inhaerendum esset, non pauca occurrerent, quae vix aut ne vix quidem cum Dei sapientia et bonitate conciliari queant. 1. Quis enim in primis sibi persuadeat, Deum homini innocenti et justo ejusmodi praeceptum dedisse, quo rem indifferentem ac omnino innocuam vetaret? Praeterea 2. nonne Deus, qui hominem in iis

10) Ila Cajetanus, *Comm. in Gen.* in hunc loc. quem ex recentioribus secutus est Jahn.

11) Tum alibi tum in *EncKirid.* capp. 26 et 27.

rerum adjunctis collocavit, in quibus ipsum diu consistere nolle praeviderat, merito peccati auctor dici posset? Iniquum 3. demum videtur, Adamuin eadem cum Eva poena mulctatum, cum tamen ejusdem gravitatis crimine minime teneretur. Ergo.

339. **Resp.** Azo. *antec.* Ad 1. Dico juxta communem patrum sententiam, ideo Deum ejusmodi praeceptum Adae dedisse, tum ut ipse se ac Domino subjectum esse cognosceret, tum ut virtutum exercendarum causa, obedientiae praesertim, eidem suppeteret. 12

390. Ad 2. A' Deus enim libero arbitrio et gratia protoparentes munierat; si noluissent ipsi peccare, utique potuissent se a peccato continere. Cur vero Deus praevisum hunc lapsum permiserit, respondeo primo cum s. Augustino: *Altitudinem consilii ejus penetrare non possum, sed longe supra vires meas esse confiteor.* 13 Respondeo praeterea cum eodem s. Doctore: *Quia et de peccante multa bona facere poterat, ordinans eum secundum moderamen justitiae suae; et quia nihil oberat Deo peccatum ejus: et sive non peccaret, mors nulla esset, sive quia peccavit, alii mortales de ejus peccato corriguntur. Nihil enim sic revocat homines a peccato, quemadmodum imminentis mortis cogitatio.* 14 His addo eamdem expostulationem fieri posse adversus permissionem alterius cujuscumque peccati, et sic recidimus in quaestionem de permissione mali moralis, de qua consuli possunt, quae suo loco disseruimus. 15

391. Ad 3. Respondeo nostrum non esse judicium ferre, uter gravius peccaverit, Adam ne scilicet an uxor ejus, quum hoc soli cordium inspectori Deo reservatum sit. Hac de re consulantur, si placet, Bellarminus 16 et ceteri auctores, qui utriusque sententiae patrocinatorum momenta expenderunt.

w) Cf. Petav. *De opif.* lib. II. cap. 9. §. 6. Pulchre s. Joann. Chrys. *Hom.* XVI. in *Gen.* hac similitudine Dei cum primo homine agendi rationem exposuit, dum esum illius fructus ei interdixit: -Quemadmodum, *inquit,* munificus aliquis dominus aedes amplas et magnificas cuipiam fruendas concedens, non justum illarum pretium, sed exiguam ejus particulam vult accipere, ut et sibi dominii jus integrum servet, et usuarius iste certo sciat, non se aedis esse dominum, sed illius beneficio ac liberalitate utendum sese accepisse, sic Dominus noster, cum quidquid aspectabile est homini commisisset, eique tum in paradiso domicilium, tum ejus delicias ad fructum animi tribuisset, ne paulatim animo in transversum abreptus ista ipsa, quae oculis cernuntur, per se ac temere esse crederet, et supra dignitatis suae modulum de ipso sentiret, unius illi usum arboris interdixit.*

,3) *De Gen. ad lit.* lib. XL cap. 4.

M) Lib. *De Gen. cont. manich.* cap. xxvm.

**) *Tract. De Deo ejusq. attribui.* cap. 2. prop. 3.

,e) *De amiss. grat. et statu peccati,* lib. UL cap. 9.

CAPUT IV.

DE PECCATI ORIGINALIS PROPAGATIONE.

392. Tota Christiana religio duobus, ut ita dicam, cardinibus volvitur, peccati nempe originalis in omnes homines propagatione, et totius humani generis per Christum redemptione; magni propterea interest, hujus fidei dogmatis vindicias suscipere adversus acerrimos hostes tum veteres, tum recentiores, qui illud evertere conati sunt et conantur.

393. **Pelagiani** omnium primi originalis peccati existentiam et propagationem adorti sunt. **Socinian**i post obscuros nonnullos alios haereticos idem bellum adversus catholicam hanc veritatem instaurarunt. **Protestantes recentiores** fere omnes idem error invasit, adeo ut in nonnullis provinciis de hoc articulo etiam disputare in ipsorum scholis vetitum sit. [1] **Neoterici biblici** ac **rationalistae** ad unum omnes inter obsoletas doctrinas eumdem articulum rejiciunt. [2]

394. Priusquam veritatem fidei nostrae circa hunc articulum propugnemus, de more nonnulla praemittenda esse ducimus ad majorem dicendorum perspicuitatem.

395. I. Commisceri non debet dogma de *existentia* ac propagatione originalis noxae cum ejusdem propagationis *modo*. Illud enim ad fidem pertinet, istud non item; circa hunc enim propagationis modum discrepant catholicorum sententiae.

396. II. Rursum haec eadem de peccati originalis existentia controversia permisceri nequit cum quaestione de ejusdem peccati *natura* et *essentia,* circa quam saeculo XVI. novatores turpiter errarunt, dura originale peccatum vel in substantia aliqua, vel in ipsa concupiscentia, vel in aliquo actuali jugi peccato, quod ex fomite oritur, vel in actuali aliqua prava cupiditate consistere autumarunt. Haec enim aliaque ejusmodi non pauca quum jamdiu obsoleverint, non est cur in iis refellendis immoremur. Eadem de causa anti-

[1]) Cf. quae attulimus in tractatu *De vera relig.* part. II. prop. 1. pag. 159. net, 4. de decreto emisso ab ecclesia genevensi die 3. Maji 1817. quo prohibetur, ne quispiam in scholis agat de peccato originali.

[2]) Ita Clericus, *Hist. eccl.* ad annum 180. §§. 30 et 34. et alibi passim. Wetslenius, Frid. Ammon, uterque Rosenmüller, Georgius scilicet et Carolus etc.; quibus accessit De Potier, non indignus episcopi pistoriensis Scipionis Ricci laudator et historiographus eius, in opere cui iit.: *L'esprit de Véglise, ou considérations philosoph. et polit, sur l'hist, des Conciles et des Pontifes,* tom. II. pag. 151. De quo cf. cl. Mastrofini, *Rilievi su l'opera del sig. De Potter,* cap. 6. Roma 1826. Ibi repetit De Potter doctrinam de peccato originali ex reliquiis manichaeismi, a quibus s. Augustinus se penitus liberare non potuit, quum sese convertit, ac propterea *primus* introduxit ejusmodi dogma in ecclesiam.

qnatas nonnullorum theologorum opiniones circa ejusdem peccati naturam non attingimus, cujusmodi sunt qui peccatum originale constituerunt in morbida quadam animae qualitate^ vel^in ipsa Adami inobedientia) nobis imputata, de quibus consuli potest Bellarminus. 3 Si qui sunt ex recentioribus theologis, inter Germanos praesertim, qui obsoletas quasdam sententias instaurare adnisi sunt, opportuno loco eos perstringemus.

397. Melius agnosci non potest ecclesiae catholicae doctrina circa peccati originalis transfusionem et naturam, quam ex canonibus concilii tridentini sess. V. quos propterea hic ex ordine subjicimus, ut indidem corollaria nonnulla colligamus, quae viam pluribus difficultatibus praecidunt. Sunt autem Can. I: Si *quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Da in paradiso fuisset transgressus, Stalinesanctitatem et justitiam in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrissequd^per offensam praevaricationis; hujusmodi iram et indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, et aim morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam per illam praevaricationis offensam, secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisset anathema sit.*

398- Can. II: Si *quis Adae praevaricationem sibi soli, et non ejus propagini asserit nocuisse: et acceptam a Deo sanctitatem et justitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum mortem et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod est mors animae; anathema sit.*

399. Can. III: Si *quis hoc Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest unicuique proprium.... per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum ... Jesu Christi...; anathema sit.*

400. Can. IV: Si *quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiamsi fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati ...; anathema sit.*

401. Can. V: Si *quis per J. C. D. N. gratiam, quae in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat; aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet...; anathema sit.*

402. Ex bis igitur patet I. peccatum Adae quoad reatum culpae, quem actio mala relinquit in anima, donec deleatur, in omnes homines transfundi.

403- II. Hnnc reatum, in quo ratio seu, ut scholae loquuntur, *formalitas* peccati consistit, non aliud esse nisi *mortem animae* ex Adami actione personali profectam. Ideoque naturam seu essentiam rationemve peccati originalis, prout *actionem* dicit, esse ipsum peccatum Adae, quatenus caput

3) De *amiss. ffrat. el statu peccati,* lib. V. cap. 1 et seqq. usque ad cap. 17.

erat totius humanae naturae seu omnium hominum, quae quidem actio *physice* propria fuit solius Adae; prout autem *reatum* dicit, non esse nisi *privationem* (non simplicem *carentium* rei indebitae) gratiae sanctificantis et justitiae, *quae nobis inesse deberet* juxta ordinem a Deo constitutum; ex qua privatione fit, ut nos vere peccatores simus, filii irae, Dei inimici et habitualiter, saltem negative, a Deo aversi. 4

404. III. Patet, mortem, concupiscentiam, morbos, ad malum pronitatem etc. non esse nisi peccati originalis *effectus,* appendices seu poenas.

405. Quibus praemissis, duo a nobis praestanda sunt: debemus scilicet ostendere tum ex Scriptura tum ex traditione peccati originalis (ita dicti, quod a prima generis humani origine descendit) in omnes homines propagationem; deinde adversus incredulos, illosque qui eos sectantur, probare debemus nihil habere hanc propagationem, quod rectae rationi adversetur.

406. Quum vero de peccato agitur, dicam cum b. Augustino: de b. Virgine Maria *propter honorem Domini nullam prorsus habere volo quaestionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.* 5 In eamdem sententiam cone. trid. sees. V. declarat: Aon *esse suae intentionis comprehendere in decreto,* ubi de originali peccato agitur, *beatam et immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem.*

PROPOSITIO L

Peccatum originale, quod est mors animae, in omnes Adae posteros transfundi, sacrae litterae docent.

407. Cum ea quae minus clara sunt ab iis, quae sunt clariora, lucem mutuari debeant, ideo ex N. T. libris, in quibus longe apertius doctrina traditur transfusionis originariae culpae, probationes nostras desumimus, ut ex his ea, quae minus aperte in V. T. de eodem peccato leguntur, majorem vim accipiant, et luculentius determinetur sensus illorum textuum, qui ad rem praesentem faciunt.

408. Urgemus itaque apostoli verba, Rom. V. 12. ubi scribit: *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et*

4) Cf. s. Thomas I 2. quaest. 82. art. 3. ubi palam profitetur: *Sic ergo privatio originalisjustitiae, per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali.* Sed haec magis enucleabimus inferius in propositione 3.

*) Lib. *De natura et gratia,* cap. 36. Si quis plura cupiat de hoc argumento, praeter Bellarminum *{De amiss, gral. et statu peccati,* lib. IV. cap. 15.) et Petavium *{De incarnat,* lib. XIV. cap. 2.) consulat Ben. Piazza Soc. Jcs. *Causa immaculatae conceptionis Sanctissimae Matris Dei Mariae D. N.* vol. un. in 4. Panormi 1747. qui hanc quaestionem ex omni parte declaravit.

fill in onmes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. l Rursum v. *17: Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic ei per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae;* et v. 19: Sfarf *per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedilionem justi constituentur multi.* Quare sibi semper constans apostolus, I. Cor. XV. 22: *Sicut in Adam,* inquit, *omnes moriuntur, ita ct in Christo omnes vivificabuntur.* Demum, aliis praetermissis, IL Cor. V. 14: *Inus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ct pro omnibus mortuus est Christus.*

409. Quibus praemissis, sic ratiocinamur: I. Apostolus in adductis locis loquitur de quodam peccato, per quod omnes homines facti sunt peccatores, ac proinde morti obnoxii: *In quo omnes peccaverunt* etc. Atqui ejusmodi peccatum non potest esse actuale uniuscujusque voluntate patratum, cum etiam infantes sint morti obnoxii et saepe moriantur, antequam quidpiam boni vel mali propria voluntate patrare potuerint; ergo est peccatum originale.

410. П. Ut ex iisdem testimoniis patet, apostolus perpetuam antithesin instituit inter Adam et Christum, inter inobedientiam Adae et obedientiam Christi, ac proinde affirmat, nos constitui peccatores per Adam, justos per Christum; atqui nos vere et proprie in Christo et per Christum justi efficimur; ergo vere et proprie in Adam et per Adam efficimur peccatores.

411. IU. Juxta apostolum non solum nos vivificabimur per Christum quoad corpus per futuram resurrectionem, sed etiam nunc vivificamur per justificationem quoad animam; ergo non solum quoad corpus in Adam et per Adam mortui sumus, sed etiam quoad animam per peccatum; atqui hoc peccatum ex dictis non potest esse actuale; ergo originale est.

412. Haec autem non tantum confirmantur ex repetitis illis vocibus: *In quo omnes peccaverunt: in Adam omnes moriuntur: in omnes homines in condemnationem;* sed praeterea ex mente apostoli, qui ostendere nititur per argumentum, ut vocant, ad hominem adversus judaeos, qui admittebant omnium hominum condemnationem ob unius Adae peccatum, omnes homines justificari ob unius merita Christi, ut fatentur Michaelis 2, Rosen-

*) Versu 12: *Λιά τούτο wcttp* St' *tvài ἀν$·ρώ~ου ἡ αμαρτία tli τον κόσμον ίιίήλSâ' και δια τηι αμαρτία, ὁ θάνατοι· καί* οὕτωί «‹ί *πάνται* ανθρώπου? *ὁ θάνατοι διήλSev, ίι/* ‹› παντκ *ἡμαρτον.*

’) J. D. Michaelis, *Introd. au Nouveau Test.* IV. *édit, traduite sur la troisième édit, avec une partie des notes de* C *évêque de Petersboury, Londres* 1819, *et des notes nouvelles de J. J. Chenevière, pasteur et prof, en théoloij. à Genève* 1822. sect. 6. docet, judaeos et gentiles fuisse destinatos ad immortalitatem et vitam per communem parentem Adamum, quem ipsi ut prototypum minime delegerant; quod si Deus voluit restituere immortalitatem per novum alterum caput foederis spiritualis, id est, Christum, aequum erat ut judaei et gentiles inter sese eos fructus dividerent, quos novus hic generis humani prototypus *(re-*

millier 3, Chr. Fr. Ammon \ qui ostendunt, judaeorum fuisse opinionem, peccatum Adami causam extitisse omnis moralis corruptionis omniumqne calamitatum. Porro ex apostolo justificantur in Christo etiam infantes; ergo etiam infantes peccato obnoxii nascuntur.

413. Atque huc referuntur tum verba Job. XIV. 4, 5: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* Seu prout in hebraica veritate leguntur: *Quis dabit mundum ab immundo? Non unus, etiamsi breves dies ejus.*3 Et juxta versionem alexandrinam: *Nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram.* 6 Tum illa David Psal. L. (LI. see. hebr.) 7: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Multo etiam clarius in hebraico textu dicitur: *Ecce in iniquitate genitus sum, et in peccatis peperit me mater mea.* 7 Quae cum dicta fuerint juxta receptam persuasionem de peccato Adami tamquam causa omnium hominum condemnationis, ex confessione adversariorum nostrorum patet, non alium sensum subesse posse his textibus, nisi infantes aliqua immunditia, labe ac peccato pollutos concipi ac nasci, seu quod idem

praesentans) allaturus erat. Ita hic auctor sensum capitis V. epistolae ad Rom. exponit.

3) *Schol. in N. T.* in cap. V. epist. ad Rom. versu 12. ubi haec scribit: ..Summa totius sequentis disputationis, satis obscurae, est haec: sicut omnes Adami posteri, non tantum judaei, sed etiam gentiles peccant et miseri fiunt, ita omnes, non tantum judaei, sed etiam gentiles per unum Christum consequi possunt remissionem peccatorum et felicitatem. Haec est doctrina a qua probe distinguenda est argumentandi ratio, qua Paulus utitur *(haec enim rationalises bibliçis incommoda est).* Disputat nempe cum judaeis ex concessis. Nam judaei erant in ea opinione, peccatum Adami fuisse causa omnis humanae corruptionis moralis omnisque miseriae.

4) Sic enim scribit Ammon, *Comm, de vestigiis theologiae judaicae in epist. Pauli ad Horn,* (in novis opusculis theologicis 8, pag. 63 et seqq. Goett. 1803.); qui praeterea per summam impietatem, quae tamen valde arridet Rosenmüllero, statuit pag. 74. Paulum, pharisaeorum allegorematibus et interpretamentis midraschicis initiatum, in sua ad Romanos epistola mullas attulisse doctrinas rabbinicas, quibus dogmata Christiana involveret, et sublimiora messianismi, cum allegorici tum moralis, placita animis judaeorum insinuaret. En, quo devenerint recentiores protestantes, et quid sentiant de sacrorum scriptorum inspiratione !

5J ΣΊΠ hWC 'IiΓiiO IF?" 'H

:i"O;› '«FnrrcK

6) *Τι γάρ καθαρό ϊβται από ρύπου ;* αλλ' ούδκ'ί, *Ιάν και μία ήμίρα ό βίο αυτόν ΙπΙ τη γη s·*

7) χϋΠ2·) v65ïπ ριρζ

; "ĘḲ Haec autem verba sic vertit Rosenmûller: ..En ego cum iniquitate genitus sum, et cum peccato (peccato inquinatum) fovit me mater mea.·· Ea deinde ita explanat: ..Haeret in natura tota mea jam inde ab ortu meo et innata mihi pravitas. Quibus verbis judicem ad misericordiam flectere studet, ignoscendique peccati sui, si ex aequitate et clementia judicare velit, nonnihil adesse causae asserit, quod infecta per originis vitium natura, non mirum est, si peccata alia proferat ac gcrminel. Immo dicit vates, se tunc etiam, cum a matre conciperetur, uleroque gestaretur, peccato fuisse infectum. Haec videntur ad speciem catholica, sed reipsa non exhibent nisi sensum Zwinglii.

est. Vetas Testamentum apprime cum Novo cohaerere circa doctrinam de peccati originalis propagatione; alioquin nulla ratione potuisset apostolus judaeos perstringere de universali justificationis causa per merita unius Christi, nisi pro certo sumpsisset ex judaeorum doctrina peccatum unius Adao causam fuisse, quare genus humanum universum unam eamdemquo condemnationem subierit.

414. I. Obj. 1. Apostolus in locis prolatis, speciatim vero Rom. V. vel loquitur de peccato actuali Adae, qui, cum primus peccaverit, omnium peccantium agmen ducit; unde peccatum coepit esse inter homines, qui cum labilis naturae sini, sicut et Adam fuit, eum imitantur8; vel 2. loquitur de peccato metonymice sumpto, seu de peccati poena et effectu, quia omnis infirmitatis humanae causa et origo, uti experientia constat, peccata sunt, et sic noxa in omnes homines diffunditur, quia omnes peccatores deprehenduntur. Quod confirmatur ex verbis *ἐφ ᾧ ex quo,* quibus utitur apostolus, quae juxta Erasmum et Clericum idem sonant ac *quatenus, quia, eo quod* omnes peccaverunt, seu peccare solent, ideoque et poenas luere, quod pariter ostenderunt Wetstenius, Varinus in hunc loc. et Jacobus Vernetus. 9 Ergo.

*) Ita veteres pelagiani, deinde Zxvinglius, demum Rosenmuller cum aliis neotericis biblieis. Sic inter ceteros loquitur Rosenmüller: «Nam sermo est de Adamo, qui primus peccavit, et respicitur ad cap. 1 et 2- ubi Paulas evicerat, judaeos et gentiles esse ὑ$›' *ααρτἴαν.* Ibi vero sermo est de peccatis actualibus. Peccatum ἰι› t o ρ κὁσμον *tifijXSi,* invasit genus humanum, id est, coepit esse inter homines. Similes formulae sunt: luxus invasit terram, provinciam aliquam; id est coepit esse in illa terra. Hanc *αμαρτίαν,* seu peccandi consuetudinem et licentiam introduelarn esse dicit, 5i' ὗ'ὁ» dvSpw.-rou, per unum hominem Adamum, qui primus peccavit et omnium peccantium agmen ducit. Adamus nempe fuit labilis (natura ita comparatus, ut cupiditas facile praeponderare posset), et revera lapsus est. Omnes ejus posteri sunt ejusdem naturae, infirmi, laborant imperfectione morali. Non mirum igitur, omnes variis modis peccasse, et adhuc peccare (Joann. III. 6.). Quomodo autem per Adamum peccatum invaserit genus humanum, an per neglectam educationem, vel mala exempla, hoc non explicatur ab apostolo.[*]

9) *Ἐγ' particula causalis,* inquit idem, *tantumdem valet ac διότι,* **quia,** *eo* **quod, quandoquidem,** *ut* II. *Cor.* V. 4, *Philipp.* IV. 10. *Multa loca collegit Wetstenius ad hunc loc. Thomas magister: Ἐφ' ὡ, ἀντι τον διότι. Earinus: Ἐφ' , Αντί του διότι λίγουϋιν αττικοί. Vulgata habet: in quo. Unde mirabiles ortae sunt disputationes, quasi mens apostoli fuisset: nos omnes in uno Adamo peccavisse, illiusque culpam nostram factam esse. Sed in latinitate minus eleganter in quo (neutrius generis) saepe sumitur pro eo* **quod, quia,** *unde ipsa vulgata versio, ἐφ' ᾧ, nunc reddit* **in quo,** *Philipp.* IV. 10. *Multa egregie de hoc loco monuit Jacobus Vernetus (in selectis opusc. Genev.* 1784, *pag.* 268 el seq.), *caute tamen legendus. "Ηαρτον* **peccare solent,** *ut in aliis plerisque locis hujus epistolue. Ceterum bene monuit Erasmus ad* v. 19. *non de* **infantibus,** *sed de* **adultis,** *ut in tota epistola, ita et hoc loco Paulum loqui.*

Ex his deprehendimus: 1°. Quot progressus ralionalismus inter protestantes fecerit; 2°· quam desciverint protestantes ho-

415. Reep, ad 1. *N.* Nam qui primue peccatorum agmen dncit inter angelos est diabolus seu satanas, inter homines est Eva; aliunde vero apostolus loquitur de eo peccato, per quod peccatores *constituti sunt* multi, sicut *constituuntur* justi multi in Christo, ideoque non per solam imitationem. Loquitur praeterea, ut ex dictis constat, de eo peccato, per quod et infantes mortui sunt ac debent vivificari in Christo; quare omnino non possunt intelligl apostoli verba de peccato imitationis.

416. Ad 2. A. Etenim si de peccato proprie dicto non loqueretur apostolus, sed solum de peccati poena et effectibus, plura absurde dicta reperirentur in apostoli verbis. Sic cum dicit: *Et per peccatum mors,* idem esset ac *per mortem mors;* et cum prosequitur ostendendo regnum mortis per regnum peccati, ostenderet regnum mortis per regnum mortis; qui sensus, quam sit absonus, nemo non videt. Sed ex illo capite haec expositio excluditur, quod apostolus semper comparet inter se condemnationem per Adam et justificationem per Christum; justificatio autem per Christum propria et intima est, ergo et condemnatio inducta per Adam.

417. Ad confirmationem autem petitam ex vocibus *étp' ώ, ex quo,* respondeo cum cl. Muratorio, qui sic Clericum perstringit: *Equidem expectabam ab homine critico aut veterum graecorum auctoritatem, aut rationes ex intima linguae graecae peritia petitas, quibus haec sua paulini loci interpretatio confirmaretur. Sed ille unum nobis obtrudit Erasmum, virum certe in graeco sermone minime hospitem, sed in quaestione de peccato originali plane pelagianum, quique nihil non molitus est, ut in alium sensum haec et superiora apostoli verba invita detorqueret. Erasmi studium hac in re infelicissimum alii castigarunt. Verum quis stilum Pauli vel leviter novit, qui non etiam didicerit similes sermonis structuras duras in speciem, et parum (uti delicatis videtur) elegantes apostolo esse familiares? Deinde Theophylactus, Oecumenius et alii procul dubio graecae linguae peritissimi èqf ὠ interpretantur in quo Adamo. Quamobrem nisi qui ab anticipatis judiciis turbidisque affectibus judicio uti prohibetur, nemo alius hoc in loco memorasset imperitiam graeci sermonis, eamque objecisset Augustino, verba ista cum graecorum ipsorum consensu, in quo interpretanti.* 10

dierni a suorum majorum (haeresiarcharum nempe, qui sacrorum instauratores sese praedicabant) institutis, qui, ut videbimus totum hominem etiam quoad essentialia per peccatum originale immutatum docuerunt; 3°. quantum vero hae distent interpretationes a Pauli mente et scopo, tum ex dictis tum ex dicendis patebit.

,0) Lamindii Pritanii, *f)e ingeniorum moderatione,* lib. ΠΙ. cap. 1. pag. 365. edit. Paris. 1716. Verum quoniam attulimus interpretationem, seu potius corruptionem sacrae Scripturae Rosenmûllcri aliorumque ejusdem farinae hominum graecizantium, qui verba *ly' ω* exponunt *ex quo,* et perfricta fronte omnem respuunt dubitationem, ac dicunt illud *in quo* esse generis neutrius, tum vocem *ήμαρτον* reddunt *peccare solent,* praestat scriptorum graecorum auctoritate istorum audaciam castigare. Oecu-

418. *Sed data* etiam illa Erasini, Clerici, Wetstenii aliorumque interpretatione seu versione, nihil contra nos erui posse sic rursum ostendit ibid. Mutatorius: *Fingamus,* ait, *apostolum dicere: Sic et in oin nes homines mors pertransiit, quia omnes peccaverunt, non hic de solis peccatis actualibus loqui Paulus potest... nam, cum dicat morti omnes homines esse obnoxios d reapse mori hac de causa, quod omnes pecearint, certunique sit, infantes nullius actualis peccati reos saepe de vita decedere, necesse est, ut aliquod peccatum sit vel in ipsis infantibus, cujus causa malum istud subeant.* Et sic etiam responsio patet ad ea, quae Erasmus addebat, apostolum nempe hic non loqui de infantibus, sed de solis adultis. Aperta enim vis infertur apostoli verbis, quibus testatur mortem regnasse etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae.

419. **I. Inst.** 1. De eodem peccato loquitur apostolus versu 12. ac de eo de quo loquitur versibus 13 et 14, ut patet ex particula causali *enim* in versu 13. Atqui in his versiculis loquitur de peccato actuali, ut ex contextu liquet, cum sermo sit de peccato, quod non imputabatur ex legis positivae defectu, et de iis, qui non peccaverunt adversus legem positivam, prout Adam peccaverat, sed tantum contra legem naturalem. Ergo. Et sane addunt, 2. id manifestum magis fit ex versibus seqq. Etenim in v. 15. dicitur, quod unius delicto *multi* mortui sunt; si *multi,* ergo non *omnes.* 3. Antithesis instituitur inter mortuos per Adam et justificatos per Christum; dicitur autem: *Donum in gratia unius hominis J. C. in plures abundavit;* et rursum v. 18. Atqui 4. non omnes justificantur in Christo; ergo non omnes damnantur in Adam.

420. **Resp.** Ad 1. *Trans, maj.* Diversae enim expositorum sententiae sunt; alii probabilius negant, contenduntque hoc ipso quod in v. 12- apostolus

menius itaque in hunc loc. illud: *'Ey ω ἡμαρτον,* sic exponit: *'Ey' w Ἀδαμ, η δἳ ονἈδαμ, ly'* φκαἰ *Ζυναααρτάνομιν.* Id est: *In quo Adam, cel per quem Adam... in ipso inquit Adam simul morimur, quia in ipso simul peccavimus.* Theophylactus item in enndem locum inquit: *Ti δἰ Ιοτι* τὸ *ly' ω xàrrtf ἡμαρτον; τουτἰὕτιν,* feri **Αδαμ πάντιτ ἡμαρτον.* Id est: *Quid autem est, in quo omnes peccaverunt? Hoc est, in Adamo omnes peccaverunt.* Eundem sensum agnoscit s. Joann. Chrysost. Ubi igitur occurrit *ly'* ω ncuirius generis? ubi illud ρμαρτον pro *peccare solent* ponitur? Si hoc sensu verbum istud accipiatur, nullum suppeteret in uberrima illa totius graecae linguae copia verbum, saltem in usu ecclesiastico, ad exprimendam peccati actionem. CL Gasp. Suiceri *Thesaurus ecclesiasticus,* e patribus graccis compilatus, ad hanc vocem. Quod si haec interpretandi ars non est prorsus arbitraria atque ad pervertendum Scripturarum sensum excogitata, quaenam illa sit, penitus me ignorare fateor. Hi enim profani homines eo nervos suos intendunt, non ut dogmata ad Scripturas, sed ut Scripturas, licet invitas, ad sua praeconcepta dogmata detorqueant. Ceterum ostendit card. Toletus in cap. V. epistolae ad Rora, annot. XV, praepositionem graecam feri aliquando accipi pro *lv,* ut Hebr. IX. 17; immo apud probatos auctores particulam cum dandi casu, causam significare. Ipsum adi. Cf. etiam Bellarm. *De amiss. grat.* etc. lib. IV. cap. 4; Bossuet, *Defense de la tradition des SS. Pères,* chap. 12 et seqq. contra Richardum Simonium.

loquitur de peccato originali, cum in v. 13. disserere de peccato actuali, prout orationis series et instituta ab apostolo argumentatio suadet. 11 Sed hoc omisso, *Dint. min.* Loquitur *etiam* de peccato actuali, C. tantum, *N.* Do utroque enim loquitur, turn de originali tum de actuali, seu potius de actualibus; loquitur enim de eo peccato, per quod mors regnavit in omnes, etiam in cos qui non peccaverunt adversus legem positivam : porro, ut ostendimus ex infantium morte, ejusmodi peccatum non potest esse actuale; ergo loquitur de peccato originali.

421. Ad 2. *D.* Id est *omnes* seu multitudo, *C.* multi tantum, *N.* Universaliter autem voces *multi, multos* etc. ab apostolo hic usurpari, non autem sensu restrictivo, ex ipso contextu evincitur; promiscue enim in adductis versiculis *multi, plures, omnes* dicuntur. Est autem hebraismus in dictione *οἱ πολλοί* cum articulo, denotans totam seu universam multitudinem. 12

422. Ad 3. *D.* Antithesis instituitur inter damnum nobis per Adae peccatum illatum, et beneficium nobis collatum ex Christi meritis, *C.* inter numerum et numerum, A'. Id enim evincunt ipsa apostoli verba v. 15: *Sed non sicut delictum ita et donum, si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis J. C. in plures abundavit.* Et versu seq. explicat, quonam sensu haec dixerit, addens : *Nam judicium quidem ex uno in condemnationem; gratia autem ex multis delictis in justificationem.* Ex quibus patet, apostolum extollere beneficium Christi in nos proveniens super malum, quod in nos provenit per Adam; ex Adam siquidem unum contraximus peccatum originis; per Christum vero non solum ab hoc peccato, sed et ab innumeris actualibus, quae deinde propria voluntate contraximus, liberamur. Hinc demum concludit v. 20: *Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia.*

423. Ad 4. *D.* Si non renascantur in Christo secundum spiritum, prout ex Adam secundum carnem nati sunt, *C.* secus, *N.* Antithesis enim hic instituitur inter duo capita, carnale et spirituale, ita ut, quemadmodum omnes, qui secundum carnem ex Adamo generantur, peccatores nascuntur, sic omnes qui secundum spiritum regenerantur in Christo, justi efficiantur, non imitatione, ut patet, sed regeneratione. 13

'*) Cf. Tolet. loc. cit.

n) En verba Rosenmülleri: *Οἱ πολλοί, cum articulo : Multitudo . totum gemis humanum. Est hebraismus in hac dictione; nam etiam* DO") *omnes denotat, et πολλοί redditur in Theodotionis versione Dan. .XII. 2.* Addendum praetereii est receptum esse apud ipsos profanos auctores, *omnes* dicere *multos,* cujus rei testem habemus Ciceronem ipsum, qui, *De republica,* lib. I. cap. 36. edit, ab emin. card. Aug·. Majo, Romae 1822. scripsit: N»-*quidem omnes multos appellari placet.* Cf. nota 4. cl. editoris in hunc locum.

13) Apposite hic observat Becanus S. J. *Manualis Controv.* lib. IV. cap. 1. n. 7. apostolum utrumque dixisse et *multos* et *omnes.* Qui sunt illi *multi?* Nempe omnes, qui ex Adamo nascuntur per seminalem ge-

424. Π. **Inst.** 1. Si apostolus locutus esset de peccato Adami ut causa mortis, non asseruisset mortem regnasse *usque ad Moysem etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae;* siquidem mors regnavit non solum usque ad legem, sed semper, ante legem, sub lege, ac post legem, ct post ipsum Christum. Verum et hoc. concesso, 2. quid vetat quominus dicamus, per Adae peccatum, quo ipse mortalis effectus est, in omnes ejus posteros mortem transiisse cum ceteris aerumnis, etsi non ad omnes transierit peccatum ipsius? 3. Hoc enim magis consentaneum est ipsius apostoli doctrinae, qui in eadem epistola cap. IV. 15. aperte docet: *Ubi non est lex, nec praevaricatio;* haec enim lex parvulis non adest, ideoque nec praevaricatio; et ibid. VII. 8: *Absque lege peccatum mortuum erat;* item IL Cor. V. 10: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum,* seu neminem condemnari nisi propter peccata personalia. Ergo.

425. **Resp.** Ad 1. A*. Alio enim tendebat apostoli scopus ; quippe volebat ostendero omnes peccatores esse, tum infantes tum adultos. Quod ut obtineat, argumentum ducit ex morte, quae est poena peccati; cum vero nulla lege positiva ante Moysem haec poena mortis delinquentibus statuta esset, ipse ex morte, quae ab Adam regnavit usque ad Moysem, colligit omnes obstrictos fuisse hac mortis poena ob peccatum Adae, quod in omnes ejus posteros pertransiit, licet plures ex his, nempe infantes, nullo se potuerint inquinare peccato actuali, prout Adam fecerat. Hinc patet necessariam ei minime fuisse loqui de temporibus subsequentibus legem mosaicam. 14

Ad 2. **Resp.** quominus id dicamus, vetare ipsum apostolum, qui non solum mortem sed et peccatum ipsum docet in omnes homines pertransiisse: *Jn quo omnes peccaverunt.* Hac hypothesi adversariorum semel admissa, corruit tota apostoli argumentandi ratio, ut ex nuper dictis patet. Etenim, cum peccatum originale non sit nisi justitiae originalis privatio, ut inferius etiam enucleatius exponemus, fieri omnino non potest, ut justitiam originalem Adam in posteros transmitteret, cujus prius per peccatum suum personale jacturam fecerat; dona vero gratuita, illi gratiae seu justitiae originali adnexa, pariter amissa per culpam Adae fuerant; hinc factum est, ut non potuerit filios gignere nisi utroque bono spoliatos. Id maxime ex eo patet,

neralionem, el similiter omncs, qui in Christo renascuntur per baptismum. Hi ergo multi sunt el omnes sunt. Non quidem simpliciter omnes (quia Eva et Christus non sunt constituti peccatores per Adamum, nec infideles constituti sunt justi per Christum), sed omnes, qui ex Adamo et Christo nascuntur, ex Adamo per seminalem generationem, ex Christo per spiritualem regenerationem. Eodem sensu dictum est, Gen. XVIL5: *Patrem mullarum gentium constitui te;* et cap. XXII. 18: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Ubi patet, eos, qui promittuntur Abrahamo filii, nunc dici *multos,* nunc *omnes,* quia omnes sunt in certo quodam genere, non tamen omnes respectu lotius humani generis.

H) CL ToleL loc. cit. annot. XIX.

quod scopus apostoli fuerit ostendere judaeis, quomodo ex justitia unius Christi ceteri justi fleri potuerint; quod evincit exemplo peccati Adae, quo omnes infecti sunt, argumento, ut vocant, ad hominem, adversariis ipsis nostris fatentibus.

427. Ad 3. A'. Etenim in primis id non evincit quod ex eodem apostolo affertur: *Ubi non est lex, nec praevaricatio;* siquidem de solis adultis ac de peccatis actualibus id affirmat Paulus.

428. Sed neque id probat, quod ex eodem adducitur Rom. VII. 8: *Absque lege peccatum mortuum erat:* id enim asserit de concupiscentia, quae per legem irritatur juxta illud: *Nitimur in vetitum cupimusque negata,* ut patet ex contextu; dixerat enim immediate ante objecta verba: *Occasione autem accepta, peccatum per mandatum (/peratum est in me omnem concupiscentiam,* id est, in omne malum me induxit.

429. Non denique id ostendit tertius textus: *Omnes nos* etc. Ibi enim, ut verba ipsa ostendunt, sermo est de peccatis personalibus sen actualibus, quae nonnisi ab adultis patrari possunt.

430. III. In st. 1. Apost. Rom. V. 12. dicit: *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit;* ergo per imitationem, si enim per generationem intrasset, non per unum hominem intrasset sed per duos. Quare 2. Ezech. XVIII. 20. legitur: *Anima, quae peccaverit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii.* Porro, si Adami peccatum transfunderetur, filii portarent iniquitatem patris. Ergo.

431· Resp. ad 1. *D. A.* Tamquam per causam primariam, *C.* tamquam per causam instrumentale!», *N.* Etenim solus Adam fuit caput totius humani generis, non Eva ejus conjux, quae sub viro fuit tamquam sub suo capite (I. Cor. XI. 3·), quaeque extitit tantum occasio peccati originalis. Adde hunc loquendi usum, cum de generatione sermo est, in Scripturis obtinere. Sic apostolus Hebr. XI. 12. *ab uno* Abraham ortus asserit omnes ejus posteros. 15

432. Ad 2. *D. M.* Filius non portabit iniquitatem patris, nisi sit ejusdem iniquitatis particeps, *C.* si sit particeps, vel imitatione per peccata actualia, vel generatione, ut in casu nostro, *N.* Prophetam autem loqui de peccatis actualibus, apertum est. Judaei enim in captivitatem babylonicam adducti querebantur, ob patrum suorum crimina se a Deo plecti. Quare invaluerat apud ipsos proverbium: *Patres manducaverunt uvam acerbam, et dentes (iliorum obstupescunt;* ad ipsorum propterea os obstruendum Deus eos monet, quod si ipsi destitissent imitari exempla ac crimina patrum suorum, minime laturi essent poenam peccatorum, quae patraverant ipsorum parentes, dicens: Quod *si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quae fecit, timue-*

IJ) Cf. Bellarminus, *De amiss, grat. et statu pecc.* lib. IV. cap. 8. n. 10.

nt. d non fecerit simile as .. . hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet... ct dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius judicium **et** *justitiam operatus est. omnia mandata mea custodivit. et fecit illa et vivet vita. Anima, quae peccaverit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris.* Perperam igitur ad rem praesentem haec afferuntur. 16

PROPOSITIO IL

Dari peccati originalis propagationem, perpetua et constans docet ecclesiae traditio.

433. Cum pelagiani s. Augustinum peccati originalis doctrinae primum auctorem praedicarent, non secus ac neoterici sociniani aut increduli homines faciunt1: respondebat s. Doctor iniquae expostulationi: *Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credidit antiquitus.* 2

434. I- Et sane veteris hujus germanaeque fidei catholicae testes sunt **antiquissimi ecclesiae patres,** qui ante exortam pelagianam haeresim scripserunt. Saeculo II. s. **Justinus** in *Dialogo cum Tryphone* docet, non ideo Christum voluisse baptizari et crucifigi, *quod his rebus indigeret, sed pro humano genere, quod ab Adamo in mortem et serpentis fraudem inciderat.* 3 **Tatianus,** *Orat, contra graecos: Non facti sumus,* inquit, *ut moreremur; sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas; servi facti sumus, qui liberi eramus: per peccatum venditi sumus.* 4 Quae propositio cum gene-

,s) Bellarm.loc.ciL n.2, nec non Becanus loc. cit Vid. etiam *Lettres de quelques Juifs à Mr. De Voltaire,* tom. I. lettre IL §. 10.

1) Superius nonnullos adduximus, queis nunc addimus Wegscheider, qui in suis *Institutionibus Theologiae christianae dogmaticae.* §.116, etsi fateatur Tertullianum primum vitium aliquod originis ct traducem peccati significasse, atque alios alia his similia in medio protulisse, *a manichaeismo,* ut profanus homo loquitur, «non valde aliena; Augustinus tamen, *ait ipse,* quoniam et ipse manichaeus, princeps extitit, qui subtiliorem syslematis'Jormulam de peccato originali contra Pelagium britannicum acriter defenderit, et per universam ecclesiam latinam propagant.- 182 et seqq. subdit: «Controversia ista pelagiana maximam habuit vim ad systema quoddam theologiae christianae occidentalis et effingendum el confirmandum." Sic Münscher, *Dogmengeschichte,* seu *Hist. dogm.*

') *De nupt. et concup.* lib. II. cap. 12.

s) *'ili Ivbtÿi τούτων ὑπίμιινιν,* αλλ' ὑπίρ *γίνονί τού των άνθρωπον, ό άχό τοϋ 'Λδάμ.* υπὸ *θάνατον και πλάνην την τού όγιω,· ίπιπτώκα,* η. 88. Hic autem observat doctiss. Maran: *Manifeste et peccatum haereditate acceptum et propria cujusque peccata distinguuntur* (subdit enim s. martyr immediate post citata verba: *Jlapà τήν ιδίαν αιτίαν* ἳκάστου *αύτών πονηρευβαμίνον, unoquoque sua culpa improbe agente). Omnes a serpente decepti sunt ; omnes in mortem et serpentis fraudem inciderunt; sed tamen propria quisque culpa improhe agit.*

**) Ούκ lyevôuiSa πρό{ rô απο$νήσ>αιν, άπο^νήακομιν δϊ δι' ίαυτού . Άπώλιβίν ήμά το αύτιί,ούδιον· δούλοι γιγόναμιν* οι

ralia sit ac spso extendat etiam ad parvnloa, qui nonnisi per peccatum originale propria culpa mori dici possunt, patet non de peccato personali, sed de originali loqui Tatianum. S. **Irenaeus,** *Adv. haeres.* lib. V. cap. XVI: *Deum,* inquit, *in primo Adam offendimus, non faciente» ejus praeceptum·, in secundo autem Adam reconciliati sumus; obedientes usque ad mortem facti.* 5 Saeculo III. et IV. **Tertullianus,** *De testim. animae,* cap. III. scribit: *Per cpiem* (diabolum) *homo a primordiis circumventus, ut praeceptum Dei exciderel, et propterva in mortem datus; exinde totum genus de suo semine infectum, suae etiam damnationis traducem fecit.* Nec minus aperte s. **Cyprianus** in epistola scripta non suo tantum, sed totius Carthaginiensis concilii nomine, quod sexaginta sex episcopis constabat, ex tota ferme Africa convocatis, catholicum dogma tradit, dum quorumdam rejicit sententiam, qui contendebant baptizandos infantes esse octavo a nativitate die, prout in veteri lege circumcidi solebant. Etenim: A *gratia,* inquit, *prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam camaliter natus contagium mortis antiquae prima nativitate contraxit:* subdit autem: *Uli remittuntur non propria, sed aliena peccata* 6, id est, non actualia, sed originale peccatum. Atque, ut omittam Athanasium, Hilarium, Ambrosium, Hieronymum, qui omnes unanimiter verba Psal. L: *Ecce enim* etc. exponunt do peccato originali, s. **Gregorius naz.** *Orat. V.* n. 5'- *Cum . . . omnes,* inquit, *ex eadem terra et massa coagmentati simus, eamdemque vitii arborem gustaverimus.* 7 Reliqua testimonia recolantur apud Bellarminum. 8

435. II. Testes praeterea hujus antiquae fidei sunt **ecclesiae definitiones** in diversis conciliis prolatae ab anno 412 ad 431. Per id enim temporis viginti quatuor concilia in causa pelagianorum celebrata sunt, inter quae celebriora fuere tria Carthaginiensia, diospolitanum in Palaestina et

Ιλίύ^ιροι, διά την αμαρτίαν Ιπρά^ηιαν. Post opera s. Justini, edit, niaurin. pag. 253.

5) *Έν μΐν γάρ τ‹»› πρώτιο Άδάμ προ - ικόψαμιν, μή ποιήσαντε* αυτού *την Ιντο*lij*'· *τν δΐ τ‹.7 δίυτίρίΑ Άδάμ άποκατηλάγημιν, υπήκοοι μίχρι θανάτου γενόυfνοτ.* Ubi notandum esi s. Irenaeum, ul eliam ex antecedentibus el consequentibus constat, instituere perpetuam antilhesim inter Adam, a quo ct in quo perditi sumus, et Christum, per quem redempti sumus. Concludit enim ibid.: Ουδέ *γαρ* άλλω *τιν! ήμιν οφιιλίται,* α'Αλ' *η Ικιίνω, ου και τήν Ιντολήν παρΐβημεν* απ' *αρχή* . Id est: *fteque enim alteri cuidam eramus debitores, sed illi, cujus et praeceptum transgressi fueramus ab initio.* Ex his liquet, quam impudenter rationalislae vel Augustino vel *occidentali* ecclesiae tribuant doctrinam de peccato originali ; siquidem Irenaeus fuerat institutus in ecclesia orientali, etsi postea factus fuerit episcopus lugdunensis.

6) *Epist.* LX1V. *ad Fidum,* in edit, autem maur. epist. LIX. Cf. quae de hoc ineluctabili s. Cypriani testimonio adversus Joann. Clericum habet cl. Muratorius, op. cit. lib. IU. cap. 2. pag. 375 et seqq.

7} *"Οτι . . . πάντα ήμεν Ικ* τού αυτού χοοί καί *φυράματο , καί* τού αυτού ζύλου *τή κακία γιγεϋμ&α.*

s) *De amiss. grat. et statu pecc.* lib. IV. cap. V. Cf. etiam De Rubeis, *Diss, de pecc. orig.* cap. 21 el seqq.

milevitanum, quorum decreta Innocentius I. solemnitor probavit; quod paritor praestitum est sequenti saeculo, praesertim in concilio arausicano II. anno 529. celebrato. 9

436. III. Ejusdem fidei testis est **universalis ecclesiae praxis,** qnae ab ipsa aetate apostolica obtinuit, baptizandi infantes in *remissionem peccatorum,* prout dicitur in symbolo nicaeno - constantinopolitano, quam numquam pelagiani inficiari ausi sunt; nec non ritus pariter antiquitus ubique receptus exorcismorum et insufflationum, quibus ab infantibus spiritus abigitur immundus, quem ritum pariter in ecclesia universalem fuisse pelagiani fatebantur. 10 Jam vero cur baptizarentur infantes in remissionem peccatorum, si nullo peccato adstricti essent? Cui bono abigeretur satanas, si ab ipso infantes nullo modo constringerentur?

437. IV. Denique doctrinae de peccati originalis transmissione testis est ipsa **praescriptio.** Vix enim exorta haeresis pelagiana est, dum eam omnes christiani orbis ecclesiae exhorruerunt atque damnaverunt. Quare Pelagius, ut in diospolitana synodo promeritam condemnationem declinaret, doctrinam suam, ut haereticis mos est, vocibus ambiguis obtegere diligenter sategit, ne agnosceretur. Quin immo, teste Hieronymo, *Dial. III.* pelagiani timuerunt, ne, si doctrinam suam palam proferrent, a plebe lapidarentur. 11 Hinc omnes sectae ante Pelagium ab ecclesia divulsae, ut novatiani, donatistae, sabelliani, ariani, apollinaristae etc. dogma de originali peccato velut laciniam catholicae lidci secum transtulerunt; pelagiani igitur doctrinam catholicam impugnarunt, ac proinde novatores fuerunt. Merito propterea Vincentius lirinensis in celebri suo *Commonitorio* hoc argumento pelagianos premebat: Quis *ante prodigiosum discipulum ejus* (Pelagii) *Coelestium reatu praevaricationis Adae omne genus humanum denegavit adstrictum ?* 12 Constat

') Cf. *Collect. Concit.* Harduini tom. I. ubi conciliorum referuntur acta, quae tum in orientali tum in occidentali ecclesia in hac causa per id temporis celebrata sunt: quibus addi debet concilium oecumenicum ephesinum, in quo doctrina pelagiam proscripta est, et canone IV. depositionis sententia lata est in clericos, qui *vel privatini vel publice quae sunt Neslorii et Coelestii sapere* ausi fuerint. Ibid. col. 1623.

,0) Quare merito sic Julianum urgebat s. Augustinus, *Cont. Julian.* lib, II. cap. 2: •Id tu commemorare timuisti, tamquam ipse a toto orbe exsufflandus esses, si huic insufflationi, qua princeps mundi a parvulis ejicitur foras, contradicere voluisses.**

‘‘) Etenim n. 17. Crilobolus, qui pelagianorum partes sustinet, ita loquitur: nCogis me, ut ad invidiosum illud veniam, et dicam tibi? Quid enim peccaverunt *(infantes)!* Ut statim in me populorum lapides conjicias, et quem viribus non potes, voluntate interficias.· Cui bene respondit ibidem catholicus: .Ille haereticum interficit, qui esse haereticum patitur. Ceterum nostra correptio vivificatio est, ut haeresi moriens, vivas catholicae fidei.·* Coi. 788. tom. IL opp. edit. Vallars.

n) Gap. 34.

ergo ex universali et constanti ecclesiae traditione, dari peccati originalis propagationem. 13

DIFFICULTATES.

438. I. Obj. S. Joannes Chrysostomus non solum peccatum originale non agnovit, sed ipsum penitus rejecit. Etenim *Hom. X. in epist. ad Romanos,* exponens apostoli verba: *In quo omnes peccaverunt,* 1. infert quidem ex iis mortem ad posteros Adae transiisse, non vero culpam; sic enim loquitur: *Illo lapso ii etiam, qui de ligno non comederant, effecti sunt ex illo omnes mortales,* non peccatores. 2. Absurdum plane existimat, Adamo peccante, ejus posteros factos esse peccatores; non item vero factos esse mortales: *Quod enim,* prosequitur, *illo peccante et mortali facto, qui ex illo orti sunt, tales efficiantur, id a verisimili non abhorretj quod autem ex inobedientia unius alter peccator flat, id quam consequentiam habuerit?* 3. Exponens vero, quo sensu apostolus dicat: *Per inobedientiam ttnius hominis peccatores constituti sunt multi,* pergit: *Quid igitur hic significat illud peccatores? Mihi quidem videtur supplicio obnoxios et ad mortem damnatos. Quod igitur Adam mortuo omnes simul mortales effecti, id clare et pluribus ostendit apostolus.* Erg°-

439. Resp. *N.* A. Aperte enim s. Joann. Chrysostomus non'uno'tn loco catholicam doctrinam de peccati originalis propagatione tradit, ut ostendit s. Augustinus, qui ejus affert testimonium ex epistola ad Olympiadem, ubi haec habet s. Doctor: *Cum Adamus grave illud peccatum admisisset, atque commune hominum genus condemnasset, labore tum mulctatus est.* 14 Similia habet in *Horn, ad Neophytos,* in qua haec legebantur, (postea enim deperdita est) : *Venit semel Christus, invenit nostrum chirographum paternum, quod scripsit Adam·, ille initium induxit debiti, nos foenus auximus posteribus peccatis* 15; in quae verba scite observat s. Augustinus, a s. Joann. Chrysostomo distingui paternum chirographum, quod haereditate contraximus, ideoque et *nostrum* vocavit, ab illis debitis, quorum per peccata nostra actualia foenus accrevit. Immo s. Doctor non obscure in hac ipsa nobis objecta *Hom. X.* doctrinam de peccato originali tradit, dum asserit, peccatum illud, de quo apostolus loquitur, quodque dominatum est in mundo ante legem, non fuisse legis transgressionem, *sed illud Adami peccatum inobedientiae*

”) Cf. Ger. Vossius, *Hist. Pelag.* lib. II. part. I. thes. 6. ubi testimonia patrum in hanc rem perquam diligenter collegit.

H) Quae verba leguntur epist. III. n. 3. edit. maur. *“Οτι γάρ ήμαρτεν ό Άδάμ την αμαρτίαν Ικείνην τήν χαλεπήν,* καί *τό κοινόν απάντων ανθρώπων κατεδίκαΰε γένο ,* rori κατίδ«κά<?ίτο.

li) Cujus graecum textum nobis conservavit s. August. *Contra Julian,* lib. I. n. 26 : *Έρχεται άπαζ ό Χριστό , εύρεν ημών χειρόγραφον πατρώον, ότι ίγραφεν* ό *Έκείνο τήν αρχήν ει ήγαγεν του χρεϊου , ήμεί τον δανεισμόν ηνζ,ήσαμεν ταΐ μεταγενεστέραι άμαρτίαι .*

ipsummet fuisse quod omnia perdidit. 16 Ibidem praeterea antithesin perpetuo urget et comparationem inter Adam et Christum: quemadmodum per Christum orbis salutem adeptus est, ita, *uno inobediente Adam, orbis condemnatus est.* Prosequitur insuper: *Cum tibi judaeus dixerit, quo pacto, uno recte agente Christo, universus orbis salvus factus est? possis illi respondere: quo pacto, uno non obediente Adam, universus orbis condemnatus est?*17 Alia praetereo, quae catholicam hujus s. patris mentem circa hunc articulum luculenter ostendunt. Si quae vero in ejus scriptis occurrunt, ut in scriptis nonnullorum aliorum patrum, quae duriuscula videantur, rationem suppeditat s. Augustinus, dicens: *Quia disputans in catholica ecclesia non se aliter intelligi arbitrabatur; et vobis* (pelagianis) *nondum litigantibus, securius loquebatur.* 18 Nondum scilicet discussa atque enucleata catholica doctrina, cujus germina seu principia, ut ita loquar, tenebant patres, non adeo accuratis vocibus seu verbis eam exponebant, ut factum ab iis est, qui post exortas circa quemlibet articulum haereses scripserunt.

440. Ait prob. *D.* Peccatores, id est, labe personali infecti, *C.* qui non essent peccatores simpliciter, seu qui non essent originali noxa inquinati, xV. Alioquin non vocasset mortem *poenam, supplicium, damnationem,* quae voces cum relationem dicant ad culpam, hanc necessario supponunt, idque praesertim ex principio a s. Doctore posito n. 2. ubi ait: *Poenas neminem debere, nisi ex se peccator fuerit.* 19

441. Ad 2. Eadem esto distinctio, ut patet ex scopo et contextu.

442. Ad 3. *D.* Cum exclusione reatus actualis peccati, *C.* cum exclusione reatus culpae originariae, *N.* Alias non eos dixisset *supplicio obnoxios* et *ad mortem damnatos,* quae reatum supponunt, ut vera sint: alioquin censuisset s. pater innocentes supplicio affectos, quod esset injustitiam Deo tribuere, ut definivit synodus arausicana II. can. II. Ubi non est omittendum, s. Joann. Chrysostomum minus clare exposuisse *peccatum generatione contractum,* ex eoque illatam *mortem animae,* ut fideles, quos erudiebat, procul arceret ab erroribus traditis a manichaeis, et a massalianis disseminatis. Peccatorum actualium principium natura sua malum adserebant manichaei. Catholica doctrina de peccato originali abutebantur massaliani. 20 Ab his mam Adae ob peccatum mortuam esse, et diabolum in cor ejus ingredi, qui peccat. Haec eadem haeretico sensu massaliani tradebant Duas quippe in quolibet homine animas ponebant *communem* unam, *coelestem* alteram, qua per peccatum exclusa, mortuus homo censeretur. Aiebant diabolum cum homine peccatore οὐσιοὁὠi, *substantialiter* conjungi, nec ulla baptismi alteriusve sacramenti virtute abigi, nisi per

ιβ) 'ΑΧ\' ΙκιΙιη) ἡ τηί τοὐ *Ἀδάμ* παραχορς, *αυτή ἡν ἡ πάντα λνμαινομίνη.* N. 1. tom. IX. pag. 520.

Π) 77ὠi. ἰνὸi παρακούσαντοί τοὐ *Ἀδαμ,* ρ ο/κουμίκρ xawpiSp; Ibid.

,s) Contra Julian· lib. I. n. 22. in fine.

l9) ΜηδΙ δίκρν *ὀφιίλων* ὁ τοιούτοί, iîya μρ otKoStF *γίγονιν αμαρτωλοί·*

ἰ0) Docebat enim et docet ecclesia, ani-

erroribus ut sibi caveret Chrysostomus, eosdemque procul arceret a fidelium mentibus, ita verba sua temperavit in quaestione de peccato originali, ut minus accurate de peccati traduce egisse videatur, ut observat Le Quien 2i, ita ut primi peccati appendices et effectus longe lateque describeret, de ipsa causa et radice parcius ageret; tot quidem nocumenta, quae patimur, in ipsum Adae peccatum refert, traducem ejus aperte non declarat. 22

443. I. **Inst.** In eadem homilia haec addit s. Joann. Chrysostomus: Aon *solum nihil nocumenti accepimus a morte hujusmodi et condemnatione, si sapuerimus, sed mortales effecti lucrum etiam fecimus.* Atqui haec falsa essent, si originalem maculam contraheremus. Ergo.

444. **Resp.** *Dist. maj.* Vertendo per gratiam Christi malum in bonum, C. quasi nullam noxam contraxerimus, *N.* Hoc eodem sensu canit ecclesia: *0 fdix culpa, quae talem ac tantum meruit habere Redemptorem;* confirmatque s. pater exemplo martyrum, apostolorum et patriarcharum.

445. II. **Inst.** 1. Idem Sanctus, *Horn, ad Neophytos,* decem effectus enumerans baptismi, ne verbum quidem habet de culpae originalis emundatione, quae tamen in hypothesi de peccato originali primus esset baptismi effectus; immo 2. infantes a peccato immunes appellat, dicens: *Hac de causa etiam infantes baptizamus, cum non sint coinquinati peccato, ut eis addatur sanctitas, justitia, adoptio, haereditas, fraternitas Christi, ut ejus membra sint.* Ergo.

446. **Resp.** ad 1. *D.* Quia aliud exposcebat propositus ipsi scopus, *C.* quasi eam emundationem non agnosceret, A7. Scopus porro s. Doctoris erat ostendere baptismi effectum non in sola peccatorum remissione consistere, ut aliqui sibi persuaserant; hinc alios praeterea effectus ipse recenset, ut eos ab hac persuasione abduceret. Prae oculis habenda praeterea est animadversio, quam nuper apposuimus circa peculiarem oeconomiam, quam observationem. Cf. De Rubeis, *Diss, de pecc. orig.* cap. 12. §. 4, et cap. 26. §. 1.

21) S. Joann, damage. *De fide orthodoxa,* lib. II. cap. 30. not. ult. ubi inter cetera describit s. Joann. Chrysostomi verba ex *Hom. in Psal. L.* ad ilia verba: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,* ubi ait: «Iniquitatem illam profert *David,* quam primi parentes per summum nefas admiserunt. eamque factam esse dicit horum effluviorum scaturiginem. Nisi enim illi peccassenl, morte non essent multati; dempta morte, corruptelam evasissent; incorruptionis socia foret immunitas a perturbationibus; nullus superesset peccato locus. Ex quo autem peccavere, corruptioni addicti sunt; corruptibiles facti, consimiles filios procrearunt, in quos subinde timores, cupiditates, libidines derivantur.« Attamen maurini editores hanc homiliam inter spurias rejiciunt; desumpta autem sunt adducta verba ex *Commentario* Theodoreti, in hunc cumdem psalmum. Ceterum Joannis Chrysoslomi mentein circa peccati originalis propagationem bene assecuti sunt Theophylactus et Oecumenius, qui eum ut ducem sequuntur in *Commentariis* suis. Cf. horum *Commentarii* in cap. V. Epistolae ad Romanos.

”) Ita ratio dignoscitur, quae in nonnullis aliis patribus graecis obtinet, Theodoreto praesertim, de quo postea.

vare debuit agendo de hoc peccato originis, ob ingruentes tunc haereses manichaeorum et massalianorum.

447. Ad 2- A'. Nec enim s. pater dixit, infantes non esse coinquinatos *peccato,* prout verba s. Joann. Chrysostomi verterat Julianus. Ut enim ostendit s. Augustinus, qui prae oculis deperditam illam homiliam habebat, s. Doctor ita scripserat: *Praeterea etiam infantes baptizamus, quamvis peccata non habentes, Intellige propria* (sive actualia), concludebat s. Augustinus, *et nulla contentio est.*[23] Quo eodem sensu etiam s. Cyprianus, *Epist. LXIX. ad Fidum,* infantibus dicit remitti *non propria, sed aliena peccata.*

448. Ad verba immediate sequentia: *Ut eis addatur sanctitas* etc. Resp. praeter remissionem originalis noxae juxta dicta, non autem quod sanctitas sanctitati adjiciatur, quod esset aperte nimis contra ejus mentem.

449. III. In st. Idem Sanctus, verba apostoli exponens I. Cor. XV. 22: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur,* haec habet, *Horn. XXXIX.* n. 3: *Quid igitur, dic mihi, num omnes in Adam peccati morte mortui sunt? Qui ergo Xoe vir justus saeculo suo fuit? Qui Abraham, qui Job, qui multi denique alii? Quid vero, dic rogo, omnesne vivificabuntur in Christo? Et ubi sunt, qui abducuntur in gehennam? Ergo de corpore si dictum accipiamus, oratio constabit, si de peccato et justitia, minime.* Quare sibi semper constans *Hom. XVII.* in eamdem epistolam, enumeratis bonis per Adae peccatum amissis, prosequitur: *Quid ergo, inquies, faciam ego? Propter illum ne* (Adam) *peream? Non sane propter illum. Neque enim tu sine peccato mansisti; sed si non idipsum peccatum, aliud utique admisisti.* Ac demum, *Hom. IV. in epistolam ad Ephesios,* circa finem: *Corruptibile,* inquit, *est corpus nostrum, sed anima incorruptibilis. Ne itaque ipsam corrumpamus. Hoc fecit prius peccatum. Quod est autem post lavacrum, potest etiam animam corrumpere.* Ex his igitur patet juxta s. Joann. Chrysostomum: 1. Non omnes extitisse peccatores in Adam; sed plures justos semper extitisse. 2. Neminem perire ob peccatum Adam: sed quotquot pereunt, perire ob peccata personalia. 3. Solum corpus corruptibile per Adae peccatum evasisse, non autem animam, quam sola peccata actualia corruptibilem efficiunt.

450. Resp. ad 1. D. Peccato actuali, *C.* originali, *N.* Liquet enim primum textum esse de justitia et peccato actuali. Agit praeterea hic s. Doctor adversus manichaeos, qui negabant resurrectionem mortuorum, exponebantque apostoli verba de *resurrectione peccatorum actualium,* et de iis perimendis ac vitandis. Quamobrem eos perstringit hoc fere argumento: per resurrectionem

[23]) Ipsa graeca verba s. Joannis pariter posait, quae haec sunt: *Διά* τοὺτο χαΖ τὰ παιδια *βα,ττίζομιν. καϊτοι ἀuctpzijuara* οὐκ *ἰχοντα. Contra Julian,* lib. I. η. 22. Cf. ibi seqq. ubi non pauca in medium profert ejusdem testimonia.

mortuorum manichaei intelligunt aut liberationem a peccatis lethalibus, aut a peccatis levibus. Si de liberatione a peccatis letbalibus intelligent, cum Noe, Abraham et Job aliique sanctissimi viri iis minime se polluerint, minime resurrexissent; adeoque, quod consequens est, resurrectio non esset generalis, ut eam affirmat apostolus; si vero contendant manichaei, resurrectionem hanc nihil aliud esse praeter liberationem a peccatis venialibus, cum in hac vita nemo liber sit a peccato veniali, jam nulla foret resurrectio. In hac propterea quaestione adversus manichaeos nullus erat locus tradendae catholicae fidei de peccato originali. 2*

451. Ad 2. *D.* Si Adae peccatum per lavacrum deletum sit, *C.* si non sit deletum, *N.* Loquitur porro s. Doctor de baptizatis, ut ostendit contextus.

452. Ad 3. *D.* Licet peccatum deletum sit, quo quidem corpus differt ab anima, quae denuo post baptismum corrumpi nequit, seu inquinari, nisi per actualia peccata, *C.* quasi anima corrupta non fuerit ante baptismum, *N.* Ex his patet, commode ad catholici sensus normam exponi posse, quae asperius interdum scripsisse in hoc argumentum videtur s. Doctor, nec necesse esse ut affirmetur cum nonnullis minus cautis theologis s. Joannem Chrysostomnm nondum exorta hac controversia errasse; cum praesertim ex iis, quae superius allata sunt, constet, ipsum communem cum ceteris omnibus tenuisse doctrinam. Quibus coronidis gratia hoc ejusdem s. patris effatum addimus, ex *Hom. XL. in I. ad Cor.* η. 2: *Solus Deus hoc facit, quod quidem operatur in lavacro regenerationis. Ipsam animam* Deus *tangit gratia, et illinc peccatum evellit radicitus* 25, ejus nempe qui baptizatus est. 26 Quam longe abfuerit s. pater a dogmate Pelagii, ostendunt, quae de eodem scribit ad Olympiadem: *De Pelagio monacho magno dolore affectus sum*27, quod nempe *in fraudem abripi* et *impelli* eum viderit, ut ibidem addit. Attamen vix tunc temporis prava dogmata sua Pelagius disseminare coeperat.

453. Π. Obj. 1. Clemens alex, ait: *Dicant ergo nobis, ubi fornicatus est infans natus, vel quomodo sub Adae cecidit execrationem, qui nihil est operatus?*23 2. Origenes passim docet: *Non omnes homines, sed multos unius delicto peccatores fuisse effectos.* 3. Tertullianus vero: *Quid festinat innocens*

a') Conf. De Rubeis, Diss. cit. cap. 25.

“) Θεοί μονοί τοὐτο *ποιεί, ο δε και ίν* τω Λουτρφ *τηί παλιγγενεσία} έργάΖεται· αντήί γάρ απτεται τη}* 9 *X^P]*.. κ?* *κειΖεν πρόρριΖον αναΟπά την αμαρτίαν.*

îej Cf. De Rubeis, diss. cit. cap. 25. §. 2. ubi s. Joann. Chrysostomum accurate vindicat. Cf. eliam Bellarminus, *De amiss, grat.* lib. IV. cap. 9.

’7) *Epist.* IV. *ad Olympiadem,* in fine: *Σ'φόδρα ήλγησα υπέρ Πελάγιου* τού *μονάΖοντοί.* Exarata autem est haec epistola circa anuum 407.

2S) *Λεγέτωσαν ήμϊν,* πού *έπόρνευσεν* το *γεννη^-έν παιδίον, η πώ* ύπο *την* τού *Άδάμ ΰπέπτωκεν àρàν* το *μηδέν ένεργήσαν; Strom.* lib. III. η. 16. tom. I. pag; 556 et scq. edit. Potteri, Vcnet. 1757.

artas ad remissionem peccatorum ? 29 4. Cyrillus hierosolymitanus: *Hoc quoque addisce, quod, priusquam anima in hunc mundum veniret, nihil peccaverit; sed cum absque peccato venerimus, nunc ex libera voluntate peccamus.30* 5. Theodoretus inter cetera haec habet: Aon *enim prupter primi parentis peccatum, sed propter suum unusquisque mortis decretum suscipit. 31* Ergo communis est veterum patrum sententia, nullam nos ex Adamo maculam trahere.

454. Resp. ad 1. *D.* In sensu haereticorum basilidianorum et encratitarum, quos hic impugnat, *Tr.* ut excludat peccatum originale, *N.* Transmisimus porro primam partem, quia non satis constat ex contextu, utrum allata verba ex ore adversariorum proferat Clemens, an ex suo. Sed et hoc praetermisso patet, hic Clementem non loqui de peccato originali, sed de sorde contracta ex generatione, quam malam vocabant illi haeretici, qui nuptias damnabant 32

455. Ad 2. *D.* Id est, peccati sectatores, *C.* peccatores simpliciter, A'. Nempe Origenes distinguebat inter eos qui peccant et peccatores; affirmat autem universos peccare, non omnes tomen esse peccatores, sed eos dumtaxat qui usum scilicet contraxerint ac consuetudinem peccandi. Ceterum Origenes se agnoscere omnes peccatores effectos ob culpam Adae, aperte ac saepe profitetur.33

456. Ad 3. *D.* Innocens, id est, nullo personali peccato inquinata, *C.* immunis a peccato originis, A. Alioquin minime baptismi necessitatem adeo inculcasset, ut clericis deficientibus in mortis discrimine a laicis ac feminis ipsis illum administrari posse contenderet. 34

“) De nupt. cap. 18. edit. Rigaltii.

30) JldvSavt δέ και τούτο, ότι .*τρίν παραγίνηται fif τύνδε* τόν κόσμον *ή y'evXÔ,* οὐδἵν *ημαρτιν'* ἀλ.λ' /λ3όντε< *αναμάρτητοι, vvv ίκ προαιρίϊϊωί άμαρτάνομιν.* Calech. IV. 19.

31) Ου *γάρ* διά *την* τοϋ προπάτοροί *αμαρτίαν,* αλλά διά *την olntiav ϊκαατο! δίχιται τοϋ θανάτου τον όρον. Comment, in epist. ad Rom. cap.* V. v. 12. tom. ILL opp. edit. Sirmondi.

M) Id patet ex verbis immediate sequentibus: Απολείπεται δε αὕτοκ, ὡ› ίοικεν. ακολοϋ9·ακ λίχειν *την γίνιβιν ιίναι κακήν.* Id est: *Restat ergo eis, ut videtur, consequenter malam esse generationem.* CI. hic nota editoris.

M) Cf. Huet. in *Origenianix.* lib. III. §. 24. Ex innumeris fere, quae adduci possent, Origenis testimoniis, in quibus peccati originalis propagationem palam profitetur, unum afferimus ex *Hom.* XIV. *in Luc.* ubi ..Parvuli baptizantur in remissionem peccatorum. Quorum peccatorum? vel quo tempore peccaverunt? aut quomodo potest ulla lavacri in parvulis ratio subsistere, nisi juxta illum sensum, de quo paulo ante diximus: Nullus mundus a sorde, nec si unius diei fuerit vita ejus super terram? Et quia per baptismi sacramentum nativitatis sordes deponuntur, propterea baptizantur et parvuli.· Cf. etiam *Hom.* VIII et XI. *in Lev.* et *Contra Cels.* lib. IV. pag. 191. edit. Spcnceri.

**) Ut in loc. cit *De baptismo,* circa finem cap. 17. ubi inter cetera scribit: ..Tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum urget circumstantia periclitantis. Quoniam reus est perditi hominis, si supersederit praestare, quod libere potuit. ' Ceterum *De*

457. Ad 4. *D.* Excluditur platonicum aut origenianum commentum de peccato electioni» ante ortum patrato, *C.* excluditur peccatum per Adam contractum, *N,* ut patet ex contextu. *Catechesi* autem *XIII.* n. 17. universum humanum genus peccato obstrictum dicit, et vocat *humanitatem peccatricem* [35]; peccatum praeterea dicit *maximum humani generis vulnus·,* aliaque plura habet, quae omnem de ejus inente suspicionem amovent.

458. Ad 5. *D.* Id est, non propter personale peccatum Adae, sed propter suum, quod nascendo ex Adam quisque contraxit, *C.* propter suurn actuale tantum, *N.* Hoc enim falsum esset in infantibus, ut patet. Recte siquidem Theodoretum de peccato originali sensisse aperte ostendunt, quae in *Epitome divinorum decretorum* cap. XI. scripsit: *Justitiae decretum, cum unus peccaret, universum genus humanum morti tradidit. Divina autem misericordia, cum omnes homines essent sub maledicto, et peccati laqueis essent implicati, per unius justitiam dedit omnibus salutem.* [36]

propositio m.

Dogma de propagatione peccati originalis nullo modo rectae rationi adversatur.

459. Veritas hujus propositionis non solum indirecte constat ex generali illo principio, per quod fieri omnino nequit, ut recta ratio aliquid doceat, quod divinae revelationi adversetur; sed constat praeterea directe, dummodo germana teneatur notio peccati originalis ex ecclesiae doctrina.

460. Quod ut pateat, juverit in mentem revocare quae attulimus ex concilio tridentino, quod palam docuit peccatum originale esse *mortem animae.* Porro mors non est nisi vitae privatio; cum autem vita animae sit gratia sanctificans, hinc facile fluit, mortem animae, ac proinde peccatum originale in sua formali ratione, ut ajunt, spectatum, consistere in privatione gratiae

cultu feminar. lib. I. cap. 1: »Ut non magis, *inquit,* in sordibus ageret et squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens Hevam lugentem et poenilentem, quo plenius id, quod de Hcva trahit (ignominiam dico primi delicti et invidiam perditionis humanae), omnis satisfactionis habitu expiaret... et Hevam te esse nescis? Vivit sententia Dei super sexum istum in hoc saeculo; vivat et reatus necesse est. Tu es diaboli janua, es arboris illius resignatrix etc." Alia testimonia habet Bellarminus loc. cit.

ω) *Ἡ ἀνϑρωπότηί αμαρτωλοί·* et *μέγιστον ἠν* το *τραύμα ... τα τηί ἀνϑ·ρω-ότητοί τραύματα.* Plura alia vide apud Tourtée, Dissert. 3. *De Doclr.* .v. *Cgrilli.* cap. 6, *De peccato originali,* Parisiis 1720.

3S) *Ὁ μίν γάρ τήί δικαιοσύνη! οροί, tvôf ἡμαρτηκότοί, απαν* το *τούτου γίνοί* τ(>~ 3αρατ·;> *παρίδωκεν'* ὁ *δί* Stib; *Dtos πάντων ανθρώπων ύπο την àρàν γιγίνημίνων, καί ταΐί τηί αμαρτία! πάγαΐί ίμπεπαρμίνων, δι' ΐνόί δικαιοσύνην πάσι τήν σωτηρίαν διδιϋρηται.* Pag. 280 et seq. tom. IV. opp. edit. Sirmondi, ubi plura vide.

sanctificantis seu justitiae originalis, quam Adam peccato suo actuali, dum sibi perdidit, perdidit etiam toti posteritati suae. [1]

461. Superius notavimus, aliud esse *carentiam* rei indebitae, aliud *privationtm* rei debitae. Si Adam divino munere non fuisset elevatus ad statum supernaturalem per gratiam sanctificantem seu justitiam originalem, neque praeterea illis donis gratuitis cumulatus fuisset, quae constituebant integritatem naturae, cujusmodi esse diximus scientiam, rectitudinem seu ordinationem partis inferioris ad superiorem, immortalitatem corporis, immunitatemque a doloribus; tam ipse quam ejus posteri sine ipsis fuissent, quin horum carentia habuisset rationem vel culpae vel poenae. Quum vero divinae bonitati placuerit elevare hominem a se conditum et cum ipso et in ipso totam humanam naturam ad ordinem supernaturalem per gratiam sanctificantem seu justitiam originalem, cujus ope tandem aliquando perveniret ad consortium divinitatis per visionem beatificam; quum praeterea eidem Adam et in ipso et cum ipso toti humanae naturae contulerit integritatem per dona gratuita, quae adjecit, Adam vero per peccatum a se patratum tum sibi tum posteris haec amiserit; hinc fit, ut horum privatio habeat tam in Adam quam in ejus posteris, rationem tum peccati tum poenae: *peccati* quidem, quoad privationem justitiae originalis stricte sumptae; *poenae,* quoad privationem ceterorum donorum, quae eidem Deus adjecerat. Hoc tamen intercedit inter peccatum Adae et peccatum posterorum ejus discrimen, quod peccatum in Adam duplici sensu tale sit, nempe actionis et reatus, qui actionem pravam sequitur, atque consistit in gratiae privatione seu expoliatione; in posteris vero in altero tantum sensu, nempe quantum ad illos peccatum istud consistit in reatu seu privatione sive expoliatione gratiae sanctificantis. [2]

') Cf. s. Thom. loc. cit. L 2. qu. 82. art. 3. ubi conceptis verbis inquit: Sic *ergo privatio originalisjustitiae, per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali.*

') Hic sedulo esi animadvertendum, duplicem subesse *peccati* nomini notionem seu acceptionem: altera est *vulgaris,* ut ita dicam; altera vero *theologica.* Vulgari sensu dicitur peccatum actio ipsa prava et inordinata, qua quis Dei mandatum transgreditur; sensu theologico peccatum dicitur status ille habitualis, quo quis in statu peccati manet, seu a Deo aversus, destitutus gratia sanctificante, quae amissa est per actum ipsum transgressionis. Quo sensu etiam vulgus dicere solet: Talis vel talis vivit in peccato, mortuus est in peccato etc. Tamdiu vero quispiam iu tali statu manet, quamdiu per veram conversionem ipsi non restituitur amissa gratia sanctificans. Hic autem status perquam proprie *peccatum* dicitur et est; siquidem est privatio rectitudinis, sanctitatis et amicitiae cum Deo. Non est sola carentia aut negatio, sed verissima perfectionis privatio, juxta divina promissa debitae. Voluntaria quoque dici debet, non ad instar actionis, quae a libera voluntate proficiscitur, sed instar effectus, qui pravam actionem consequitur, aut instar termini, in quem denique ducit actio prava. Ab ea homo denominatur *habitualiter* malus et peccator, reddilurque abominabilis Deo. Privat ipsa praeterea hominem, seu animam candore et fulgore; unde *macula* est ct labes animae. Quae sane omnia constituunt *veram* peccati *rationem.* Ci. De Rubeis, *De pecc. orig.* cap. 58. 3.

462. Quum Adam debuerit conservare statum illum supernaturalem, ad queni a Deo per gratiam sanctificantem fuerat elevatus, neque illum absque gravi culpa potuerit amittere, non poterat Deo esse acceptus, nisi tali gratia ornatus. Haec proinde gratia inesse, seu inhaerere debebat tum ipsi tum ipsius posteritati: cum vero peccasset, hinc tam ipse quam ejus posteri destituti seu privati sunt re debita, seu quae inesse aut inhaerere eis debuisset; quare dum dicimus rationem formalem peccati consistere in privatione, non simpliciter id intelligendum est, sed in *privatione rei debitae,* seu gratiae sanctificantis, quae singulis deberet inesse, ut essent Deo grati et accepti. Adam ea privatus fuit *agendo,* posteri autem *nascendo.*

463. Hinc optime s. **Anselmus,** *De concept. Virg. et peccato orig.* cap. XXIII. alias XXI: *Quod in illis* (infantibus), inquit, *non est justitia, quam debent habere, non hoc fecit illorum voluntas personalis sicut in Adam, sed egestas naturalis, quam ipsa natura accepit ab Adam . . . spoliavit persona naturam bono justitiae in Adam; et natura egens facta omnes personas, quas ipsa de se procreat, eadem egestate peccatrices et injustas facit.* Et cap. XXVII. alias XXVI: *Hoc peccatum, quod originale dico, aliud intelligere nequeo in eisdem infantibus, nisi ipsam, quam supra posui, factam per inobedientiam Adae justitiae debitae nuditatem.* Sed cf. ipse ibidem.

464. S. Anselmo adjungimus s. **Thornam,** qui in II. *Sent.* dist. XXX. qu. 1. art. 2. inter cetera, quae praeclare ibi scribit, haec habet: *Dicendum, quod defectus illius originalis justitiae, quae homini in sua creatione collata est, ex voluntate hominis accidit; et sicut illud naturae donum fuit, et fuisset in totam naturam propagatum, homine in justitia persistente: ita etiam et privatio illius boni in totam naturam perducitur, quasi privatio et vitium naturae; ad idem enim genus privatio et habitus referuntur. Et in quolibet homine rationem culpae habet ex hoc, quod per voluntatem principii naturae, id est, primi hominis inductus est talis defectus.* [3]

465. Gratiae sanctificanti seu justitiae originali adnexum erat donum integritatis, seu adnexa erant dona nuper commemorata, quae a gratiae sive justitiae originalis conservatione pendebant. Amissio praeterea seu privatio justitiae originalis secum adduxit amissionem seu privationem ejusmodi donorum, tum in Adam, tum in ejus posteris. Haec autem privatio non habet proprie rationem *peccati,* sed tantum *poenae* et *effectus,* subsequentis privationem justitiae originalis seu gratiae sanctificantis.

Hoc vero postremo sensu peccatum Adae in posteros propagatum dicitur.

3) His vero si conferantur quae Leibnitzius, Wolfius, Kantius, aliique excogitarunt de animalculorum praeformatione, quae ab Adamo ad hominis usque generationem per gradus lineae descendentis deferantur; si conferatur systema Du Vigier, qui prima corpusculorum stamina ab initio elaborata invehit ad explicandam originalis peccati propagationem; patebit quam absurda haec sint commenta ac indigna chrisliano philosopho. Cf. de his Bern. De Rubeis, op. cil. capp. 70 et 71.

466. Hinc ignorantia, in malum pronitae, concupiscentia, seu potius concupiscentiae rebellio, ceterae aerumnae, mors ipsa, sunt totidem *poenae* et *effectus* peccati originalis. 4

467. Jam vero juxta doctrinam catholicam superius vindicatam, tum elevatio primi hominis ad statum supernaturalem per gratiam sanctificantem, tum integritas naturae non fuerunt humanae naturae debita, sed dona fuerunt gratuita, homini a divina largitate concessa, ita ut Deus potuerit absolute sine illis hominem condere. Igitur homo per peccatum non amisit nisi ea, quae superaddita a Dei liberalitate illius naturae fuerant. Seu, quod idem est, homo per peccatum ad eum se redegit statum, in quo absolute creatus fuisset, si Deus cetera dona minime addidisset, tum pro hac, tum pro altera vita.5

*) Passim scholastici cum s. Thoma vocant concupiscentiam, seu concupiscentiae inordinationem, *materiam* peccati originalis, vel partem *materialem* peccati, ut eam discernant a privatione gratiae sanctificantis seu justitiae originalis, quam dicunt partem *formalem* aut etiam *formam.* Verum etiamsi non rejiciamus hanc distinctionem et denominationem, mullo nobis videtur commodius concupiscentiam vocare *poenam* et *effectum* peccati originalis, perinde ac reliqua in textu commemorata. Privatio enim rectitudinis seu plenae subjectionis partis inferioris ad superiorem, quae subsecuta est amissionem justitiae originalis, habet rationem poenae et effectus extrinseci. Et sic tollitur quaevis acquivocatio. Sane ex card. Pallavicino *Delia storia dei Cone, di Trento,* lib. VIL cap. 9. η. 7.) discimus: »Si cancello dal decreto *peccati oriyinalis* un periodo, nel quale dicevasi, che il Concilio non riprovava quella succinta proposizione, usata dagli scolastici: Del peccato originale rimancre dopo il batlesimo la parle materiale e non la formale." Delendo hanc periodi particulam, concilium profecto non damnavit ejusmodi distinctionem; attamen hinc constat, posse quempiam eam impune rejicere, maxime quod ipsum concilium declaraverit concupiscentiam eo tantum sensu dici *peccatum, quia a peccato est, et ad peccatum inclinat.* Nec desunt, ut videbimus, qui hujusmodi verborum legmine abutentes, erroneas doctrinas incautis obtrudant.

5) Clarissime hoc exponitur a card. Cajetano, *Comm.* in I. 2. qu. 109. art. 2. s. Thomae, ubi loquens de differentia inter naturam in puris naturalibus et naturam lapsam, ait: ..Quae *(differentia),* ut unico verbo dicatur, tanta est, quanta est inter personam nudam ab initio et personam expoliatam. .. . Sicut enim persona nuda et persona expoliata non distinguuntur in hoc, quod una sit magis aut minus nuda, ita natura in puris naturalibus, et natura expoliata gratia cl justitia originali non differnnt per hoc, quod altera earum sit magis aut minus in naturalibus destituta... Sed quantum ad rationes rerum magna differentia est, quia sicut in persona nuda nuditas negationis rationem habet, in expoliata vero habet rationem privationis vestis debitae conservari,... ita defectus animae et corporis naturae in puris naturalibus nec cnlpae, nec poenae, nec vulnerum etc. rationem habent, sed naturalium conditionum; in natura autem lapsa habent rationem corruptionum, vulnerum, poenae et culpae in parte susccptiva illius.** Ita etiam loquitur Dominicus a Solo, alter eximius Ordin. Praedicator, theologus, qui *De natura et gratia,* lib. I. cap. 9. dicit: «Illud *(peccatum originale)* primum fuit, cui posita erat poena communis, scilicet ut genus nostrum in suam nudam naturam recideret.·· Sic Bellarminus, *De gratia primi horn.* lib. I. cap. 5. 12: «Quare, *inquit,* non magis differt status hominis post lapsum Adae a statu ejusdem in puris naturalibus, quam

468. Qnod si status illo, qui in alia hypothesi fuisset *conditio purae naturae,* nunc habet rationem *naturae peccatricis, lapsae* ac *depravatae,* ideo est, quia a peccato personali Adae seu primi parentis inductus est. Hinc in iis, qui nascuntur ex Adam, defectus gratiae habet, ut diximus, rationem privationis..roi debitae, seu peccati, defectus vero integritatis habet rationem poenae, seu effectus peccati. Quare in praesenti conditione nomina *peccati et poenae* sunt relativa ad statum elevationis et integritatis, et ideo sunt *peccatum* et *poena* non in se, sed quia relationem habent ad peccatum Adami; contrarium autem damnatum fuit in propositione 47. Baji, quae ita se habet: *Peccatum originis vere habet rationem peccati sine ulla ratione ac respectu ad voluntatem, a qua originem habuit.*

469. Sic dum dicimur nasci per peccatum aversi a Deo, ejusmodi *aversio* intelligi debet in sensu *negativo,* seu de defectu conversionis et amoris; alioquin, si de aversione *positiva* accipi deberet, sequeretur parvulos, cum usum rationis attingunt, actualiter odisse Deum, ac repugnare divinae legi, quod absurdum est, et pariter damnatum in propositione 49. Baji, quae sic sonat: *Ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus discedens sine regenerationis sacramento, quando usum rationis consecutus erit, actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet et legi Dei repugnet.* 6

470. Ex his porro, quae juxta doctrinae catholicae regulas explanavimus de peccati originalis natura, propagatione et effectibus, pronum est inferre adversus incredulos:

471. I. Nihil igitur habet dogma de peccato originali ejusque propagatione, quod rectae rationi adversetur. Quaenam enim concipi repugnantia potest in eo, quod Deus ob culpam hominem expoliaverit gratuitis donis, quibus ipsum ex pura sua liberalitate cumulaverat? Immo potius ejus bonitas in eo commendanda est, quod tot ac tantis bonis ipsum gratuito ditaverit.7

distet spoliatus a nudo, neque deterior est humana natura, si culpam originalem detrahas etc.**

6) Hoc ipsum animadverterat cl. De Rubeis, Diss. cit. cap. 46. n. 3. his verbis: .Quod in originali peccato permanentor et instar habitus est, in defectu consistit, non in aliquo pravo intellectus judicio, neque in aliqua prava voluntatis conversione in bonum commutabile; sed attamen ex eo defectu cognitionis in intellectu oritur habilitas ejus ad errandum, et ex defectu rectitudinis in appetitu oritur ejusdem habilitas ad inordinate concupiscendum, et ex defectu rectitudinis in voluntate oritur pronitas voluntatis ad pravos consensus.·'

7) Apposite Joann. Fonseca, stabiensis antistes, apud Pallavicini, *Istoria det concilio di Trento,* lib VII. cap. 8. hujus noxae propagationem exposuit exemplo regis tradentis fcudum subdito suo, ut ad posteros perveniat sub conditione fidelitatis, a qua si deficiat, privet se et posteros suos. Observat autem historicus satis fuisse istud exemplum intentae ad Fonseca explicationi, per quam solum exponere contendebat, quo pacto Deus ob alterius noxam absque injustitia multare non posset. Qua vero ratione hujusmodi noxa nostrum omnium culpa vocetur, alterius est quaestionis, quam alii ibidem exposuerunt. Adverto autem longe ante Fonsecam hoc idem exemplum

472. II. Frustra igitur insultant increduli catholicae fidei, quasi haec ad «ponendam propagationem peccati originalia doceret, voluntates nostras *conjunctas* seu *inclusas* fuisse in voluntate Adami, sive spectetur ut caput physicum, sive ut caput morale totius generis humani, quod ipsi absurdum esse clamant, eo quod nostrae voluntates non existeront; quod vero non existit, nec agere nec velle vel repraesentari per alium potest, nisi ad summum per fictionem juris relate ad effectus externos, ut in societate quandoque contingit, non autem quoad reatum intrinsecum et proprie dictum.[8] Nam ipsi permiscent fidei dogma cum explicationibus privatorum, quas ecclesia nec approbat nec rejicit

473. III. Quin potius ex dictis inferimus, nec habere locum difficultatem petitam ex *modo* propagationis peccati originalis. Si enim ratio *formalis,* ut ajunt seu essentia vel, si mavis, *quidditas* peccati originalis consistit juxta exposita in sola *privatione* gratiae sanctificantis, seu justitiae originalis, dum quaeritur, qua ratione seu quo modo propagetur peccatum originale, quaeritur qua ratione aut quo modo propagetur *privatio}* seu quomodo non communicetur alteri, quod non habetur. [9] Terminus enim generationis est indi-

aitulisse s. Thomam in *Compendio theol.* cap. 195.

s) Cf. Feller, *Catéch. philosoph.* tom. III. art. 5. *Le pèche originel.* Cf. eliam De Rubeis, Diss. cit. cap. 61. ubi inter cetera scribit: «Minus apta videntur, quae afferuntur exempla ex humanis actibus atque praescriptis... Tametsi pupillorum voluntas v. g. dicatur quodammodo ex principis praescripto in voluntate tutorum reposita, id albmen negotium omne in actibus effeclibusque consistit civilibus atque exterioribus. .. Longe dissita ratio est de peccato originali. Tradux ejus modusque traducis a Dei revelatione pendet, quae peccatum nullum nullamque conventionem indicasse videtur. Agitur etiam de culpa deque poena proprie dicta, deque posteris hominibus, qui in utramque, culpam et poenam, incidunt. Atqui ad culpam contrahendam subeundamque poenam, uni alicujus voluntati alligari eorum voluntates posse qui non sunt, probare non videntur, quae allata sunt, exempla.·' Dominicus Soto loc. cit. pactum, quod nonnulli dicunt intercessisse inter Deum et Adam nomine totius generis humani, vocat fabulam, dicens aperte: *fabula est.* Sed praestat ipsum adire.

*) Quaestio potius instituenda esset, quanam ralione justitia originalis, quae donum gratuitum fuit, in Adae posteros fuisset propagata, si ille in officio stetisset, cum positiva sit et naturae superaddita; non autem quomodo non propagetur, quod non est Exinde patet omnes difficultates sponte sua concidere, v. g. has quae a pelagianis tanto cum apparatu proponebantur, quaeque ab incredulis instaurantur: Non peccat qui genuit, non peccat qui condidit, non peccat qui nascitur; per quas rimas igitur peccatum fingitur ingressum? Tum etiam: Saepe qui gignit, a peccato justificatus est; quo pacto igitur trajicit peccatum in filium, quod ipse non habet? Non est peccatum nisi voluntarium; aliaque ejusmodi, quae videri possunt apud Bellarminum loc. cit. cap. 10.

Id ipsum dicatur de hypothesibus circa, originem animae excogitatis ad propagationem peccati originalis explicandam. Mirum est aetate hac nostra virum, alioquin doctum et pium, in Germania non solum revocare antiquatum *iraducianisnium,* verum etiam ipsum evehere *generatianismum,* quem mordicus tuetur ceu *solum* systema, quo propagatio peccati originalis explicetur, juxta quod non solum corpus, sed anima quoque a parentibus *generatur.* Non vacat ejusmodi systematis argumenta in me-

viduum ejusdem speciei; per generationem propterea propagatur seu communicatur natura, qualem illud individuum exigit, ut talis naturae sit et non alterius.

474. IV. Infertur adversus antiquos novatores lutheranos, quam absurde commenti ipsi fuerint, peccatum originale consistere in quadam substantia, aut accidenti, concupiscentia etc., et adversus Hermesium, qui non dubitavit peccatum originale *in inordinata sensualitate* reponere. [10] Ex quo principio sequeretur adhuc remanere peccatum originale in renatis per baptismum, quum in baptizatis adhuc talis *inordinata sensualitas* subsistat, ac proinde concupiscentiam verum esse peccatum, quae omnia nimis directe doctrinae concilii tridentini adversantur.

475. Et haec ex perspicua, quam exhibuimus, juxta catholicae doctrinae principia, peccati originalis notione hic deduxisse sufficiat, ne nimis prolixi simus; reliqua autem quae ex eadem profluunt, data opportunitate, evolvemus.

DIFFICULTATES.

476. Obj. E mytho sacro (hominis lapsus) nulla ejusmodi dogmata in verae religionis doctrinam recipienda sunt, nisi 1. quae non pugnant cum idea numinis et cum naturae humanae indole morali, quales e Scripturae sacrae effatis indubitatis ac sanae rationi convenientibus recte demonstratae fuerint. Quapropter, si dogmata de peccato originis et de imputatione peccati adamitici ad hanc legem exegeris, haec maxime tenebis: 1. nec *benidium* afferre, quae nullius momenti sunt. Solum observo, generatianismum istum saperc materialismum, quod etiam non leviter indicatur ex argumento, hic ab auctore secundo loco posito: Omnis *organismus* generat simile sibi; ergo homo etc. Haec vero ratio vindicandi catholicam doctrinam, ipsam objicit dicteriis el impugnationibus impiorum. Cf. s. Thom. part. I. qu. 118. art. 2- ubi non solum argumenta solvit, quae adducit auctor ad adslruendum *generatianismum,* sed in corp, circa fin. haec habet notatu digna. „Cum sil *anima* immaterialis substantia, non potest causari per generationem, sed solum per creationem a Deo. Ponere ergo animam intellectivam a generante causari, nihil est aliud quam ponere eam non subsistentem, ct per consequens corrumpi eam cum corpore, et ideo *haereticum est dicere, quod anima intellectiva traducatur cum semine."*

[10] In op. *Christiano-catholica dogmatica,* part. III. Monasterii 1834. ubi pag. 163. scribit. »Cerlum igitur est, naturam hujus haereditatae peccaminosae qualitatis consistere posse in haereditata disproportione inter rationem ct sensualitatem; vel brevius: in haereditata inordinata dispositione, ex qua in annis evolutionis illa disproportio vel illa inordinata sensualitas necessario oritur.'* El clarius pag. 174: ..Ego, *inquit,* ex rationibus cap. praeced. §.226. adductis utique peccatum originale in inordinata sensualitate reponam. Qui illam demonstrationem non putat esse sufficientem, substituat corruptionem humanae naturae *(ipsi ignotam.)"* Eadem jam insinuaverat in *Christ, dogm.* part.I. pag. 33. ubi peccatum originale vocaverat *peccaminosam qualitatem . . . aliquam moralem corruptionem.*

gnüatan Dei concedere, ut per unius hominis peccatum universa hominum natura corrumpatur atque depravetur: nec *sapientiam* pati, ut opus Dei, ab initio praestantissimis instructum dotibus, paulo post ob causam levissimam in aliam plane deterioremque conditionem transformetur: nec *justitiam* admittere, ut innocentes ob alienum peccatum ita puniantur, ut ipsis peccandi necessitas imponatur. Hinc bene jam Pelagius monuit, *nulla ratione concedi posse, ut Deus, qui propria remittit peccata, aliena imputet.* [1] Deinde 2. Jesu ipsius nullum extat effatum, quo dogma illud confirmetur; nec quisquam scriptorum sacrorum praeter Paulum diserte illius mentionem fecit; immo naturae humanae post lapsum etiam Scriptura sacra non solum ipsam imaginem divinam, sed magnas quoque attribuit vires ad virtutem colendam, quam ne ethnicis quidem denegat, eademque peccata ad liberum hominis arbitrium plane perspicueque refert, et filios paternorum peccatorum poenas luere negat (Deut. XXIV. 16; II. (nempe IV.) Reg. XIV. 6; Ezech. XVIII. 20.). Postremo 3. experientia docet, conscientiam recti cum ratione progrediente cuivis homini inesse. et cupiditates ipsas per se malas non esse, sed malas fieri tantum ex prava hominis voluntate, neque vitiositatem eam esse, ut semper et ubique homines qualescumque in pessima quaeque ferantur. Ita Wegscheider.[12]

477. Admisso adversarii principio, quod ex mosaica narratione (quam impie ipse *mythum sacrum* appellat) nihil erui possit, quod pugnet cum Numinis idea aut adversetur sanae rationis principiis,

478. **Resp.** ad 1. Negamus doctrinam de propagatione peccati originalis rite expositam juxta catholicae fidei principia, Dei benignitati, sapientiae aut justitiae repugnare. Non quidem *benignitati,* cui eadem ratione, qua non repugnat permittere in unoquoque nostrum peccata actualia seu personalia, sic nec repugnat illud permittere potuisse in Adam. Idem dic de *sapientia* et de *justitia,* prout peccatum Adae sub respectu peculiaris illius actionis spectatur, seu prout personale fuit. Sin vero idem peccatum attenditur, quatenus ad nos relationem dicit, non magis iisdem Dei attributis repugnare evincitur. Sub hoc enim respectu, ut ex dictis patet, peccatum originale in nobis non dicit nisi *negationem* tum gratiae tum donorum, quae Adam peccando amisit, et *privationem* relate ad culpam personalem Adae. Hinc nec deteriores facti sumus, nec positivam corruptionem naturae incurrimus, nisi quam exposceret prima ipsa naturae conditio. Ideoque, quod inferius ostendemus, neque ullam peccandi necessitatem, ut adversarius autumat, intulit nobis originale peccatum, neque innocentes ob alienum peccatum plectuntur, neque aliena nobis peccata imputantur.

[11]) Apud s. Augustinum, *De peccat. inerit,* lib. HL cap. 8.

[12]) Op. cit §. 117.

479. Ad 2. Esto, nullum extare expressum Christi Domini effatum de peccato originali [13]; quum tamen apostolus Paulus, ut adversarius fatetur[14], diserte do eo mentionem fecerit, Christiano cuilibet id satis esse debet, ut firmissime illud credat; tum quia Paulus est scriptor divinitus inspiratus, tum quia ipse profitetur, se evangelium suum neque ab homine neque per hominem didicisse, *sed per revelationem Jesu Christi,* Gal. I. 12; hinc enim patet non aliam esse doctrinam Pauli quam doctrinam Christi. [15] Quod vero subdit de viribus ad virtutem excolendam ac libero arbitrio nobis relictis, non ferit nisi suos lutheranos, calvinistes et jansenistas illorum discipulos, minime vero doctrinam catholicam, quae, ut ex dicendis patebit, liberum hominis arbitrium post peccatum agnoscit et profitetur, ac protestantes contrarium docentes anathemate percellit. Quod ex Deut., IV. Reg. et Ezechiele urget, nihil commune habet cum eo, de quo nos agimus [16]; siquidem in Deuter. et lib. Regum prohibetur, quominus in politico regimine filii insontes occidantur una cum patribus. Ezechiel vero loquitur de iis, qui patres suos non imitantur, ut ex dictis patet.

480. Ad 3. Reponimus pariter haec non impetere nisi novatorum doctrinam, qui docuerunt peccatum originale consistere in vitiositate et concupiscentia; concupiscentiam ipsam esse vere et proprie peccatum; inquinari ab ipsa omnia justorum opera , aliaque absurda, a quibus doctrina catholica penitus abhorret. [17] Idipsum dicatur de iis, quae idem auctor ibidem fuse

”) Dixi *expressum ;* aequivalenter enim hoc docuit Christus Dominus, cum Joann. IIL 3. dixit Nicodemo, *Arnen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei*; et rursum v. 5: xV/si *quis renatus fuerit* etc.

14) Tandem falentur, Paulum *diserte* mentionem facere peccati originalis. Quo igitur abeunt tot subtilitates, philologica tentamina Erasmi, Wetstenii, Rosenmülleri aliorumque ad eludendum Pauli testimonium? Ast conscientiae numquam ita resisti potest, ut interdum se non prodat. Pretiosa propterea nobis esse debet tam impii hominis confessio, qui praeterea ibid. §.115. fatetur libros sacros ipsos docere: Non solum quemvis hominem ad errores atque vilia proclivem esse, sed nonnullis etiam locis nativam quamdam commemorare naturae humanae imbecillitatem ac vitiositatem, per Adam ad posteros propagatam.·* Quod sane parum non est.

Is) Hic vero notanda est ejusmodi hominum proteslantium inverecundia, qui nullum servant modum, omnem a sacris scriptoribus inspirationem ablegant, et erroris eosdem insimulant; ut patet ex ejusdem scriptoris verbis §. 118. ubi ait: ..Imputatio vero illa peccati adamitici, quam Paulus apostolus, sui temporis doctores judaeos secutus, argumentationibus suis subjecit, ad obsoleta dogmata releganda est; quae et philosophiae et historiae ignorantia in magnum verae pietatis detrimentum per ecclesiam propagavit ct aluit.·· Potestnc reperiri aut fingi major audacia? Attamen hic publicus professor est in academia fridericiana! Tales sunt proteslantismi progressus in Germania. Suo loco vidimus accusatum Joannem et ceteros apostolos emolae phantasiae, eo quod Christi divinitatem praedicaverint; nunc accusatur Paulus; interdum accusatur Christus ipse!

,6) Haec ipsa jam objecerat Voltaire in suo *Diet, philos,* art. *Ezéchiel.* Cf. *Lettres de quelques juifs* etc. tom. II. lett. IV. §.6.

17) Sic enim ad mentem concilii tridentini declarat doctrinae catholicae sensum

prosequitur, quasi doctrina de peccato originali conferret ad virtutis studium deprimendum vel plane extinguendum, foveret superstitionem, aliaque ejusmodi. a quibus refellendis supersedemus, utpote quae omnia proficiscantur ex falso supposito atque a commentitia catholicae doctrinae expositione.

481. Sic pariter supersedemus ab aliis incredulorum difficultatibus afferendis, quae omnes eodem vitio laborant; quaeque ex data explicatione peccati originalis ita evanescunt, ut nullum amplius locum habeant. Velle propterea his diutius insistere, idem esset ac tempus inutiliter terere et crambem repetere.

482. Satius erit, in exitu quaestionis, Muratorii sententiam verbaque proferre, quibus propulsat ac penitus obterit pelagianos, socinianos, ceterosque incredulos hujus temporis, qui catholicam doctrinam incusant, quasi ipsa «1. Deum injustum exhibeat, quod ob unius culpam genus humanum universum tot tantisque objiciat poenis. *Quod si justus,* inquit, *et laudandus esset Deus, si talem, qualis nunc est, hominum naturam creasset, sique Phereponus* (Clericus), *ut arbitror, idem fatetur, immo contendit, quid est quod ipse ejusque majores pclagiani, justitiam divinam catholicorum opinione dictitant laedi: et cogitatione assequi non posse videntur, quomodo Augustini hypothesis, immo thesis, consisttre queat cum ejusdem divinae justitiae evidentissima notione? Iisdem testantibus, divinae bonitati atque justitiae contrarium non est, naturam nostram ab initio tot subjecisse aerumnis, cum tanta proclivitate ad malum, tantaque difficultate ad bonum, tametsi nulla culpa praecesserit: ergo' multo minus divinae justitiae repugnat, tot in nos mala congerere unius peccati praecedentis intuitu. Justus ergo et bonus et laudandus in utraque hypothesi Deus. Haec sola intercedit diversitas: quidquid pelagiani adferre possunt pro tuenda justitia ac bonitate divina in hypothesi sua, illud ad eamdem tuendam in hypothesi catholicorum inservit. Quidquid vero catholici pro sua habent, non aeque a pelagianis pro sua opinione usurpari potest. Facilius enim catholici justitiam ac bonitatem Dei sartam nobis tectamque exhibent, tot humanae naturae miseriis non a primaeva institutione ac voluntate Dei boni, sed a primorum parentum culpa derivatis, quam si talem, qualis nunc est, naturam ab initio creatam affirment. Ft hoc sinceri sagacesque viri non intelligere nequeunt.* 18

483. De iis, quae spectant ad pjusdem originalis peccati remedium, tum apud hebraeos tum apud ethnicos, in tract. *De baptismo* disseremus.

Catechismns ftom. part IL cap. 2. η. 32: .Concupiscentia, quae ex peccato est, nihil aliud est nisi animi appetitio, natura sua rationi repugnans; qui tamen motus, si voluntatis consensum aul negligenliam. conjunctam non habet, a vera peccati natura longe abest." Errores vero lutheranorum concilium trid. sess. V. anathemate confixit.

,8) Op. cit. lib. III. cap. 1.

*

CAPUT V.

DE PECCATI ORIGINALES EFFECTIBUS.

484. Primi *emendatores sacrorum* (haeresiarchae) ex eo, quod sunt amplexi, principio, justitiam originalem, quae, ut diximus, complectebatur tum gratiam sanctificantem tum dona gratuita, quibus Deus primum hominem cumulavit, esse eidem homini debitam ac partem essentialem ipsius humanae naturae, deduxerunt, hominem lapsum per justitiae originalis amissionem turpiter adeo corruptum esso, ut amiserit prorsus libertatem suam naturalem, factus sit in spiritualibus veluti truncus, lapis, salis statua, ipsamque amiserit ad agendum atque ad sese determinandum *potentiam* intulerunt insuper concupiscentiam verum esse peccatum, quae cum inficiat omnes hominis actiones, has totidem fieri peccata, philosophorum virtutes totidem vitia esse.[2]

[1]) Dixi *potentiam ;* licet enim nonnulli recentiores protestantes negent, majores suos inficialos esse ejusmodi potentiam in homine lapso, satis tamen superque ex libris eorum symbolicis constat, ipsos eam absolute negasse. Etenim, ut alia omittam, *Apolog.* II. §.2. pag. 54. legitur: ..Hic locus testatur nos non solum actus, *sed et potentiam,* seu dona efficiendi timorem et fiduciam erga Deum, adimere propagatis secundum naturam." Celerum eos hominem lapsum velut truncum habuisse, patet ex *Form. Concit, epit.* art. 1. pag. 572 et seqq.; *Dedar,* art. 1. pag. 544. ubi dicitur: .In spiritualibus et divinis rebus, quae ad animae salutem spectant, homo est instar statuae salis, immo est similis trunco et lapidi, ac statuae vita carenti, quae neque oculorum, oris aut ullorum sensuum cordisve usum habet." Et pag. 661 : ..Et hac ratione recte etiam dici potest, hominem non esse lapidem aut truncum. Lapis enim aut truncus non reluctatur, sed neque intelligil aut sentit, quid sccum agatur; sicut homo Deo sua voluntate reluctatur." Et pag. 723: ..Velut ille Adam quasi asinus indomitus et contumax... quasi fuste, plagis etc." De libertate post peccatum haec habet *Apol. Confession, augustanae,* I 50: ,Libero arbitrio in rebus spiritualibus omnino destituta etc." nempe humana voluntas.

2) Quod attinet ad concupiscentiam, protestantes earn habuisse ut *verum peccatum,* evincunt clara ipsorum testimonia. Sic Melanchthon , *Loc. theol. De peccato oriy.* pag. 360 et seqq.; Chemnitius, *Loc. theol.* 1.317; Quensledt, *Theol. did. pol.* II. 135 et seqq.; Gerhard, *Loc. theol.* IV. 317 et seqq.; Bretschneider, *Entwickl. der dogmat. Begr.* . seu *Evolat, dogm. concept.* §. 94. Sed praestat, id evincere ex ipsorum libris symbolicis. Itaque in *Confessione Gallic,* art. 11. dicunt: ..Credimus, hoc vitium *(concupiscentiam)* esse vere peccatum, quod omnes et singulos homines, ne parvulis quidem exceptis adhuc in utero matrum delitescentibus, aeternae mortis reos coram Deo peragat." Idem docet *Caterhism. Heidelbergens.* quaest. 5 et seqq. *Conf. helyira,* art. 14 et seqq.; praesertim *Conf. Augustana,* art. 2- p. q. Quod speclat ad sententiam Mclanchthonis circa virtutes gentilium, vadem habemus ipsum Wegschcidcr, qui 115. not. 1. ait: ..Ipse Melanchlhon virtutes gentilium vera vitia et arboris maledictae fructus nominare haud dubitavit.'· *Loc. theol. ed. prine, anu.* 1521. fol. 16. art. b. ..Verumtamen quod Melanchthon Socratis, Zenonis, Catonis aliorumque virtutes philosophicas, ut ait, pro vitiis habet et virtutum umbris, ex amore laudis ortis, parum memor fuisse videtur eorum, quae leguntur apud Ciceronem etc." Ex

485. Haec ipsa ex eodem principio collegerunt Bajus ac Jansenius, ut ex dictis ac dicendis patebit.

486. Posteriores *sacrorum emendatores,* seu qui sub iinem saeculi elapsi et hac aetate nostra suos emendatores emendarunt vel in dies magis emendant ex ea, quae protestantismi propria est, natura in oppositos errores dilapsi sunt ac dilabuntur, quo magis rationalismus progreditur et evolvitur.

487. Isti igitur autumant I. Adamum *paradisiacum* (sic enim vocant hominem justitia originali praeditum) numquam fuisse individuum *historicum* ac reale, sed merum *idéale,* quatenus per ipsum prototypus spiritualis intuitionis exhibetur, ad quem homo realis et historicus saltem propius pertingere posset, ac tandem magis magisque pertingeret illum in se exprimendo.3

488. II. In doctrina Lutheri, asserentis justitiam originalem constituisse partem essentialem naturae humanae, agnoscunt sublimiorem humanae ejusdem naturae ac dignitatis formam, juxta quam justitia sive sanctitas in hominis natura reperitur, et ei non ab extrinseco provenit, ut catholici, juxta ipsos, perperam docent

489. III. Hinc, si justitia originalis homini concreata est et naturalis, etiam justitia *restauratrix* ac *redimens* eumdem characterem habeat necesse est. Quare Redemptor ipse non est apparitio absolute supernaturalis, sed juxta aptissimam formulam Schleiermacher Christus est *perfectionata creatio humanae naturae.* *

490. IV. Peccatum proinde originale, seu hominis lapsus, spectari tantum potest velut naturae lapsus in deterius, quae a Deo pura atque honesta ab origine condita est: ac ita se habet ejusmodi lapsus et malum, quod inde profluit, ad naturam, sicut *positivum* stat ad *negativum.* Distinguere enim debemus, ajunt, partem positivam et negativam naturae humanae. Quidquid spectat in homine ad partem positivam, est ipsa natura a Deo condita; quidquid autem negativum est in positivo, considerari debet velut negatio ac terminus activitatis creatricis Dei relate ad hominem, seu velut defectus ulterioris perfectionis in humana natura. Ac propterea, quod idem est, ex istorum doctrina peccatum originale non consistit nisi in malo metaphysico,

his discimus, unde dogmata sua hauserint jansenistae.

s) Ita Baur, hodie prof, theol. protestanticae in univers. Tubingae, in opere, quod opposuit libro cl. DocL Môhler, cui lit. *Symbolica, seu Expositio dogmaticarum anlithesium catholicorum et protestantium,* Mogunliae, 1832, qui non ita pridem et ipse erat professor theolog. catholicae in eadem Tubingae universitate; verum cum scripsisset, *Neue Untersuchungen* etc· seu *Novae disquisitiones circa dogmata opposita inter catholicos et protest. sive Defensio meae Symbolicae adversus criticam profess. Daur* etc. Mogantiae 1834, ex illo commendatissimo tolerantiae domicilio migrare, saltem indirecte, coactas fait; postea vero professor theologiae in universitate Monachii in Bavaria, ibidem obiit anno 1838. Cf. cit. opus *Novae disquisitiones,* pag. 72, et pag. 122.

D Cf. ibid. pag. 123.

seu in creaturae humanae limitatione; eo enim ipso quod homo finitus est, peccator est. 5

491. V. Quare totum humanum ens concipi debet velut vitalis quaedam per internam legem dynamica coordinata evolutio, per quam opposita sibi invicem principia, in prirnojam semino inclusa, magis semper magisque resolvuntur ac manifestantur sub diversissimis formis, juxta relativam praeponderantium unius vel alterius, aut extolluntur per seriem graduum mirifice inter se coordinatorum ad summam vitae potentiam.6

492. Ex hac principiorum sibi oppositorum colluctatione ac relativa dynamica praevalentia, sive rationis super sensibilitatem sive sensibilitatis super rationem, inferunt induci necessitatem, a qua homo numquam non impellitur. Si praevalet sensibilitas, non habetur nisi homo *naturalis,* qualis nempe in suis primordiis conditus est et deinceps lapsus; si praevalet ratio, tunc habetur homo *renatus* sive supernaturalis, qui naturali sua virtute magis evolvitur, et uno vel pluribus gradibus super hominem naturalem extollitur, prout magis minusve excitat in se vitam religiosam humanitatis, quam in se Christus in summo gradu expressit ac exhibuit. Sane nunc homo institutionis ac politioris humanitatis ac scientiarum ope ad ejusmodi perfectionem et statum supernaturalem, ad quem a Christo excitatus est, accessit et in dies magis magisque progredietur. 7

493. Sic isti rationalistae; qui, dum universam, ut ita dicam, terminologiam religiosam retinent *justitiae originalis, peccati originalis, redemptionis, status supernaturalis, gratiae, libertatis* etc., totam religionem funditus labefactant ac evertunt8; et tamen pelagianam audent vocare libertatem illam indifferentiae, quam in homine lapso catholici tuentur.9

J) Cf. Mohler op. cit. pag. 139.

6) Ex his patet systema Baur sub diversis vocibus convenire cum systemate janseniano de duplici delectatione necessario ac relative victrice. Cf. pag. 123.

7) Ibid. pag. 151 et seqq. Hic merito observat cl. Môhler: *Sic igitur juxta Ranr est Orpheus ad Christum, uti se habet cantatrix diobolaris seu platearis ad dominam Calalani, aut uti Opifz ad Goethe;* ita ut totum discrimen, quod intercedit inter hominem quemcumque et Christum, pendeat ex diversis sapientiae ac probitatis gradibus, et fieri fortasse poterit (quod in istorum hypothesi factum iri desperandum non est), ut aliquis Christum ipsum adaequet, aut etiam praecellat. Talis est Christi idea, quam novi isti emendatores sacrorum nobis exhibent!

8) Ex quibus liquet, plane rationalistas convenire cum sansimonianis, novis templariis, qui, ut vidimus in tract. *De Deo,* nomina retinent *Dei, Trinitatis, Salvatoris* seu *Redemptoris, Messiae* etc., notionem vero atque existentiam rejiciunt ac evertunt. Nec mirum, siquidem fratres omnes sunt ex eadem familia, qui, mutato nomine atque habitu, impietatem profitentur, *rationalistae* velamine biblico obducti, *ceteri* citra omnem ambagem, aut pallio philosophico obvoluti.

9) Sic loquitur Baur apud Môhler, pag. 81: »Cum libero arbitrio, quamcumque demum ejusdem notionem nobis effingamus, conneclitur pelagianismus in tota sua extensione. Quid aliud enim liberi arbitrii nomine designatur (nisi velimus ei subjicere notionem prorsus arbitrariam),

J94. Verum incredulis istinsmodi dimissis, quum jansenistae plane conveniant cum antiquo protestandum systemate circa justitiam originalem homini debitam, circa originalis noxae naturam et inductam inde totalem ac essentialem hominis lapsi corruptionem, eadem ac priores protestantes, mutatis vocibus, colligunt consectaria tum circa concupiscentiam, quam et ipsi peccatum proprie tale vocant, tum circa infidelium virtutes, quas pariter dicunt fuisse ac esse totidem vitia aliaque ejusmodi, tum praecipue circa libertatis amissionem ejusque in homine lapso naturam.

495- Quod attinet ad reliqua doctrinae capita, ea suo loco expendemus; hic discutiendam suscipimus eorum doctrinam circa hominis lapsi libertatem. Duplex porro est circa hanc doctrinam praecipuus jansenistarum error: alter versatur circa naturam istius libertatis, quae non requirit in istorum hypothesi nisi immunitatem a coactione, non autem a necessitate, ut homo in statu naturae lapsae possit mereri vel demereri; alter circa existentiam libertatis indifferentiae, quam penitus per originale peccatum sublatam fuisse autumant. Adversus quos errores sit

PROPOSITIO I.

Ad merendum vel demerendum in statu naturae lapsae non sufficit Ubertas a coactione, sed illa praeterea requiritur, quae dicitur a necessitate.

496. Haec propositio de fide est. Etenim contradictoria propositio III. Jansenii, quae his verbis concipitur: *Ad merendum vel demerendum in statu naturae lapsae non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.,* tamquam *haeretica* proscripta fuit ab Innocentio X. 1 Jansenio praeiverat Bajus, cujus propositio 39: *Quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit:* pariter damnata est a Gregorio XIII. aliisque romanis pontificibus. 2

quam facultas se determinandi pari modo ad unum vel ad alterum, ideoque tam ad bonum quam ad malum? Igitur sine sensu atque contradictorium est, praeter liberum arbitrium admittere quamdam praeponderantem tendenliam sensibilem, quae semper inflectat solum ad alterutram pariem. Perinde ac libra, cujus ambae lances nisi aequales sint, atque ita dispositae, ut aequilibrium post nutantem aliquem motum restituatur, nihil est, quod fini suo suoque conceptui respondeat, ita nulla justa idea cum liberi arbitrii nomine conjungi potest, nisi sumatur velut totalis indifferentia passiva ac velut aequilibrium. Quaevis inflexio erga alterutram partem destruere non debet possibilitatem praecipitandi singulis momentis in oppositam partem; quia libertas, utpote electionis facultas, non admittit graduaient differentiam, ant vacillationem inter plus et minus. Hic solummodo punctum quaestionis sistit, an adsit, nec ne. Qui eam in sensu totali non habet, prorsus non habet.· Ast vehementer errat hic auctor tum circa germanam libertatis, tum circa veram pelagianismi doctrinam; ut partim ex dictis, partim ex dicendis planius fiet.

*) In bulla, *Cum occasione.*

*) Mala Jansenii fides hinc eruitur, qui, cum optime nosset tum istum tum ceteros

497. No verborum ambagibus Implicomur, juverit paucis perstringere, ad majorem dicendorum perspicuitatem, quae a theologis ac philosophis probatis traduntur circa libertatis naturam.

498. I. Libertas, prout hic eam accipimus, definiri potest *facultas eligendi.* Haec definitio universalis est, et competit omni enti libero: Deo, angelis, homini. Complectitur praeterea tum libertatem, quae dicitur *exercitii,* tum eam, quae dicitur *exeeutionis.* Excludit denique omnem necessitatem tum intrinsecam tum extrinsecam, veramque libertatis naturam exprimit variasque ejus species.

499. Sane Deus hujusmodi facultate utitur in omnibus suis operationibus, quae *ad extra* dicuntur· liberrime enim eligit inter dnos vel plures terminos contradictorios, inter duos vel plures diversos potest eligere vel non eligere. In quo vero ejus libertas a libertate tum angelorum tum hominum dilTerat, mox dicemus.

500. Complectitur eadem definitio, ut diximus, libertatem tum *exercitii* tum *exeeutionis.* Porro libertatem *exercitii* voco imperium ipsum immediatum voluntatis, seu actum ipsum intimum volendi; libertatem vero *exeeutionis* dico actus imperatos a voluntate et externos, cujusmodi essent surgere, ambulare etc. Prior libertas habet pro objecto actus internos voluntatis; posterior actus etiam, ut diximus, exteriores. Jam vero libertatis notio proprie dicta non cadit in illam, quam diximus exeeutionis, sed in illam, quam vocavimus exercitii; et haec est, quae dicitur facultas eligendi, quaeque a latinis optime dicitur *optio,* a graecis *προαίοεοι* sive *electio.* 3

501. Porro *eligere,* si sermo sit de actibus interioribus voluntatis, idem valet ac velle inter duas aut plures res unam, quam in adjunctis, in quibus quispiam vult, possit nolle; aut nolle unam aut plures res, quas in iis adjunctis seu circumstantiis, in quibus reperitur, possit velle, aut contra.

502. Libertati exeeutionis opponitur *violentia* seu *coactio-,* ut cum quis impeditur ab aliquo moliendo, vel cogitur ad aliquid faciendum vel omittendum contra suam voluntatem seu voluntatis imperium. V**

503. Libertati exercitii opponitur *necessitas,* quae secum trahit *impossibilitatem oppositi,* ita ut quis sic determinetur, ut non possit non velle, quod vult, aut non possit nolle, quod non vult.

504. Fieri autem potest, ut aliquis fruatur libertate exeeutionis, non

errores Baji, quos ipse revocavit in suo *Augustino,* jamdiu fuisse a romanis pontificibus seu a sancta sede proscriptos, attamen moriens in extremis tabulis protestatus est, semetipsum ac librum suum sedi apostolicae humillime subjicere, ut quidquid ipsa decreverit, ratum habere voluerit. Sed cf. opus, cui titulus: *Réalité da pro· jet du Bourg-Fontaine,* ubi omnia haec impietatis mysteria in apertam lucem proferuntur.

3) Hinc illud: *Optio haec tua* βόϊ; *utram harum cis conditionem, accipe.* ■. £j

antem libertate exercitii; et contra, ut fruatur libertate exercitii, et non polleat libertate executionis. 4*

505. Electio duos saltem requirit terminos comparationis; alioquin non daretur facultas eligendi aut optio, si non possit quis nisi unum determinato prosequi aut aversari. Hinc nemo dixerit, liberum esse hominem in prosequendo felicitatem in genere, aut liberos esso beatos in amando Deum; quia in his non dantur termini comparationis, in quos cadat electio.

506. Termini autem comparationis multiplices sunt. Tales esso possunt duo vel plura contradictoria, e. gr. amare vel ab amando abstinere; tunc exurgit ea libertatis species, quae dicitur *contradictionis.* Interdum termini comparationis possunt esse duo non solum contradictoria, sed etiam contraria, ut amare et odisse; in hoc casu ea libertatis species habetur, quae dicitur *contrarietatis.* Demum ejusmodi termini possunt esse res inter se solum diversae, e. gr. scribere vel legere; et ex his proflnit libertatis species illa, quae *specificationis* ant *disparitatis* nomen habet.

507. In Deo et in beatis non invenitur libertas contrarietatis, qua possit eligi inter bonum et malum; in hominibus vero una cum ceteris libertatis speciebus et haec reperitur, quae oritur ab huinana natura finita turn ex parte intellectus tum ex parte voluntatis.

508. Libertatis enim *radix,* ut observat s. Thomas 5, *est voluntas sicut subjectum, sed sicut causa est ratio; ex hoc enim voluntas libere potest ad diversa ferri, quia ratio potest habere diversas acceptiones boni.* Animadvertit praeterea ibidem s. Doctor actus voluntatis et rationis supra se invicem ferri posse, seu mutuam dari actionem voluntatis in rationem, et vicissim rationis in voluntatem, quatenus voluntas potest applicare rationem ad consideranda

4) Qui inclusus e. gr. aut vinctus esi, etsi maxime velit, non potest foras exire aut loco moveri, in quo delinetur. In interiori proinde animi motu liber est, asl impeditur ejusdem liberae voluntatis exculio extrinsecus. Ita etiam, si superior aliqua intelligentia ita posset in interiora organa nostra agere, ut intimos animorum motus impediret, ac proinde impediretur brachium aut manus, ne se attollerent, non daretur libertas executionis. Vis itaque seu violentia opponitur libertati executionis. At non polest opponi *libertati exercitii.* In hoc enim haberetur terminorum pugna; cogerer enim actualiter nolle quod volo, aut velle quod nolo, in quo habetur manifesta contradictio. Hinc neque Deus ipse potest violentiam inferre voluntati, ut docet s. Thomas I. 2- qu. 6. art. 4. ad 1: *Deus qui est potentior quam voluntas humana, potest voluntatem humanam movere. . . Sed si hoc esset per violentiam* 3 *jam non esset cum actu voluntatis, nec ipsa voluntas moveretur, sed aliquid contra voluntatem.* Contra vero simplex necessitas non opponitur *libertati executionis.* sive physica sit sive moralis. Si detur quispiam, qui toto vitae suae tempore *faciat quod vult,* et detur eodem tempore, ipsum in nullo casu particulari aliter posse operari, etiam si vellet; iste semper necessario cogeretur perficere suas particulares volitiones, neque unquam liber esset, etsi suam semper voluntatem exequeretur.

$) I. 2- qu. 17. art. 1. ad 2.

motiva electionis inter diversos terminus, seu ad deliberandum, et ratio movero potest voluntatem ad eligendum. Ilaec autem deliberatio rursum in creaturas tantum cadit, utpote finitas et limitatas, non autem in Deum, qui nutnquam deliberat, utpote qui omnia uno actu videt.

509. Ex dictis jam colligitur: 1°. non esse permiscendam libertatem executionis, quae etiam libertas *consequens* nuncupatur, cum libertate exercitii, quae etiam dicitur *antecedens,* et a quo prior illa pendet.

510. 2°. Non esse confundendam *voluntatem* cum *libertate,* quia actus potest esse maxime voluntarius, etsi non sit liber.

511. 3°. Nullam dari libertatem, ubi non datur locus electioni. Nec ullam dari electionem, ubi non saltem duo habeantur termini comparationis, in quorum alterutrum cadere possit electio, aut ubi dici nequeat: *Optio haec tua est: utram harum velis conditionem, eam sumas.*

512. 4°. Naturam libertatis, de qua loquimur, proprie consistere in antecedenti immunitate a quacumque interna necessitate, sive *physica* sive *morali,* aut alio quocumque nomine vocetur, qua tollatur indifferentia ad electionem inter duos aut plures terminos siVe oppositos sive diversos, et, si praeterea de homine in praesenti statu sermo sit, inter terminos sibi contrarios. Hinc est quod *libertas indifferentiae* et *arbitrii* etiam nuncupetur, per quam homo vere dicitur et est dominus suarum actionum.

513. П. Ad intelligentiam veterum auctorum, quorum auctoritate jansenistae mire abutuntur, animadvertisse pariter juverit: 1°. veteres passim *voluntarium* et *spontaneum* pro *libero* usurpare6; 2°. vocabula *voluntatis* et *Ubertatis* vicissim sumere7; 3°. saepe confundere *necessitatem* cum *coactione, vi* atque *violentia;* 4°. interdum etiam libertatem *naturalem* cum libertate *morali;* idem dicas de servitute. 8 Quae si, ut par est, ob oculos habeantur, omnia disjicientur, quae ad suam communiendam sententiam seu haeresim adversarii proferunt, ut ex dicendis patebit.

514. Dis itaque delibatis, facile sic jam assertam propositionem adstruirous et vindicamus: Etiam in statu naturae lapsae ad merendum vel demerendum non sufficit libertas a coactione, sed praeterea requiritur libertas a necessitate, si haec necessitas etiam in hoc statu omnis meriti ac demeriti rationem prorsus tollit ac destruit. Atqui ...

515. *Minor* autem constat 1°. ex iis omnibus **Scripturae** locis, in quibus actiones humanae meritoriae aut demeritoriae illi tantum electioni adseribuntur aut imputantur, per quam homo dominus dicitur et est suarum actionum. Talia sunt Dent. XXX. 19: *Testes invoco hodie coelum et terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem.*

6) Ita s. iVuguslinus non semel dicit, libere Deum vivere, quamvis maxime necessarium sit eum vivere. Cf. Petav. *De Opif.* lib. III. cap. 6. el cap. 12.

7) Cf. Petav. ibid. cap. 7.

8) Ibidem.

Elige ergo vitam, ut et tu vivas et semen tuum. I. Cor. VII. 37. ile virginibus sic loquitur apostolus: *Qui statuit in carde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis, et hoc judicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit:* et alibi passim. Talia praeterea sunt illa omnia, quae continent praecepta, exhortationes, consilia. Sic Exodi XX. 3 et seqq.: *Non habebis deos alienos . . . non assumes nomen Dei tui frustra* etc. Talia demum sunt ea testimonia, in quibus Deus aliquid hominibus promittit sub ea conditione: *si voluerint;* Matth. XIX. 17: S» vis *ad vitam ingredi, serva mandata;* ibid. v. 21: 5» *vis perfectus esse* etc. Quae omnia aliaque ejusdem generis multa plenam electionem seu optionem ad merendum vel demerendum etiam in praesenti rerum ordine aperte vel declarant vel supponunt.9

516. Constat 2°. eadem *minor* ex testimoniis **patrum,** qui humanae libertatis naturam in praesenti statu in hoc positam affirmant, quod homo immunis per eam sit a quavis intima necessitate. Haec testimonia copiosissime, ut solet, collegit Petavius. 10* Nos unum aut alterum tantum promemus. S. **Hieronymus:** *Liberi,* inquit, *arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin ubi necessitas, nec corona est.* 11 Quam Hieronymi sententiam cum protulisset s. **Augustinus,** eam maxime probat his verbis: *Quis non agnoscat? Quis non toto corde suscipiat? Quis aliter conditam humanam neget esse naturam?* 12 Qui praeterea in libro *De duabus animabus contra manichaeos,* inter cetera haec habet: *Quamobrem illae animae, quidquid faciunt, si natura, non voluntate faciunt, id est, si libero et ad faciendum et ad non faciendum motu animi carent, peccatum earum tenere non possumus.* 13 Quid est autem liber ad faciendum vel ad non faciendum animi motus, nisi vis electiva, nisi optio? Adeo vero certum hoc erat s. Augustino, ut ibidem contrarium asserere, peccare nempe posse quempiam absque ejusmodi electione seu libero animi motu, *iniquitatis, insaniae et magni deliramenti* damnet. '* Cetera testimonia recolantur apud citatos auctores.

517. Cum vero adversarii abutantur auctoritate s. **Thomae,** nos non piget locupletissimum ac insignem hac de re s. Doctoris locum exscribere.

9) Cf. Toumely, *De Deo,* Appendix, *J)e arbitrii libertate,* secundae conclusionis prima probatio, ex Scripturis.

,0) Toto libro III. *De opif.;* et ad s. Augustinum quod attinet, lib. IV; nec non in opusc., quod inscribitur: *Elenchus Theriacae Vincentii Lenis;* quod quidem fictum est nomen, nam verus auctor est Fromondus.

") *Cont. Jovin* lib. ΠI. num. 3. edit. Vallarsii,

,a) *De natura et grat.* cap. 65. num. 78.

") *De duabus anirnabus,* cap. 12. η. 17. tom. VTII. opp.

H) Ibid. Sic enim loquitur: *Dicere... peccare sine voluntate* (libertate) *magnum deliramentum est; et peccati reum tenere quemquam, quia non fecit, quod facere non potuit, summae iniquitatis est et insaniae.*

Quum enim quaesivisset: *Utrum homo habeat liberam electionem* actuum; *aut ex necessitate eligat?* respondet: *Dicendum quod quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum; nec tamen ponebant, quod voluntas cogeretur* (quae est ipsissima Jansenii sententia). . . *Haec autem opinio est haeretica. Tollit enim rationem meriti et demeriti in humanis actibus; non enim videtur esse meritorium vel demeritorium, quod aliquis sic ut necessitate agit, quod vitare non possit. Est etiam annumeranda inter extraneas philosophiae opiniones, quia non solum adversatur fidei, sed subvertit omnia principia philosophiae moralis. Si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate movemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, praeceptum et punitio, laus atque vituperium, circa quae moralis philosophia consistit.* Ergo ex s. Doctore 1. libera non est voluntas, quae ex necessitate movetur, etsi nulla interveniat coactio; 2. sententia, quae id adstruit, haeretica est, utpote fidei contraria; germanae morum philosophiae adversatur, cum praecidat omnes radices et principia moralitatis, consiliisque, adhortationibus, praeceptis, punitioni, laudi ac vituperio aditum intercludat.

518. Constat 3°. ex ipsa **ratione.** 1. Etenim, semel constituto principio de voluntate ineluctabili atque antecedente necessitate ad aliquid abrepta, tota moralitatis ratio destruitur; ideo enim *morales* actiones nostrae dicuntur, tum quod morum regulis congruant aut adversentur, tum praecipue quod earum imperio ac disciplinae subjiciantur, seu ab iis dirigantur. *Incipit genus morum,* inquit s. Thomas, *ubi primum dominium voluntatis invenitur.* [16] Atqui id, ad quod interna ducimur necessitate, a morum regulis dirigi nequit; ergo. 2. Ex eodem s. Doctore prima totius meriti radix in eo posita est, ut aliquid ex iis tribuendo, quae in dominatu habemus, quoddam nobis jus comparemus, ut quidpiam de alienis accipiamus: *Per actum proprium,* inquit, *quis mereri non potest, nisi sit dominus sui actus. Sic enim suum actum quasi pretium pro praemio dare potest.* [17] Atqui actuum, quos non vis electiva eliciat, sed necessitas, quamvis placita, a nobis extorqueat, proprie domini non sumus. Ergo frustra eos quasi pretium pro praemio offerremus. 3. Ea insita est omnibus libertatis notio, ut dominium quis habeat in proprios actus, quod ex deliberatione oritur: *Dicendum,* inquit rursum Doctor angelicus, *quod ex hoc contingit, quod homo est dominus sui actus, quod habet deliberationem de suis actibus. Ex hoc enim quod ratio deliberans se habet ad opposita, voluntas in utrumque potest.* [18] Atqui in voluntate ineluctabili necessitate ad alterutrum compulsa, nullum locum habere potest

15) Quaest. VI. *De malo,* opp. s. Doctoris edit. Rom. 1570. tom. VIII; quod de celeris citationibus s. Doctorls semper intclligendum est; una enim, excepta Summa, bac editione utor.

*6) In II. *Sentent.* distinet. 24. quaest. 3. art. 2.

*7) *De veritate,* quaest. 29. art. 6.

|SJ I. 2· qu. 6- art. 2· ad 2·

deliberatio, nec proinde dominium aut libertae. Addatur, in adversariorum hvpothesi non magis reum esse, qui innocentem gladio peteret et occideret, quam lapis, qui e tecto decidendo transeuntem perimeret. Quid jam esset de legibus ac de societate universa, ubi invalesceret absurda ejusmodi doctrina? Concludendum igitur est. ad merendum vel demerendum etc., prout demonstrandum assumpsimus. 19

DIFFICULTATES.

519. I. Obj. S. **Augustinus** passim docet, omnem actum voluntarium liberum esse eo ipso, quod a voluntate profluat. Nam lib. *De spir. et lit.* cap. XXXI: *Hoc,* inquit, *quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit; si non vult, non facit;* et *De civ. Dei,* lib. V. cap. X: *Recesse est, ut, quod volumus, libero velimus arbitrio;* et alibi passim. 20 Huic doctrinae subscribit s. **Prosper,** lib. *Contra Collatorem,* cap. XVIII. ubi ideo nos liberos adstruit esse sub gratia, quia *volentes oramus, volentes loquimur, volentes operamur* etc. Subscribit s. **Joann. damascenus,** *De fide,* lib. III. cap. XIV. dum ait: *Arbitrii libertas nihil aliud est quam voluntas.* Subscribunt denique s. **Fulgentius,** s. **Bernardus,** s. **Anselmus,** aliique. Ergo.

520. **Resp.** *D.* A. Docet s. Augustinus cum reliquis patribus omnem actum voluntarium eo ipso liberum esse, quod profluat a voluntate, quatenus est formaliter voluntas, id est, prout sumitur pro electiva facultate, *C.* quatenus natura est, seu prout agit ex natura, A". Duplici enim sensu *voluntatis* vox usurpari consuevit, tum nempe ad facultatem naturalem animi nostri significandam, quae per modum naturae ad unum determinatae ac necessitate impellente movetur; tum ad liberam ipsam ejusdem voluntatis electionem, quae praecedente deliberatione ab eadem voluntate voluti proprio motu fit. Hanc distinctionem jamdiu s. Thomas viderat: *Voluntas,* inquit, *in quantum voluntas, cum sit libera, ad utrumlibet se habet. Potest enim agere vel non agere, sic vel sic facere, velle et non velle* (en voluntatem proprie talem seu fonnaliter sumptam). Si *respectu alicujus,* pergit ipse, *hoc voluntati non conveniat: hoc accidet voluntati, non in quantum voluntas est, sed ex inclinatione naturali, quam habet ad aliquid sicut ad ultimum finem, quem non potest non velle*21 (en voluntatem, prout natura

19) Consulantur de hac gravissima quaestione, praeter Pclavium in tribus postremis libris *De opif.* ac in *Elencho adt\ Vine. Lenis.* el lib. IX. *De incarn.,* Dechamps S. J. in egregio opere *De haeresi Janseniana,* Mailejus in *Historia theologica,* et in ceteris scriptis quae opposuit P. Migliavacca, qui in libro inscripto, *L infarinato posto net vaglio,* doctrinam catholicam impugnaverat, et Tournely in *Append,* saepius laudata.

'°) Omnia s. Docloris testimonia, quae huc referri possent, collegit el expendit Pelavius, op. cit nec non Tournely loc. cit. see. obj.

'*) Quaest. 2. *i)e potentia,* art. 3. in corp.

est, seu agentem por modum naturae). Eadem habet s. Augustinus. 22 Duplicem hunc sensum data opera adversarii confundunt, ut s. Angustino ac reliquis patribus tribuant sensum ipsorum menti plane adversantem.

521. I. **Inst.** Atqui juxta citatos patres voluntas ita distinguitur a natura, ut semper libera sit, ad discrimen naturae, quae in aliquid fertur, utpote ad unum determinata. Etenim s. Augustinus, lib. *De duabus animabus,* cap. XII: *Jllae animae,* scribit, *quidquid faciunt, si natura, non voluntate faciunt;* etc. et *De libero arbitrio,* lib. III. cap. I: *Motus* animae *non est utique naturalis, sed voluntarius.* Sic pariter s. Bernardus; immo et s. Thomas, qui ait: *Voluntas dividitur contra naturam, sicut una causa contra aliam; quaedam enim fiunt naturaliter, quaedam voluntarie.* 23 Ergo.

522. **Resp.** *Dist. min.* Voluntas distinguitur a natura juxta citatos patres, prout est formaliter voluntas ex dictis, *C.* voluntas ut natura est, seu agit per modum naturae ad unum determinatae, *N.* Idem enim recurrit loquendi abusus. Huic autem difficultati, quam sibi s. Thomas proposuerat, ita respondet: *Dicendum, quod voluntas dividitur contra naturam, sicut una causa contra aliam; quaedam enim fiunt naturaliter, et quaedam fiunt voluntarie. Est autem alius modus causandi proprius voluntati, quae est domina sui actus, praeter modum, qui convenit naturae, quae est determinata ad unum; sed quia voluntas in aliqua natura fundatur, necesse est, quod modus proprius naturae quantum ad aliquid participetur a voluntate.* 24 Sin vero adversarii contendant, voluntatem a natura distingui, ut rem a re, ut vult Scotus, qui pariter objicitur, tunc reponimus, id dari posse, si natura accipiatur praecise ut natura est tantum. Voluntas enim non est natura tantum, sed natura simul et voluntas; cum in aliquibus agat ut natura tendens in unum, in aliis ut voluntas, seu ut facultas libera ad opposita, praeeunte judicio rationis.

523. II. **Inst.** Ergo quidquid praeeunte ratione aliquis vult et amplectitur, liberum dicendum est. Atqui multa sunt, quae praeeunte ratione necessario volumus; cujusmodi in nobis est beatitudo in genere, in beatis amor beatificus, in Deo ipso processio Spiritus Sancti; optime igitur cohaeret libertas cum necessitate.

M) Sanctus enim Doctor, lib. *De duab. anim.* cap. 12: *Ouamobrem,* inquit, *illae animae, si natura, non voluntate faciunt, id est, si libero et ad faciendum et ad non faciendum animi motu carent;* quibus verbis aperte distinguit voluntatem proprie dictam, seu formaliler, ut loquuntur, sumptam , a naturali facultate, seu prout natura est. Rursum vero disputans cum Felice manichaeo, lib. II. cap. 7: *Non necessitatem,* inquit, *natura facit; sed voluntas culpam ;* et cap. 4: *Cum* Dominus *dicit: aut hoc facite, aut illud facite, potestatem* (id est voluntatem) *indicat, non naturam.* Ex his deprehendimus, unde s. Thomas hauserit suam distinctionem.

“) I. part. qu. 10. art. 1. ad 1.

Ibid. Unde colligitur mala adversariorum fides, dum non verentur depromere pro sua sententia argumenta ex s. Thoma, qui eos tanto ante jam tempore omnino protriverat.

524. Resp. Dist *maj.* Quidquid praeeunte ratione volumus, liberum dicendum est, si ita objectum proponatur, ut subsit rationis judicio et locus detur deliberationi, ita ut voluntas possit dici domina sui actus, *C.* si ita proponatur, ut necessario prosequendum aut fugiendum sit, Ar. Atque ita exponi debent nonnulla patrum testimonia, qui ideo interunt hominem liberum esse, qnia ratione praeditus est. Hoc enim verum est, si ad hunc sensum referatur, quod nempe ratio sit radix et fundamentum libertatis, seu si referatur ad libertatem suppositi vel potentiae; at falsum est, si referatur ad libertatem actus, quando objectum non proponitur ut indifferenter prosequendum vel fugiendum, ut patet in exemplis adductis. 25

525. HI. Inst. Atqui etiam in his, in qnibus objectum ab intellectu proponitur ut necessario prosequendum vel fugiendum, juxta s. Augustinum consistit vera et proprie dicta libertas. Quum enim, lib. *De nat. ct grat.* cap. XLVI. objiceret Pelagius: *Voluntatis arbitrio ac deliberatione privatur, quidquid naturali necessitate constringitur;* respondet s. Doctor: *Per enim absurdum est, ut ideo dicamus non pertinere ad voluntatem nostram* (scilicet libertatem), *quod beati esse volumus, quia id omnino nolle non possumus, nescio qua et bona constrictione naturae; nec dicere audemus, ideo Deum non voluntatem, sed necessitatem habere justitiae, quia non potest velle peccare.* Quod et alibi passim inculcat. Ergo.

526. Resp. *Neg. subsumptum.* Ad prob. *D.* Absurdum est juxta s. Augustinum, nos liberos non esse in eo, quod beati esse volumus, quoad libertatem contrarietatis, *C.;* quoad libertatem contradictionis, iV. Scopus enim s. Augustini in adducto loco aliisque similibus est, refellere pelagianos, qui constituebant essentiam libertatis in libertate contrarietatis seu in indifferentia ad bonum ac malum, minime vero in libertate contradictionis aut specificationis. Eos propterea provocat ad exemplum Dei ac beatorum, qui, licet peccare non possint, neque a justitia deficere, tamen liberi essentialiter sunt; quia: *Nec libertas, nec pars libertatis,* ut loquitur s. Anselmus, *est potestas peccandi*26*;* sed potius *libertatis defectus,* ut ait s. Thomas. 27 Merito igitur s. Augustinus Julianum, qui dicebat: *Deus liber non est, qui malum non potest velle,* hac ratione perstringit: *Siccine Deum laudas, ut ei auferas libertatem ?*28

527. At, inquit Jansenius, s. Augustinus loquitur de voluntate justitiae, prout in Deo et beatis est, quae non patitur indifferentiam contradictionis. Deus enim suam justitiam essentialiter et necessario vult, prout necessario pariter eam volunt beati.

528. Resp. *Dist. ant.* Loquitur s. Augustinus de voluntate, qua prosequitur justitiam, prout dicit exercitium justitiae ad extra, qua bona et justa operari potest vel omittere, *C.* prout dicit attributum essentiale ad intra, *N.* Ad prob. *D.* Deus justitiam suam essentialiter et necessario vult quoad specificationem ad volendum bonum ct justum, ita ut contrarie ab ipsa deficere non possit malum volendo aut operando, *C.* quoad exercitium ad extra, ita ut ab ipsa deficere non possit negative non operando, *N.*

529. IV. Inst. S. Augustinus, *De civ. Dei,* lib. V. cap. X. ad declarandam naturam nostrae libertatis utitur exemplis vitae et praescientiae Dei. Ait enim: *Si illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, ut ita aliquid vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis. Neque enim et vitam Dei et praescientiam Dei sub necessitate ponimus, si dicamus nccesse esse Deum semper vivere et cuncta praescire.* Porro necessitas, quae similis est illi, qua necesse est Deum vivere et cuncta praescire, omnem interimit libertatem a necessitate; atqui haec necessitas ex Augustino libertatem voluntatis non tollit; ergo.

Ô30- Resp. *Dist. maj.* Necessitas, quae similis est illi, qua necesse est Deum vivere et cuncta praescire, omnem tollit libertatem, si sermo sit de vita Dei naturali et essentiali, qua Deus est, *C.* si sermo sit de vita Dei, ut ita dicam, accidentali, quae in operatione ejus ad extra consistit, quae necessaria non est, nisi necessitate consequente et hypothetica perinde ac praescientia, *N.* Jam vero s. Doctorem de ejusmodi vita ac praescientia loqui, patet tum ex contextu, tum ex scopo sibi proposito, qui est Stoicos illos impugnare, qui cum Tullio contendebant voluntates nostras nulli necessitati etiam consequenti subjici: *Ne videlicet non essent liberae, si subjicerentur necessitati.* Quibus apposite respondet s. Augustinus, necessitatem consequentem nullo modo officere libertati: *Sic etiam cum dicimus,* pergit ipse, *necesse est, ut, cum volumus, libero velimus arbitrio, et verum procul dubio dicimus, et non ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subjicimus, quae adimit libertatem.* 29

531. V. Inst. At 1. idem s. Doctor, lib. *De dual·, anim.* cap. 1. liberum arbitrium definit: *Animi motum cogente milio.* Cui definitioni insistens s. Thomas, haec expresse habet: *Liberum arbitrium dicitur ex eo quod cogi non potest.* 3Q Igitur coactio est, quae liberum arbitrium tollit. 2. Et sane, inquiunt, juxta hos sanctos doctores unam tantum proprieque dictam coactionem libertati adversari, evidentissimo efficitur s. Thomae testimonio, ex p. I. qu. 82. art. 1. ubi, cum quaesivisset: *Utrum voluntas aliquid ex necessitate*

») Recolantur quae praenotavimus initio propositionis.

») Dial, de lib. arb. cap. 1. pag. 117. col. 1. ***B;*** quod postea etiam inculcat. Eadem habet s. Thomas passim.

ÎT) I. 2. qu. 109. ari. 2. ad 2.

") Op. imperf. com. Julian, lib. L num. 100.

a) Op. el loc. cit. n. 1.

30) In II. dist. 25. qu. 1. ari. 4.

appetat? illudque, quod certissimum est, constituisset, in beatitudinem universos *necessario* trahi, idcoque voluntatem aliquid *ex necessitate* velle, celebri quod sibi objecerat Augustini effato: Si *aliquid est necessarium, non est voluntarium,* respondet: *Dicendum, quod verbum Augustini est intelligendum de necessario necessitate coactionis. Necessitas autem naturalis non aufert libertatem voluntatis, ut ipsemet in eodem libro dicit.* Ergo juxta utrumque doctorem sola vere ac proprie dicta coactio libertati adversatur; ideoque meritum ac demeritum optime potest cum necessitate naturali consistere.

532. Resp. *D.* A. Juxta utrumque doctorem liberum arbitrium ex eo dicitur, quod cogi non potest coactione improprie dicta seu necessitate, *C.* proprie dicta, A Interdum enim coactionis vox *stricte* sumitur pro vi ex principio extrinseco illata: interdum *late* pro naturali ac necessaria ad unum inclinatione. quae facultatem ad oppositum aufert; interdum denique *latissime* pro morali quadam vi eaque vehementi, non tamen ineluctabili. Porro tum s. Augustinum tum s. Thomam *coactionis* vocabulum *late,* immo *latissime* usurpasse pro quacumque *necessitate,* adeo ut, dum ajunt: *Id esse liberum, non est coactum,* nil aliud sibi velint, quam: *Id esse liberum, quod nulla necessitas extorserit,* ex plurimis ipsorum locis apparet. Sic s. Augustinus, *Retract,* lib. L cap. XV. scribit, primos parentes ideo esse culpandos, quia *nullo cogente,* hoc est, libera voluntate peccarunt: *Suasit enim,* ait, *tentator, ut hoc fieret, non coëgit.* Sic pariter s. Thomas, *Cont. gent.* lib. III. cap. CXLVIII. cum demonstrandum suscepisset, *per auxilium divinae gratiae hominem non cogi ad virtutem,* ita disputationem aggreditur: *Posset autem videri alicui, quod per auxilium divinum coactio homini inferatur ad bene agendum.* Ita alibi passim.

533. Ad 2. seu ad confirm. *D.* ut supra: Si voluntas accipiatur pro natura, *C.* si accipiatur pro rationali facultate eligendi ac respuendi vi praedita, seu prout est formaliter voluntas ex dictis, A'. Talem esse mentem s. Thomae, constat ex iis, quae *De veritate,* cap. XXIV. art. I. scribit; ubi, cum ipsissimam s. Augustini sententiam usurpasset, ait: *Cum electio sit quoddam judicium de agendis, vel judicium consequatur, de hoc potest esse electio, quod sub judicio nostro cadit. Judicium autem in agendis sumitur ex fine, sicut de conclusionibus ex principiis. Unde, sicut de primis principiis non judicamus, ea examinantes, sed naturaliter eis assentimus ... ita et in appetibilibus de fine ultimo non judicamus . .. sed naturaliter approbamus; propter quod de eo non est electio, sed voluntas. Habemus ergo respectu ejus liberam voluntatem, cum necessitas naturalis inclinationis libertati non repugnet secundum Augustinum, non autem liberum judicium, proprie loquendo, quum non cadat sub electione.*

534. VI. **Inst.** 1. Laus non debetur nisi actibus liberis; atqui s. Augustinus laudem Deo et angelis tribuit ob actus ipsis prorsus necessarios.

Etenim, *Tract. LUI. in Joann,* laudi Deo vertit, *quod negare seipsum non potest:* et *De Civ. Dei,* lib. XII. cap. 1. angelis *adhaerere Deo.* Id ipsum dicatur de vituperio ac de demerito. 2. Nam idem s. Doctor, sibi semper constans, docet, inesse in nobis post primi hominis lapsum peccandi necessitatem, adversus pelagianos, ac praesertim *Operio irnperf.* lib. I. cap. 105; et tamen simul docet adversus eosdem peccata ista ex necessitate patrata a Deo imputari; ait enim ibid.: *De quo genere malorum Deus rogatur, ubi dicitur: delicta juventutis et ignorantiae meae ne memineris. Quod genus delictorum si non imputaret Deus justus, non ea sibi dimitti posceret homo fidelis.*

Ergo·

535. Resp. *Dist. maj.* Laus proprie et stricte sumpta non debetur nisi actibus liberis, *C.* laus latiori sensu sumpta, scilicet pro honore, *N.* Sic *Dist. min.* S. Augustinus laudem late sumptam Deo et angelis tribuit ob actus ipsis necessarios, *C.* stricte sumptam, A. Ut enim observat s. Thomas, laus stricte sumpta est *sermo dilucidans magnitudinem virtutis',* et haec non debetur nisi actibus liberis; quatenus vero late sumitur, laus nempe pro honore, *non actui, sicut laus, sed magis agenti tribuitur,* ut ipsemet loquitur, et confertur ratione dignitatis solius suppositi, licet jam sit in fine, ac proinde etiam propter actus necessarios. [31] Neque aliter in objectis locis intelligendus est s. Augustinus. Ad Deum vero speciatim quod attinet, ipsum etiam stricto sensu laudare possumus, si non quantum ad ejus essentiam, *saltem secundum effectus ipsius qui in nostram utilitatem ordinantur;* quod angelicus Doctor rursum animadvertit. [32]

536. Ad 2. *D.* S. Augustinus docet, inesse homini necessitatem peccandi peccato materiali et improprie dicto, *C.* formali et proprie dicto, *subdist.* necessitatem moralem et vagam, *C.* physicam et determinantem ineluctabiliter ad aliquod peccatum, *N.*[33] Sed de hoc fusius in tract. *De gratia.*

537. II. Obj. Christus liber plane fuit tum in amando Deo, tum in praecepto Patris servando de morte subeunda. His enim actibus et sibi et nobis meruit, sibi gloriam, nobis gratiam; libertas autem totius meriti radix est. Atqui Christus nulla quoad illos actus utebatur libertate a necessitate; cum neque ab amando Deo abstinere posset, utpote comprehensor, neque a morte subeunda, cum sibi servandum esset praeceptum Patris. Ergo. . . Haec autem

1!) In primo *Lthic-,* lect. 18; et II. 2· qu. 103. ari. 1. ad 3. ubi integer textus ita se habcl: «Laus distinguitur ab honore dupliciter. Uno modo, quia laus consistit in solis signis verborum; honor autem in quibuscumque exterioribus signis; et secundum hoc laus in honore includitur. Alio modo, quia per exhibitionem honoris testimonium reddimus de excellentia bonitatis alicujus absolute; sed per laudem testificamur de bonitate alicujus in ordine ad finem, sicut laudamus bene operantem propicr finem. Honor autem est etiam optimorum, quae non ordinantur ad finem, sed jam sunt in fine."

3a) II. 2. qu. 91. art. 1. ad 1.

’’) Cf. Tourncly, loc. cit. septima objectio.

confirmantur ex iis, quae scribit s. Thomas, disserens de libero Christi arbitrio: *Vel dicendum,* inquit, *quod si etiam* (liberum arbitrium Christi) *esset determinatum ad unum numera, sicut ad diligendum Deum, quod non facere non potest; tamen ex hoc non amittit libertatem aut rationem laudis sive meriti, quia in illud non coacte, sed sponte tendit, et ita est actus sui dominus.*34 Ergo juxta s. Thomam 1. non tollitur libertas *ex determinatione ad unum;* 2· ad rationem meriti ac laudis sat est, non *coacte,* sed *sponte* in laudabilia ferri, seu sola externa coactio, non autem necessitas aut spontaneitas officit libertati.

538. Resp. *Dist. primam partem maj.* Christus liber fuit in amando Deo, quatenus amor ille ad creaturas tendebat, *C.* quatenus amor ille divinam bonitatem essentialem intuitive cognitam spectabat, A' Hoc enim postremo sensu actus amoris beatifici nec liber est nec indifferens, sed omnino necessarius; at priori sensu actus amoris in Christo liber fuit libertate *specificationis* seu *disparitatis. Licet enim anima Christi,* inquit s. Thomas, *esset determinata ad unum secundum genus moris scilicet ad bonum, non tamen erat determinata ad unum simpliciter: poterat enim hoc vel illud facere et non facere. Et ideo libertas in eo remanebat, quae requiritur ad merendum.* 35

539. Alteram majoris partem de libera Christi morte, *C. Oblatus enim est, quia ipse voluit;* at *neg. min.* ex ea parte, qua dicitur Christus mortem necessario subiisse, vel quia, ut pluribus placet, praeceptum Patris non fuit praeceptum stricte tale seu stricte sumptum, sed solum late tale 36, vel quia,

îì4) In IIL dist. 18. qu. 1. art. 2. ad 5. *De terit,* quaest. 29. ari. 6- ad 1.

M) lia censet Inter ceteros Pctavius, *De incarn.* lib. IX. cap. 8. §. 6. cujus haec verba sunt: Praeceptum illud et mandatum, quod Christo Pater edidisse dicitur, velut de perferendis suppliciis ac luenda morte, non absolutum imperium videri fuisse, sed simplicem significationem consilii ac voluntatis suae, quia multa illi proponebat Pater ad humanam recuperandam salutem remedia, ex quibus quod vellet, eligeret, adeo ut, quidquid ex omnibus capesseret, id sibi gratum esse ac placere monstraret, proindeque mandante se ac praecipiente faceret. Non fuisse praecepti necessitate aliqua circumscriptum Dominum Jesum, docere ipsemet videtur, apud Joannem X. 17. ita loquens: «Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso; et potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo.·' In his verbis, cum se habere dicit *IEovσίαv,* id est, *potestatem ponendi animam suam,* ex proprietate nominis intelligendum est, ulriusque amplectendi liberam ei optionem fuisse, non unius dumtaxat. Nec enim potestatem vel *lEoviiav* homini datam esse quisquam sanus ac sobrius dicat, naturalis aliquando subeundae mortis, vel, si ex alto praecipitet, in terram cadendi; vel eum denique, qui vinculis alligatus in carcere detinetur, potestatem habere illic manendi. Haec enim ridicula sunt. Cum ergo Christus potestatem habere se dicat mortis obeundae, eamque se ab semetipso, id est, suapte voluntate suscipere, procul dubio demonstrat liberum sibi integrumque fuisse, utrum mallet e duobus eligere, ut aut moreretur aut se morti subtraheret.·* Quam deinde sententiam plurimorum patrum graecorum et latinorum auctoritate adstruit. Cf. *Theses* Nie. Rayé, Soc. Jes., quas inseruit P. Za-

quod aJiie poilus arridet, si mandatum Patris fuit praeceptum proprie dictum, Christus ipsum habuit conditionatum tantum, dummodo scilicet ipse voluisset mortem obire nec petere dispensationem. 37 In utraque porro hypothesi Christus liberrimus fuit, ideoque per eam et sibi et nobis promereri potuit.38

540. Ad confirmat, resp. Non tollitur, juxta s, Thomam, libertas ex determinatione ad unum secundum genus moris, quaeque relinquat libertatem contradictionis et specificationis seu disparitatis, *C.* ex determinatione ad unum simpliciter, A]. Mentem enim suam s. Doctor exposuit in adductis verbis.

541. Ad 2. confirmat. *D.* Ad rationem meriti ac laudis sat est non *coacte,* sed *sponte* in laudabilia ferri, id est, libere ex immunitate a necessitate, *C.* spontanee tantum, *N.* Eo enim ipso, quod dicat angelicus Doctor: *Et ita est dominus actus sui,* patet eum vocem *coacte* pro *necessario* usurpasse. Eodem enim docente: *Sumus domini nostrarum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud eligere . . . . unde appetitus finis non est de his, quorum domini sumus.* 39

542. 111. O bj. Ipsa libertatis notio suadet optime necessitatem cum libertate componi. Ad hoc enim, ut actus liber censeri debeat et sit, suf-

charia in *Thesauro Theol.* tom. IX. opusc. 18. in quibus ostendere satagit Christum incapacem fuisse praecepti rigorosi.

37J Sic plures theologi arbitrantur juxta illud, quod legitur, Matlh. XXVI. 53. de Christo, dicente ad Petrum: ..An putas, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum?·· Nec improbabile putat Petavius, loc. cit. §. 13. in fine: ..Potuisse Christum eodem momento, quo paternum de redimendo genere humano consilium sine ullo praeciso mandato cognovit, ab eodem ultro petere, ut, quod suae voluntati elcclioniquc permittebat, sibi hoc accuratiore imperio praeciperet, quo tanto demissiore et humiliore obsequio fungeretur. Nam utrumque sic obtinebimus, ut et liberrima optione Christus mortem per tot cruciatus obeundam susceperit, et in hoc ipso *strictae,* ut vocant, ac rigidae obedientiae partes impleverit.

3S) Plusquam viginli recensentur theologorum sententiae ad hunc nodum dissolvendum, quas quisque recolere potest tum apud Marin, S. **J.**, tom. **П.** tract. 17. *De Incarn.* disp. 13 et 14; tum apud Aranda, in eod. tract. *De Incarn.* Nemo tamen ex-

stiano-cath. dogmatica, part. III. Mûnsteri 1834, pag. 260. Hic enim quamvis affirmet *impossibile haud esse* liberam voluntatem seu quod ipse vocat *humanum libere velle in Christo cum unitate ac divinitate ejus personae* philosophice *componere,* sic tamen de hac Christi libertate loquitur atque ita omnia quae illam adslruunt, argumenta data opera convellit, ut ea veluti res indifferens minime *necessario* admittenda ex ejus sententia videretur. Quod sane erroneum vehementer est; nec solum communi patrum et theologorum omnium doctrinae contradicit (cf. Pelav. *De Incarn.* lib. VIII. cap. 8.1, sed ipsius ecclesiae sensui et Scripturarum auctoritati. Hae quippe (ut caetera praeteream), nobis perhibent, Christum ut hominem meruisse obediendo et mortem subeundo; non meruit autem, neque obedivit voluntate divina; ergo meruit et obedivit voluntate humana, et quidem *libera,* ut patet ex hactenus dictis et cx ecclesiae doctrina, quae ad merendum vel demerendum definivit requiri immunitatem a necessitate; quod nunc de fide est.

39) Part. I. qu. 82. art. 1. ad 3.

licit 1. ut praevio rationis judicio eliciatur; per hoc enim distinguitur ab actibus brutorum; 2- ut voluntas seipsam ad agendum moveat, agatque proinde, et non agatur tamquam bruta animantia 40; 3. ut sit perfecte voluntarius, id est, non solum a voluntate elicitus, sed etiam imperatus, et non coactus; 4. ut ita sit voluntarius, ut etiam sit in nostra potestate, adeo ut homo per ipsam. Λ *vult. facit: si non vult, non facit,* ut loquitur s. Augustinus4'; 5. ut cum voluntaria delectatione eliciatur juxta illud ejusdem s. Augustini certissimum effatum : *Ibi sumus veraciter liberi, ubi non delectamur inviti42;* vel etiam, ut alibi loquitur: *Libera voluntate facimus.... quia delectati facimus. 43* Et sane, inquiunt, 6. licet peccatores obdurati et habitibus irretiti dura premantur necessitate, libere tamen peccant, immo et ipsi damnati et daemones graviter peccant majori adhuc necessitate compulsi; 7. beati in coelo licet necessario Deum diligant, libere tamen diligunt, cum ipsorum amor actus humanus sit; ac 8. demum Deus ipse, licet nunc saltem necessario creaturas velit, liber tamen semper circa easdem censetur. Ergo.

543. Resp. *Neg. ant.* Ad 1. *D.* Sufficit, ut subsit judicio rationis indifferenti seu libero et expedito, *C.* judicio inelnctabiliter ad unum inflexo et determinato. A.44 Hoc enim speciatim intervenit discrimen inter homines et bruta animantia.

544. Ad 2. *D.* Ut voluntas ita se ad agendum moveat, ut possit pariter se non movere per plenam ad motum et quietem facultatem, *C.* secus, *N.* Et hic rursum patet diversa hominum et brutorum ratio: quia bruta physice, non autem moraliter se movere possunt, nec propterea *habent dominium sui actus,* ut ait s. Thomas. 45

545. Ad 3. *D.* Ut sit perfecte voluntarius sensu nuper exposito, *C.* alias, A. Sic etiam ut non sit *coactus,* id est, necessarius. *C.* coactus stricte sumptus, A'.

546. Ad 4. *D.* Ut sit in nostra potestate omnimoda physica et morali per facultatem electivam ad opposita et diversa, *C.* in sola potestate physica, *N.*

547. Ad 5. *D.* Eliciatur cum delectatione consequente, deliberata et vincibili, *C.* antecedente, indeliberata et invincibili, *N.* Talis porro est sensus Augustini in citatis locis; ideo enim eam naturam sat bonam esse propugnat, *quae habet in potestate, illicitam delectationem, si extiterit, ita cohibere, ut non solum de ceteris licitis rectcque factis, verum etiam de ipsius pravae delectationis cohibitione laetetur. 46*

548. Ad 6. *D.* Peccatores dura premuntur necessitate morali, voluntaria

‹e) S. Thom. *De verit.* qu. 24. ari. 2.

4l) *De spiritu et Utera.* cap. 31. num. 53.

°) *De iiupt. et concnpise.* lib. L cap. 30. num. 33.

«) *In Ps.* CXXXIV. num. 11.

M) S. Thom. I. 2. qu. 6. art. 2. ad 2.

«) *Cont. gent.* lib. IL cap. 47. ratione 3.

«) *D*
num. 11.

ct vincibili, *C.* physica, *N.* Id ipsum dicatur de daemonibus et damnatis, qui juxta satis receptam sententiam nonnisi morali compelluntur necessitate, libere propterea vereque peccant, licet ipsis peccata non amplius ad demeritum imputentur, utpote in termino constitutis, ut loquitur s. Thomas. 47

549. Ad 7. *Neg.* beatos libero Deum diligere. Ad confirmat, autem *D.* Amor beatificus humanus est quoad substantiam operis, *C.* quoad modum operandi, *N.*

550. Ad 8. *D.* Deus ipse nunc saltem necessario vult creaturas necessitate consequente, ideoque semper libere, cum velit per eumdem actum, quo semel voluit, seu potius vult ab aeterno, eo quod in Deo nulla detur successio actuum, *C.* necessitate antecedente, *N.* 48

PROPOSITIO II.

Etsi per originale peccatum liberum hominis arbitrium attenuatum sit, non est tamen extinctum; seu manet in statu naturae lapsae vera et proprie dicta libertas ad merendum vel demerendum necessaria.

551. Propositio haec est de fide. Concilium enim trident, sess. VI. can. V. hanc definitionem edidit: *Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figmentum denique a satana invectum in ecclesiam; anathema sit.*

552. Cum vero dicimus, liberum hominis arbitrium per peccatum originale esse viribus attenuatum atque inclinatum, non id intelligendum est de proprietatibus ipsius naturalibus, sed juxta dicta, relate ad integritatem naturae, qua Deus primum hominem praeditum voluit.

553- Haec thesis praecipue perstringit novatores saec. XVI. lutheranos et calvinistes, nec non jansenistas, qui communem cum ipsis causam inierunt: ideoque argumentis theologiae propriis est vindicanda. Indirecte vero eos pariter afficit incredulos, qui negant hominem libero arbitrio pollere. Cum autem omnia argumenta, quae tum ex Scriptura et patribus, tum ex libertatis notione deprompta in superiori propositione attulimus, disserentes de libertatis natura, hanc eamdem propositionem evincant, supervacaneum et molestum esset, ea denuo proferre. Urgebimus propterea adversus incredulos ea rationum momenta, quae nos certos faciunt de existentia nostrae libertatis.

554. Ac prima quidem ratio petitur ex ipso **intimo sensu**; quo ita afficimur, ut plane sentiamus, nos aliquid velle vi propria et ex proprio delectu, ut possimus id ipsum non velle; id vero ita, ut de libera electione

47) Cf. II. 2. qu. 13. ari. 4. ad 2. et alibi.

w) Recolantur, quae de hoc argumento scripsimus in tract. *De Deo>* num. 291 et seqq.

*

nostra dubitanti illico possimus facto ipso libertatis nostrae demonstrationem exhibere.

Altera ratio petitur ex modo ipso agendi. Etenim si necessitate aut spontaneitate ad agendum impelleremur, totam viam nostram promeremus, non autem ex parte tantum, ut in agentibus necessariis fit; porro nos vim nostram pro arbitrio exerimus, eam cohibemus, suspendimus, iterum conamur etc.

Tertia eruitur ex **universali** omnium hominum **consensione**, quae oriri nequit nisi vel ex sensu intimo vel ex naturali animi propensione ad istud judicium ferendum; quod pro instituto suo ostendunt philosophi. Hanc vero totius orbis conspirationem in agnoscenda hominis libertate pulchre exposuit s. Augustinus, dnm ait: Hanc *cantant et in montibus pastores} et in theatris poetae, et indocti in circulis} et docti in bibliothecis, et magistri in scholis, et antistites in sacratis locis;, ct in orbe terrarum genus humanum.* 1

Quartam suppeditant **leges, praemia** ac **poenae**, quibus, Solone 4este. ut habet Cicero, omnis humana respublica continetur; quae prorsus inutiles forent, nisi daretur vera in homine libertas.2

Quintam denique, ceteris praetermissis, praebent ipsi **libertatis** i re**pugnatores**, qui, etsi ore et scriptis libertatem inficiantur, ita vitam suam componunt, et omnia sua dirigunt atque accommodant, ac si plena se se uti libertate persuasum ipsis esset: in periculis enim sunt admodum solliciti, in dubiis cauti, in ulciscendis injuriis feroces, hortantur et ipsi suos, uxorem, prolem, domesticos, ut honestatem colant: puniunt, si quid deliquerint; injurias propulsant, aliaque ejusmodi praestant, quae cum ipsorum doctrina componi nulla ratione possunt. 3 Ergo.

') *Lib. de duab. anim.* nam. 15. alias cap. 11. Cf. Cudwortb, *De aeternis et immutabilibus justi et injusti notionibus,* cap. 1 et seqq. ad calcem *Syst. intellect.;* Hoocke, *Religionis nat. principia,* part. II. sect. 1. art. 1. *De libertate.*

a) Hinc A. Gellius, *Noct. attic,* lib. VI. cap. 2: *Sine libertate,* ajebat, *poenae forent injustae.* Quae ipsa quoque Augustini mens est: »Sublata libertate omnis humana vita subvertitur; frustra leges dantur; frustra objurgationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur; neque ulla justitia bonis praemia et malis supplicia constituta sunt.u

') Cf. Storchenau, S. J. *Institutiones metaphysicae,* lib. III. *Psych,* parti, sect. 3. cap. 3. Apposite Holland, *Rê/lex. philosoph.* etc. de hoc argumento scribit: »11 en est des arguments contre la liberté comme de ceux qu'on fait contre la possibilité du mouvement et contre l'existence des corps. Ces arguments sont quelquefois très-subtils, difficiles à résoudre, surtout pour ceux qui ne connaissent pas les charlataneries dialectiques: mais comme ils contredisent des sentiments vifs, profonds, irrésistibles, universels, ils éblouissent Γ esprit sans le convaincre. Indépendamment de toute méditation, Γhomme croit qu'il y a du mouvement dans le monde, qu'il existe des corps autour de lui, et que c'est lui-même qui se détermine aux actions qu' on lui voit faire pendant le cours de sa vie. Les philosophes, qui soutiennent que c'est là un instinct trompeur, ne peuvent s'en dépouiller eux-mêmes; malgré tous les sophismes qui leur font illusion, ils ne peuvent pas

DIFFICULTATES.

555. L Obj. Scripturae passim nulla nos proprie dicta libertate in praesenti statu pollere tradunt, ut 1. Jerem. X. 23: *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus.* 2. Prov. XXL 1: *Cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud.* Ita alibi saepe. Ergo.

556. Resp. *Eeg. antec.* Ad 1. *D.* Quoad executionem, *C.* quoad exercitium, *subdist.* quoad opera supernaturalia, *C.* quoad opera naturalis ordinis, si faciliora sint, *N.*

557. Ad 2. *D.* Per motionem congruam, *C.* per libertatis ablationem, *N.* Sic cetera testimonia, quae afferri solent, exponi debent, nempe vel de libertate executionis, vel de necessitate gratiae, vel de servitute peccati, vel de necessitate morali etc., ut suis locis expendemus.

558. IL Obj. S. Augustinus, disputans adversus pelagianos, tria haec numquam non inculcat: 1. Periisse post hominis lapsum, innocentis hominis arbitrium, ut in *Enchirid.* cap. XXX: *Libero arbitrio male utens homo et se perdidit et ipsum.* 2. Esse in natura lapsa peccandi *necessitatem,* ut in *Lib. contra Fortunatum,* num. 22.: *Postquam ipse* (Adam) *libera voluntate peccavit, nos in necessitatem praecipitati sumus, qui ab ejus stirpe descendimus.* 3. Arbitrii *indifferentiam* per Adae scelus omnino periisse; eamdemque in libris *Contra Julianum* acriter insectatur; et *Serm. OVI.* num. 11. aperte *nos non agere, sed agi* affirmat. Ergo.

559. Resp. Ad 1. *D.* Affirmat s. Augustinus, periisse post Adae lapsum liberum hominis arbitrium, quale in paradiso fuit, *habendi plenam cum immortalitate justitiam,* seu quoad ejus perfectionem, ut ex dictis constat, *C.* absolute ac simpliciter, *N.* Docet nempe s. Doctor, innocentis hominis arbitrium potens fuisse etiam ad *immortalitatem* et ad ulteriores actus, justitia originali et sanctitate ut privilegio stabili felicissimum statum illum perficiente; et haec profecto libertas periit. At remanet arbitrii libertas naturalis, qualem hominis natura exigit tum ad actus aliquos saltem moraliter honestos, tum ad assentiendum *active* gratiae motionibus. Hinc, *Enchir.* loc. cit. s. Augustinus *emortuum* et *non emortuum* dicit nostrum arbitrium, *emortuum, ad habendam plenam cum immortalitate justitiam; non emortuum,* ad cooperandum Deo, et ad moralia naturae opera saltem faciliora perficienda. *

autrement que le vulgaire, parce qu'ils ne peuvent s'empêcher de sentir comme lui.·

4) Cf. Faure S. J. 5. *Augustini Enchiridion nolis et assertionibus theologicis illustratum,* Romae 1755, denuo editum, Neapoli 1847. in hunc locum, ubi fuse ostendit, liberum arbitrium, quod hic deperditum dicit s. Augustinus, esse illud, «quod homo primus, male utens, perdidit; atqui illud fuit arbitrium *sanum* et potens *juste* vivere. Deinde dicitur perditum illud arbitrium, quod contraponitur arbitrio liberato post casum; hujusmodi autem non

560. Ad 2. *D.* Necessitatem *moralem* ortam ex concupiscentia vel concupiscentiam ipsam, C. necessitatem proprie dictam, A'. Per banc siquidem necessitatem intelligit 8. Doctor concupiscentiam ipsam, seu perversam illam peccati legem, de qua conquerebatur apostolus (Rom. VII. 15): *Non enini, quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio;* ex qua oritur proclivitas ad malum et difficultas ad bonum.

561. Ad 3. *D.* Acriter insectatur arbitrii *indifferentiam,* qualem pelagiani adstruebant in perfecto virium aequilibrio, prout erat in statu innocentiae, *C.* qualem adstruunt catholici, A'. Pelagiani enim contendebant, talem a Deo hominem conditum esse, qualis nunc nascitur, et inficiabantur ob Adae scelus in nobis infirmatum seu attenuatum arbitrium esse per grassantem concupiscentiam : sed autumabant perfecta nos uti arbitrii indifferentia et ad bonum et ad malum. Hoc erat totius pelagianae haereseos fundamentum, quod cum catholica doctrina cohaerere nulla ratione potest. Illud propterea totis viribus subruere satagebat s. Augustinus. Praestat has omnes responsiones confirmare earum rerum auctoritate, quas s. Doctor scribit, *Contra Epist. Pclagianorum,* lib. I. cap. Π; objicientibus siquidem pelagianis, quod ex catholicorum doctrina *primi hominis peccato liberum arbitrium perierit, ut nemo jam potestatem habeat bene vivendi, sed omnes in peccatum carnis suae necessitate cogantur:* respondet: *Quis nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa, quae in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate justitiam. Propter quod natura humana divina indiget gratia, dicente Domino: Si vos Filius liberarent, tunc vere liberi eritis, utique ad bene justeque vivendum.* Haec plane invictissime ostendunt, quam turpiter ac fraudulenter erraverit Jansenius in videnda, ut ipse ait, et asserenda Augustini sententia.

562. Ad illud, quod additur ex eodem sancto Doctore: *Nos non agere.*

csl nisi arbitrium sanum. Praeterea arbitrium deperditum comparatur facultati, quam ad vitam conservandam habet, qui se occidit; igitur sermo est de arbitrio potente conservare vitam caritatis acceptam in creatione. Denique Augustinum ante liberationem in homine servo, negare liberum arbitrium *cum addito,* non simpliciter et ea universalitate, qua nostra aetate loquimur, ostendunt verba, quae saepe hoc capite habet, et quibus arbitrium negat: Ad juste faciendum liber non erit, et infra: Quomodo quisquam de libero arbitrio in bono glorietur opere. Concludendum, itaque, Augustinum hoc Enchiridii loco idem docere, quod et alibi docet, et omnes cum illo. Verum est, magnas arbitrii vires homo, cum condere-tur. accepit; sed peccando amisit (Aug. *Senn.* 131. num. 6. *De verb. Apost.).* Sed merito addit Aug.: Adhuc curatur... sanatur languor; libertas periit per peccatum, sed illa quae in paradiso fuit (Lib. I. *ad Donif. contra duas epist. Pelag.* cap. 2.)." Haec exscribere placuit, ut pateat verus Augustini sensus ex ipso contextu erutus. Hoc enim loco valde abusi sunt Lutherus, Calvinus et Jansenius.

sed agi, reponimus falsum esse, quod adversarii obtrudunt·, nam s. Augustinus ibid, aperte dicit: *Jmmo et agis et ageris, si a bono agaris.*

563. III. Obj. Voluntas numquam agit, sed semper agitur. 1. Vel enim malum aversatur, vel bonum prosequitur. Si malum aversatur, necessario aversatur, eo ipso quod felicitati, in quam necessario tendit, opponatur: 2. quod si bonum prosequitur, semper necessario majus bonum prosequitur vel reale vel apparens, non solum in genere, sed etiam in specie seu in particulari. 3. Si vero diversi generis bona ab intellectu ut aequalia apprehendantur, voluntas numquam eliget; alioquin enim eligeret sine ratione sufficienti, bilancis in modum; quae si utrinque aeque gravis fuerit, nullum unquam dabit praepondium; quod si alteri ex lancibus adjectum quidpiam vel detractum fuerit, eam illuc praeponderare oportebit, quo eandem gravius pondus abripiet, ideoque jam necessario. 4. Et sane voluntas in eligendo semper sequitur intellectum, qui causa est necessaria; 5. cum non possit aliter res percipere nisi ex effectu, quem objecta in eum efficient aut excitabunt, quaeque major aut minor erit pro diversa corporum nostrorum indole, diverso animi habitu aut propensione. Hinc cernimus, diversa ratione ab uno eodemque objecto alios homines affici, immo eumdem hominem diversimode diversis temporibus. Ergo.

564. Resp. *Neg. ant.* Ad 1. *D.* Si sub sola ratione boni vel sub sola ratione mali quidpiam voluntati proponatur, C. si sub mixta repraesentatione boni ac mali, A7.5 Tunc enim voluntas non abripitur, sed deliberat.

565. Ad 2. *Neg.* Quandoquidem, ut scite passim observat s. Thomas, sola felicitas in genere seu bonum summum, quod est undequaque bonum, determinat necessario nostram voluntatem; cetera autem bona, quaecumque demum sint, hoc ipso quod sint finita ac limitibus circumscripta, numquam necessario assensum nostrum adripiunt, cum ipsa limitatio malum seu defectas sit. 6

J) Hinc optime s. Thom. I. 2. qu. 13. art. 6: »In omnibus, *inquit,* particularibus bonis potest *homo* considerare ralionem boni alicujus et defectum alicujus boni, quod habet rationem mali. Et secundum hoc potest unumquodque hujusmodi bonorum apprehendere ut eligibile vel fugibile. Solum autem perfectum bonum, quod est beatiludo, non potest ratio apprehendere sub ratione mali aut alicujus defectus; et ideo ex necessitate bealitudinem homo vult, nec potest velle non esse beatus, aut esse miser. Electio autem, cum non sit de fine, sed de his, quae sunt ad finem .... non est perfecti boni, quod est beatiludo, sed aliorum particularium bonorum. Et ideo homo non ex necessitate, sed libere eligit.“

e) Rursum s. Thomas loc. cit. qu. 10. num. 2: ..Quia defectus, *inquit,* cujuscumque boni habet rationem non boni, ideo illud solum bonum, quod est perfectio, et cui nihil deficit, est tale bonum, quod voluntas non potest non velle, quod est beatiludo. Alia autem quaelibet particularia bona, in quantum deficiunt ab aliquo bono, possunl accipi ut non bona. Et secundum hanc considerationem possunt repudiari vel approbari a voluntate, quae potest in idem ferri secundum diversas considerationes.“ In quaesi, vero 6. *De malo,* art. unico, ob-

566. Ad 3- *Neg.* Neque admittimus, voluntatem in ejusmodi casu eligere sine ratione sufficienti; quia ipse finis, propter quem hoc vel illud eligeret inter duo aequalia, esset ratio suffieientissima electionis. Adde, ipsum propriae libertatis exercitium pro ratione sufficienti haberi posse. 7

567. *Neg.* etiam paritatem adductam ex bilance. Nec enim anima nostra ad librae imaginem et similitudinem facta est, sed ad imaginem et similitudinem Dei, qui inter duo aut plura aequalia eligit; et nos proinde eligere possumus in tali aequilibrio constituti, cum voluntas nostra sit principium activum, cujusmodi libra non est. 8

568. Ad 4. *D.* Ita tamen, ut ipsa intellectus applicatio ad aliquid considerandum, et quidem sub uno potius respectu quam sub alio, ab ipsa vicissim voluntate pendeat, *C.* secus, A'.

569. Ad 5. *Negamus* in ejusmodi perceptione vel affectione constitutam esse libertatem, prout adversarii fingunt; sed in electione constituitur, quae talem perceptionem aut affectionem subsequitur; quaeque si habeat pro objecto bonum particulare, locum semper relinquit deliberationi, ac proinde libertati, juxta ea, quae ex s. Thomae observatione protulimus. Adde sine objecto sive motivo externo determinante posse voluntatem ex principio suae activitatis intrinseco se movere, praevia objecti repraesentatione et ita propriae activitatis vim exerere, secus ac leibnitziani contendunt. 9

570. IV. Obj. 1. Voluntas numquam ad actum accedit nisi praevio judicio practico; 2. multo minus aliquid vult contra practicum et ultimum intellectus judicium, 3. maxime quod voluntas non est nisi potentia caeca;

servat: -Quod objectum movens voluntatem est bonum *conveniens* apprehensum. Unde, si sit aliquod bonum, quod apprehendatur sub ratione boni, non autem sub ratione boni convenientis, non movebit voluntatem.-

') Cf. Storchenau loc. cit. §. 129. schol. 1. in resp. ad 5. diff. ubi pluribus rationibus labefactat ejusmodi difficultatem; ac inter cetera observat, *rationalis* et *rationabilis* non idem hoc loco significare, cum possit voluntas aliquid *rationaliter* appetere et *irrationabiliter* eligere. Qnod toties fit, quoties aliquis ex certa scientia, deliberato proposito atque ex sola malitia legem divinam aut humanam transgreditur; talis enim est, qui eligit peccatum, quod actu cognoscit grave malum esse, juxta illud poëtae :

. . . Allndque cupido,
Meni aliud suadet; video meliora proboque,
Deteriora sequor.

·) Cf. Zorzi. *Prodromo della nuova encyclopedia italiana,* Siena 1779, art. *Liberta,* §. 18. ubi statuit libertatem fundari in indifferentia aequilibrii, quod fuse prosequitur. Eo tamen progressus est Spinoza, ut asserere non dubitaverit: Homo *in tali aequilibrio positus* (nempe qui nihil aliud percipit quam sitim et famem, talem cibum et talem potum, qui aeque ab eo distant), quin *alterutrum eligat, fame et siti peribit.* Haec delirantium somnia sunt.

·) Cf. Storchenau, loc. cit. ubi observat indifferentiam activam duplicem esse, unam *electionis,* alteram *simpliciter* activam ; illa non eget principio determinante externo, haec eget; differt tamen ab indifferentia passiva, quae per principium externum *efficiens* tolli debet; illa soli voluntati competit, estque necessarium verae libertatis constitutivum, haec et intellectus et appetitus propria est.

ergo a jndicio practice necessario determinari debet. 4. Atqui judicium practicum est necessarium; pendet enim a judicio intellectus tbeoretico, cujus munus est rationem exhibere tum boni tum mali in objecto, quod necessario repraesentat prout illud percipit, cum intellectus sit potentia necessaria. Ergo.

571. Reap. ad 1. *Neg.* Neque enim absolute requiritur ejusmodi practicum judicium ad hoc, ut voluntas aliquid velit aut nolit, vel etiam suspendat suas volitiones. Sufficit enim simplex boni repraesentatio vel mali, neque necesse est ad verum judicium instituendum, ut voluntas suos actus eliciat. Ex ejusmodi enim repraesentatione habet voluntas, quidquid proxime requiritur ad volendum aut non volendum.

572. Ad 2. *D.* Quatenus voluntas numquam non velit, quando actu vult, *C.* quatenus aliquod judicium praevium requirat, ut illud necessario sequi debeat, *N.* Cum enim a voluntate pendeat, ut judicium illud ultimum sit, quando jam vult, si contrarium posset velle, vellet et non vellet eodem actu, quod implicat. Ast ipsa nullo indiget judicio praevio, quo necessario determinetur. 10

573. Ad 3. *D.* Voluntas est potentia caeca, quatenus numquam agat absque objecti repraesentatione, *C.* absque judicio practico et quidem praevio, *N.* Hinc *negamus consequentiam.*

574- Ad 4. *Neg.* Ex dictis enim voluntas ipsa est, quae vim suam exercet in hoc judicio, intellectum applicando ad haec potius quam illa motiva perpendenda, sub hac potius ratione quam sub alia, et prout vult, donec se determinet ad electionem; et hinc patet, liberum pariter sub hoc respectu esse judicium theoreticum intellectus, quod a simplici perceptione minime pendet, sed ab applicatione voluntatis ad ea quae percipit. Licet propterea perceptio in se sit necessaria, non est tamen necessarium judicium, quod eam subsequitur: immo saepe saepius judicamus contra id, quod sensus exhibent et res percepta prae se fert, e. gr. remum in aqua non esse fractum, etsi fractus appareat; solem et lunam longe majoris amplitudinis esse, ac sensus referant ob ipsorum a nobis distantiam, aliaque id genus innumera, ut leges opticae postulant, ac physica praesertim recentior docet. Saepe etiam posita perceptione suspendimus judicium et nihil omnino decernimus. Demum ipsa perceptio quodammodo voluntatis imperio subest, quatenus voluntas, ut dictum est, applicat sensus circa hoc vel illud objectum, ut inde mens ideas sensibiles sibi cudat, ac deinde percipiat; et si de veritatibus abstractis sermo sit, mentem applicat ad hanc potius quam illam veritatem contemplandam. Patet inde mentem humanam semper activam esse in suis ideis, in suis perceptionibus, in suis judiciis, in suis volitionibus ac determinationibus. 11

ie) Cf. ibid. cap. 2. §. 22. schol. 1. ubi id ex professo oslcndit.

'*) Ex dictis palet, corruere lotam argumenlationem ductam ex animi nostri ana-

Obj. 1. Saltem sensus intimus decipere nos potest, dum videtur testari nos pro lubito velle, dum tamen reipsa a causa exteriori movemur; 2. eadem ratione ac si acui magneticae aut lapidi decidenti paulo ante motum cum cognitione desiderium aliquod versus aliquem locum determinatum se movendi imprimeretur, viderentur sibi haec corpora a se ipsis ad eum motum determinari, ac proinde libere. 3. Ita porro et in homine reipsa accidere patet ex eo, quod a Deo tamquam prima causa praedeterminari debeat, et applicari ipsius potentia, quoties ad actum accedere debet; seu saltem necessaria est Dei praemotio. qua homo tamquam causa secunda omnes et singulas actiones suas peragat. Ergo.

576. **Resp.** ad 1. Vel Al. vel *D.* Sensus intimus nos decipere potest in iis. quae sunt sensus intimi objectum, et de quibus ipse aperte testatur, *N.* in ceteris, *Tr.* vel *C.* Ostendunt enim philosophi numquam sensum intimum in iis de quibus aperte testatur et quae ejus objectum sunt, decipere nos posse. [12] Si quae sint, in quibus videmur decipi, non sunt ejusdem intimi sensus objecta, cujusmodi esset existere nos ab alio, conservari etc.

577. Ad 2. *Neg. paritatem.* Numquam enim vel acus magnetica aut lapis, qui in dicta hypothesi putarent se libere moveri, possent propriae libertatis demonstrationem exhibere cessando a motu; contra vero homo non solum sentit, dum movetur, se libere moveri, sed sentit praeterea se actu habere potestatem ad oppositum atque ad diversa, et cuilibet, a se petenti demonstrationem suae libertatis, illico eam exhibet exsiliendo, consistendo, motum cohibendo vel accelerando, prout ipsi libet.

578. Ad 3. *D.* Praedeterminari aut praemoveri debet homo a Deo tamquam causa prima, quatenus indiget conservatione illius activae facultatis, quam per creationem ipsi Deus communicavit, *C.* quatenus homo ad actus singulos debeat praemoveri aut praedeterminari, *N.* Nempe, ea ratione, qua homo aut alia creatura quaelibet propriam existentiam cum facultatibus, quas uniuscujusque natura exposcit, a Deo per creationem accepit, eadem ratione illarum a Deo conservationem habet per continuationem, seu extensionem illius divinae voluntatis actus, quo primum conditus est. Actus iste divinae volun-

» C

lysi, per quam ingenti adeo apparatu humanam libertatem se evertere praefidebat Collins. Quae enim, ut ipse ajebat, ad hanc de libertate quaestionem perlinere possunt mentis nostrae operationes, ad has quatuor potissimum revocantur: percipere, judicare, velle, agere. Jam vero ex nulla harum oriri potest electio. Mens enim necessario percipit, judicat porro prout percipit, vult prout judicat, agit prout vult, nullus igitur electioni locus. Verum ex iis, quae attulimus, constat, falsas esse ejusmodi assumptiones. Nam nec mens necessario percipit, prout expositum est: nec necessario judicat prout percipit, uti ostendimus; judicium enim juxta sanam philosophiam est mentis operatio distincta a mera perceptione; nec saepe vult, prout judicat; quod si agit prout vult, ideo est, quia hoc includit ipsum exercitium libertatis; implicat vero, eodem tempore velle agere et non velle; idem enim simul esset et non esset.

[12]) Conf. Storchenau, *Logic.* §. 158 et seqq.

tatis, qui se porrigit ad totam conservationis periodum, dicitur perpetua creatio, non eo sensu quod Deus reipsa continue ac singulis veluti momentis eum do novo creet; sic impulsus iile, quem Deus homini primum indidit ad felicitatem in genere, et qua homo movetur ad eligenda particularia media, quae ad eam perducunt, debet a Deo conservari, ut possit vires suas exerere, dicitur continua praemotio et si placet praedeterminatio. 13 In hoc profecto nihil intercedit, quo humana libertas laedi vel minimum possit, quod facile cuiquam patet. 14

579. Difficultates, quae peti solent vel ex divina praescientia, vel ex divinae gratiae efficacia, partim in tractatu *De Deo* disjecta sunt 15, partim disjicientur in tractatu *De Gratia.*

CAPUT VI.

DE FUTURA HOMINIS VITA.

580. Brevi dilabitur praesens haec vita, quae data homini est, ut serviat Deo conditori suo. E matris sinu ad tumuli obscuritatem praecipiti ruimus cursu: *Omnes enim morimur,* ut sapiens illa Thecuites ajebat, *et quasi aquae delabimur in terram, quae non revertuntur.* 1 At, si itineris nostri metam attigerimus, pro meritis, quae nosmet nobis comparavimus, altera nos vita manet fausta vel infausta. Fieri autem potest, ut homo ex hac vita decedens beatitudinem, ad quam conditus est, statim assequatur; vel ad tempus ab ipsa arceatur, donec scilicet a levibus, quibus hinc coinquinatus sordibus migravit, purgetur, aut debitas poenas persolvat; vel etiam ob nefaria scelera, queis sese obstrinxit, non solum ab ea penitus excludatur, verum etiam gravioribus addicatur suppliciis; vel denique ob originalem noxam, qua inexpiatus supremum diem obiit, ab eadem beatitudine in perpetuum abjiciatur. De hac proinde supernatural! felicitate, quae in intuitiva Dei visione ac fruitione posita est, de purgatorio et inferno, de statu decedentium sine baptismate disserendum ex ordine superest, quae totidem distinctis articulis prosequemur.

”) Ita s. Thom. I. 2. quaest. 9. art. 6. ad3. his verbis: -Deus movet voluntatem hominis, sicut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum; et sine hac universali motione homo non potest aliquid velle. Sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est vere bonum vel apparens bonum."

”) Cf. Fortunatus a Brixia, Ord. Min. reform. *Metaphys.* part. III. sect. 3. §. 60 et seqq. ubi luculenter hoc argumentum, evolvit. Cf. etiam card. Gerdii, *Saggio d- instruz. teolog. de Deo creatore, De inundo.* Hinc ipse Tullius, *Quaest. Tuse.* lib.I. cap.23. ajebat: -Sentit animus se moveri; quod cum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena, moveri.··

,5J Part. III. cap. 1. η. 392 et seqq.

') II. Reg. XIV. 14.

: 4

DE SVPERXATÜRALI HOMINIS BEATITUDINE.

581. Beatitudo, quae etiam summum bonum ac ultimus finis dicitur, quamque et probi et pravi homines vehementer appetunt 2, definitur in genere a Boëtio *status omnium bonorum congregatione perfectus* 3, et a s. Augustino *bonorum omnium summa et cumulus4,* a scholasticis passim definiri solet *summum bonum appetitus rationalis adaequate satiativum.* 5

582. Ea autem vel est *objectiva* vel *formalis.* Objectiva est res ipsa, cujus possessione efficimur beati; formalis est actus ipse, quo beatitate utimur ac fruimur, seu ipsa hujus rei possessio et fruitio. 6

583. Magna olim inter philosophos de beatitudine objectiva exarsit contentio: quare in diversas ipsi abiere sententias, quas Lactantius enumerat. 7 Marcus Varro apud s. Augustinum ostendit, sectas philosophorum de summo bono ita posse permisceri, ut ex ea permixtione biscentum octoginta octo sententiae seu placita existant, non quae aliquando fuerint, sed quae esse potuerint.8 Divina postmodum revelatione affulgente, nullum dubium superest, solum Deum, in quocumque providentiae ordine, objectum esse essentialis beatitudinis intelligentis naturae, quatenus ab eadem possidetur per ultimam ac perfectissimam actualem facultatum operationem. Haec vero perfectissima operatio tribus potissimum actibus continetur, visionis nempe, amoris et gaudii. 9

*1 Cf. s. AngusL *Senn.* L *in Psal.* CXVIII. η. 1. ubi praeclare scribit: »Si vis esse beatus, esto immaculatus. Illud enim omnes, boc autem pauci volunt, sine quo non pervenitur ad illud, quod omnes volunt... Beatum quippe esse tam magnum est bonum, ut hoc et boni velint et mali. Nec mirum est, quod boni proplerea sunt boni; sed illud est mirum, quod etiam mali proplerea sunt mali, ut sint beati.**

*s) *De consolat, philos,* lib. III. pros. 2.

*4) *Enarr. in Psal.* II. n. 11.

ℏJ Cf. Suarez, tract. *De ultimo fine et beat.* disp. 15. sect. 1.

·) Ex quibus patet bcatitudinem ex duobus conflari, tum nempe re exlrinseca, in qua consistit summum bonum, et ejusdem boni possessione, seu unione, qua nobis conjungitur; nisi enim objectum beatiludinis nobis uniatur, et nos quodammodo afficiat, beati nec esse nec dici possumus. Conf. Lessius, *De summo bono,* lib. L cap. 1.

·) *Divin. Instil,* lib. IΠ. cap. 7. ubi decem recenset sententias cum suis auctoribus.

·) *De civ. Dei,* lib. XIX. cap. 1. n. 2. ubi, quomodo illa permixtio facienda sii, et quibus differentiis additis tantus sententiarum numeras emergat, ostendit clarissime. Cf. Suarez, *De beat, in communi,* disp. 5. sect. 1; Lessius, loc. cit. cap. 3.

') Cf. Suarez, loc. cit. lib. I. disp. 6. sect. 2. n. 10; et sect 3; et Lessius, op. cit. lib. II. cap. 1 et seqq. praesertim vero cap. 6. ubi inquirit: Quis horum actuum in bealiludine sit polior, visio, an amor, an gaudium? oslcndilque quemlibet eorum sub peculiari respectu sibi primatum vindicare. Visio primas tenet, quatenus esi perfectio physica et reliquorum radix et fundamentum; amor primum obtinet locum,

584. Haec, quae de beatitudine diximus, tum naturali tnm supernaturali, ad utriusque rationem conveniunt. Beatltudo enim naturalis, quamvis in so perfecta, relate tamen ad supernaturalem imperfecta est, ac ejusmodi nomine vix digna, utpote quae in sola visione seu potius cognitione abstractiva consistit, quae comparari potest per creaturas, atque in amore et gaudio naturali, quae inde dimanant. Contra vero supernaturalis in clara atque intuitiva ipsius Dei visione seu cognitione 10 sita est, ex qua amor pariter supernaturalis et supernaturale gaudium profluunt. Nobis de postrema hac tantum disserere in animo est, atque ut dogmaticos theologos decet, posthabitis scholasticis inquisitionibus, quae fidei dogmata minime attingunt. 11

585. Cum igitur Deus intuitive visus sit objectum supernaturalis beatitudinis, ad quam tendimus, quatuor potissimum sunt a nobis constabilienda, quae totidem fidei nostrae articulos constituunt. Ac I. quidem beatos superno lumine illustratos Deum ipsum immediate ac intuitive videre; II. nec tamen ipsum comprehendere; III. pro diverso meritorum gradu eosdem Deum inaequali modo videre; IV. demum divinam hanc beatificam visionem ad futuram usque corporum nostrorum resurrectionem minime esse differendam.

PROPOSITIO I.

Beati in patria supernaturaliter Dei essentiam intuitive vident.

586. Hunc fidei articulum definivit concilium florentinum, quod Actione XXII. in *Decreto unionis,* statuit, animas perfecte puras *in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est.* 1 Idem jam antea praestiterat Benedictus XII. 2

587. Dixi in propositione enunciate *supernaturaliter,* ut sic excluderem errorem beguardorum et beguinarum, docentium saeculo XIV. naturaliter Deum ab intellectu creato videri posse, et *animam non indigere lumine gloriae ipsam elevante ad videndum Deum,* ut refertur in *Clementina: Ad nostrum, De haereticis.* 3 Beguardis praeiverant in hoc errore eunomiani, qui, teste

quatenus Deum respicit ejusque bonum; gaudium seu fruitio primas oblinet, quatenus bonum hominis spectatur. Dantes, *Parad.* Cant. XXX. v. 40. has diversas sententias praeclare componit illis versibus:

Luce intellettual piena d'amore,
Amor di vero ben pien di letizla,
Letizia, che lrascende ogni dolciore.

,0) Dixi: *seu cognitione;* exploratum enim est, nomen *visionis* hic sumi sensu translato pro cognitione, quam per intellectum adipiscimur.

'') De his quaestionibus consuli possunt inter ceteros Suarez et Lessius, opp. cit.

') Cf. *Acta Cone.* Harduini, tom. IX. col. 986.

') In *Extrav. : Benedictus Deus,* apud Raynaldum, ad annum 1334.

3) Cf. *Coll. Cone.* Labbaei, tom. XI. part. II. col. 1566.

Theodoreto. non solum Deum naturali virtute ac perspicue videri, sed comprehendi posse ab humano intellectu incredibili audacia autumarunt. 4

588- Adstruitur vero thesis adversus palamitas contendentes Deum a beatis minime videri, prout in so est, seu in sua essentia, nec supernaturaliter. sed tantum abstractive. 5 Recentiores arment schismatici, teste Radulpho archiepiscopo armachano, eumdem errorem amplexi sunt. 6

589. Sic porro catholicum dogma ex Scripturis in primis ostendimus: Christus Matth. XVIII. 10. diserte inquit: *Angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris mei, qui in codis est.* Quemadmodum autem angelos videre Deum inde constat, sic de hominibus idem est consequens ex eo, quod Matth. XXII. 30. de iisdem affirmet ipsemet Christus: *Erunt sicut angeli Dei in coelo,* seu ut Luc. XX. 36. apertius adhuc dicitur: *Aequales angelis sunt.* Videbunt igitur et ipsi faciem Dei. Hoc pariter palam confirmat apostolus, dum ait: *Videmus nunc per speculum in aenigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.* Quod de perfecta cognitione et manifesta profecto dicitur, quum illi

Haeret, fabularum, lib. IV. cap. 3. ubi refert Eunomium ausum esse dicere: *Se nihil ex rebus divinis ignorare, sed ipsam Dei essentiam exacte se nosse, eumdemque de Deo notitiam habere, quam Deus habet de se ipso:* οὐιεχ τὼν Siiwy *ἠγνόιγίιν, ἀΛΙα καί αυτήν ἀκριβώί ἰαίῦταται του* Sroô *τήν ούγιαν, καί τήν αυτήν fylt ττιρί* τοὔ Sioù *γνώδιν. ην αυτοί* «*ρ» «αυτὸν ὁ $«>f. Eadem scribit s. Epiphan. *Haer.* LXXVL pag. 989. edit. Pelavii.

5) Hujus erroris apud graecos schismaticos vindex et propugnator acerrimus extilit Gregorius Palamas, novae illius factionis coryphaeus, quae palamitarum ilomen ab ipso nacta est. Inter stultiora palamilarum placita illud erat, quod affirmant lucem quamdam esse increalam, ei oculis conspiciendam velut manantem ex Deo fulgorem, qualem in Thabore viderunt apostoli, cujus adspeclu gaudent beati in coelo; in eoque spectaculo velut in summa felicitate acquiescant; quod natura ipsa Dei, qualis in se est, a nemine conspici possit. At enim palamitarum stuporem magis magisque illud ostendit quod effutiebant, se ad certum corporis habitum conformatos mirifica quaedam cernere. Cum enim ad pectus vel umbilicum caput ac mentum admovissent et oculos contorsissent, suppresso spiritu, mirabilem se lucem intueri, et inexplebili voluptate affici dicebant; immo affirmabant, lumen istud conspiciendum etiam oculis corporeis verum illud esse lumen, quo Deus induitur. Cf. Petav. *De Deo,* lib. I. cap. 12 et 13, tum lib. VII. cap. 7. §. 8. ubi ejusmodi palamitas acerrime vellicat. Hujus erroris nebula veluti tinctum sese exhibet, nempe quoad lucem illam thaboriticam, de qua paulo ante, vel ipse Leo Allatius, in op. *De eccles. occid. et orient, perpet. consens,* lib. II. cap. 17. col. 837. edit. Colon. Agrip. 1648. Cumque ob id laudatus fuisset a Beausobre, *Hist, erit, de Maitichée.* liv. III. chap. 1. pag. 470. vehementius proplerea vapulat a trevoltiensibus, anno 1736. art. 1. pag. 14. his verbis: .Léon Allatius, Grec de cette espèce de prétendus savans qui ont beaucoup lu et n'ont jamais su lire, admirateur des Grecs modernes, Allatius sans principes de philosophie ni de théologie etc.;" quae nimis fortasse acerbe dicta mihi videntur, habita praesertim ratione hominis, qui ab schismate ad unitatem ecclesiae catholicae rediit, et multigena eruditione excelluit.

6) *De quaestionibus armen.* lib. XIV. cap. 1.

opponatur ea, quae est adumbrata et per aenigma alienamque speciem objcitur. Idem evidentissime declarat hoc Joannis: *Scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Porro nisi Dei essentiam ac naturam claro et manifeste intueamur, non eum videbimus *sicuti est.* Ergo.

590. Idem dogma constanter **patres** tradiderunt, quos longo agmine profert Petavius *(De Deo,* lib. VII. cap. 7.). Nos unum vel alterum ex graecis ac latinis laudabimus, ne in hac re, quae non amplius in controversiam cadit, longiores simus. S. **Irenaeus** itaque: *Quemadmodum,* inquit, *videntes lumen intra lumen sunt, et claritatem ejus percipiunt, sic et qui vident Deum, intra Deum sunl) percipientes ejus claritatem. Vivificat autem eos claritas; percipiunt ergo vitam, qui vident Deum.*1 S. autem **Cyprianus**: *Quae erit gloria,* exclamat, *et quanta laetitia, admitti ut Deum videas?*8 Ilis adjicimus s. **Augustinum**, qui: *Domo,* inquit, *Dei faciem videre non potest. Angeli autem etiam minimorum in ecclesia semper vident faciem Dei; et nunc in speculo videmus et in aenigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in angelos profecerimus?* Quae perspicua sunt adeo, ut interpretatione non egeant.

DIFFICULTATES.

591. I. Obj. In sensu minus proprio accipiendae Scripturae sunt, dum videntur intuitivam Dei visionem adstruere; quod duplici ex capite eruitur: I. ex analogia, cum saepe exhibeant sanctos veteris Testamenti Deum conspexisse *facie ad faciem,* ut Jacob, Gen. XXXII. 30, et Moysem, Exod. XXXIII. II, et alibi, illi tamen ipsius Dei essentiam non viderunt, neque catholici id contendunt; et insuper ex omnimoda invisibilitate, quae ex iisdem Scripturis Deo vindicatur; sic apostolus I. Timoth. I. 17. ait: *Regi saeculorum immortali, **invisibili,*** et clarius adhuc ibid. VI. 16: ***Qui**... lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, **sed nec videre potest.*** Quibus consonat dictum Joannis I. 18: *Deum nemo vidit unquam.* 2. Sane nec ipsi angeli Deum intuentur, dicente Petro I. epist. I. 12: *In quem* (Spiritum S.) ***desidera nt** angeli prospicere.* 3. Eodem propterea sensu Deus *invisibilis* dicitur, quo *incomprehensibilis* praedicatur; quum vero incomprehensibilis Deus reipsa sit, sic est et invisibilis. Ergo.

592. **Resp.** *Neg. antec.* Neque in primis id eruitur ex analogia, quamquam enim demus prolata testimonia do visione improprie dicta esse acci-

7J *"ïί περ οι βλεποντε* το φωί, *Ιντό lift* τού φωτόί, χαι *τη λαμπρότητο αύτοΰ μιτίκουΰιν ούτω οΐ βλίποντε* τόρ /pro; *γίνονται του* Ζεού, *μετίχοντε αύτου τη λαμπρότητο . « . 2ωη ούν μετεχουΰιν οι όρωντε 5>εόν·*

8) *Epist.* LVI. edit. maur.

β) *Epist.* CXLVIII. alias CXI. num. 7. referens verba s. Hieronymi, tum *Tract.* XXL *in Joann,* n. 14, 15.

pienda, prout alia Scripturarum loca declarant et communis interpretatio fert [o], non tamen inde consequitur, eodem sensu esse intelligonda, quae protulimus, lum quia antithesis in his instituitur inter visionem abstractivam, quam vocant, et intuitivani, quae iu aliis non habetur: tum quia alia ratione, quam illud adversarii contendunt, haec eadem loca exposuit universa antiquitas et perpetuus ecclesiae consensus retinuit.

593. Non eruitur ex altero capite, ex omnimoda nempe invisibilitate, quae Deo vindicatur, ut iidem autumant. Quod ut intelligatur, animadvertendum est. quatuor modis juxta ecclesiae patres Deum invisibilem in Scripturis perhiberi: 1°. oculis corporeis; 2. in praesentis vitae conditione: 3°. solius naturae viribus; 4°. interdum dicitur invisibilis ex hoc, quod est incomprehensibilis.

Quibus positis dico, apostolum in duobus objectis locis vel do visione, quae per oculos corporeos haberi posset, vel de visione per naturae vires comparanda esse intelligendum, nisi ipsum sibi non constare velimus. Hinc s. Augustinus, *Epist. CXLVIJI.* verba illa enarrans; *Regi saeculorum* etc. ait: *Invisibili autem non in saecula saeculorum, sed tantum in hoc saeculo.* Sic textus s. Joannis ad statum praesentis vitae referendus est. 11

594. Ad 2. *Neg.* Cum graecus textus illud angelorum *desiderium* referat, non ad Spiritum Sanctum, sed ad mysteria, de quibus Petrus ibidem locutus erat, dicens: *in quae.* 12 Deinde quia, ut animadvertit s. Gregorius Magnus, angeli desiderant prospicere desiderio excludente fastidium, non autem desiderio excludente praesentiam et fruitionem: *Et desiderant igitur,* inquit, *sine labore, quia desiderium satietas comitatur; et satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur.* 13

595. Ad 3. *Reg.* Cum diversa materia substrata eumdem sensum minime patiatur. Nam neque divina omnipotentia fieri potest, ut intellectus finitus comprehendat adaequate objectum infinitum, cujusmodi Deus est; contra vero nulla invenitur repugnantia in eo, quod Deus se videndum praebeat beatis, auxilio praesertim, ut inferius dicemus, suffultis, quod lumen gloriae vulgo dicitur. Diverso propterea sensu Deus invisibilis et incomprehensibilis praedicatur.

596. II. Obj. Sancti patres, Ambrosius, Hieronymus, plerique graeci,

,0) Etenim hoc nobis est certum ac declaratum ex Oseae XII. 3. ubi de Jacob, qui lameu Deum vidisse perhibetur, dicitur: *In fortitudine sua directus est cum angelo, et invaluit ad angelum et confortatus est.* Ad Moysen vero quod spectat, jam illi dixerat Deus: *Faciem meam non videbis.* Cf. Calmet, *Com. in Exod.* loc. cit. Cf. etiam s. August. Epist. cit. ubi fusius de hoc argumento scribit.

u) Cf. Tolet. in h. l. Annot. LIV, nec non Maldonatus, qui diversas exhibent hujus loci interpretationes.

n) Eli a ἰπιΒυμοϋσιμ ἀγγελοι παρακυψαι.

13J *Moral,* lib. XVIII. n. 91.

praesertim a. Joann. Chrysostomus ct Theodoretus, aperte negant divinam naturam unquam fuisse visam sive ab hominibus sive ab angelis. Satis sit s. Joann. Chrysostomi verba proferre, quae *Hom. XV. in Joann,* leguntur: *Id quod esi Deus,* inquit, non *modo prophetae, sed nec angeli nec archangeli vident . . . creata quippe natura quomodo increatum videre possit? 11*

597. **Resp.** *Neg. antec.* Ad probat. *D.* Patres aperte negant divinam naturam unquam fuisse visam visione *comprehensiva, C. intuitiva, N.* Id constat ex fine, quem sibi proponebant, impugnandi scilicet anomaeos. Et re quidem vora de intuitiva Dei visione haec habet s. Joann. Chrysostomus, quae plane decretoria sunt: *Quid dicetur, quando ipsa rerum veritas aderit? Quando apertis regiis aedibus ipsum regem conspicere licebit, non ultra in aenigmate, neque per speculum, sed facie ad faciem; nec ultra per fidem, sed per speciem? 15* In objecto vero loco non excludere s. Doctorem nisi perfectam comprehensionem, evincunt verba immediate sequentia; subdit enim: *Quantam Pater habet de Filio. 16*

598. De eadem visione comprehensiva *juxta naturae suae proprietatem* palam loquitur s. Hieronymus, vel, ut ait s. Augustinus, negat videri posse Deum oculo corporeo, *quia tunc mente cernitur, cum invisibilis* (terrenis his oculis) *creditur.* En quomodo s. Hieronymus aperte tradat dogma catholicum: *Homo igitur Dei faciem videre non potest. Angeli autem etiam minimorum in ecclesia semper vident faciem Dei. Et nunc in speculo videmus, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in angelos profecerimus, et potuerimus cum apostolo dicere: nos autem omnes revelata facie gloriam Dei spéculantes in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, quasi a Domini spiritu. 17*

599. De eadem pariter visione comprehensiva est intelligendus s. Ambrosius, *Comment, in s. Lucam,* ubi videtur negare Deum tum ab hominibus tum ab angelis conspici; prosequitur enim ibid, dicens: *Ideo Deum nemo vidit unquam, quia cam , quae in Deo habitat, plenitudinem divinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis* **comprehendit.** *18*

H) Αυτό όπερ Ιστ'ιν ὁ Βιό;, ου *μόνον raenes.* I. *ad Theodor, lapsum,* in fine *-ροφήται,* ἀλλ! οὐόἰ *άγγελοι είδον, ούτε αρχάγγελοι ... ή γάρ κτιστή φύσα άπασα ~ûf καί Ιδεΐν δυνήσεται τόν άκτιστον;* Num. 1. tom. VIII. edit. maur.

Is) Τί αν τΐ(εΐποι, όταν αυτή των πραγμάτων ή αλήθεια παραγένηται ; όταν, τών βασιλείων άνοιγέντων, ν.ατοπτεύειν έζ,ή τον βασιλέα αυτόν, μηκέτι Iν αινίγματι, μηδί έΐόπτρου, ἀλλὰ *πρό ωπον πρόί πρόιωπον, μηκέτι διά πϊστεω{,* ἀλλὰ *διά είδου ; Pa-*num. **li.** tom. I. opp. edit. maur.

lü) 7bffai5-^p *όσην* ὁ *πατήρ ?χ«ι περί τού παιδό ,* ibid. num. 2. Paulo ante jam pariter dixerat: *Nemo sic novit ut Filius, ούτω ούδεί οίδεν ώ* ὁ *υιό .* Witasse, tract. *J)e Deo,* tom. II. quaesL 11. art. 2. sect. 2.

17J *Comm, in cap.* I. *Isai.* in v. 10. quae verba superius vidimus ab Augustino relata.

lS) Expos, in Luc. lib. I. n. 25.

000. Sic patres reliqui, praesertim graecl, sunt intolligendi in iis, quae facessere videntur aliquam difficultatem; si qui vero sunt, quorum dicta emolliri non possint, velut singulares et a communi ceterorum, iinmo et ipsius ecclesiae sensu discrepantes, ea qua par est reverentia, sunt deserendi. 19

601. III. Obj. Huic intuitivae Dei visioni obstant: 1. finitae creaturae conditio, quae objectum infinitum, cnjusmodi Deus est, attingere nequit; 2. naturae diversitas, unde fit, ut impares simus ad naturam divinam conspiciendam, quae in alio prorsus ordine est. Hinc ea ratione, qua oculus corporeus objecta spiritualia, e. gr. angelos, videre nequit, sic mens nostra Deum, nt in se est, non potest conspicere, qui immenso intervallo ejus excedit facultatem. Nec enim datur ulla proportio inter facultates nostras et Deum. Ergo.

GQ2. Kesp. *Neg. antec.* Neque enim obstat *primum;* cum nos minime Contendamus, creaturam finitam Deum attingere *modo infinito;* ut supponitur, sed modo finito ac limitato, ut creaturam decet; alioquin neque abstractivam de Deo cognitionem haberemus.

603. Sed neque *alterum* obstat; quia, etsi impares simus pro naturae nostrae in se spectatae conditione ad naturam divinam conspiciendam ut in se est, ad id tamen pervenire possumus suffulti atque adjuti peculiari illo auxilio, quo mens roborata capax efficitur ejusmodi visionis; non aliter quam divina gratia in praesenti saeculo instructi opera supernaturalis ordinis et meritoria vitae aeternae praestare possumus, ad quae tamen ex nobis ipsis profecto assurgere minime valemus.

604. Atque hinc responsio patet ad comparationem institutam inter oculos corporeos quoad objecta spiritualia et mentem nostram quoad Deum, praesertim cum comparatio claudicet inter oculos et mentem. Oculi enim corporei nonnisi sensibilia pro objecto habere possunt; mens vero remote saltem, ut loquuntur scholae, ad Deum videndum potentiam habet, quae proxima efficitur seu idonea per *luminis gloriae* adjumentum, ut de gratiae auxilio dictum est.

Hii'

605. Sic nulla datur inter Deum et facultates nostras proportio *entitatis,* ut vocant, *C.* nulla datur proportio *habitudinis, N.* Alias nec possemus nobis Dei abstractive cogniti ideam et certitudinem comparare.

606. Si quis modo quaerat, quid tandem sit *lumen gloriae,* quo illustrati Deum beati vident, respondeo, difficile nobis esse id definire. Disceptant non parum inter se theologi in ejus natura determinanda. Juxta thomistas est qualitas quaedam creata ad modum habitus animae beatae in-

”) Cf. Petav. *De Deo,* lib. VII. cap. 6. Ex his dignoscimus necessitatem vivi ac infallibilis jugiter magisterii ecclesiae, quae per anfractus, ut ita loquar, sententiarum tuto semper nos ducat. De Theodoreto, cujus non pauca obscure dicta habentur ob haeresin anomaeorum, quae in sua dioecesi cyrensi grassabatur, cf. Witasse, loc. cit

haerens. Juxta scotistas est caritas ipsa, quacum justi decedunt, et cujus ope consortes fiunt divinae naturae. Si Thomassinum audiamus, ipsa est Spiritus Sancti hypostasis, beatorum mentem intime collustrans; si Petavium, est Deus ipse, animae beatae conjunctus. Ex fidei principiis nihil de eo liquido constat; quapropter, cujusmodi sit, tunc plane noverimus, cum, divina sospitante gratia, ad beatitudinem illam nobis pervenire contigerit.20

PROPOSITIO IL

Beati supematuraliter Deum nec comprehendunt nec comprehendere possunt.

607. De fide est haec propositio, ut ex concilio lateranensi IV. cap. *Firmiter* constat, ubi: *Credimus,* inquiunt patres, *quod sit Deus incomprehensibilis.*

608. Priusquam vero eam adstruamus, animadvertendum est diversa ratione a veteribus patribus et recentioribus theologis ejusmodi incomprehensibilitatem exponi, Veteres enim, ut ostendit Petavius ‘, ad comprehensionem requirebant aequalitatem *objectiiam* et *intentionalem* cognoscentis et rei cognitae, adeo ut ex istorum sensu comprehensio sit potius *repraesentatitia* quam *essentialis,* quae consistat in plena et adaequata objecti cogniti perceptione, quae totum illud perfecte contineat, ac veluti exhauriat, ita ut nihil rei cognitae lateat cognoscentem. Plenam autem esse oportere volunt hanc notitiam tum rei ipsius secundum se ac substantiam suam *{formalem* vocant), tum eorum omnium, quae in illius potentia continentur, quod *eminenter* inesse dicitur. 2 Recentiores vero theologi deterriti difficultatibus, quae in compo-

”) *Oiiate autem sit necessarium illud auxilium,* inquit Petavius *{De Deo,* lib. VII. cap. 8. §.4.) *sive lumen gloriae, quo ad Deum videndum natura fulcitur, nemo liquido demonstravit, minime omnium efficientis quoddam genus esse causae, ac velut habitum, et δϋναμιν, sive facultatem actuosam, quod passim in scholis perci'ebuit. Imino vero si ex iis, quae palam et aperte significarunt* veteres, *conjecturam de eo facere volumus, cujusmodi lumen illud sil, magis erit ut ad objectam inlelligentiae ac visioni rem illud referamus, quam ad efficientem visionis potentiam. Quemadmodum externa lux illa, qua illustrata corpora cernuntur oculis corporis, ad subjectiva visui colorata potius corpora quam ad videndi sensum pertinet, et in* objecti, *ut loqui solent, censu apparatuque numeratur, non ipsius videndi facultatis.* Quod deinceps, allatis in medium pluribus veterum testimoniis, ostendere pergit. Thomassini sententia, quod ad rem ipsam spectat, cum hac Petavii convenit.

‘) *De Deo,* lib. VII. cap. 3. ubi monet *comprehensionem* latinis idem esse ac graecis *κατάλη^ιν,* quae vox a *καταλαμβάναν* profluit ac proprie idem significat ac *assequi* vel *attingere,* id praesertim, quod vehementer assequi conati sumus. Hinc ad animum translata dictio obscurae et hactenus occultae ac diu quaesitae rei certam perceptionem significat. Deinde cap. seq. talem fuisse veterum mentem, cum loquuntur de incomprehensibilitale Dei, luculentissime ostendit.

2) Hoc itaque intercedit discrimen inter

nenda Dei simplicitate et intuitive visione cum incompreheneibilitate occurrunt, illa notione non contenti, aliam subjecerunt, adeo ut juxta ipsos ad comprehensionem requiratur tanta perfectio cognitionis, quanta est in objecto perfectio cognoscibilitatis, ac propterea ad comprehensionem requirunt aequalitatem *essentialem* et *entitativam,* ut vocant. 3

609. In hoc commodior prior sententia videtur, quod faciliorem praebeat viam ad duo ista componenda, visionem nempe Dei intuitivam et incomprehensibilitatem. Sunt qui contendant hanc eamdem notionem incomprehensibilitatis etiam s. Thomae propriam fuisse 4; eam certe amplexi sunt Vasquez et Petavius. 5 Verum quidquid de hoc sit, quod diutius expendere non vacat, in utraque hypothesi generalibus argumentis ex Scriptura, traditione ac ipsa ratione theologica deductis veritatem catholicam breviter vindicamus.

610. Etenim in **Scripturis** Jerem. XXXII. 19. Deus dicitur *Magnus consilio et incomprehensil/ilis cogitatu:* et Rom. XI. 33. exclamat apostolus: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viae ejus!* Quo pariter referuntur omnia illa Scripturarum loca, in quibus Deus *invisibilis* perhibetur, quae, ut ex dictis patet, nonnisi de ejusdem incomprehensibilitate accipi possunt.

611. Nec minus aperte eadem veritas patet ex **patribus;** inter quos s. **Irenaeus:** *ImmensurabiUs,* inquit, *in corde Deus, et incomprehensibilis in animo6;* s. **Augustinus** autem: *Attingere,* ait, *aliquantum mente Deum, magna beatitudo est, comprehendere autem, omnino impossibile. 7* At supervacaneum arbitror, omnium patrum testimonia singillatim proferre, cum eorum

veterum patrum et scholasticorum recentiorum sententiam circa incomprehensibilitatis notionem, quod veteres ad comprehensionem non requirerent nisi adaequatam rei notitiam tum ejus, quod *formaliter* eidem inesse dicitur, tum ejus, quod *eminenter,* ut nos loquimur, aut *virtualiter* in ea includitur. Scholastici autem praeterea ad comprehensionem requirunt cognitionem, quae ita exaequet et exhauriat objectum cognitum, ut nihil in eo sil, quod penitus non cognoscatur. Hinc veteres constituebant comprehensionem in *aequalitate objectiva* et *intentionali* cognoscentis ct rei cognitae, scholastici eam constituunt in *aequalitate essentiali* el *entitatica* inter cognoscentem el rem cognitam, secus ac veteres existimarunt, qui, ut ex dictis liquet, *repraesentatitiam* potius quam *essentialetn* et *enlitalivam* aequalitatem exposcebant.

Idquc ex principio philosophico olim recepto, praeter cognitionem requiri aequalitatem *modi* cognoscendi; quia *modus* objecti debet esse *modus* cognoscentis. Objectum porro in casu nostro est infinitum; ergo, inferunt, infinitus pariter debet esse cognoscens ad comprehendendum.

') Ita quidem censet Petavius; verum plura sunt, quae huic sententiae sese opponere videntur. Cf. tamen ipse s. Doctor part. I. qu. 12. art. 7. in corp, et ibid. art. 7. ad 3; cf. Wjlasse, loc. cit. quaest. 11. art. 3.

*) Petav. loc. cit.; Vasquez, in I. part s. Thom. disp. 52 et 53.

e) Contra haeres, lib. IV. cap. 19. n.2. pag. 252. edit. maur. ubi de hoc argumento disputat.

T) Serrn. CXVH. *De verbis evang. Joann,* cap. 5.

doctrina circa hunc articulum evidenter constet ex ipsorum principiis adversus haereticos. Etenim ipsi 1°. nituntur ostendere Filii et Spiritus Sancti divinitatem ex comprehensione divinitatis ipsius; ita s. Joann. Chrysostomus in *Homiliis contra anomaeos,* Cyrillus hicros. *Catech. VI.,* ct s. Irenaeus, cujus celebro effatum praedicatur: *Mensura Patris Filius, qui el capit eum.*[8] 2°. Colligunt Spiritum S. Deum esse, eo quod Dei solius sit divinam essentiam comprehendere, cum tamen de ipso scriptum sit, L Cor. Π. 10: *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei;* ut s. Athanasius, disputans adversus Arium, Clemens alexandr., s. Epiphanius, s. Ambrosius, s. Cyrillus alexandr. aliique.[8] 3°. Luculenter affirmant, Deum neque ab hominibus, neque ab angelis et archangelis comprehendi posse; ut s. Joann. Chrysostomus, s. Hilarius, ceterique passim.

612. Quare merito proscripta fuit a **concilio basileensi** Augustini de Roma propositio: *Anima Christi videt Deum tam clare et intense, quantum clare et intense Deus videt se ipsum.* Hanc autem censuram confirmavit Nicolaus V., Eugenii IV. successor, quum anno 1449- concilium basileense ipsum approbavit, *quantum ad censuras* et *causas bénéficiâtes.*[10] Porro anima Christi Deum supernaturaliter videt. Ergo.

613. **Rationem theologicam** nobis suppeditat s. Thomas part. I. qu. 12. art. 7. dicens: *Unumquodque cognoscibile est* (intrinsece) *secundum quod (St ens actu. Deus igitur, cujus esse est infinitum, infinite cognoscibilis est; nullus autem intellectus creatus potest Deum infinite cognoscere; in tantum enim intellectus creatus divinam essentiam perfectius vel minus perfecte cognoscit, in quantum majori vel minori lumine gloriae perfunditur. Cum igitur lumen gloriae creatum in quocumque intellectu creato receptum non possit esse infinitum, impossibile est, quod aliquis intellectus creatus Deum infinite cognoscat; unde impossibile est, quod Deum comprehendat.*[11]

DIFFICULTATES.

614. I. Obj. 1. Apostolus I. Cor. XIII. 12. ait: *Tunc cognoscam, sicut et cognitus sum.* Atqui apostolus profecto cognitus erat a Deo cognitione comprehensiva. 2. Quare in eadem epistola IX. 24. ita fideles adhortabatur: *Sic currite, ut comprehendatis;* et ad Philipp. III. 12: *Sequor autem, si quo modo comprehendam.* 3. Hinc receptum est, ut beati *comprehcnsores* vocentur. Ergo.

615. **Resp.** ad 1. *D.* Id est, *simili* cognitione seu intuitiva, *C. aequali* seu comprehensiva, *N.* Hic enim posterior sensus in quacumque hypothesi

8) Cf. Petav. loc. cit. cap. 4.

*) Vid. Petav. ***De Trin.*** lib. II. cap. 14. n. 10.

10) Conf. *Acta Cone.* Hard. tom. VIII. col. 1200, tum col. 1307 ct seqq.

“) Ex quibus magis patet, quacnam fuerit Doctoris angelici mens circa notionem *comprehensionis.*

esset absurdas; ideo autem hoc utitur verbo apostolus, ut significet discrimen inter cognitionem Dei, quae in hac vita haberi potest, quaeque non est nisi abstractiva, et illam, quam in altera vita nos esso assecuturos confidimus, quae in clara ipsius Dei visione posita est.

616. Ad 2. et 3. *D.* Per assecutionem termini, *C.* per adaequatam cognitionem objecti, -V. Duplici enim sensu vox *comprehensionis* sumitur, videlicet pro cognitione adaequata cognoscibilitati objecti, ita ut tantum cognoscatur, quantum in se cognoscibile est; tum pro assecutione termini, ad quem tenditur: hoc autem posteriori sensu loquitur apostolus in adductis locis, ut ipse contextus declarat; item etiam sancti patres, dum affirmant, Deum non posse comprehendi in via, posse autem in patria. Hinc beati, qui ad illam pervenerunt, *comprehensores* vocantur. 12

617. Π. Obj. S. Augustinus, *Epist. CXLVIII.* cap. IX. sic comprehensionem definit: *Totum comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videntem, aut cujus fines circumspici possunt.* Porro ita Deum vident beati; Deus enim, utpote simplicissimus ac nullis constans partibus, omnique compositione carens, aut non videtur omnino, aut ita videtur, ut nihil videntem lateat. Ergo.

618. Resp. *Neg. min.* Nec enim fines Dei conspici possunt, qui dari nullo modo possunt, nec talis profecto est sensus s. Augustini loc. cit. ubi solum contendit Deum a nulla creata mente comprehendi posse, utpote infinitum, ac proinde talem praemisit comprehensionis notionem, ut quod sibi proposuerat ostenderet, neminem scilicet Deum comprehendere. Ad probat. *D.* Nullis constans partibus realibus et reali carens compositione, *C.* virtualibus partibus ac virtual! compositione, *N.* Ex iis enim, quae suo loco disseruimus 13; constat, admittendam in Deo esse virtualem distinctionem, tum inter divinam essentiam et attributa, sive absoluta sive relativa, tum inter attributa absoluta inter se comparata: idem dicatur de virtuali eorumdem attributorum graduum extensione. Quare beati ea tantum vident, quae *formaliter,* ut ajunt, in Deo insunt, non autem ea omnia, quae *eminenter* solum aut *virtualiter* in Deo continentur, quod tamen requiritur, ut dici possit Deus a beatis comprehendi. Ita quidem nonnulli theologi ex veterum placitis respondent.

619. S. Thomas vero cum aliis, qui eum sequuntur, respondet, Deum quidem a beatis totum videri, at non *totaliter.* Ideo scilicet in hac sententia Deus non comprehenditur a beatis, dum eum vident, quia ab ipsis *non ita perfecte videtur, sicut visibilis est; sicut, cum aliqua demonstrabilis propositio per aliquam probabilem rationem cognoscitur, non est aliquid ejus, quod*

'·) Cf. Suarez, *de Deo,* lib. II. cap. 5. η. 1.

13) Tract, *de Deo,* n. 281 et seqq.

non cognoscatur, non subjectum, nec praedicatum, nec compositio, sed tota non ita perfecte cognoscitur, sicut cognoscibilis est. 14 Utraque responsio probabilis est; utram quis amplectatur, incolumis est doctrina catholica. Immo fortasse non discrepant inter se nisi verbis; in eo enim ambae conveniunt, quod nempe totum objectum infinitum videatur, sed modo finito, cum aliter creaturae competere nequeat. 15

620. Hic alias plures difficultates subjicere possem, in quibus potissimum ingenium suum exercuerunt scholastici. Verum ut plurimum in vocum ambiguitate, aut diversa comprehensionis notione consistunt. Cum agatur de quaestione, quae jamdiu obsolevit, pluresque hodiernae majoris momenti nos urgeant, eos, qui plura cupiunt, remittimus ad illos auctores. 16

PROPOSITIO III.

Beati pro diversitate meritorum inaequali ratione Deum vident.

621. Hic fidei nostrae articulus a duobus oecumenicis conciliis definitus est. Concilium enim florentinum in *Decreto unionis* statuit: *Sanctorum animas in coelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, pro meritorum diversitate, alium alio perfectius;* et tridentinum, sess. VI. can. XXXII. eum anathemate percellit, *qui dixerit, hominem justificatum per bona opera non mereri gloriae augmentum.*

622. Statuitur autem adversus Jovinianum saeculi IV. haereticum ejusque sectatores, qui, cum ex Stoicorum placitis peccata omnia paria esse autumarent, paria quoque merita esse dixerunt, proindeque et parem omnium fore retributionem. In eumdem errorem etsi ex diverso principio prolapsus est Lutherus. Hunc ipsum errorem jamdiu damnaverat s. Siricius rom. pontif. in concilio romano, et s. Ambrosius in concilio mediolanensi.

623. Dum vero asserimus inaequalitatem beatificae visionis pro diversitate meritorum, haec inaequalitas non respicit beatitudinem essentialem, seu objective sumptam, aut etiam specificam, sed eam tantummodo, quae

H) Loc. cit. ad 2.

,5) Suarez, *de Deo,* lib. II. cap. 19. n. 14. quod dicitur a s. Thom. loc. cit. ad 3. *.Deum non videri totaliter, quia modus objecti non est modus cognoscentis*,a ita exponit: nId est, quia objectum est cognoscibile infinite et visio non est infinite cognosciliva; unde, licet videns essentiam Dei videat ipsam esse infinite cognoscibilem, tamen simul videt a se non infinite videri, et ita suam visionem non habere modum adaequatum objecto, et ideo non comprehendere illud.“ Quid autem sit objectum illud esse infinite cognoscibile, explicat d. Thomas in art. 8. -quod in eo potest videri quidquid possibile vel cognoscibile est: quod fieri non potest per visionem finitam.·'

,ε) Vid. Petav., Suarez, Vasquez, Witasse, loc. cit. ncc non Simonnet, tract, *de Deo,* disp. 5. etc.

accidentalis dicitur, seu majorem vel minorem intensitatis gradum. Exploratum ac certum quippe apud omnes est, visionem beatificam specificam et essentialem eamdem prorsus esse in omnibus beatis, cum unum idemquo sit objectum, nempe Deus, et idem principium proximum visionis, scilicet lumen gloriae in omnibus, prout in praesentiarum unum idemque cunctis fidelibus fidei lumen est.

624. Ita igitur propositionis sensu exposito, pronum est eam evincere. **Scripturae** enim luculentissime doctrinam catholicam tradunt; siquidem Christus Joann. XIV. 2. dicit: *In domo Patris mei mansiones multae sunt; et* apostolus I. Cor. XV 41 : *Alia,* inquit, *claritas solis, alia lunae, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum.* Praeclare **Tertullianus** in *Scorpiaco* cap. VI. gnosticos perstringens, eos hisce verbis interrogat: *Quomodo multae mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum? Quomodo et stella a stella distabit in gloria, nisi pro diversitate radiorum?* Sed apertius idem apostolus in citata episf. cap. HI. 8. scribit: *Pnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem;* et IL Cor. IX. 6: *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.*

625. Talis praeterea semper fuit ecclesiae sensus, ut ex **patribus** constat. Etenim s. **Polycarpus** (in actis passionis suae): *Merita mea,* dicebat, *doloris aestimatione pensabo; quanto graviora pertulero, tanto praemia majora percipiam.*[1] S. **Cyprianus**: *Cum habitationes multas* Christus *apud Patrem suum dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat.*[2] S. **Hieronymus** duos hac de re integros libros Joviniano opposuit. S. **Augustinus** lib. *De sancta virginitate,* expendens apostoli verba: *Stella enim a stella differt in claritate,* addit: *Haec sunt merita diversa sanctorum.*[3]

626. Ilaec eadem veritas ex **ratione theologica** seu principiis fidei nostrae adstruitur. Nam vita aeterna proponitur ut merces et corona, quae ex justitia redditur juxta illud apostoli II. Timoth. IV. 8: *Deposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex.* Ergo pro inaequalitate meritorum inaequalis erit.[4] Hac praeterea diversa retributione sublata, acriora incitamenta desunt ad virtutem sectandam, ad adversa fortiter perferenda, ad magna et ardua suscipienda. Ita enim constituti sumus, ut, nisi stimuli nobis addantur, cito deficiamus, aut saltem in incoeptis deferveamus.

') Vid. *Epistol. Ecclesiae Smyrn.* dc s. Polycarpi martyrio, n. 11. post episL s. Ignatii, edit. T. Smilhi, Oxon. 1709.

') *De habitu virgin,* circa finem.

3) Cap. 26. Cf. plura alia patrum testimonia, apud Petav. *de Deo,* lib. VII. cap. 10.

Cf. s. Thom. part. I. qu. 12. a. 6.

DIFFICIJLTATES.

627. I. Obj. Matth. XX. 10. Unus denarius et una merces cunctis pariter retribuitur operariis, licet alii plus, alii minus in vinea excolenda laboraverint; ergo eadem omnes gloria donabuntur.

628. Resp. *Dist. antec.* Una merces objective *et* specifice sumpta, *C.* una merces formaliter ac in eodem gradu, *N.* Scilicet unus Deus erit omnium merces, qui ab omnibus possidebitur, at non eadem perfectionis et intensionis mensura. Ad parabolas autem rite intelligendas, earumdem scopus attendendus est. Porro scopus Christi in parabola operariorum est ostendere futurum esse ut sint *primi novissimi et novissimi primij* nempe gentiles credentes in Christum praeponendos esse judaeis, qui longe prius vocati fuerunt a Domino ad fidem. Cetera, quae in parabola occurrunt, ejusdem emblemata sunt et ornamenta minime attendenda. Ac profecto hoc sensu eam patres semper intellexerunt.

629. II. Obj. Si sancti in coelo Deum inaequali ratione vident, alter erit altero beatior; quod absurdum est. Etenim si alter esset beatior altero, prae alio alius majori bono frueretur, quod pariter absurdum est, tum quia omnes fruuntur summo bono, summo autem non datur majus aut aequale, tum quia omnes beati Deum vident sicuti est, ac proinde omnes aequali ratione, cum Deus sit ipsa divina essentia simplex prorsus et indivisibilis. Ergo.

630. Resp. *Dist. min.* Est absurdum, si alter altero beatior esset, quia alius fruitur majori bono quam alius, *C.* si alter altero beatior esset, quia alius summo bono perfectius fruitur quam alius, *A.* Omnes autem ejusmodi difficultates eodem vitio laborant, in eo nempe quod statuitur diversitatem beatitudinis petendam esse ab ejusdem objecto, cum tamen repetenda sit ex parte subjecti seu videntis. Beati enim eamdem Dei essentiam vident eodemque bono fruuntur, at diversa ratione pro diversa cujusque aptitudine ac lumine gloriae, quo Deus potest perfectius unius intellectui conjungi quam alterius. Sic plures eamdem depictam tabulam intuentur, omnes eamdem vident et totam contemplantur; at, qui melius pingendi artem callent, multo plura vident seu considerant quam alii minus periti, e. gr. aequissimam omnium partium proportionem, umbras apte luminibus intermixtas, colorum dispositionem et harmoniam, defectus, si qui sunt, aliaque ejusmodi, quae ceteros fugiunt, aut nonnisi imperfecto ab iis discernuntur.

631. In st. Si inter beatos alii minus, alii magis perfecte Deum vident, qui minus perfecte Addent, dici nequeunt vere beati, tum quia eorum appe-

') Cf. Petav. loc. cit. cap. il, et Maldon. ac Cornel, a Lapide hic.

e) Cf. s. Thom. loc. cit.

7) S. Thom. ibidem.

titus non expletur, cum possint clariorem visionem appetere, tum quia possunt invidere majori aliorum felicitati. Ergo.

632. Resp. *Dist. antec.* Nisi essent beati divinae voluntati plene conformes, *C.* secus, Λ'. Unusquisque enim, cum Deum pro sua aptitudine videat, qua pro meritis anteactae vitae donatur, hoc ipso expletum sentiet suum desiderium; hinc etiam nemo alterius majori felicitati invidere poterit, perinde ac nemo inter convivas alteri invidet, quod plus cibi potusve sumpserit, cum quilibet pro suo desiderio atque capacitate sumat. Praeclare s. Augustinus dicit: *Ita Deus erit omnia in omnibus, ut, quoniam Deus caritas est, per caritatem fiat, ut, quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero, quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus imitas caritatis.*[8]

PROPOSITIO IV.

Animae justorum, quibus nihil luendum superest, non expectata corporum resurrectione neque extremo judicii die, simul ac corpore discedunt, beatifica visione donantur.

633. Haec propositio de fide est; definita enim fuit haec veritas primum a Benedicto XΠ. rom. pont, in Constit. *Benedictus Deus,* ac rursum a conc. florent, quod in *Decreto unionis,* recitatis prius concilii lugdunensis verbis: *Credimus . . . illorum animas, qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, eas etiam animas, quae post contractam peccati maculam vel in suis corporibus vel iisdem exutae corporibus sunt purgatae, in coelum mox recipi,* alia haec verba adjecit : *et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est.* [1]

'▮-▮-r 634. Ut difficilior haec quaestio, quantum fieri potest, dilucida sit, nonnulla praemittenda nobis sunt.

635. I. Diversa ratione diversi haeretici hoc fidei dogma impugnarunt. A1Ü enim ideo differendam autumarunt visionem Dei beatificam usque ad futuram corporum resurrectionem, quod voluerunt animas interire cum corporibus, ac postea una cum corporibus extremo judicii die excitari ac revocari ad promeritam gloriam aut poenam. Hic error quorumdam arabum fuit peculiaris saeculo ΠI., qui opera praesertim Origenis fuerat protritus [2], penitusve obsoleverat, nisi hac fere aetate nostra denuo a nonnullis protestantibus,

®) *Tract.* LXVIL *in Joann,* n. 2.

') Apud Hard. loc. supra cit. et in *Collect. Cone.* Labbaei, tom. XHL col. 1167.

') Cf. Euscb. *Bist. eccles.* lib. VI. cap. 37. ubi refert convocatum adversus illum errorem fuisse non exiguum concilium, in quo Origenes tanto robore decertavit, ut, qui prius in errorem lapsi fuerant, sententiam mutarent.

duce Priestley, vitam recepisset. 3* Alii. dilatam eamdem visionem contenderunt, eo quod censuerint, animas, licet omnino purgatas, in beata aliqua requie degere usque ad futuram corporum resurrectionem, promeritam beatitudinem, quae in Dei visione consistit, expectantes. Hunc errorem amplexi sunt graecorum plerique post photianum schisma ‘, sibique usurparunt Lutherus et Calvinus *(sacrorum emendatores!);* sed et ejusmodi error in oblivionem fere deciderat, donec saeculo superiore renovatus est non sine ingenti quodam apparatu a Burneto, ejusque opera longe lateque inter protestantes disseminatus. 5

636. II. Neque debet haec quaestio permisceri cum millenarismo. Etsi enim millenarii seu chiliastae mille annorum regnum in hoc eodem terrarum orbe tribuant justis-post resurrectionem cum Christo, attamen, si aliquem excipias, non propugnant differendam ipsis propterea esse ad id temporis, multo minus post resurrectionem, visionem Dei beatificam. Hi enim propugnant, tum post mortem tum post futuram resurrectionem justos visione beatifica donari, praesertim si sermo sit de recentioribus millenarismi propugnatoribus. Animadvertendum tamen, sermonem hic nobis non esse, quod per se satis patet, de millenarismo, qualem antiqui gnostici commenti sunt, qui omnem vivendi turpitudinem sibi pollicebantur in illo millenario regno. Haec enim doctrina aperte haeretica est.

637. HI. Sedulo praeterea distingui debet ab haereticorum errore quaestio illa, quae agitari coepit sub postremis Joannis XXH. annis inter quosdam minoritas et dominicanos. Minoritae enim ultro fatebantur, animas justorum ante corporum resurrectionem et in coelis recipi et Christi in forma servi aspectu frui, sed negabant, quum quaestio satis nondum discussa fuisset, ante resurrectionem eas videre ipsam essentiam Dei seu Christum in forma Dei. Contra vero dominicanae familiae alumni ejusmodi animas ipsam Dei essentiam intueri contendebant. Joann. XXH. rom. pontif. examini hanc controversiam subjecit, discutiendamque proposuit praestantioribus illius temporis theologis, nec ipse dedignatus est, quae pro utraque parte stare videbantur, argumenta et auctoritates congerere; quare malevolorum invidiam subiit, quasi veritati refragaretur. 6

638. IV. Ad obscuriora quorumdam patrum dicta intelligenda, animadvertere demum juverit, permiscendam non esse quaestionem de visione bea-

3) Conf. Pierre de Joux, *Lettres sur l'Italie, sous le rapport de la religion,* tom. II. pag. 581, note.

*) Cf. Muratorius, *De Paradiso non erpeclata corporum resurrectione* etc. cap. 18. pag. 194 ct seqq. Veronae 1738.

5) Vid. Muratori ibid. cap. 1.

π) Haec sedulo prae oculis habenda sunt, ne inter se controversiae simul permisceantur, quae, quamvis toto coelo differant, passim tamen simul confunduntur. Documenta, quae huc referuntur, inferius dabimus.

tifica ante corporum resurrectionem cum beatorum sede, circa quam praecipue versantur nonnullae patrum locutiones; alii enim eam vocarunt *paradisum,* alii *Abrahae sinum, receptacula* etc. [7]

639. Ex Ius deprehendimus, alia esse argumenta, quibus tum Priestley tum Burned errores impugnari debent, alia quibus illorum minoritarum sententia evertitur, quae post datas ab ecclesia definitiones prorsus obsolevit. Ad expositos enim haereticorum errores proterendos, ea omnia Scripturarum ac patrum testimonia sufficiunt, in quibus promiscue mentio fit tum de Christi tum de Dei assecutione post hujus mortalis vitae cursum. Adversus autem minoritarum opinionem illae praeterea requiruntur auctoritates, quae directe ostendant, justorum animas, non solum ad Christi, sed ad Dei ipsius consortium ac visionem ante corporum resurrectionem admitti.

640. Quibus ita dispositis, iter jam nostrum insistimus ad propugnandam enunciatam catholicam veritatem. Ac primo quidem eam evincunt, quae scribit apostolus II. Cor. V. 6: *Cum sumus in corpore, peregrinamur a Domino per fidem enim ambulamus, et non per speciem); audemus autem, et*

79

Dominum, Quae prorsus decretoria sunt. Ex apostolo enim, ne peregrinemur a Domino, et ut praesentes ad eum simus, id est, ut non amplius per fidem, sed per speciem seu facie ad faciem, ut alibi loquitur, ipsum videamus, debemus peregrinari a corpore; immo, ut citius tantum consequamur bonum, *bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore.* Ergo divisi a corpore statim ad divinam praesentiam ac Dei fruitionem admittimur; alioquin talis voluntas non bona, sed vacua esset ac fatua, si usque ad finem mundi expectanda nobis felicitas tanta esset. Magis magisque illud confirmatur ex ejusdem apostoli verbis, quae immediate praecedunt: *Scimus,* inquit, *quoniam si terrestris domus .nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in coelis.* Ad hanc igitur domum non manufactam pervenire tantum nobis licebit, *cum terrestris domus nostra dissolvetur,* hoc est, cum mors a corpore nos separabit.

[7]) Ut enim observat Muratorius, op. cit. cap. 12, non levis inter aliquot ex antiquis patribus dissensio occurrit, ubi agitur dc statuendo *loco,* in quem justorum animae abscedentes corpore deferantur. Alii *coelum,* alii *sinum Abrahae,* isti *locum quietis,* illi *paradisum* censent sive appellant. *Paradisus* ipse apud aliquos aut ipsum coelorum regnum significat, aut saltem in coelorum regione situs creditur; apud alios in ignota hujus terrae plagx Sunt et paucissimi, qui sub terra, sive in inferis, non quidem poenalibus, ejusmodi animarum sedes collocant. Attamen vel ipsi, qui a coelesti patria illorum animas interim arcere videntur, eorum beatitatem inchoatam, immo praegrandem omnes fere fatentur; ipsamque tum solum consummandam complendamque arbitrantur, quum Christus judex cunctos tandem e tumulis excitabit et judicabit. Quod dictum est de loco, idipsum dicatur de *gradu* beatitudinis, de quo inter se discrepant, non autem de beatitudine ipsa. Quare haec distingui debent.

Hisco principiis inhaerens idem s. apostolus, ad Philipp. I. 23. scribebat: *Coarclor autem a duobus: desiderium habens dissolvi d esse cum Christe/, multo magis melius; permanere autem in carne necessarium propter vos.* Certum igitur erat apostolo statim se esse ad Christum perventurum post corporis sui dissolutionem. Ex his simul collatis praeterea discimus, ex mente apostoli idem esse, Deum intueri ut in se est, et non amplius per fidem sed per speciem, ac esse cum Christo vel cum Domino, idcoquc his testimoniis apostoli non minus errores haereticorum convelli quam illorum catholicorum doctrinam, qui tempore Joannis XXII. distinguebant inter visionem Dei beatificam et consortium Christi in forma servi.

641. Nec alia unquam fuit sacrae antiquitatis doctrina. Nos pauca delibabimus patrum graecorum et latinorum testimonia ad id adstruendum. Ex graecis porro eminet s. **Gregorius nazianzenus,** qui, *Orat. X. in laudem Caesarii fratris,* eum exoptat *in coelum penetrare ... ac magno regi assistere ct emicante inde lumine compleri8;* et apertius etiam *Orat. XI. in s. Gorgoniam sororem suam,* quam assecutam ait *contemplationem gloriae, tum ceterae, tum supremae Trinitatis puriorem* 9; sic *Orat. XXIII. in s. Cyprianum,* affirmat hunc martyrem et in coelo esse, et *sanctae Trinitati assistere.* 10 Item s. **Gregorius nyssenus,** de Pulcheria Theodosii imperatoris filiola loquens: *Hinc est avulsa planta,* ait, *verum in paradiso consita est. A regno in regnum translata est . . . quam ille pulcher oculus est, qui Deum aspicit?* 11 Sic s. **Joann. Chrysostomus,** *Orat, in s. Philogonium,* beatum illum sanctum praedicat, quod hinc abiens, et civitatem suam relinquens, in alteram, quae est Dei, civitatem ascendit, et hanc ecclesiam deserens, in illam conscriptus est, quae est primogenitorum descriptorum in coelis, ac festis istis relictis, ad celebrem angelorum conventum translatus est: *Illic autem,* inquit, *qui adsunt, perpetuo vident* regem Deum, *quatenus illum videre licet, non solum praesentem, verum etiam suae gloriae splendore condecorantem universum coetum.* 12 Quare graeci in *Menologio* sanctos vita functos *adstare Trini-*

sj N. 18. Χû *èè ήμΐν ουρανού Ιμβαttùoif. βαΰιλιι* τ«,7 μίγάλφ πίρκΤΓα,ιΐίΡΟί, καὶ τοὺ *Ικίΐ^ίν (ρωτά πληροόμινο* . Ubi obiter observandum est, hic a Gregorio nazianzeno *coelum,* in quod fuisse receptam confidit animam fratris sui, vocari ibidem *sinum Abrahae,* in quo conquiescat, et spectet choream angelorum ac beatorum virorum gloriam. Haec sunt ejus verba: *Hai lv κόλποι Αβραάμ, οίτινεν δη ούτοί είσιν, άναπαύσαιο, καί αγγέλων Ιποπτενοιν χορείαν, καί μακαρίων* ἀνδρών ὑόζα; *τε καί λαμπρότηταν.*

N. 27. *Τάζι ουρανία, δόίη 3εωρία>*

τηντε άλλην καί τη άνωτάτω τριάδα λαμψκ *κα$αρωτερα τε καί τελειωτερα.*

,0) N. 30. Καὶ *την την άγια τριάδα Ιλλαμ^ινj η* σὺ *νυν παραστάτη , κ. τ.* Λ. Pag. 286. edit. Billii.

ll) ~Εν3εν τό φυτόν άνεσπά3η, αλλά τ<7 *παραδείσια Ινεφυτεύ3η* Ικ βασιλεία είν βασιλείαν μετίστη .... ώ καλό ίκείνον* ὁ *ο<ρ3αλμό ό τον 3εόν βλεπων.* Tom. II. pag. 949 — 950. edit. Paris. 1615.

n) Έκεΐ δε διηνεκών ο! παρόντεν όρώσιν (τον βασιλέα Sêôr)› ωi *αύτοΐ είδειν δυνατόν καί παρόνταj καί τη τη ιδία δό-*

tali in *coelo* dicunt, ut de s. Basilio legitur: *Basili sapiens, qui assistis Trinitati!*[13] Ex latinis satis sit commemorare s. Cyprianum, qui in *Cohortatione ad martyrium: Quae erit gloria,* ait, *et quanta laetitia admitti, ut Deum videas, honorari, ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias etc.? u* Integer porro s. martyris liber, quem *de mortalitate* inscripsit, de hoc argumento est.

642. Sed quia permolesta res est, patres singillatim singulos appellare, juverit communem ipsorum doctrinam ad quaedam praecipua capita revocare, ex quibus melius constans ac perpetua antiquitatis doctrina colligitur.

643. Atqui in primis recensendi sunt I. illi patres antiquissimi, qui, persecutionibus furentibus, consueverunt hac spe, obtinendae statim beatitudinis, credentium fidem confirmare. Ita Tertullianus, licet chiliasta, et s. Cyprianus. [15]

644. II. Illi omnes, qui sanctorum animas deposita corporum mortalitate illico aeterna vita, regno caelorum, Dei ac Christi consortio frui dicunt, cujusmodi innumeri prope sunt, tum inter graecos, tum inter latinos, ac inter ceteros uterque Gregorius, nazianzenus et nyssenus, Joann. Chrysostomus superius commemorati, Basilius [16], nec non Cyprianus, Ambrosius, Petrus Chrysologus apud Petavium.[17]

645. III. Ii omnes, qui affirmant, discrimen inter utrorumque sanctorum statum, eorum nempe qui aut ante aut post Christum obierunt, in eo consistere, quod illi ad infernos carceres mitterentur, donec eos illinc Redemptor eduxisset, isti autem post ejus adventum non amplius illuc detrudantur, sed evehantur in coelum et ad Christi convictum et consortium. Ita s. Joann. Chrysostomus, *Hom. de ss. Berenice, Prosdoce et Domnina,* ubi de mortis metu, qui in antiqua lege summus fuit viris etiam sanctissimis, in nova minimus ne in puellis ac parvulis quidem extitit, disserit, illud quod *merito accidisse* dicit: *Nam antea mors ad inferos deducebat, nunc autem ad Christum perducit.* [18] Sic etiam s. Cyrillus alex., Auctor sermonis *De consolatione mortuorum,* apud eumdem. [19]

646. IV. Denique, ceteris omissis, ii omnes, qui perhibent Christum ad inferos descendisse, ut captivos inde patres secum eveheret in coelum. *In inferna loca descendit,* inquit s. Gregor, nazianz. *(Orat. XXXV.), sed inde*

ζρ; *λαμζρότρτι χοσμοΰντα* του; (Tuworra; ἀπαρτα;. Pag. 494. tom. I. ορρ. edit. Montf.

,s) ΒασίΛη σοφέ, παρειτώ; τρ *τριάδι.* Vid. *Menol. Graecor.*

'') Quae est epistola LVL *Ad Thibaritanos,* edit. maur. pag. 94.

li) Tertull. *Scorpiae.,* cf. pag. 492, edit. Rigaltii, not i. Cyprianus passim tum loc. cit. tum *Epist.* XV, LU, LVL etc. Cf. not. Rigaltii.

'*) Cf. Petav. *de Deo,* lib. VIL cap. 13.

,T) Ibid.

'') N. 3. *Το μιν γάρ πρότιρον ό* Sdνατοί Et; *άδην Υ.arpytv wvi δί* ό Sdνατο; πρό; *τον ΧριΟτόν παραπέμπει.*

*') Ibid.

animas evehit. 30 Ita pariter s. Athanasius, Cyrillus hiorosolym., s. Augustinus, et ante hos, ipse s. Irenaeus, ehi millenarismo aliquantulum induisent, s. Ignatius, Clemens alex., Origencs, aliiqne passim. 21

647. Ex quibus praeterea eruimus, sanctos patres promiscue loqui, tum de Deo, tum de Christi praesentia ac fruitione, ideoque integrum catholicum dogma prorsus adstruere.

DIFFICULTATES.

648. I. Obj. cum Calvino22: 1. Scriptura tam bonorum praemium quam malorum poenam semper ad extremum judicii diem refert. Mattii, enim XXV. ita describitur universale judicium ac si tunc primum tum justis tum improbis detur promerita retributio; nam tunc electi segregabuntur a reprobis; ergo ad eam diem permixti erant. Regnum praeterea electis *paratum* dicitur a constitutione mundi; ergo ipsum non erant adepti. Tertio, sententia sic pronunciabitur: *Venite* **benedicti,** *discedite* **maledicti;** ac demum concluditur: *Et ibunt hi* m *supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam,* ut ostendatur eos tunc primum *ire,* non autem *redire;* quibus nihil apertius esse potest. 2. Sed magis haec confirmantur, tum ex parabola zizaniorum, Matth. XIII. 24, quae crescere permittuntur, donec in consummatione saeculi ab angelis separentur, tum ex parabola sagenae missae in mare et congregantis omnia piscium genera, ibid. v. 47, insuper ex Christi promissione apostolis facta, Joann. XIV. 2: *Vado parare vobis locum . . . iterum venio et accipiam vos ad meipsum, ut, ubi ego sum, et vos sitis.* Hinc denarius diurnus, in quo significatur aeterna retributio, non datur nisi ad vesperam, id est, ad mundi finem. Ergo.

649. Resp. *Dist. antec.* Scriptura, tum bonorum praemium tum malorum poenam seu retributionem adaequatam et completam perhibet reddendam toti homini, id est, animae et corpori, *C.* inadaequatam et incompletam, quae soli animae datur, *N.* Hac enim ratione exponi debent omnes adducti textus de judicio universali, in quibus minime sermo est de solis *animabus,* sed de *hominibus,* qui non sola anima, sed et corpore praeterea constant. Homines enim reipsa tunc primum judicis vocem audient, tunc primum sententiam accipient, tunc primum alii ab aliis separabuntur, tunc demum primum *ibunt,* non *redibunt,* alii in vitam aeternam, alii in supplicium aeternum, Christus electos recipiet ad se, eisque tribuet denarium diurnum. Haec autem expositio necessario admittenda est, ut simul componantur ejusdem Scripturae testimonia, in quibus aeterna retributio statim a corporis morte promittitur, et copia

”) N. 93. edit. Billii. *Elſ άδον κάτιι-fty,* ϙ’ÀÀ’ *άνάγιι ψυχάί, αλλ' itf ovpayovf ivirtiv.*

31) Cf. Murat, op. cit. cap. 10.

M) *Institui,* lib. III. cap. 25.

videndi Denm et Christo fruendi; alioquin secum constare nequeunt. Cum igitur facilis via pateat ad conciliationem ejusmodi instituendam adversantium sibi auctoritatum, ubi vero ea deseratur, omnis alia ad eam prorsus intercludatur. pronum est inferre, hanc solam admitti posse, accedente praesertim totius ecclesiae ac traditionis sensu, ut ex probationibus luculenter patet.

650. **Inst** 1. Judicium uniuscujusque particulare statim post obitum tunc deberet institui. Jam vero ejusmodi particularis judicii, cui subjician-

tur animae simul ac corpore discedunt, nullum estât in Scripturis vestigium; immo quoties agitur de praemio aut poena, utrumque ad universale judicium refertur. Hinc apostolus Hebr. XI. 13. loquens de sanctis veteris Testamenti, ait : *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes;* deinde subdit v. 16: *Nunc autem meliorem* (patriam) *appetunt, id est, coelestem;* demum concludit v. 40: *Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.* Omnium igitur sors pendet anceps, donec electorum numerus fuerit expletus, quod nonnisi in mundi exitu locum habere poterit. 2. His principiis propterea semper insistens b. apostolus II. Timoth. IV. 8. de reposita sibi corona justitiae dicit: *Quam reddet mihi in illa die justus judex.* Et 3. s. Joannes, I. Epist. III. 2: *Scimus,* ait, *quoniam, cum apparuerit* (Christus scilicet in fine mundi), *similes ei erimus, quoniam videbimus tum sicuti est.* Ergo.

651. **Resp.** ad 1. *Neg. min.* Apposite s. Augustinus, *De anima,* lib. II. cap. IV. n. 8: *Quis adversus evangelium,* inquit, *tanta obstinatione mentis obsurduit, ut in illo paupere, qui post mortem ablatus est in sinum Abrahae, et in illo divite, cujus in inferno cruciatus exponitur, ista non audiat, vel audita non credat,* scilicet *judicari animas,* ut ibidem ait, *cum de corporibus exierint, antequam veniant ad illud judicium, quo eas oportet, jam redditis corporibus, judicari?* [23] Et sane, Eccli. XI. 28. de hoc particulari judicio perspicue dicitur: *Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias ejus;* et Apoc. VU. 9. Joannes testatur, se vidisse turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et linguis stantes *ante thronum Dei et in conspectu Agni, amicti stolis albis et palmae in manibus eorum;* quae certe gloria nisi post meritorum discussionem esse non potuit.

652. Sed, ut accedamus ad explanationem verborum apostoli ex cit. Epist. ad Hebr. *Juxta fidem omnes isti* (id est patriarchae) *defuncti sunt, non acceptis repromissionibus, D.* Terrenis, C. coelestibus, *subd.* ante Christi in coelum ascensionem, *C.* post Christi ascensionem, *N.* Tunc enim ex eodem

[23]) Exinde patet, Calvinum nobis illudere, dum se tanti facere auctoritatem s. Augustini saepius inculcat; ubi enim aperte adversus suas haereses pugnantem videt, eum parvipendit omnino, ut alias animadvertimus.

apostolo, Ephes. IV. 8, 9. cum Christus descendisset primum in inferiores partes terrae, *ascendens in altum captivam duxit captivitatem.*

653- Sic in subsequentibus verbis *Nunc autem meliorem appetunt, id est, coelestem* non tempus dilationis exprimitur, sed vis illationis, ut apostoli sensus exposcit, ait enim: *Conftentes, quia peregrini et hospites sunt super terram. Qui enim haec dicunt, significant, se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi. Nunc* (id est, *igitur, ergo* etc.) *autem meliorem appetunt, id est, coelestem;* ac si diceret: Qui autem peregrinos se dicunt, hoc dicentes significant, se patriam desiderare. Quam ergo patriam desiderabant patres nostri? Sane, si Chaldaeam desiderassent, tempus illis non deerat illuc revertendi; vita enim erat longa, via brevis. Fatendum est *igitur* eos meliorem desiderasse patriam, neinpe coelestem. 24

654. Postrema autem verba: *Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur,* hunc sensum prae se ferunt ex mente apostoli: Hinc illis praecipuis amicis suis et omnium fidelium patribus paravit Deus Jerusalem coelestem, in qua una cum Deo regnant. Hanc autem sibi promissam beatitudinem tunc temporis, seu toto veteris Testamenti tempore, illi non receperunt, Deo per singularem in nos bonitatem providente, ut usque ad tempora nostra, nimirum usque ad ascensionem Christi, nemini sanctorum illuc pateret aditus, ut non ante novi Testamenti tempus, quod nostrum est, consummatam consequerentur beatitudinem; animae quidem, quam consecuti sunt per visionem Dei, qua fruuntur ab ascensione Christi; corporis vero, qua fruentur nobiscum in communi omnium resurrectione. Itaque neutram *sine nobis,* id est, ante tempora nostra recipiunt beatitudinem.

655. Ad 2. *D.* Toti personae *(mihi), C.* animae, *N.* Responsio patet ex dictis.

656. Ad 3. *D.* Id est, etiam quoad corpus glorificatum, *C.* quoad solam animam, *N.* Si tamen ad Christum ea verba referuntur, et non rectius ad ipsam divinam essentiam, ac proinde ad visionem beatificam, ut non obscure postulat ipse contextus.

657. II. Obj. Sancti Hilarius, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus et Bernardus aperte docent beatitudinis consecutionem usque ad futuram corporum resurrectionem esse differendam. Etenim s. **Hilarius** passim docet: *Animas in custodia detineri, donec veniat tempus, quo judex meritorum faciat examen2l"; sitire Dei aspectum 26;* ca esse adstrictas necessitate, ut consepultis corporibus ad inferos descendant. 27 Ita s. **Ambrosius**, qui haec habet:

M) Cf. Bernardinus a Piconio, *Triplex expos,* in hunc locum.

u) In Psal. CXX. n. 16 et alibi.

16) In Psal. LXII. n. 3.
In Psal. CXXXVHL n. 22, et alibi.

Solvitur corpore anima, et post finem vitae hujus adhuc tamen futuri judicii ambiguo suspenditur. Ita finis nullus, ubi finis putatur. 28 S. Joannie Chrysostomi verba tam aperta sunt, ut aliter accipi nullo modo queant: *Quoniam,* inquit, ri *maneat anima, et millies sit immortalis, sicut est revera, absque carne non accipiet bona illa ineffabilia sicut neque punietur . . . si enim non resurgit corpus, incoronata manet anima extra illam beatitudinem, quae est in codis.* 29 S. Augustinus passim memorat *receptacula,* in quibus animae detinentur usque ad resurrectionem ·'°; et *Retract,* lib. I. cap. 14. η. 2. haesitantem se exhibet, dicens: *Angeli quidem sancti, quod ibi* (in coelo) *sint, nulla quaestio est. Sed de sanctis hominibus jam defunctis, utrum ipsi saltem dicendi sint jam in illa possessione consistere, merito quaeritur.* Demum s. Bernardus, tum in *Serm. I. III et IV. de sanctis,* tum alibi docet, animas *in expectations quietis sub altari et in atriis esse,* ibique expectare corporum resurrectionem; donec exultent *visione et contemplatione Dei.* Ergo.

658. Resp. *D.* A. Docent patres differendam esse beatitudinem *accidentalem, adaequatam* et *completam,* quae non solum in animae, sed et in corporis glorificatione consistit, *C. el essentialem, inadaequatam* et *incompletam* quoad animam, vel A'. vel *subdist.* in sententia nonnullorum, qui arbitrabantur animam solutam, desiderio teneri proprii corporis, adeoque incompletam esse sub hoc respectu illius beatitudinem, *C.* alio sensu, A'.

659. Quae quidem ut probe intelligantur, animadvertendum est: 1°, patres citatos nobiscum re consentire, dissentire autem in loquendi ratione; 2°. ipsos differre sanctis beatitudinem completam, quod et nos profitemur; 3°. eos diversa *loca, mansiones, receptacula, sinum Abrahae, paradisum, regnum Christi, regnum Dei,* diversos *coelos* commemorasse, ad ostendendam differentiam inter statum futurum post resurrectionem stabilem ac completum et statum praesentem incompletum atque, ut ita dicam, precarium; tum etiam ad ostendendam diversitatem in gradibus beatitudinis pro diversitate meritorum. His praemissis:

660. S. Hilarius in primo textu, qui nobis opponitur, loquitur de gloria consummata et perfecta; alioquin, si vim verborum urgere velimus, consequeretur, nec impios addictos esse poenis, quod est contra apertam illius doctrinam; nam *Trad, in Psal. II.* testatur impiorum animas statim ad infernum puniendas descendere: *Testes nobis,* ait, *evangelicus dives et pauper quorum unum angeli in sedibus beatorum et in Abrahae sinu locaverunt, alium*

M) De Cain et Abel, lib. II. cap. 2. num. 9.

Hom. XXXIX. *in I. ad Cor.* XI. 3.

30J *Enchir.* cap. 109, *de civ. Dei,* lib. XII. cap. 9. n. 2. *de Genesi ad lit.* lib. XII. cap. 35, etsi ibi vox *receptandum* non occurrat, dicit tamen animas non resumptis corporibus *non sic videre posse incommutabilem substantiam, ut sancti angeli vident. Confess,* lib. IX. cap. 3, admissum dicit amicum suum Nebridium nuper defunctum *in sinum Abrphae.*

statini poenae regio suscepit. . . . Nihil illic dilationis aut morae est.™ Passim praeterea 8. Hilarius martyrum animas *ad refrigerium aeternae beatitudinis post mortis istius tempus* admittit, ut in *Comm. in Psal. LXV.* n. 22.

In secundo textu qui objicitur, ideo dicit Hilarius animas sitire regnum Dei, quia ex ipsius mente duo haec regna Christi et Dei inter se differunt in co, quod in regno Christi visio non sit adeo completa, prout erit in regno Dei, in quo post resurrectionem completa omnino erit, ut ibidem ipsemet declarat. 32 In tertio denique testimonio s. pator peculiarem suam proponit opinionem, animas ad exemplum animae Christi, antequam admittantur in coelum, debere prius ad inferos descendere, nec tempus determinat, quo animae apud inferos manere debeant. 33 Ceterum s. Hilarius scribens in Psal. XLI. n. 9. sic argumentatur: *Si Christus Dei requies est; ergo qui in Christo erunt, erunt in Dei requie.*

661. S. **Ambrosius,** lib. *De Cain et Abel,* nil aliud sibi voluit, quam animas incertas adhuc esse de futurae resurrectionis tempore. Alioquin, si nimis urgerentur ejus verba, sequeretur juxta ipsum, animas adhuc manere incertas de sua propria sorte, quod esset contra ipsius principia. Etenim ipse, *Epist.* XV. n. 4. de s. Acholio thessalonicensium episcopo, scribit: *Est igitur jam superiorum incola, possessor civitatis aeternae illius Hierusalem, quae in coelo est. Videt illic urbis ejus mensuram immensam . . . lumen sine sole perpetuum; et haec omnia jam dudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifestata* etc. His similia plura occurrunt in s. Ambrosii scriptis. 34

662. Quod vero spectat ad diversas mansiones, quas distinguit in lib. *De bono mortis,* quem *nondum veteranus sacerdos* scripsit35, eas collocat in

3I) Num. 48. Ex quibus rursum patet, idem esse ex mente s. Hilarii *sinum Abrahae* et *sedes beatorum.*

**) Cf. Mural, op. cit. cap. 12. ubi plura testimonia congerit, quae satis superque ostendunt, mentem hujus patris cum catholica doctrina plane consentire.

33j Cf. Murat, ibid. cap. 11. pag. 99. ubi observat hanc fuisse opinionem etiam s. Irenaei et Tertulliani, quae tamen peculiaris illorum fuit, nec alios habuit adstipulatores.

14) Cf. Murat, ibid. cap. 14. pag. 135 et seqq. qui plura exhibet.

“) Cf. admonitio editorum maurin. in lib. *Pe bono mortis,* et in nota ad cap. 11. hujus libri, ubi ipsi conciliant, quae contraria scribere visus est s. Doctor, nempe libro II. *De Cain el Abel,* cap. 2. η. 9. a nobis adducta, et quae hic affirmat, *ut factorum suorum incertum supremo judicio non vereantur* (animae solutae) *eventum:* verba igitur ex libro II. *De Cain et Abel, co* sensu exponunt, ut nimirum anima non de sua felicitate, quam cognitam et exploratam esse patrum communis est opinio, dicatur ambigere, sed de resurrectionis ac judicii die, immo et de fratrum salute, quorum, Ambrosio teste, eam miseret. Nam, si de salute propria vir sanctus animam incertam pulasset, quomodo in eodem libro, cap. 9. n. 31. de justis mortuis dixisset: ..Et merito pro viventibus habentur; quia, etsi corporis gustaverint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, et illuminantur suorum splendore meritorum, luce quoque fruuntur aeterna?·· Similia et alibi habet.

coelo; scribit enim cap. 10: *Hae sunt habitationes, de quibus dicit Dominus* (Joann. XIV. 1.) *inultas mansiones esse apud Patrem suum, quas suis pergens ad Patrem suum discipulis praepararet.* 36 Quare ratio nulla est, cur bis Burnetus prave adeo abutatur.

663- S. Joann. Chrysostom us in objectis verbis vult ostendere necessitatem resurrectionis corporis, non autem differri animae beati tudinem. Nempe ex eo quod, ut ipse argumentatur, corpus fuerit animae comes in passione, concludit: vel utrumque coronabitur vel neutrum. Etenim dogma catholicum ipse luculentissime tradit, *Hom. X. in II. ad Cor.* dicens: *Ne timeas. Confide, cum concideris. Neque enim ille dumtaxat te a corruptione vindicat, ac gravi sarcina levat, sed etiam ad Dominum confesti m transmittit.* 37 Alia ejusdem testimonia non minus perspicua dedimus in probationibus. 38

664. S. Augustinus cit. loc. ostendit, se dubitare de loco, non autem de gloria ipsa ante extremum judicii diem, quod jamdiu animadverterat Lud. Vives in suis notis ad opera s. Augustini. Sane *Epist. CLXXXVU* n. 7. diserte scribit s. Doctor : *Vbicumqux sit paradisus, quisquis beatorum ibi est, cum illo ibi est, qui ubique est;* et *Confess,* lib. IX. cap. III. dp Nebridio amico suo nuper defuncto dicit: *Quidquid illud sit, quod illo significatur sinu* (Abrahae), *ibi Nebridius meus vivit. . . Nam quis alius tali animae locus? Ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem inexpertum. Jam non ponit aurem ad os meum, sed spiritale os ad fontem tuum, et bibit quantum potest sapientiam pro aviditate sua sine fine felix. Nec sic eum arbitror inebriari ex ea, ut obliviscatur mei, cum tu, Domine, quem potat ille, nostri sis memor.* Quid vero est ex mente Augustini *inebriari? Est facie ad faciem Deum videre,* ut ipse declarat in *Enarr. in Psal.* XXXV. n. 14- exponens vocem *inebriabuntur.* Ejusdem praeterea mens patet ex iis, quae disputat passim adversus pelagianos, inducentes distinctionem inter vitam aeternam et regnum coelorum.39

M) N.45. ubi pariter notandum est, s. antistitem ea, quae scribit in hoc libro de diversis habitaculis, desumpsisse ex apocrypho libro IV. Esdrae, ut ipsemei testatur, dicens : *Siquidem et in Esdrae libris legimus . . . et habitacula reddent animas, quae his emendatae sunt, et revelabitur Altissimus super sedem judicii.* Haec porro leguntur lib. IV. Esdrae, cap. VU. 32 et seqq.

Ï7J N. 2. ç>o/3pSpf· Sôppa καταχο- *πτόμινοί* ı οὐ *γάρ μόνον <pSopâ< St* α~αλ- Λάττκ καὶ *βάρον;, αλλά καί* η." *κυρίο>* πα- *ραπίμπιι ταχΐωμ*

M) Cf. Murat op. cit. cap. 15. ubi luculentissime mentem s. Doctoris explanat, omnesque difficultates disjicit, quas ex illius scriptis Burnetus opponit.

”) Observandum praeterea est s. Augustinum olim millenariorum opinioni adhaesisse, ut ipsemet fatetur, *De civ. Dei,* lib. XX. cap. 7. dicens: «Quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae deliciae spirituales in illo sabbato adfuturae sanctis per Domini praesentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando." Vid. Joann. Cadonici in *Vindiciis augustinianae ab imputatione regni millenarii*

665. Dcmuin e. **Bernardus** In praefatis sermonibus Intelligi potest de gloria consummata ct adaequata, quatn sancti resumptis corporibus olim obtinebunt, minime vero de gloria essentiali, quae in Dei visione consistit, quae tamen juxta peculiarem ipsius opinionem minus perfecta censenda est ob corporis desiderium, quo animae solutae quodammodo urgentur. Sic enim *Serm. LXXXVII.* de contemplatione Dei disputans, tres modos distinguit pro diverso statu corporum in sanctis: *Et primo quidem,* inquit, *vocatur cibus, secundo potus, tertio ebrietas. . . Prius comedunt, dum in came adhuc corruptibili degunt. Postmodum vero corpore exuti et in coelum translati jam bibere dicuntur eadem, quae prius comederant, quin jam per speciem contemplantur sine labore, quae prius per fidem crediderunt, dum in corpore positi peregrinarentur a Domino. . . . In hoc ergo statu positi, sancti bibere quidem possunt, sed inebriari non possunt, quoniam a perfectissima contemplatione divinitatis quodammodo retardantur, dum adhuc resurrectionem sui corporis in fine saeculi praestolantur.* Quod si alicubi duriuscula quaedam scripsit, quae cum communi doctrina vix componi queunt40, alibi ea retractavit. Nam in *Serm. XLII. De diversis,* n. 5. luculentissime doctrinam ecclesiae catholicae declarat, dicens : *Qui in coelo sunt, gaudio gaudent ad visionem Dei, Christi fratres in natura, cohaeredes in gloria, similes in aeternitate jucunda.* Similia habet alibi passim. 41

666. III. Obj. 1. Ecclesia semper consuevit pro omnibus indiscriminatim orare, prout constat ex vetustissimis liturgiis, nempe pro beata Virgine,

doctrinae, edit, anno 1747, tum in tribus *Dialogis,* anno 1753, ac demum *De Augustini sententia de beatitate sanctorum ante Christi Domini descensum ad inferos,* 1763. Ubi Cadonici animadvertit, juxta s. Augustinum justos per mille annos fruituros cum Christo spiritualibus deliciis in terris; ita tamen, ut beatifica visione numquam illi caruerint, vel cariluri sint. In hac bibliotheca Collegii Romani asservatur epistola Muratorii ad eumdem Cadonici data, in qua ejus opus summopere commendat ac felicitatem in mente s. Augustini exponenda. Cf. tamen quae adversus Cadonici scripsit P. Mamachius Ord. Praed. in op. *De animahus justorum in sinu Abrahae, ante Christi mortem,* duobus vol. in 4. Romae 1766.

40) Singularia certe videntur, quae scripsit, *Serm.* III. *De Sanctis,* n. 1. ubi ait: Advertistis . . . 1res esse sanctarum status animarum: primum videlicet in corpore corruptibili, secandum sine corpore, tertium in corpore jam glorificato; primum in militia, secundum in requie, tertium in beatitudine consummata; primum denique in tabernaculis, secundum in atriis, tertium in domo Dei etc." Et *Serin.* IV. n. 1: ..Interim sub Christi humanitate feliciter sancti quiescunt . . . donec veniat tempus, quando jam non sub altari collocentur, sed exaltentur super altare. . . . Quonam igitur modo super altare dixerim exaltandos eos, qui nunc sub altari quiescunt? *Visione* utique ct contemplatione, non praelatione. Ostendit enim nobis Filius (ut pollicitus est) semetipsum non in forma sfervi, sed *in forma Dei.* Ostendet etiam nobis Patrem el Spiritum Sanctum, sine qua nimirum visione nihil sufficeret nobis." Quae tamen commode videntur exponi posse per ea, quae ex eodem sancto attulimus de triplici modo Deum videndi.

4I) Conf. Murator, cap. 19. pag. 202 et seqq.

pro patriarchis, prophetis, apostolis, martyribus etc. Instar omnium sit liturgia svriaca, in qua de sanetis sic legitur: *Deus praesta cis requiem bonamque memoriam, ei potissimum sanctissimae Deiparae Mariae.* Similia occurrunt in liturgiis aethiopica, Jacobi, Marci, Basilii, Gregor!i nazianzeni, Chrysostom!. Epiphanii, utriusque Cyrilli, nec non in Sacramcntario Gelasii et Gregorii M. atque in missali mozarabico. Hujus autem consuetudinis vestigia adhuc supersunt in Secreta s. Leonis Papae, in qua Deum precamur, *ut d illum beata retributio comitetur, et nobis gratiae tuae dona conciliet.* 2- Accedunt denique orationes et responsoria pro defunctis, quae palam ostendunt, nondum de animatus latam esse sententiam, ut cum dicitur: *Libera eam de morte aeterna* etc. aut: -Ve' *absorbeat eas tartarus,* aliaque ejusmodi. Ergo.

667. .Resp. ad 1. *D.* Diverso sensu ac diverso fine, *C.* eadem ratiune eodemque fine, iV. Nempe, etsi consueverit ecclesia pro omnibus preces fundere, quod et nunc etiam in canone pro omnibus facere pergit illis verbis: *Ipsis Domine et omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerii, lucis et pacis ut indulgeas deprecamur;* accommodam tamen distributionem pro diverso defunctorum statu atque ad diversos fines easdem preces fundit. Animabus scilicet in purgatorio degentibus requiem apprecatur; sanctis in coelo regnantibus gloriam accidentalem ejusque augmentum, vel etiam corporis resurrectionem, tum etiam ut nos potius ipsorum precibus commendemus, ipsorum gratnlemur triumphis 42 etc. Quod optime significavit s. Augustinus, dum in *Enchiridio,* cap. CX. inquit: *Cum sacrificia sive altaris sive quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde malis, etsi nulla sint adjumenta mortuorum, qualescumque vivorum consolationes sunt;* et *Serm. CLLX.* n. 1: *Injuria est,* inquit, *pro martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari* 43: quod intelligendum est, ut ex dictis patet, de gloria essentiali. Atque sic reipsa accipiendas esse ejusmodi preces, necessario exposcit ipsa ejusdem ecclesiae consuetudo orandi sanctos in coelis regnantes, ut pro nobis intercedant, quod item in iisdem liturgiis repetitur.

°) Cf. Tournely, 7)e *Deo,* quaest. 14. in solut. ditT. ex liturgiis et precibus ecclesiae. Circa Secretam s. Leonis 31. cf. Aug. Rocca Ord. s. Aug. in *Scholiis ad lib. sacramentorum s. Gregorii M.* Romae 1597. ad pag. 128. Addenda praeterea est animadversio eorum, qui observant, ecclesiam certam non fuisse, utrum sancti illi, quorum mentio fiebat, jam pervenerint ad beatitudinem, an vero nonnullas adhuc leviores maculas eluendas habuerint, sine quibus vita baec mortalis non transigitur. Hinc pro ipsis ecclesia orare consuevit post ipsorum obitum. Cf. card. Bona loc. mox citando.

n) Ibid, vero ecclesiae mentem uberius explicat dicens: nldeoque habet ecclesiastica disciplina, quod fideles noverunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ubi non pro ipsis oretur; pro celeris autem commemoratis defunctis oralur,"

668. Ad 2. *D-* Quatenus ecclesia in orationibus ant responsoriis pro defunctis rem praeteritam vehit praesentem spectare soleat, *C.* quatenus profiteatur incertum adhuc esso ipsorum judicium atque sententiam, *N.* Haec autem ratio agendi ecclesiae patet in solemnitatibus, quas per annum celebrare consuevit. Etsi enim agatur de ro jamdudum praeterita, eam tamen tamquam praesentem aut etiam futuram spectare consuevit, e. gr. tempore Adventus illa frequenter ingeminat: *Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum* etc., et sic do ceteris; atque hac ratione filios suos admonet atque hortatur, devotionem in iis excitat, laetitiam etiam aut moerorem pro eorum diversitate, quae ipsa frequentat. 44

669. IV. Obj. Gloriae dilationem ratio ipsa suadet: 1. Sancti enim veteris Testamenti non statim ad beatitudinem admissi sunt; ergo nec sancti novi Testamenti admitti stafim ad eam debent; 2. Christus ipse cum anima sua ad inferos descendit, neque ad coelum ascendit nisi post resurrectionem. 3. Praeterea corpus animae socium fuit in meritis; ergo et in retributione comes esse debet; 4. praesertim cum anima sine corpore semper misera esse debeat, utpote quae perpetuo corporis desiderio torqueatur. Ergo.

670. Resp. I. Cum agitur de dogmate fidei, non ratione aut congruentiis disceptari debet, sed monumentis, inquirendumque utrum Scripturae, traditio, ecclesia hoc dogma tradiderint nec ne; cum id constat, conjecturae nostrae per se concidunt. Singillatim nunc respondemus, ut ad propositas difficultates faciamus satis.

671. Resp. II. *Neg. antec.* Ad 1. *Neg. conseg.* et paritatem; neque enim eadem ratio temporis valet pro sanctis veteris Testamenti ac pro sanctis novi Testamenti. Quemadmodum autem fuit Christus primogenitus mortuorum, sic prior in coelum ingredi debuit, antequam alius quisquam sanctorum illuc admitteretur.

672. Ad 2. *Neg.* rursum *conseg. et paritatem;* nam praeterquam quod anima Christi beatifica Dei visione fruebatur, ideo ad inferos descendit, ut Sanctorum animas indidem educeret ac secUm in coelum eveheret; quae ratio in sanctis locum non habet, neque in omnibus Christo sancti assimilari debent, alioquin et ipsi deberent die tertia post mortem resurgere etc.

673. Ad 3. *D.* A. Ita tamen ut causa meritorum anima sit, *C.* secus, *N.* Anima enim ad opera bona perficienda corpore utitur tamquam instrumento; deinde *neg. conseg. et parit.* quia anima a corpore disjuncta gloriae capax est.

674. Ad 4. Esto quod anima tali desiderio quodammodo teneatur, non inde tamen sequitur ipsam miseram effici, tum quia essentia beatitudinis in

41) Card. Bona, *Rerum liturgie,* lib. II. cap. 14; Bened. XIV. *De saerif- Missae,* lib. II. cap. 9; Lebrun, *Explication de la Messe,* tom. III. diss. 10. art. 18. *Remarques,* pag. 300 et seqq. Paris 1741.

anima consistit; quae vero ad corpus dimanat, non est nisi accidentalis; tum quia Deus huic desiderio non sine fenore supplere potest.

675. V. Obj. Joannes XXII. sententiae de dilatione visionis beatificae adstipnlatus est; ter enim ex suggestu in ecclesia avenionensi eam propugnavit. Hinc suae opinionis fautores summa benevolentia excipiebat; contra vero eidem refragantes insectabatur, prout contigit Durando meldensi episcopo, qui vix pontificis judicium effugit, regia auctoritate ac patrocinio fretus, et Thomae Valesio Ord. Praed., qui in carcerem conjectus est. In eum finem, ut quot posset, in suam sententiam perduceret. Lutetiam Parisiorum Gerardum Eudum generalem ministrum Minoritarum misit, una cum Arnaldo de s. Michaele, prout referunt card. De Alliaco, Gerson, Ochamus, aliique. Quare Philippus Galbarum rex ignem eidem Joanni comminatus est, nisi a sententia resipuisset. Ergo.

676. **Resp.** *Neg. antec.* Ut autem Joannis XXII. factum rectius cognoscatur, haec ordinatim sunt diligenter animadvertenda:

677. I. Exorta est ejus tempore controversia inter quosdam Minoritarum et Praedicatorum Ordinis alumnos, an beati in coelum statim post mortem recepti, praeter Christi humanitatem fruerentur visione ipsa Dei beatifica. 45 Joannes controversiam hanc dirimere aggressus, ut ea, qua par erat in re tanti momenti et tunc temporis satis implexa quaestione, procederet maturitate, quae utrique contendentium parti favere videbantur, tum ex Scriptura tum ex patribus argumenta summa diligentia collegit. Haec discutienda dedit cardinalibus omnibus, praesulibus atque doctoribus, quos anathematis religione adstrinxit, ut diligentissime ea pervestigarent^ *nobisque, quid eis videatur, exponant,* ut ipse loquitur. 46

H

678. П. Cum accepisset ob ejusmodi collectionem, in qua argumenta pro utraque parte prostabant, calumniam sibi impactam esse a malevolis, quasi neganti sententiae favisset, adseitis eodem anno cardinalibus per publicos tabelliones protestatus est, se *numquam gessisse in animo decidere vel credere, quod esset quovis modo Scripturae sacrae obvium vel contrarium fidei orthodoxae,* voluitque ut haec protestatio in orbe universo Christiano publicaretur. 47 Litteris praeterea ad regem Philippum datis calumniam eamdem illic disseminatam a se propulsavit praesertim quoad duos illos, qui missi Lutetiam perhibebantur ad eam doctrinam propagandam. 48

<s) Cf. Raynaldl Tarvisini *Annales ecclesiast.* ad annum 1333. Exorta videtur haec quaestio ex occasione illorum sermonum, quos habuerat s. Bernardus in solemnitate omnium SS.; quos superius citavimus. Mota autem hacc quaestio est anno 1331.

*) Cf. Raynaldi, ibid. ad annum 1334, num. 27.

*') Ibidem.

<s) Ibid. Hujus protestationis meminerunt etiam pseudo-minoritae et praesertim Bonagratia, ejusdem pontificis infensissimus hostis.

679. III. Invnlult calumnia opera praesertim illorum schismaticorum, qui favebant Ludovico bavaro, cujus odium simultatesque adversus hunc piurn pontificem eo erant progressae, ut ei opposuerit antipapam Petrum de Corharia. Falsis ejusmodi rumoribus decepti sunt nonnulli scriptores minus in pontificem propensi, qui calumniosas hasce voces pronis auribus exceperunt posterisque transmiserunt. 49

680. IV. Nec Durandus meldensis episcopus fuit a Joanne inquisitus, neque Thomas Valesius, sed ambo a fidei quaesitore; Durandus quidem ob erroneas aliquot sententias, quas disseminaverat in libro a sc conscripto w; Valesius eo quod imprudenter o publico suggestu non solum Joannem pontificem perstrinxerit, sed praeterea, controversia nondum dirempta, maledictionem divinam precatus fuerit in contrariae sententiae assertores. 51

681. V. Philippus et Robertus, alter Galliarum, alter Scotiae rex, per litterae ad Joannem pontificem datas obsequium demissionemque animi luculenter significantes, eum exorarunt, ut controversiam definire vellet52; easdem preces parisienses theologi in epistola ad eumdem rom. pontificem scripta obtulerunt, in qua: *Vestrae Beatitudini,* inquiunt, *cum qua possumus humilitate et reverentia, totis cordis praecordiis supplicamus, quatenus praedictae quaestioni . . . dignetur Vestra Sanctitas finem dare, partem illam, qua nutrita fuit hactenus devotio populi christiani, vestro regimini crediti, veram esse, determinatione apostolica confirmando.* 53 Quae profecto cohaerere non possunt cum iis, quae vulgabantur a pontificis malevolis inimicis, quaeque leviter nimium ac imprudenter arripuit card. De Alliaco, qui anno 1406, id est, 62. anno a morte Joannis XXII. ea vulgavit.

682. VI. Demum re satis discussa Joannes, hortatu praesertim Philippi regis et academiae parisiensis, convertit animum ad emittendam definitam decisionem suam pro immediata Dei visione beatifica. Hanc vero cum morte praeventus publicare minime potuerit, legit coram cardinalibus et tabellionibus, in qua protestabatur se declarare intentionem, *quam habemus,* inquit, *et habuimus.* Revera non aliam unquam ipsius mentem fuisse, crebrae

w) Genebrardus, Ocham, Ciaconius recensentur a Bzovio Ord. Praed. inter pontificis malevolos. Cf. in *Annal, eccles.* ad annum 1331. Inter hos tamen Ochamus aperte ostendit, se dubium esse circa ea, quae de Joanne XXII. retulerat. Ait enim: »81 assertiones illius *(Joannis)* vel upera aliter recitaverim quam habeat veritas, reportatoribus imputetur ... mihi nullatenus, quia sub illa forma mihi recitata fuerunt.“ (In *Dialogo,* part. II. tract. 2. suh finem.)

i0) Tres potissimum fuerunt errores, in quos Durandum meldcnsem episcopum, doclorem *robustissimum* nuncupatum, fidei inquisitores prolapsum deprehenderunt, quos hic non vacat recensere, quique videri possunt apud Raynalduni, ad annum 1333. n.48 et seqq.

**) Cf. Bz.ovius loc. cit. n. 11.

“) Apud Joann. Villani, lib. XI. cap. 19.

iJ) Cf. apud Marlene in op. *Thesaurus novus anecdotornm,* tom. I. col. 1383 et seqq. edit. Paris. 1717.

M) Apud Raynalduni, ad annum 1334.

ipsius protestationes, quas data occasione emisit tribus postremis vitae suae annis, quibus controversiam hanc discutiendam suscepit, luculentissime patefaciunt. Hoc pariter testantur scriptores coaevi etiam minus in pontificem propensi. Disserens enim Bzovius de tribus illis sermonibus, quos habuit pontifex in ecclesia avenionensi, jamdiu deperditis, quibus videbatur catholicum dogma oppugnare ex Scriptura et patribus, eos *neque asserendo, neque decernendo,* inquit, recitavit55; *nec nisi disputandi gratia,* subdit Ciaconius 56: *sic enim ad veritatem poterit promptius perveniri,* ut scripsit ipsemet pontifex ad Philippum regem anno 1333. 57

683. Ex his autem, quae ab certissimis documentis deprompsimus, colligitur, non solum evanescere, quae in objectione congesta sunt, sed praeterea falsitatis argui Calvinum, dum affirmare non erubuit, Joannem XXII. docuisse mortalitatem animarum58: insuper minus fideliter a nonnullis auctoribus catholicis referri factum istud, dum pontificem traducunt veluti propensum fere in contrariam fuisse sententiam, de dilatione nempe visionis beatificae; multo magis autem a vero ablusisse inter catholicos eos, qui autumant Joannem XXII. eamdem sententiam *ex cathedra* definivisse, ut ita detrahant infallibilitati romani pontificis 59

nom. 37. Neque hic silentio praetereundam, quod Joannes in bulla canonizationis s. Thomae Aquinatis de eodem sancto habet, *quem in coelestibus agminibus positum Deum glorificare cognoscitur.* Data est haec bulla die 18. Julii 1323; cf. *BuUar. Ord. Praed.* Romae 1730. tom. IL pag. 161. Similia leguntur in bulla canonizationis s. Lndovici Tolosatis, data 7. Idus Aprilis 1317. Cf. *BuUar. Rom.* Laërt. Cherubini, Romae 1617. tom. L pag. 153.

R :

U

“) Bzovius, ad annum 1331. num. 11. Cf. etiam cit. epistola universitatis parisiensis ad Joannem XXII. apud Marlene loc. cit. ubi doctores parisienses ita scribunt: ▮In qua *(quaestione)* Vestra Sanctitas pulcherrime et subtilissime allegavit et quamplures auctoritates adduxit, immo tot quot non recordamur nos legisse apud doctorem aliquem, quas ad unum adduxit tot et tantas, semper tamen recitando, et nihil determinando, asserendo, seu etiam opinando, sicut audivimus, dignetur etc.·

**) *Historiae Pontificum Rom.* fol. tom. I. coi. 871. Romae 1630. ubi ait: *Affirmans, se nihil nisi disputandi gratia afferre et nihil adhuc se determinasse.*

iT) Apud Raynaldum, ad annum 1333. num. 46 et seqq.

s8) histit. lib. IV. cap. 8. §. 28. de quo cf. Raynaldus, ad annum 1334. num. 38.

Ji) Ita auctor libri, cui titulus: *Defense de la declaration du clergé de France de l'année* 1682. part. III. liv. IX. chap. 46. Quod quidem opus non esse genuinum Bossaeti foetum non pauci scriptores, neque spernendis argumentis contendunt, aut saltem fuisse interpolatum, antequam in lucem ederetur ab ipsius nepote, jansenianis partibus non parum addicto; mirum porro est, quam graviter hallucinetur hujus operis editor in notis, quas loc. cit. apposuit; cf. *Oeuvres de Bossuet,* tom. XXL édition de Liège 1768.

ARTICULUS II.

DE PURGATORIO.

684. Purgatorii nomine significamus statum expiationis ad tempus duraturae, in quo animae justae obstrictae vinculis ac debito temporaneae qualiscumque satisfactionis, vel ob venialia peccata, vel ob lethalia quoad culpam jam dimissa, a corpore disjunctae detinentur, donec dignae fiant, quae ad aeternam beatitudinem admittantur.

685. Ut omnem tum indulgentiarum tum suffragiorum usum in catholica ecclesia receptum ad illarum animarum levamen e medio tollerent novatores saeculi XVI. Acrium saeculi IV. haereticum, nec non petrobrusianos, albigenses, waldenses, nonnullosque alios sectarios secuti, purgatorii existentiam inficiati sunt, atque hinc suffragiorum utilitatem. Lutherus prius anceps haesit, deinde utrumque rejecit. Calvinus eo usque progressus est, ut *Instit.* lib. III. cap. V. §. 3. clamandum dixerit, *non modo vocis, sed gutturis ac laterum contentione, purgatorium exitiale esse satanae commentum, quod Christi crucem evacuat, quod contumeliam Dei misericordiae non ferendam irrogat, quod fidem nostram labefacit ac evertit.*

686. Ut autem adversus hos novatores commodius pugnemus, verus quaestionis status aperiendus est, apprime secernendo ea quae stricte sunt de fide ab iis, quae intra opinionum limites continentur. Porro duo haec tantum quoad purgatorium de fide sunt, primo scilicet ejusdem purgatorii existentia, secundo suffragiorum utilitas, ut ex dicendis patebit.

687. Omnia igitur, quae spectant ad locum, durationem, poenarum qualitatem ad catholicam fidem minime pertinent, seu definita ab ecclesia non sunt. Utrum scilicet sit aliquis determinatus locus necne, et ubi positus sit; utrum parum an diu debeant animae in purgatorio detineri; utrum ignis purgatorii sit materialis an metaphoricus, utrum scilicet consistat in quadam animi tristitia, exorta ex anteactae vitae consideratione, foeditate peccati, aliisve ex causis, propter quas voluntaria et peroptata ipsis animabus sit purgatoria haec afflictio. 1 Diversae olim de iis extiterunt inter veteres

') Leibnitzius, *System, theol.* pag. 350. scribit: ..Plcrique omnes *(celeres et recentiores)* consenserunt in castigationem paternam sive purgationem post hanc vitam, qualiscumque ea esset, quam ipsae animae ab excessu ex corpore, illuminatae, et sibi conspecta tunc imprimis praeteritae vitae imperfectione, et peccati foeditate maxima tristitia tactae, sibi accersunt libenter nollentque aliter ad culmen bcatiludinis pervenire. Voluntariam enim esse purgatoriam hanc afflictionem recogitantis acta sua animae, praeclare mulli viri notarunt, ct inter ceteros illustris est Granatensis locus, qui Philippo secundo in novissima aegritudine magnam consolationem attulit.“ Haec hausisse videtur Leibnitzius ex pulcherrimo tractatu, quem de purgatorio seri-

ecclesiae patres, et inter scholasticos etiam recentiores adhuc vigent discrepantes sententiae. Idipsum dicatur de modo, quo animae defunctorum suffragiis fidelium juvantur, circa quem diversae pariter perhibentur theologorum sententiae, de quibus inter alios consuli possunt Bellarnnnus, toto libro II. *De purgatorio,* et duo germani fratres De Walomburg. 2

688. Haud ignoramus ex his, quae diximus ad fidem minime, spectare, aliqua esse, quae, quamvis definita non sint,, absque temeritatis nota rejici non possunt: quum satis innotescat circa ea non solum communis theologorum doctrina, a qua cordato catholico absque gravissima causa recedere nefas est, sed insuper ipsius ecclesiae sensus, praesertim circa poenarum acerbitatem, quibus animae in purgatorio cruciantur. Cum tamen nobis propositum sit. catholica dogmata potissimum tueri atque adstruere adversus incurrentes errores, et contra ea, quae catholicam doctrinam quoquomodo labefactant, ideo rata habentes, quae communi consensu probata sunt, adversus protestandum doctrinam sequentem statuimus propositionem.

PROPOSITIO.

Datur purgatorium, d justorum animae in eo detentae fidelium suffragiis juvantur.

689. Hanc propositionem quoad utramque sui partem de fide esse, liquet ex fidei professione, jussu Pii IV. edita, juxta quam catholicus quilibet profiteri debet: *Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari.* Et sane praeter concilii florentini definitionem in *Decreto unionis,* concilium tridentinum, sess. XXV. in *Decreto de purgatorio,* tradit ecclesiam Spiritu Sancto edoctam ex sacris litteris et antiqua patrum traditione in sacris conciliis docuisse: *Purgatorium esse, animasque ibi detentas*

psit s. Catharina januensis, in quo inter cetera haec habet: -L'anima separata dal corpo, la quale non si trova in quella nettezza, come fu creata, vedendo in sc Γ impedimento, c che non le puô essere levato salvo eho per mezzo del purgatorio, presto vi si getta dentro, e volentieri, e se non trovasse questa ordinazione alta a levare quell' impaccio, in quelle istante in lei si genererebbe un inferno peggiore dei purgatorio;" et paulo ante jam dixerat: »Non credo, che si possa trovare contentezza da comparare a quella di un' anima dei purgatorio (eccetto quella de' santi dei paradiso); ed ogni giorno questa contentezza cresce per lo influsso di Dio che in esse anime va crescendo ... e quanto alia volontà non possono mai dire che quelle pete sieno pene. — Dall' altra parte poi hanno una pena tanto estrema, che non si truova lingua che la possa narrare, nè intelletto, che possa capirne una scintilla." Sed praestat integrum legere hunc ipsum tractatum, qui impressus est ad calcem vitae ejusdem sanctae.

α) Petras et Hadrianus ambo episcopi et celebres controversistae. Cf. *Tractatus speciales de controversiis fidei.* Colon. Agrippinae 1G7L torn. IL *De unitate Eccles.* lib. X1H. controversia 1. *De purgat.*

fidelium suffragiis, potissimum vero accqptabili altaris sacrificio juvari. 8apienterquo ibidem *praecipit sancta synodus (piscopis, ut sanam de purgatorio doctrinam a sanctis patribus et sacris conciliis traditam, a Christi fidelibus credi, teneri, doceri et ubique praedicari diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores et subtiliores quaestiones, quaeque ad aedificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla sit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur. Incerta item, vel quae specie falsi laborant, evulgari ac tractari non permittant. Ea vero, quae ad curiositatem quamdam ac superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tamquam scandala et fidelium offendicula prohibeant.* Cum vero fundamentum erroris protestandum in eo fuerit, quod contenderent, non posse dimitti culpam, quin tota simul remittatur et poena, hinc eadem tridentina synodus sess. VL can. XXX. definit: *Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori poenitenti ita culpam remitti et reatum aeternae poenae deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis exsolvendas, vel in hoc saeculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna coelorum aditus patere possit; anathema sit.*

690. Vere igitur ecclesiae doctrinam de purgatorio ex **sacris litteris** in primis haustam fuisse, quoad vetus Testamentum, monumentum ineluctabile habetur IL Machab. XII. 43. ubi fortissimi Judae religiosa pietas commendatur, qui, *facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum et vanum videretur orare pro mortuis), et quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et^saliibris esJ,_£Qgitatio pro. defuiictis^exorarp^ ut^-a peccatis solvantur.* Quae peremptorii testimonii verba perspicua sunt adeo, ut nulla indigeant explanatione. Neque aliam viam ejus vim evadendi protestantes invenerunt, quam negando hujus libri canonicitatem 1, perperam tamen, ut suo loco ostendunt sacrarum litterarum professores.

Idem patet quoad novum Testamentum ex iis, quae Matth. XII. 32. Christus protulit: *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur à; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo neque in futuro.* Quibus verbis non obscure Christus alludit ad receptam apud judaeos persuasionem, nonnulla peccata etiam in futuro saeculo remitti, ut indicant ea, quae protulimus ex lib. II. Macbabaeorum: *Ut a peccatis solvantur.* Nam *de quibusdam veraciter non diceretur,* ut inquit s. **Augustinus,** *quod non eis remittatur, neque in hoc saeculo, neque in futuro, nisi essent* (quidam peccatores), *quibus, etsi non in isto, tamen remittetur in futuro."l* Et s. **Bernardus:** *Si non credunt,* ait, *ignem purgato-*

*) Cf. Nat. Alex. *Hist, eccles.* diss. 45. in saec. IV.

2) *De civ> Dei,* lib. XXI. cap. 24. n. 2.

rium restare post mortem . . . quaerant ab eo} qui dixit, quoddam peccatum esu, quod neque in hoc saeculo neque in futuro remitteretur, cur hoc dixerit, si nidla manet in futuro remissio purgatiore peccati? 3

Quae omnia huc demum recidunt: Ex allata Christi sententia, aliqua peccata sunt, quae saltem quoad poenam remitti in futuro saeculo possunt; sed qui cum talibus peccatis ex hac vita decedunt, in regno coelorum osse non possunt, in quod nihil coinquinatum intrabit, neque in inferno, in quo nulla datur peccatorum remissio, nec spes ulla evadendi; status igitur medius debet aliquis esse temporariae poenae vel expiationis, in quo ad eluenda ejusmodi peccata detineantur.

691. Ex **antiqua** pariter **traditione** ecclesiam catholicam suam de purgatorio accepisse doctrinam, I. testes sunt vetustissimi patres. **Tertullianus** lib. *De corona militis,* cap. Ill: *Oblationes pro defunctis,* inquit, minue *die facimus. Harum et aliarum ejusmodi disciplinarum,* subdit cap. IV. *si legem expostules Scripturarum, nullam invenies* (quae videlicet annuas istas oblationes praecipiat): *traditio tibi praetendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, d fides observatrix.* Similia habet in lib. *De monogamia,* et alibi. 4 S. **Cyprianus,** *Epist. LXVI. ad clerum et plebem f'urnitanam* data, prohibuit, ne pro Victoris anima *oblatio fiat, aut deprecatio aliqua nomine ejus in ecclesia frequentetur,* quod contra canones Geminium Faustinum presbyterum ausus fuisset bonorum suorum tutorem constituere. *Episcopi,* subdit, *antecessores nostri, religiose considerantes et salubriter providentes, censuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam tel curam clericum nominaret: ac, si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur.* Certum igitur est, in ecclesia africana a saec. II. et III. consuetudinem inolevisse sacrificium offerendi pro defunctis; praesertim, quod patres isti de ea loquuntur tamquam de re a majoribus ac traditione recepta. 5

Sed eadem consuetudo viguit in ecclesia orientali. S. **Cyrillus** *Catech. V. Mystag.* n. 9. scribit: *Deinde pro omnibus generatim* oramus, *qui inter nos vita functi sunt, maximum hoc credentes adjumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram jacet victima.*6 **Eusebius,** *De vita Constantini,* lib. IV. cap. LXXI. refert, sacrificium oblatum esse pro ipsius imperatoris anima in martyrio apostolorum. Omitto obtinuisse fidem in ecclesia romana saec. L et II.

3) Senn. LXVL *in Cant.* n. 11.

<) *De Monog.* cap. 10. circa finem, tum in lib. *De exhort, vastitat,* cap. 11.

s) Revocandum hic in mentem est, quod alias adnotavimus, ecclesiam africanam ab ecclesia romana fidem seu evangelium accepisse, ideoque et articulum de purgatorio, deque suffragiis pro defunctis, ac proinde, quod consequens est, eamdem

*) *Etra .. . πάντων ἁπλωὶ των lv ἡμίν προκιχοιμϊνων μιγίΟτην δνηϋιν πιίτιύοντμ* ?5toSat *ταΐ;* ψυγατii, υπ»ρ *ὠν ἡ δίηαμ ἀνα· φιριται, τή ἁγια καί φρικωδι^τάτη προκκμένηί 3υ$ία .* Vid. pag. 328. орр. edit. Touttée, Paris. 1720.

Arnobium, utrumque Gregoriuni, nazianzenum et nyssenum, Chrysostomum, Basilium, aliosque non paucos, quos recenset Natalie Alexander. 7 Frustra siquidem eorum testimonia proferremus; Calvinus enim fatetur, patres omnes per annos mille trecentos tradidisse, ut pro defunctis orationes fierent; quamvis tamen incredibili ausu asserat, omnes in errorem abreptos fuisse. *In eo dicto,* scribit *Instit.* lib. III. cap. 10, *aliquid humani passos esse; ideoque ad imitationem trahendum non esse contendo, quod fecerunt.* Idem fatetur Dallaeus; hoc ipsum confirmat Forbesius, qui diserte praeterea ostendit, in *Instructionibus historicis,* omnium patrum auctoritate niti orationes pro defunctis; attamen ct ipse concludit: *Non est tutum veteres imitari.* Sic etiam fatetur Petrus Vermilius, cognomento martyr, in Epist. I. ad Corinth, cap. III. ecclesiam semper orasse pro mortuis. 8

692. II. Praeter patres testes sunt **concilia** antiquissima. In **concilio** enim **carthag. III.** anno 397. celebrato cavetur, ut *sacramenta ditaris nonnisi a jejunis hominibus celebrentur . . . nam, si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum .... commendatio facienda sit, solis orationibus fiat.* 9 **Concil. bracarense** I. cap. 16. pro illis orare vetat, qui mortem sibi consciscunt10; et cap. 21. inter clericos dividere jubet oblationes factas, ut oraretur pro defunctis. 11 Eorumdem suffragiorum meminerunt **concilia cabillonense, wormatiense** etc. 12

693. III. Testes sunt **liturgiae antiquissimae,** non solum ecclesiae catholicae, cujusmodi sunt tum illa, quae s. Jacobo tribuitur, quaeque in usu fuit in plerisque orientalibus ecclesiis, quaeque citatur a concilio trullano, et exponitur a s. Cyrillo hierosolym., tum liturgiae a ss. Matthaeo, Marco, Petro etc. nuncupatae, item liturgiae, quae sub nomine s. Basilii, s. Joann. Chrysostomi, Gregorii et Cyrilli vulgatae sunt, syriaca, mozarabica sive hispanica etc. ut alias ecclesiae occidentalis liturgias silentio praetereain. Huc insuper accedunt liturgiae complurium sectarum, quae a primis ipsis ecclesiae saeculis separatae sunt ab ecclesia, in quarum numero sunt liturgiae jacobitarum, cophtorum, armenorum, aethiopum, syrorum, nestorianorum, tum malabaricorum ac Chaldaeorum. Ex his malabarici missam praeterea peculiarem habent pro defunctis, quae prostat apud Le Brun 13, qui animadvertit, liturgias omnes editas ante sexdecim saecula, *nulla omnino excepta,* memorias et preces habere pro animabus defunctorum, omnesque orientales

') *Hist. Eccles,* cit. diss. 45. in saec. IV.

e) Ex his pariter constat, illudere nobis velle protestantes, dum fingunt se controversias fidei revocare ad tria aut quatuor priora ecclesiae saecula. Cf. Nat. Alex, diss. cit.

}) In *Act. Cone.* Hard. tom. I. col. 964.

w) Ibid. tom. III. col. 351.

“) Ibid. col. 352.

”) Ibidem.

‚J) *Explication de la Ifesse* etc. diss. 10. pag. 300. tom. III. Paris 1741. Vid. etiam card. Bona, turn *De rebus liturg.* lib. II. cap. 1. §.7, turn *De offic. Defunct.* §. 2 et 3.

ecclesias unanimiter credere, sic ordinatum fuisse ab apostolis, juxta id etiam quod legitur in Constitutionibus apostolicis, editis sub finem saeculi II. 14

694. IV. Testes sunt vetustiora ipsa **epitaphiaseu sepulcrales inscriptiones,** in quibus vel pacem et requiem defunctis superstites adprecantur, vel a defunctis ipsis bona expostulantur; hasce illustravit Gener ,s, et rursum cl. Morcelli. '6

695- V. Testes demum sunt non pauci ex **protestantibus** ipsis. Etenim Calvino, Dallaeo, Petro martyri, quos superius commemoravimus, addendus est Binghamus, qui ejusmodi consuetudinem ab ipsa primitiva cedesia receptam esse fatetur, orandi scilicet pro defunctis ac pro iis litandi. 17 Plures modo protestantes, tum ex Anglia tum ex Germania, consentiunt in admittendo statu expiationis post mortem. Ex anglis quidem potissimum recensentur Montagu et Gunning apud Starckium '8, qui sese admittere profitentur statum *qpurationis,* Sclieldon insuper, Blanscford, Barow apud Tabaraud 19 qui suffragia ac preces pro defunctis non respunt. Inter germanos autem Dr. Molanus apud Bossuetum 20 fatetur, lutheranorum partem non solum approbare, verum etiam frequentare preces pro defunctis. 21 Nominatim vero Leibnitzius, in *Systemate theologico,* et statum expiationis propugnat et preces in suffragium defunctorum 22; eamdem profitetur doctrinam Dr. Less,

H) Apnd Colelerïum, SW. *Patrum, qui temporibus apost floruerunt... opera* etc. *Const. Apost.* lib. VIII. cap. 41 et 42. pag. 419; vol. I; cf. ibid. not. 25; vid. etiam card. Thomasius tom. V. pag. 226. col. 1 et seqq.

,s) *Theolog. doqmatico-seholast.* Rom. 1773. tract. 3. part. II. lib. III. §.2. class. 8. tom. IV. pag. 430 et seqq.

15) De stilo insrripl. latin. Romae 1780. lib. IL cap. 3. *De Epitaphiis,* qui non solum plures profert veteres inscriptiones, in quibus Christiani, qui eas collocarunt, pacem ct expiationem peccatorum defunctis precantur, sed adnotat dictionem illam: fn *pace,* vel: *In pace esse faciat Deus,* totam esse Christianam, ita ut viri eruditissimi non aliud quaerant testimonium, ut vetus epitaphium inscriptionibus Christianis adnumerent. Vid. §. 4. In nostro (Soc. Jesu) musaeo kircheriano prostat inscriptio vetustissima, in qua veterum fides de purgatorio his verbis exprimitur: Kal imar e. Deus. Refr iger et. Spir it um. Tuum. Una. Cum. Sor or is. Tuae. Hil ar e.

') Lib. XV. cap. 3. §· 16. tom. VL pag. 330 et seqq. edit. Halae, ubi dicit: ·Fuisse autem universalem ecclesiae praxin pro omnibus, nemine excepto, orare, ex concordi omnium scriptorum ecclesiasticorum testimonio liquet.· Agit autem de precibus defunctorum.

'·) *Entretiens philosophiques, ou le Banquet de Théodule, par Al le baron De Starck, ministre protestant, trad, de I'allemand sur la 5. édit.* pag. 335. Paris 1818.

*') Tabaraud a. a. o. pag. 358, 400 et seq. ibid.

50) *Projet de reunion, dans les oeuvres posthumes de Bossuet,* tom. L pag. 90.

51) Fatetur ipsemet Wegscheider §. 192. not. /', lutheranam ecclesiam haud prorsus improbasse preces pro defunctis. Sane in *Apol. coni', augustan.* art. 12. dicitur: *Quam* (orationem pro defunctis) *nos non prohibemus,* Vid. *Libri symbolic*. Protest,* edit. Augusti, pag. 74 et seq.

Sî) *Exposition de la doctrine de Leibnitz sur la religion, Système théologique,* edit. D. Emery, pag. 348 et seq. Paris. 1819.

theologus Gottlngac 2Λ, nec non Young, recens scriptor 2>, qui rationes insuper addit ad istiusmodi dogma confirmandum.

696. Nec mirum videri debet, protestantes demum purgatorium seu statum *expiationis,* quam ct *scholam praeparationis* vocant25, admisisse, cum pro hoc statu pugnet quodammodo universum genus humanum, sive quodam ipsius naturae instinctu, sive, quod longe probabilius existimo, ex antiqua traditione. In hoc enim conveniunt judaei, tum veteres, ut ex adducto Machabaeorum lib. II. loco palam fit, tum recentiores, qui oratione *Kadisch,* seu commemoratione animarum ipsis bene precantur. De hoc ritu apud ipsos recepto fidem praeterea facit liber, qui inscribitur *Ilazor,* pluresque rabbini testantur apud Serarium 26 et Genebrardum. 27 In ipsam hanc doctrinam conveniunt islamitae, qui orationem pro defunctis vocant *El~Katme.* 28 Conveniunt ethnici, tum graeci tum romani. Etenim Clem. alex, refert, stoicos credidisse statum expiationis post mortem, quem vocabant *ἐμπύρωσιν.* 29 Doctrina pythagoraeorum circa metempsychosin eidem fundamento innititur. Graeci passim vocant mortuos *κεκμηκότα* et *καμόντα* , id est, *patientes, laborantes* etc. Hinc Homerus, *Iliad. III.* et ex eo Virgilius, *Aeneid.* lib. VI. v. 441. memorat *lugentes campos,* ac v. 740 et seqq. pluribus describit eos, qui

..... exercentur poenis, velerumque malorum
Supplicia expendunt. 30

Theorie de la religion chrétienne, apud Starckium, loc. cit.

M) Théorie de la connaissance des esprits; ibid.

Si prolestanti cuilibet *purgatorium* commemores, excandescit; si vero ab eodem quaeras, utrum admitti possit nec ne status *expiationis, epurationis,* aut *schola praeparationis, expectations* etc. id tibi facile tribuit; immo interdum ejusmodi statum admittendum esse vehementer contendit. Tanta est vis verborum! Praeter citatos auctores plures alii addi possent, qui proferuntur a Koppen in *Philosophia christianismi,* vol. II. qui exscribit integros textus Plank ex *Verbis pacis,* Horst ex *Jlysteriosophia,* Meyer etc. Quibus praeiverant Hollaz, *Exam, theol.* pag. 1221, et Quenstedi, *Theol. did.* vol. IV. pag. 377 et seqq. nec non Holst: *IVaruin betenwir fur die Verslorbenen?* seu *Cur oramus pro mortuis?* et alii. Verum in eo conveniunt omnes, quod dicant, nimis violentum esse slatim in coelum admittere eos omnes, quos anteactae malae vitae tantum poenituil in extrema periodo, vel qui nimium indulserunt hujus vitae sensualitatibus, cum *nihil coinquinatum* illuc ingrediatur; item durum nimis esse, istos omnes aeternis cruciatibus addicere. Sane, sublato purgatorio, vel omnis spes peccatoribus in exitu vitae est adimenda, vel debent facinorosiores quilibet slatim collocari cum ss. Aloysio e. gr. atque Theresia, a quo ipsa conscientia refugit. Quantumvis enim homo sibi adblandiatur, vox conscientiae aliius clamat, praeserlim in mortis arliculo.

2S) In *Harmonia Machabaeorum,* lib. II. cap. 12. pag. 692 et seqq.

27) Apud eumdem, ibid.

Cf. Maraccius Congr. Matr. Dei in *Alcorano arabice ac latine edito,* II. vol. fol. Patavii 1698. Postellus, *De concordia orbis,* lib. XXL cap. 9. scribit: *Orat judaeus pro defunctis, comedit cum pauperibus musulmanus.* Cf. Marac. tom. I. prodrom. part. III. ad refut. Alcorani, pag.81. edit. cit. tum quae ibid, ex Alcor. pag. 90, 91, referi de examine sepulcri.

") Strom, lib. V. pag. 549.

30) Cf. La Cerda S. J. in comm. in haec loca Virgilii, et observ. Bcathie in op. *On*

Claudianus similiter, *Γη Ruffinum* lib. Π. v. 491:

Quos ubi per varios annos, per mille llguras
Egit Lethaeo purgatos flumine etc.

Plato ipse, tum alibi tum in dialog. *De anima.* docet animas in luto et tenebris detineri, quamdiu penitus purgatae sint. 31* Sic etiam persae. Zoroaster enim apud Eusebium, *Praep. evang.* ; loquitur de transmigratione animarum per duodecim zodiaci signa, priusquam emaculatae perveniant ad coelestem beatitudinem. Sic indi admittunt suffragia mortuorum per preces, sacrificia etc. ut patet ex itinerum descriptione Hafner. 33

697. Cum igitur unanimi consensu, ac veluti inita conspiratione, in purgatorio admittendo conveniant Scripturae, patres, concilia, liturgiae, sectae omnes, omnesque populi Christiani, judaei, islamitae, pagani, nec ab ipso dissentiant doctiores ipsi protestantes, cujuscumque demum communionis sint, nescio omnino, quare adhuc in dubium revocari possit ejusmodi dogma, in quod vel ipsa nos quodammodo natura impellit, qua ducimur ad veniam paceroque parentibus et amicis implorandam.

Hunc statum ipsa rerum analogia exposcere videtur; a legibus enim civilibus non omnes culpae capitali poena plectuntur. Ejusmodi praeterea fides incredibili solatio est homini in extrema vitae periodo constituto, qui, etsi gravibus se antea sceleribus commaculaverit, veniae tamen obtinendae dulci spe alitur, neque in desperationem agitur, dum sibi in hac vita poenitentiae satisfactoriae nullum amplius locum esse persentit. Vel enim hoc ipsi solamen dandum est, quod scilicet expiatoriis poenis in altera vita possit noxas suas eluere, vel omnis salutis ac conversionis spes ipsi est adimenda. Conscientia siquidem hominis, praesertim in aditu mortis, ita torquet et angit, ut nemo unquam possit sibi ita vim inferre, ut sibimet persuadeat, se post tot admissa scelera in coelum post paullulum admissum iri, perinde ac si innocentem omnino sanctissimamque duxisset vitam. 34

Truth., part. III. chap. 2. in 8. pag. 221 et seqq. Sic Homerus, *Iliad,* lib. Ill- v. 278:

Hal ποταμοί, r.al γαΐα, καί οϊ ὑπίνιρ^ι καμόντα
Ανθρώπου ηνυσβοχ.

Et flumina et tellus et qui sub terra mortuos
Homines punitis.

Cf. ***Diet.*** *Ernesti,* ad vocem κἀαΐ'ω, *laboro,* nec non Eustachii, *Comment.* in hunc loc. Homeri ***De*** *persuasione Roman.* Cf. Job. Kirchmanni Lubeccns. ***De*** *funeribus Roman,* lib. IV.

3I) Cf. apud Easeb. *De praep. erang.* lib. XL cap. 37 cl seq.

”) Apud Starck, loc. cil.

33) Voyages de Hafner, II. part. png. 29. *dans la bibliothèque de Sprengel.* part. XXXIX. Cf. baro De Starck, op. cit.

3<) Conf. Pierre de Joux, *Lettres sur C Italie.* tom. II. leti. 41; comes De Maistre, *Soirées;* etc. *huitième entretien* cum notis appositis; qui piares congerunt animadversiones, ut evincant, quam pium sit hoc dogma et naturae humanae sensibus consentaneum.

DIFFICULTATES.

698. I. Obj. Secundus Machabaeorum liber apocryphus est; aliena praeterea manus in illuni intulit eam sententiam: *Sancta ergo* etc. Verum, utroque etiam dato, nihil inde pro catholico dogmate extundi potest: 1. quia hic auctor illud commendat, quod prout vituperandum ipsi catholici rejiciunt, cujusmodi est Raziae facinus, qui sese interemit; 2. quia in prolato testimonio sermo est de hominibus lethali culpa adstrictis, qui nempe contra legis vetitum surrepta idolorum donaria intra vestes celarant; 3. quia ex eo sequeretur, animas interire cum corporibus, una cum iisdem corporibus ad novam postea vitam revocandas: Vm *enim,* inquit hic auctor, *eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis;* 4. quia agitur de facto singulari, nempe Judae, quod in exemplum trahi non potest, praesertim cum nulla pro mortuis in lege sacrificia· statuta seu praescripta sint; 5. quia non ad eos levandos a purgatorii poenis, de quibus nec ibi nec alibi mentio est, sacrificium offerri voluit, sed potius ad ostendendum affectum suum erga ipsos, et ad avertendam Dei vindictam a reliqua exercitus parte. Ergo.

699· Resp. *Neg. A.* Nos vero hic utrumque tamquam certum habemus ex sacrarum litterarum professoris lectionibus, ad quem provincia vindicandi audientiam ss. librorum spectat. Illud addimus, hunc librum a recentioribus protestantibus in censum sacrorum librorum passim admitti; tum etiam in illorum hypothesi, qui eum rejiciunt, non minus validum inde erui argumentum tamquam ex libro historico ac fere coaevo, qui nobis eam testatur credendi rationem, quae apud judaeos eo tempore obtinebat. Pluris certe nobis valet hujus libri auctoritas, quam auctoritas Flavii Josephi, Gorionidis aut Philonis, ad fidem de iis faciendam, quae ipsorum aetate contingebant. Genuinam praeterea esse sententiam illam, quae ab adversariis textui assuta traducitur, aperte evincunt graeca omnia et latina exemplaria, sive edita, sive manuscripta, in quibus numquam non reperitur [35], et apprime ingenio congruit scriptoris, qui passim solet ejusmodi considerationes interserere.

700. Ad 1. *Neg.* Quod si auctor commendat factum Raziae se interficientis, eum quidem laudat quod *fortiter* fecerit, non autem quod *pie,* ut adnotat s. Augustinus, qui hac de causa secundum hunc Machabaeorum librum dicit *sobrie* esse legendum. [36]

701. Ad 2. Resp. I. *Trans.* Nec enim omnes consentiunt, eos milites in surripiendis illis idolorum donariis graviter deliquisse; quoniam non ido-

[34]) Conf. Nic. Serarius S. J. op. cit.; Nat. Alex. *Historia ecclesiastica* V. T. aetat. sexta, dissert. 7. art. 8; Calmet, *Praefalio in duos libros Machabaeorum* etc.

[35]β) *Contra Gaudentium Donat,* lib. 1. n. 38.

lolatriae causa, sed aviditate potius immoderata arrepti, donaria illa sibi vindicaverant Sed dato etiam, reap. II. ipsos potuisse ante mortem ejusmodi peccati poenitere; sermo enim illic est de iis, *qui cum pietate dormitionem acceperant.*

702. Ad 3. *Neg.* Ibi enim sacer scriptor pro judaeorum more utramque quaestionem, de animae scilicet immortalitate ac de corporum resurrectione, conjungit, prout et Christus ipse, sadducaeos perstringens, Matth. XXII. 31. conjunxit: *Non legistis,* inquit, *quod dictum est a Deo dicente vobis, Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium;* et Apostolus, I. Cor. XV. 32: *Quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* 37

703. Ad 4- *Neg.* Non solum enim Judae factum ab omnibus commendatum est, sed insuper, ut ibidem legitur, omnes *ad preces conversi, rogaverunt, ut id, quod factum erat delictum, oblivioni traderetur;* omnesque propterea pecuniam ad sacrificia pro defunctis offerenda suppeditarunt; universalis igitur erat praxis judaeorum orandi pro mortuis, quod et Grotius fatetur in *Adnotat. ad Cassandri consultationem,* ad art. 20. et alibi. Atque hinc responsio patet ad illud, quod addebatur de sacrificiis pro mortuis, quae nullibi in lege praescripta leguntur. Comprehendebantur enim sub lege generali de sacrificiis pro peccatis totius populi, quaeque offerri poterant tam pro praesentibus quam pro absentibus, tam pro vivis quam pro defunctis, juxta interpretationem et consuetudinem synagogae; quo refertur et illud Eccli. VII. 37: *Mortuo non prohibeas gratiam,* per eleemosynam scilicet, preces et sacrificia.38

704. Ad 5. *Neg.* Etsi enim aperta mentio non fiat de purgatorio, aequivalentibus tamen verbis idem dicitur. Si Judas enim sacrificium offerri voluit pro defunctis, profecto non id voluit pro iis, qui nullas poenas saltem temporarias solvendas haberent, neque pro iis, qui poenis aeternis essent addicti, ut res ipsa clamat; ergo pro iis, quos credebat in purgatorium detrusos. Ultima animadversio locum habere nequit, quum directe pugnet cum iis, quae ibidem referuntur.

705. **Inst.** Saltem nihil evincitur ex allatis Christi verbis: *Non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro:* 1. enim ejusmodi dictio popularis est, cujus eadem est virtus, ac si diceretur: ejusmodi peccatum *numquam* fore remittendum, quod ex locis parallelis expresse eruitur; nam Mare. IU. 29. dicitur in *aeternum,* et Luc. XII. 10. non *remittetur.* 39 2. Neque ex eo, quod Christus negarit tale peccatum in futuro saeculo remittendum, sequitur quaedam alia peccata fore remittenda juxta dialecticae regulas, quae

37) Cf. Bellarm. *De purgat* lib. I. cap. 3. n. 16 et seqq. Calmet, in hunc loc.

38) Cf. Joseph Du Voisin, in *Prooemio ad Pugionem fidei Raym. Martini:* Bartolocci, *Jiiblioth. rabhinica.* part. II. diss. 3: card. Gotti, *De vera Christi ecclesia.* toni. II. art. 10. $. 11; Serarius, loc. cit.

39) Εἰς τὸν αἰῶνα . . . οὐκ ἀφε^ήὕίται.

docent, ex negatione affirmationem minime descendere. 3. Loquitnr ergo Christus de remissione culpae, quae nonnisi in hac vita haberi potest, nec proinde ad remissionem poenae transferri debet; 4. ex hoc enim sequeretur leviora peccata remitti in hoc saeculo, graviora autem in futuro, quod cum catholicorum principiis pugnat. Ergo.

706. **Resp.** *N.* Λ. Ad 1. *N.* Dato enim, juxta parallelismnm evangeliorum, phrasim a Christo adhibitam idem valere ac *numquam* ejusmodi peccatum dimissum iri; cum tamen *numquam* sive *aeternum* duas partes complectatur, hoc nempe saeculum et futurum, quod Marcus et Lucas universe dixerunt, Matthaeus *distributive* exposuit; quod non fecisset, nisi ad utramque partem, ad praesens scilicet saeculum et ad futurum, peccatorum remissio pertineret. Quae animadversio robur sumit ex eo quod diximus, Christum per ea verba allusisse ad receptam apud judaeos persuasionem de peccatorum remissione obtinenda, non solum in hac vita, sed etiam in futura.40

707. Ad 2. Responsio patet ex modo dictis. Hic enim Christus non instituit disputationem, quae exigi ad strictas dialecticae regulas debeat, sed vulgari loquendi modo utitur. In familiari autem sermone ridiculum se praeberet, qui diceret, currum navimque mihi non extruam, neque in hac neque in altera vita, cum in altera vita neque currus neque naves extrui possint; sic porro locutus esset Christus, si nulla in futuro saeculo daretur peccatorum remissio. Praesertim quod illis verbis Christus alludat ad receptam fidem de peccatorum in altera vita remissione.

708. Ad 3. *N.* Sed loquitur de peccato, quatenus complectitur et culpam et poenam, quod insinuant ejusdem Christi verba apud Marcum loc. cit. ubi de ejusmodi blasphemo dicitur: *Reus erit aeterni delicti,* id est, poenae aeternae, quae nempe subsequitur peccatum. Quod tuentur vel ipsi recentiores exegetae protestantes Grotius, Griesbachins, Kuinoel 41; ita ut sensus sit: Non remittetur ei in hoc saeculo quoad culpam, ideoque obnoxius erit in futuro saeculo aeternis suppliciis, per oppositionem ad alia minus gravia peccata, quae remittuntur quoad culpam in praesenti saeculo, et quoad poenam, tum in hoc tum in futuro. Ex his disjicitur quod demum objiciebatur, inferri scilicet peccata leviora in praesenti vita remitti, graviora autem in altera; ex data enim modo expositione patet, istud minime sequi.

VT09. II. Obj. Scripturae medium hunc expiationis statum constanter excludant: ac 1. quidem in iis omnibus locis, in quibus vel duarum dum-

‹#) Cf. Maldon. *Comm, in Evang,* in cap. XII. 32. s. Matlh.

4I) Sic enim ipse scribit in cap. III. 29. s. Marci: *Ἁμάρτηαα in rersione alexandrina respondet hebraeorum vocabulis* ΠKṷ" *et* pj), *quae non lanium peccatum indicunt, nt* (*fen.* 31. 36, pj), *Enod.* 28. 38, *sed etiam peccati poenam, ut* ITO *legitur Zach.* 14. 19, py Psal. 40. (41.) 13, *quo posteriori loco* LXX Λα·? *bent dvopia, de peccati poena* etc,

texat animarum sedium fit mentio, e. gr. Mattii. XXV. 34 et seqq.: *Venite benedicti, possidete regnum .... discedite maledicti in ignem aeternum,* vol perpetuitatis immutabilis status alterius vitae, ut Eccles. IX. 10: *Quodeumque potest facere manus hia, instanter operare: nec opus, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas:* et clarius, cap. XI. 3: *Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem .... ibi erit.* 2. Ita duplicem ab obitu statum esse docent, ut illico ad alterutrum animae mittantur. Sic Luc. XVI. 22: *Factum est ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno.* Ita etiam ibid. XXIII. 43. Christus pio latroni immediatam gloriae consecutionem promisit; et Joann. V. 24. idem Christus credenti in se promittit vitam aeternam: *Ft transit a morte ad vitam:* iis vero qui in Domino moriuntur, Apoc. XIV. 13: *Amodo jam dicit Spiritus, ut. requiescant a laboribus suis,* graece: *Ex nunc, illico* etc. 3. Scripturae medium illum statum excludunt iis omnibus in locis, in quibus snmma meritorum Christi efficacia commendatur, qui *una oblatione,* ut dicitur Hebr. X. 14. *consummavit in sempiternum sanctificatos,* ita ut aliis precibus aut suffragiis opus non sit; etenim *Sanguis J. C. . . . emundat nos ab omni peccato,* ut ait s. Joann. I. Epist. I. 7. Ergo.

/t

710. Resp. A. A. Ad 1. prob. *D.* Post extremum judicium, *C.* ante illud, *subd.* quoad animas penitus purgatas, aut lethali culpa adstrictas, *C.* quoad alias juxta dicta, _V. Et sic patet responsio ad primum Scripturae textum.

711. Quoad alios textus, in quibus proponitur immutabilitas status, *D.* Respectu meriti vel demeriti. *C.* respectu solutionis debiti, si quod remanet, donec ad paradisum quilibet pertingat. X. Ex illis enim objectis textibus solum evincitur, non dari amplius in altera vita locum ad ulteriora merita, nec ad resipiscentiam aut regressum, non autem non dari purgatorium, de quo ibidem non est sermo.

712. Ad 2- *D.* Si nihil obstet, *C.* si quid adhuc luendum supersit, *N.* Cum enim nihil coinquinatum in coelum intret, hinc, licet in statu gratiae ex hac vita decedant, tamdiu tamen in purgatorio detinebuntur, quamdiu debitum non solverint *usque ad novissimum quadrantem.* Et ita explicari debent adducta Scripturarum testimonia de Lazaro, de pio latrone, ac de iis omnibus qui debitis omnibus persolutis ex hac vita migrarunt aut in dies migrant.

713. Ad 3. *D.* Christus una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, ejusque sanguis emundat nos ab omni peccato, per se, seu quoad valorem pretii, quatenus per modum causae ac remedii universalis oblatus est, *C.* quoad nos, *subdist.* si rite nobis applicetur per sacramenta ac bona opera, *C.* secus, A' Quo sensu idem apostolus dicebat: *Adimpleo ea, quae desunt passionum Christi* (Coloss. I. 24); alioquin, si nimis urgerentur illa

Scripturarum testimonia, nec infernus daretur. Quoniam vero per pia opera ad vitam aeternam obtinendam necessaria, ut suo loco ostendemus, non evacuatur crux Christi, ita nec per poenas satisfactorias purgatorii.

714. Dices: Deus Ezech. XVIII. 21. ait: *Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis .... omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor.*

715. Resp. *D.* Quoad reatum culpae et poenae aeternae, *C.* quoad reatum poenae temporalis, *subdist.* interdum, interveniente scilicet caritate aut contritione perfecta, *C.* semper et in omni casu, *N.* Alioquin ipsemet Deus non poposcisset poenas a Davide aliisque peccatoribus, quos certe noxarum suarum poenituerat. Et sic alia his similia testimonia exponi debent, quae optime cum doctrina ac toto systemate catholico cohaerent.

716. III. Obj. Doctrina patrum est, 1. nullam dari in altera vita peccatorum remissionem. Sic inter ceteros s. Joann. Chrysost. *Hom. U. de Lazaro,* num. 2. ubi negat, posse quempiam, cum hinc decesserit, *commissa diluere;* et s. Hieronymus, lib. III. *In cap. V. Epist. ad Galat.* ubi affirmat, in altera vita *unumquemque portare onus suum,* ita ut ibi non detur locus orationibus, quibus quis juvari possit, secus ac fit in hac vita. 2. Docent, nullum ibidem dari poenitentiae locum. Ita inter ceteros s. Cyprianus, *Lib. ad Demetrianum;* s. Ambrosius, *De bono mortis,* cap. II; s. Joann. Chrysostomus passim; s. Augustinus, *Epist. XCI.* et *Tract. XLIX. in Evang. s. Joann,* num. 10. ubi ait: *Requiem, quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque, cum moritur;* tum *De peccat, merit,* lib. II. cap. XXXIH. affirmat, peccata hic remissa non obesse post mortem. Quare s. pater ita passim non sine aliqua haesitatione de purgatorio loquitur, ut dubius semper de eo esse videatur; cum enim in *Enchiridio,* cap. LXVH1. verba apostoli: *Ipse autem salvus erit. sic tamen quasi per ignem,* de igne tribulationis hujus saeculi exposuisset, addit cap. seq.: *Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri, incredibile non est; et utrum ita sit, quaeri potest.* Similia habet, *De civ. Dei,* lib. XXII. cap. XXVI. num. 4. ubi profitetur, se non redarguere *eos, qui apostoli verba de igne purgatorii exponunt, quia forsitan verum est.* Immo *De peccat, mer.* lib. I. cap. XXVIH. cui consonat Auctor libri *Hypognosticon,* expresse affirmat, in alia vita *non esse ullum idli medium locum.* Ergo.

717. Resp. ad 1. *D.* Doctrina patrum est, nullam dari in altera vita remissionem peccatorum *lethalium* quoad culpam, C. quoad poenam, et juxta plures theologos *venialium* et quoad culpam et quoad poenam, *N.* Et sic explicari debent, quae opponuntur ex s. Joann. Chrysostomo et s. Hieronymo,

ut patet ex contextu ac scopo ipsorum, qui hic est, ut inducant peccatores ad resipiscentiam, et quidem tempestivam. 42

718. Ad 2. *D.* Nullum dari poenitentiae locum, ita ut ex malo aliquis bonus fiat per conversionem et lethalium culparum remissionem, *C.* ita ut pro peccatis praeteritis ac prius dimissis satisfacere non possit, *N.* Atque hac ratione exponendi sunt laudati patres, Cyprianus, Ambrosius et Chrysostomus juxta nuper dicta. 43

719. Prima vero, quae objicitur Augustini sententia, nullam prae se fert difficultatem, quum ipsemet adjecerit conditionem si *ea dignus est,* qua satis aperte ostendit retardari ejusmodi requiem, si ille, qui ex hac vita decedit, obstrictus debitis sit, quae nondum exsolverit. 44

720- Ad alterum testimonium, quo affirmat, peccata hic remissa non obesse post mortem. *D.* Si remissa sint et quoad culpam et quoad poenam, *C.* si quoad culpam tantum, vel A', vel *subdist.* non obesse post mortem ad obtinendam coelestem gloriam vel ocius vel serius, C. nullo modo, A' 45

721. Negamus denique, s. Doctorem cum haesitatione de ipso purgatorio loqui, cum nemo fortasse ex antiquis s. Augustino apertius de purgatorio disseruerit, tum alibi tum potissime in integro libro *De cura pro mortuis,* nec non *Confess,* lib. IX. cap. XII. num. 32. **ubi**, loquens de funere matris suae, inter cetera commemorat preces ad Deum fusas, *cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri;* tum subdit cap. seq. num. 37: *Inspira Domine meus, Deus meus, inspira servis tuis fratribus meis ... ut quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum, Monicae famulae tuae, cum Patricio quon-*

4T) Satis enim est, vel leviter s. Joann. Chrysost. contextum percurrere, ut ejus sensus apertissime appareat. Ait enim ibid, num. 3: »Si quem calumniatus es, si cui factus es inimicus, reconciliare, priusquam veniatur ad judicium. Omnia hic dissolve, ut citra molestiam illud videas tribunal. Donec hic fuerimus, spes habemus praeclaras; simul atque vero discesserimus illuc, non est postea nobis situm poenitere, neque commissa diluere etc.| Tom.I. pag. 730. edit. maur. Id ipsum dicatur de s. Hieronymo, qui loc. cit- exponit duplici sensu vocem *onus* in Scripturis adhiberi, in bonam nempe ac in malam partem; et concludit sensum apostoli esse, quod ille, qui conturbavit Galatas, *portabit pro hoc opere judicium, et consequenter pro suo labore mercedem.* Quid hic sit cum purgatorio commune, non video.

<') Satis et hic pariter est eorum contextum inspicere, quem solum brevitatis causa praetermittimus, cum agatur de re clarissima. Consulantur in loc. cit.

**) Agit hic de diversis animarum receptaculis, donec perveniant ad futuram resurrectionem in qua sola consequentur animae justae perfectam et adaequatam beatiludinem, et reprobae completam damnationem: ..Cum facta fuerit resurrectio, *inquit,* et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora; quando cum corpore torquebuntur."

4S) Disputat adversus pelagianos, qui ex remissione peccati originalis per baptisma arguebant adversus catholicos, nullam amplius poenam in ipsorum hypolhcsi fore solvendam, cum tamen contrarium constet. Respondet autem s. Doctor, etiam sublato peccato, remanere poenalilales in hac vito, quae cessabunt in altera vita.

dam ejus conjuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam et *et Serm. CLXXII.* cap. IL alias XXXII. *De verhis Apostoli,* concludit, de aulTragiis pro defunctis disserens: *Hoc enim a patribus traditum universa observat ecclesia.* Dum Igitur videtur dubius haerere, de qualitate poenarnm ac ignis praesertim purgatorii disserit; et ancipitem in *Enchiridio* et loc. cit. ex lib. *De civitate Dei* se prodit, utrum ex adducto paulino dicto poena ignis satis confirmari possit, et utrum locus ille de purgatorio intelligendus sit nec ne.[46]

722. Dum vero tum ab eodem s. Augustino tum ab auctore *Hypognosticon* dicitur, nullum dari post mortem locum medium, id affirmant in sensu pelagianorum, quos oppugnabant, qui distinguebant, quod satis innotescit, inter regnum Dei et vitam aeternam, haneque conferri dicebant infantibus sine baptismo decedentibus. Hinc patet, nullum inde infligi vulnus doctrinae de purgatorio, quam propugnamus.

723. IV. Obj. 1. Nihil prohibet, quominus dicamus, persuasionem de purgatorio ac de suffragiorum utilitate ortam esse vel ex paganismo, vel 2. ex naturali quadam ac nobis insita pietate et amore in defunctos; unde illuc impellimur, ut eos bene valere cupiamus, aut in preces erumpamus ex suavi quadam illusione, vana tamen atque fallaci. Ergo.

724. Resp. ad 1. *Xeg.* Immo cum adeo constans ac universalis ejusmodi doctrina et praxis sit, ut ostendimus, cur potius dici non debet, gentes omnes ex primaeva hominum fide eam accepisse, quae quamvis postea apud ethnicos, prout in aliis doctrinae capitibus plus minus contigisse novimus, erroribus permixta fuerit, in Dei tamen ecclesia integra ac inviolata permansit? Ecclesia enim, seu vera Dei religio, si illius amplitudinem spectemus, ethnicismo anterior est. Ethnici, quod a progenitorum religione acceperant, erroribus suis ac vanis commentis eo turpius depravarunt, quo magis ab ea digressi sunt, non tamen ita, ut vestigia ac lineamenta antiquae veritatis hic atque illic non retinuerint.[47] Nisi enim id pro certo habeamus, quod ex ipsa religionis ac paganismi historia tam praeclare constat, neque hujus neque alterius cujuslibet persuasionis universalis ratio ullatenus reddi posset.

725. Ad 2. *D.* Si sermo sit de privatis individuis, privatorumque precibus aut praxi, *Tr.* si de publicis atque ab universa ecclesia approbatis atque praescriptis, *N.* Etenim *quod universa tenet ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur,* juxta auream s. Augustini regulam.[48] Quare non ex dulci ac inani mentis illusione, sed ex revelatione ac perpetua et constanti ecclesiae doctrina

46) Cf. hacc ipsa s. Augustini loca.

47) Cf. baro de Starck, op. cit. pag. 338, ac Pierre de Joux, op. et loc. cit.

48) *De bapt. coni. Donatist.* lib. IV. cap. 24. num. 31.

receptum est, nt preces ac suffragia pro defunctis offerantur. Quod haec autem doctrina adeo congruat cum naturae nostrae affectionibus, satis superque evincit, nullam religionem praeter catholicam naturae ipsi aequo idoneam et accommodatam esse. Interim protestantismi doctrina dura est et abjecta. Dnm enim christianismi integritatem corrumpit, pias omnes affectiones extinguit: vincula omnia, quae inter mundum hunc visibilem ac invisibilem intercedunt, atrociter praecidit: illum dissolvit nexum, quo utraque ecclesia sive in terris militans sive in purgatorio patiens, inter sese conjunguntur: ac omnem demum viam intercludit, qua superstites erga propinquos et amicos pios sese ac liberales praebeant.

726. Quod vero spectat ad exceptiones, quae fieri possent tum ex liturgiis tum ex satisfactionum inutilitate post dimissam culpam, eas partira solvimus in superiori propositione, partira disjicere contenderaus, ubi de sacramento Poenitentiae sermo erit.

ni.

DE INFERNO.

727. Inferni nomine designatur status ille, in quo daemones ceterique omnes, qui ex hac vita lethali peccato obstricti decedunt, aeternum puniuntur. Inferni existentiam materialistae omnes tum antiquiores tum recentiores inficiantur. Ejusdem vero aeternitatem praeter origenistas, et eos, quos s. Augustinus generali appellatione *misericordes* vocat, anabaptistae et increduli pariter negant. Istis quamplures accesserunt ex socinianis et protestantibus, qui nullam aliam poenam praeter expiatricem agnoscunt. l

728. Mirabilis hinc dignoscitur in protestantibus fidei varietas. Ideo enim ipsorum patres ab ecclesia discesserunt, quod noluerint admittere nisi *solum ac purum infernum:* contra vero ipsorum filii, qui philosophi laudem assequi potius quam christiani inaniter satagunt, coeperunt negare inferni aeternitatem, ut in ejns locum sufficiant *infernum temporarium* seu, quod idem est, *purgatorium;* et jam pugnant contra nos *pro solo purgatorio.*

729. Non tamen omnes, qui vel inferni existentiam vel ejus aeternitatem impugnant, eadem ratione aut iisdem principiis dimicant. Sunt, enim, qui cum incredulis quibusdam et protestantibus censent, juxta origenistarum placita, post diuturnam expiationem, tandem aliquando impios ad aeterna gaudia admissum iri; sunt, qui cum socinianis autumant, vel statim ab ipsorum obitu aut saltem post extremi judicii diem impios in nihilum fore redi-

*) Cf. Patuzzi, Ord. Pracd. in crudito op. *De futuro impiorum statu,* lib. III. cap. 1.

gendos; sunt denique, qui tantummodo rident qualitatem ac naturam poenarum, quibus dicuntur reprobi puniri. 2

730. Ut igitur in quaestione tanti momenti ea, qua par est, perspicuitate progrediamur, et illud hic praestandum est, quod in superiori articulo, de purgatorio disserentes, praestitimus; debemus nempe ea, quae tamquam de fide stricte definita sunt, ab iis secernere, quae salva fide in disputationem veniunt.

Hoc igitur unum de fide est, dari infernum, seu destinata esse supplicia impiis, et haec fore aeterna, seu sine fine. Cetera omnia, quae spectant sive ad locum sive ad horum suppliciorum vel poenarum naturam, de fide non sunt. Etenim *nullo ecclesiae decreto,* ut scite post Vasquezinm observat Petavius3, *adhuc obsignatum videtur, neque ulla in synodo sancitum illud est,* scilicet vel ignem esse corporeum , vel suppliciorum locum esse sub terra, ubi cruciantur daemones et homines damnati. Certe veteres in diversas abiisse sententias circa utrumque punctum praeter Petavium4, fuse ostendit Calmet. 5 S. Augustinus autem , *De civ. Dei,* lib. XX. cap. XVI. scribit: *Qui ignis cujusmodi, et in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominum scire arbitror neminem, nisi forte cui Spiritus divinus ostendit.* 6

731. Et hic profitemur nos adhaerere sententiae in ecclesia communiter receptae circa harum poenarum, quae positivae dicuntur, naturam et qualitatem; quae nempe est de igne materiali et corporeo. Haec enim doctrina certa est, ita ut in dubium absque temeritate vocari nequeat. 7 Ne tamen, agendo cum incredulis et rationalistis, quae dogmatica stricte sunt cum aliis, quae non eumdem certitudinis gradum obtinent, simul permisceamus, hic nobis sufficiet dogma catholicum adstruere. Duo autem praestabimus: *primo* doctrinam catholicam in revelatione contineri, *secundo* hanc doctrinam sanae rationi nullatenus adversari ostendemus. Sit igitur

*) Cf. Feller, *Catech. philos,* tom. III. art. 7. §. 475.

3) Pelav. *De Angel,* lib. ILL cap. 5. num. 7; Vasquez, */n I. part. s. Thom.* disp. 243. cap. 1. Cf. cliam Eslius, *hi IV Sent.* dist. 44. §. 12 ct 13. Vid. Feller, loc. cit.; nec non P. Kleppé S. J. *Exposition de la doctrine chrét.* Strasbourg, 1716. pag. 704. *Calèch.* de Bossuet etc.

<) Loc. cit.

s) Comment, in cap. IX. s. Marc, turn in cap. VII. 19. Eccli. Qui tamen sibi param constare videtur.

6) Animadvertit tamen Estius loc. cit. §. 12. in fine, s. Augustinum passim docere, ignem damnatorum vere esse corporeum; dum propterea in loco hic adducto affirmat, neminem mortalium scire cujusmodi sit ille ignis, magis de qualitatibus et modo urendi spiritus incorporeos, quam dc specifica ejus natura, videri id accipiendum.

7j Cf. Patuzzi, *Diss. de sede inferni,* Venel. 1763.

PROPOSITIO I.

Daemonum et hominum impiorum poenae aeternae sunt.

732- Fidei dogma esse poenarum aeternitatem, quibus daemones ac damnati cruciantur, patet ex anathemate, quod inflixit concilium oecumencium V. origeniano errori ita se habenti: *Temporanea esse daemonum et impiorum hominum tormenta. finemque ea tempore aliquo habitura, atque impios ac daemones in priorem suum statum restitutum iri* 1; nec non ex symbolo athanasiano, quod ita concluditur: *Qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui vero mala, in ignem aeternum. Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.*

'«•t

733. Ex triplici porro **Scripturae** locorum classe haec fidei veritas adstruitur.

L Ex iis omnibus locis in quibus disertis verbis damnatorum poenae *aeternae* dicuntur. Talia sunt inter cetera ex V. T. illud Dan. XII. 2: *Multi de his, qui dormiunt in terrae pulvere, evigilabunt, alii in vitam aeternam, et alii in opprobrium, ut videant semper2;* et ex N. T. illud Christi Domini Matth. XXV. 41 : *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus;* concludit vero (v. 46.) circa diversam justorum impiorumque sortem: *Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam.* Ex quibus patet, non solum dici aeternas impiorum poenas, sed eo sensu vocari aeternas, quo aeterna vocantur justorum praemia; atqui proprio et stricto sensu, adversariis ultro fatentibus, aeterna dicuntur praemia justorum; ergo et proprio ac stricto sensu aeterna dicuntur impiorum supplicia, quae cum illis conferuntur.

734. П. Altera Scripturarum classis ea omnia testimonia complectitur, in quibus aeternitas poenarum reproborum exprimitur per *negationem finis.* Tale praesertim est, quod legitur Isaiae LXVI. 24: *Et vermis eorum* (damnatorum) *non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* Ad haec autem Isaiae verba alludens

') Apud Niccphorum, *Ilixtor. eecl.* lib. XVIL cap. 2S. Et in synodo VII. in qua, actione 1. hacc habentur: «Sanctae venerabilis quintae synodi, quae constantinopoli congregata est, communi ct universali submissi sunt anathemati Origenes et Theodorus Mopsuestiae _ de eo videlicet... quod de restitutione in statum pristinum fatebantur, Consentientibus quatuor patriarchis.» In *Actis Cone.* Harduini, tom. IV. coi. 66.

2) Juxta hebr. et vers. alex, *in contemptum aeternum* seu *confusionem aeternam, th αἴζχύνην αιώνιον.* Sane *aeternum* vertit syriacus interpres, arabs *ignominiam aeternam,* Valablus et Pagninus in contemptum *aeternum*, ^larinus in *Lexic.* cum aliis vertit in durationem doloris *aeternam.*

8. Joannes Baptista, Matth. III. 12. de Salvatore ait: *Congregabit trilicum tuum in horreum, paleas autem* (impios) *comburet igni inextinguibili.* Sed apertius adhuc idipsum praedicat Christus ipse Marc. IX. 42 et seqq.: *Si scandalizaverit te manus tua, abscide illam; bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur!* Quod ut altius hominum mentibus infigeret, et secundo et tertio repetit. Jam vero, si nec impiorum vermis unquam morietur, si numquam extinguetur eorum ignis, qui propterea *inextinguibilis* dicitur, evidens est adversus socinianos, vere aeterna fore impiorum supplicia; nec integrum corporis et animae exitium *aeternitatis* voce, ut ipsi autumant, designari.

735. III. Tertia demum classis iis omnibus textibus constituitor, in quibus traditur, nullum post hanc vitam dari poenitentiae locum aut nullam veniae obtinendae spem, sed *immutabilis* plane sicut justorum ita et impiorum status perhibetur. Pervulgata porro est illa Eccles, sententia, ubi, agens de futura bonorum et malorum conditione, dicit, cap. XI. 3: *Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Luculenta pariter sunt Christi verba, Matth. XII. 32: *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo neque in futuro;* seu, prout legitur Marc. III. 29.: *Qui blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem in aeternum; sed reus erit aeterni delicti.* Idipsum dicatur de iis locis, in quibus reprobi vocantur *vasa irae et contumeliae, vasa irae apta in interitum,* aut in quibus dicitur: *Ira Dei manet super illos; regnum Dei non consequentur;* ac licet misericordiam quaerant, Christus sit eis responsurus: *Nescio vos;* aliaque prope innumera, quae sive veterum sive recentiorum origenianorum *ἀποζατάσταβιν,* seu novam sortem vel restitutionem impiorum ad coelestes sedes plane subvertunt.

736. His accedit **perpetuus et constans totius traditionis et ecclesiae catholicae sensus.** Vix enim origenianorum commentum de temporariis impiorum poenis prodiit, dum illico omnes ecclesiae patresque omnes illud exhorruerunt et anathemate perculerunt. Patres enim si consulamus, sive qui ante origenistas vixerunt, sive qui iisdem suppares fuerunt, reperiemus eos eamdem doctrinam semper professos esse. Ita Clemens rom., Justinus mart., Theophilus, Tertullianus, Minucius Felix, Irenaeus, Cyprianus, Julius Firmicus, Hippolytus unanimes sunt in *poenis sempiternis, igne inextinguibili, tormentis sine modo aut xdlo termino, aeterno igne* etc. asserendis.[3] Nos unius aut alterius testimonia dabimus, ne longiores simus. Itaque Clemens rom.: *Immortales,* inquit, *omnes animae sunt et impiorum; quibus*

3) Cf. Pelav. *De Angel,* lib. III. cap. 8.

melius foret non in incorruptibilibus esse. Nam poena sempiterna ab inextingubbili igne punitae, neque m&rientes, magno suo malo, nullum finem obtinere possunt. 4 **Justinus mart.**: *Quem* (diabolum) *in ignem esse mittendum cum exercitu ipsius d. hominibus, qui eum sequuntur, in aeternum puniendos, Christus ante significavit.* 5 S. **Irenaeus**: *Quibuscumque,* inquit, *dixerit Dominus: Discedite a me maledicti in ignem perpetuum, isti erunt semper damnati; et quibuscumque dixerit: Venite benedicti . . . . hi semper percipiunt regnum, et proficiunt.* ° **Tertullianus**: *Enim vero,* ait, *nos qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique aeternam ab eo poenam providemus, merito soli innocentiae occurrimus, et pro scientiae plenitudine, et pro latebrarum difficultate, et pro magnitudine cruciatus non diuturni, verum sempiterni eum timentes* etc. 7 Eleganter demum, ut alios praeteream, **Minucius Felix** ejusmodi tormenta describit, dicens: *Nec tormentis aut modus ullus, aut terminus. Illic sapiens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit, sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt; sicut ignes Etnae montis et Vesuvii montis et ardentium ubique terrarum flagrant, nec erogantur; ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexosa corporum laceratione nutritur.* 8

Ex his igitur habemus, poenas impiorum *aeternas, sine fine,* ac *semper* duraturas, et conferri cum aeternis justorum praemiis.

Quod attinet ad patres reliquos, eorum loca indicare satis erit, qui vel confutant origenianum commenturo, vel ipsum inter haereses numerant, ut Hieronymus. Augustinus, aliique passim. 9

737. Quare, hac ecclesiae fide freti, strenui Christi martyres tyrannis saeva quaeque tormenta minitantibus, nisi idolis litassent, respondebant, se ad tantum facinus numquam adigi posse, ne incurrerent *poenam perpetuam,* ut legitur in actis s. Julii, vel ne irent *in aeternum interitum,* vel ne incurrerent *aeternum supplicium,* vel ne mitterentur *in ignem aeternum,* ut habetur in actis s. Felicitatis ejusque filiorum; quia diis sacrificantes *tormenta manebunt aeterna,* ut in passione s. Maximi, et in actis ss. Domninae et Theonillae; quia *mortis aeternae mercedem et inexplicabiles sine termino cruciatus* apostatae acquirent, ut in actis s. Victoris; qui propterea tormenta tyrannorum vocabant *unctiones* et *refrigeria* ad ignem inextinguibilem vitandum, ut in

IMK

-Αθάνατοι πάσαι αἱ ψἰζγα<, *καί των άσιβών, ait άμανον ήν μη άφθαρτου ιϊναι* I *κολαάόμιναι γόρ* νπό τού *άσβΐστου πυρά απιράντω τιμωρία, καί μή 3νήσκουσαι Ιπί* κακό tûj *ίαυτων, τίλο λαβιΐν* ούκ ίχουσι. Cit. a Damasc. apud Petav. ib. Cf. etiam apud Colder, tom. I. pag. 547.

s) Apolog. I. cap. 28. *Ον (τον διάβολον') elf* το πὺρ *μετά τή αύτού στρατιά καί των ΐπομίνων ανθρώπων, κολασ^ησομ,ίνου τον άπίραντον αιώνα, προ(μήνυσιν ὁ Χριστό .*

·) *Cont. haereses,* lib. IV. cap. 28. alias 47. n. 2; vid. eliam lib. V. cap. 27. n. 1.

7) *Apoloy.* cap. 45.

·) In *Octav.* cap. 35.

') Cf. Apud Patuzzi, op. cit. lib. cit. cap. 15 et seqq.

actis ss. ALM. Claudii et Asterii; quibus similia occurrunt in actis ss. Patritii, Agapis, Chioniae, Irenis, ss. Tarachi et Probi etc. apud Kuinart et Bollandlstas.

738. Nec admodum difficile esset ostendere, in idem dogma de aeternitate poenarum universum conspirasse genus humanum. Verum cum eruditi viri diversarum gentium monumenta collegerint, ideo ad ejusmodi auctores, qui haec fusius pernoscere voluerint, remittimus. De hebraeis scripsit Bartoloccius [10], de mahumedanis Marraccius de graecis poëtis et philosophis Grutherus [12], de romanis Montfaucon. [13] De Chaldaeorum, persarum et assyriorum sententia perinde ac aegyptiorum praeter Zendavesta testes sunt Tacitus [14] et Diodorus siculus. [15] Quod vero spectat ad reliquos populos sive septentrionales sive americanos, plura documenta suppeditat inter ceteros Patuzzi. [16] Adeo ut verum sit, quod recte non ita pridem animadvertit anonymus quidam inter protestantes, religionem Christianam nihil novi hac in parte in mundum intulisse, si excipias medium hactenus ignotum, per quod scelestissimi quique vel in ipsa mortis extrema periodo ab his aeternis poenis se eripere possint, ac coeli compotes ac haeredes fieri. [17] Non possumus heic sine aliqua animadversione praemittere, nonnullos praesertim in Galliis catholicos, qui, aetate hac nostra, disserentes de poenis positivis inferni, autumarunt, has per gradus veluti quosdam imminui; quod prorsus a catholica doctrina abhorret. Quidquid praeterea in aeternitate imminuitur, finem habet.

DIFFICULTATES.

739. I. Obj. Frustra congeruntur Scripturarum testimonia ad adstruendam poenarum aeternitatem. Vel enim accipienda sunt de aeternitate proprie dicta, et tunc exponi debent de totali destructione impii, quae poena utique aeterna est, qua in perpetuum impius a gloria excluditur, quod sane aperte innuunt voces, quibus in Scripturis impiorum damnatio significatur, *mortis,* scilicet, *perditionis* et *interitus,* quae destructionem indicant. Vel accipienda sunt de aeternitate improprie dicta, et tunc de diuturniori vel breviori duratione suppliciorum pro diversitate meritorum debent intelligi, prout tot innuunt Scripturarum testimonia, in quibus *aeterna* ea dicuntur,

*) *Biblioth. rabbinic,* in *Diss, de inferno.*

") In *Befui. Aleorani.* Cf. etiam Flottingerus, tom. I. *Hist. Eccl.*

n) Apud Graevium, tom. XII. *Thesaur. antiquit. Rom.* Lugd. Balav. 1699. in *Diss. De jure manium,* pag. 1077.

*') *Antiq. illustrat,* tom. V. Paris 1719. part. I. chap. 7. descriptio infernalium suppliciorum etc.

l\) *Hist.* lib. V. cap. 5.

,s) *Biblioth- historicae,* lib. II. sect, secunda, edit. Laur. Rhodomani, Hanoviae, 1604. pag. 65 et seqq.

16) Op. cit. lib. HI. cap. 18. ubi plura documenta afferuntur.

*7) In opusc. *Quelques réflexions sur la maxime chrétienne : Hors de Γ Eglise il n'y a point de salut. Par un ministre protestant,* Paris 1827.

quae nonnisi do longiori tempore usurpantur: quo sensu *in aeternum* concessa dicitur Chananitides hebraeis; in *aeternum* item firmatum iri solium David etc.; quo sensu, ut cetera mittam, scripsit s. Judas Epist. v. 7 : *Sicut Sudoma ct Gomorrha . . . . factae sunt exemplum, ignis aeterni poenam sustinentes,* cum tamen nonnisi ad breve tempus ignis ille perduraverit. Quae posterior expositio eo magis praeferenda videtur, quod et cum priori de destructione saltem post datum tempus consentiat, et simul poenarum diuturnitatem pro culparum diversitate conjungat. Ergo.

740. **Resp.** *Neg. Antec.* Ad prob. A'. Tum quia ejusmodi expositionova est et contraria sensui traditional! omnium patrum et totius ecclesiae, tum quia apertam vim infert adductis Scripturae textibus, qui loquuntur de poena *positiva,* quae significatur per vocabula *ignis, tenebrae exteriores, stridor dentium. vermis, sitis* etc., minime vero de sola negatione aut privatione gloriae.

741. Neque eam expositionem evincunt voces *mortis, perditionis* et *interitus,* quasi per eas insinuetur totalis destructio. Declarant enim eaedem Scripturae, quo sensu hae voces usurpentur, sensu nempe translato. Etenim a Christo, Joann. XVII. 12. Judas dicitur *filius perditionis,* ita tamen, ut de eo ibid, affirmet: *Melius erat, si natus non fuisset.* Quare autem vero, nisi ob aeterna supplicia, quae ipsum in altera vita manebant? Sic pariter apostolus, H. Thess. L 9. de infidelibus ait : *Poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini.* Si poenas dabunt, et quidem aeternas, profecto in interitu non destruentur: sed ad promerita supererunt supplicia. Sic demum, Apoc. XXI. 8. legitur: *Timidis et incredulis et exeeratis .... pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure', haec est mors secunda.* En igitur quo sensu futura sit impiorum mors, quaenam perditio et interitus ! Quibus vocibus reprobatio impiorum significatur, tum nempe ad designandam perpetuam Dei amissionem, qui vita animae est, tum ad exprimendam summiim illam ac irreparabilem calamitatem, in quam reprobi incident.

742. Sed neque secundo loco prolata Scripturarum testimonia evincunt, eodem latiori sensu illa, quae de aeternitate poenarum attulimus, esse intelligenda. Ex substrata enim materia, ut ajunt, quae aeternitatem proprie dictam non patitur, et ex aliis Scripturae locis aperte constat de diuturniori tantum tempore objecta testimonia esse accipienda. Contrarium vero prorsus constat in casu nostro, uti ex adductis probationibus manifestum fit; in iis enim semper opponitur aeternitas poenarum aeternitati gaudiorum; ac praeterea conceptis verbis poenae illae dicuntur *sine fine, sempiternae,* ignis futurus declaratur *inextinguibilis, quod vermis non morietur,* quod nullus ibi erit poenitentiae locus etc. Quae omnia terminum omnem excludunt.

743. Ad illud, quod objicitur de igne, quo consumptae sunt Sodoma et Gomorrha, *D.* Si spectetur ignis ille in se, *C.* si spectetur, prout erat figura ignis aeterni, *N.* Scilicet eo sensu aeternus dicitur ignis ille, quatenus civi-

tates illas delevit, earumque incolas in perpetuum ex viventium societate eripuit; vel, si magis placet, quatenus ignis ille perpetua sui vestigia in illis absumptis civitatibus reliquit. Quare fuit figura ac imago illius aeterni ignis, quo in perpetuum impii apud inferos cruciabuntur. *Critici sacri* ita hunc locum exponunt: *Illud incendium vocatur ignis aeternus, vel quia irreparabile est et semper duraturum, cujus vestigia hodie supersunt, mare mortuum, fumans* etc. *vel secundo metonymice, eo quod typus fuerit ignis aeterni, in quem isti a temporali incendio transmissi sunt. Jncendium considerat* (s. Judas) *ut poenam adhuc durantem, et quae praesignificaret sequentem vindictam ignis aeterni in inferno, qui solus dicitur aleôvtov πvo in aliis omnibus locis, ut Matth. XVIII. S. et XXV. 41; Apoc. XX. 10.* [18]

744. Hinc posterior pariter rejicitur adversariorum expositio, quae, ut ex dictis constat, non solum omni vel levissimo fundamento destituitur, sed aperte atque omnino Scripturis adversatur.

745. I. **Inst.** Atqui Scripturae 1. saepe negant divinam ultionem aeternam fore; etenim Ps. LXXVI. 8. dicitur: *Numquid in aeternum projiciet Deus?* et Ps. CII. 8 et 9: *Miserator et misericors Dominus . . . non in perpetuum irascetur, neque in aeternum comminabitur.* 2. Aliquis praeterea in Scripturis, reprobis jam poenis addictis, promittitur exitus; sic Ps.XLVIII. 16: *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi,* et alibi passim. 3. Docent Scripturae, ita rependenda esse impiis supplicia, ut culpas inter et poenas proportio servetur; ut Apoc. XVUI. 7: *Quantum glarificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum;* et apertius, Marc. XU. 40. de pharisaeis dicit Christus: *Hi accipient prolixius judicium;* quae falsa essent, ubi aeternitas poenarum proprie dicta semel constitueretur. 4. Profecto, nisi ita res se haberet, inquiunt, falsum esset, quod apostolus tradit, ad Rom. scribens, magis Christum hominibus redemptione sua profuisse, quam nocuerit Adae peccatum, cum multo plures damnentur. Ergo.

746. **Resp.** Ad 1. *Neg.* Allatae enim omnes Scripturarum auctoritates loquuntur de hominibus adhuc in praesenti vita degentibus, sicut ex ipsarum contextu constat; ut omittam unanimem patrum et interpretum expositionem. Non enim sine gravi temporis jactura singulae perpenderentur.

747. Ad 2. *Neg.* pariter ad propositum nostrum spectare aliam Scripturarum classem, cum de liberatione ab angustiis, quibus David premebatur, in iis sermo sit, ut omnes rectae exegeseos regulae postulant.

748. Ad 3. *D.* Docet Scriptura servandam proportionem inter culpam et poenam quoad acerbitatem, *C.* quoad diuturnitatem seu durationem, *N,*

18) Cf. *Synops. Critic, sacr. in N. T.* vol. IV. in hunc loc. Vid. etiam *Crit. sacr.* tom.IX. in hunc eumdcm locum. Inter quos criticos Grotius ipse, qui non parum socinianis favet, concludit, quod *sensus sit, eas urbes incensas instar exhibere ignis aeterni, qui impios expectat.*

Eodem enim sensu accipiendi sunt adducti textus, quo 6ap. VI. 7. dicitur: *Potentes potenter tormenta patientur,* ct v. 9: *Fortioribus autem fortior instat cruciatio.* Duratio siquidem poenarum ubique, ut vidimus, praedicatur aeterna, sine line, perpetua etc.

749· Ad 4. *D.* Si apostolus institueret comparationem inter Christi redemptionem et ruinam per Adam illatam quoad salvandorum aut damnandorum numerum. *Tr.* si de intrinseca virtute, efficacia atque utilitate redemptionis Christi relate ad nocumenta, quae intulit peccatum Adae, iV. Significat igitur heic apostolus, Christum nos non solum ab Adae culpa, quam haereditate contraximus, sed praeterea ab innumeris prope actualibus peccatis liberasse, et cum foenore nobis restituisse quidquid in Adam amisimus. Ast, si effectum redemptionis quoad extensionem spectemus, longe minus late patet Christi redemptio quam Adae peccati effectus ob plurés causas extrinsecas, quas expendimus, cum dissereremus de Christi morte pro omnibus. Licet enim Christus pro omnibus mortem obierit, atque abunde satisfecerit, cum tamen passionis ipsius fructus non applicetur nisi illis, qui crediderint, qui mandata servaverint, qui in ipso manserint, omnesque ab eo praescriptas conditiones adimpleverint, idque non omnes praestent, ideo scriptum legimus: *Son omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum coelorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in codis est, ipse intrabit in regnum coelorum* 19j tum: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit,* aliaque ejusmodi. Ac revera Paulus ipse, quem nobis objiciunt, I. Cor. VI. 9. docet, neque fornicarios, neque idolis servientes, neque adulteros, neque fures, neque avaros, neque alios ejusmodi nefarios homines regnum Dei esse possessuros. Cum igitur gratis omnino, immo falso prorsus et contra apertam Scripturarum auctoritatem, supponant adversarii, omnes aliquando homines Christi redemptionis participes futuros, perperam concludunt, damnatorum poenas finem tandem habituras esse, ut suam statuant *ἀπο7.ατάοτ(ἰϋιν,* seu omnium restaurationem.

750. II. Inst. Quamquam Deus in sacris litteris poenas aeternas verbis

”) Matth. V1L 21. Quaestio agitari solet inter theologos, utrum major sit electorum an reproborum numerus, praesertim ex catholicorum coetu; et alii in alias sententias dilabuntur. Bergier, *Traité de la vraie religion,* ct *Diet, de Thèol.* ad vocem *Elu,* animadvertit adversus incredulos, qui inde occasionem nacti sunt oppugnandi religionem Christianam, tot esse hac in parte doctorum hominum discrepantes sententias, ut integrum de iis volumen confici possit. Ecclesia nihil unquam circa hoc punctum definivit, immo profitetur se electorum numerum ignorare, dum Oratione seer. Dom. L Quadrag. sic Deum oral: *Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.* Propterea nonnisi conjecturis ducuntur, qui pro alterutra dimicant opinione. Nobis satis sii affirmare, eos omnes fore salvandos, qui divinae gratiae cooperantur, quae nulli deesl; cos fore damnandos, qui eidem reluctantur, ut propriis indulgeant cupiditatibus. Ceterum cf. Bergier loc. cit. nec non egregium opus, cui lit. *Tesori di confidenza in Dio,* Pinerolo 1831. praesertim pag. 2; in quo docte expenduntur, quae perperam ad parvum electorum numerum stabiliendum afferri solent.

gat disertis atque perspicuis comminatus fuerit, non tamen sibi ademit facultatem moderandi decretum suum. Quemadmodum humani principes aut legumlatores, etsi poenas gravissimas ac perpetuas saepe decernant, non sibi propterea potestatem adimunt veniam reis concedendi, aut poenarum severitatem temperandi. Poterit ergo Deus supremo lioc suo dorninio uti, et damnatis tandem ignoscere, eosque ab aeterno supplicio liberare. Ita passim Clericus.20 Tilotzonus autem, ut integram servet divinam veracitatem, in suis commentationibus subdit: Hoc enim versatur inter promissiones ac minas discrimen observatione dignum, quod promissor jus alteri tribuit adversum seipsum, adeo ut juxta justitiae regulas et fidelitatis promissis stare teneatur, verique nominis injuriam irroget, si ea exacte non impleat. Non eodem modo se res habet quoad illum, qui comminatur. Jus enim in ipso permanet minus exequendi, vel etiam non exequendi, quod comminatus est, ac citra alicujus injuriam potest non uti jure suo, ac debitum integrum remittere. Neque deest hujus divinae agendi rationis exemplum in Scripturis. Jussu siquidem Dei citra expressam ullam conditionem Jonas propheta praedixit impiae civitatis Ninives excidium post dies quadraginta obventurum: *Adhuc quadraginta dies d Ninive subvertetur,* quin tamen eversa sit, prout praedictum fuerat. Quidni ergo sperare liceat, Deum quidem denunciare hominibus aeterna supplicia, quae tamen non sit irrogaturus? 21 Concludendum est igitur, non posse ex Scripturis, utut perspicuis, certo colligi poenarum aeternitatem, nosque ignorare, quemnam fortasse modum minis a se factis apponet piissimus Deus, qui, licet delinquentes punire debeat, nulla tamen lege eo rigore punire adstringitur, quo minatus est; sed ex arbitrio et libertate sua poenam, saltem ex parte condonare potest. 22

751. **Resp.** *D.* Deus potest poenas aeternas relaxare, si decretum de poenis aeternis inferendis esset tantum comminatorium, *Tr.* si sit absolutum, *N.* Jam vero textus a nobis allati in probationibus perpetuo nobis cxliibent decretum Dei absolutum inferendi poenas aeternas impiis. Christus enim in extremo judicio dicet his, qui a sinistris ejus erunt: *Ite maledicti in ignem adernum ... et ibunt hi in supplicium aeternum;* ita alibi passim, ut vidimus, *sine fine* hac poenae dicuntur etc. Cum igitur ex una parte habeatur sententia definitiva, ex altera perhibeatur exeeutio juxta latam sententiam, jam patet, frustra sibi adblandiri adversarios nostros de fine, quem numquam habituras ejusmodi poenas conceptis verbis Scripturae ipsae testantur. Eo igitur sensu tantummodo potest dici comminatorium Dei decretum, quod hae poenae comminatae sint viventibus, ut ad meliorem frugem redeant; quod si secus

*) Praesertim *Bibliothèque choisie,* tom. IX.

”) *Senn,* XXXV. apud Paluzzi, loc. cit. cap. 9 et 10.

2ï) Ibidem.

faciant, atque in statu peccati lethalis ex hac vita decedant, ex comminatorio decretum fit absolutum, ac incolumi Dei voracitate immutari jam nequit, prout ecclesia a Deo edocta nullo non temporo Dei verba intellexit. Atque hac ratione tota corruit machina, quam adversarii moliebantur.

752. Ad illud vero exemplum, quod ex Ninive petebatur, responsio in promptu est: omnia enim adjuncta illius vaticinii comminatorii luculenter ostendunt, ipsum non fuisse nisi conditionatum; quod et ipse Jonas intellexerat, qui propterea fugerat in Tharsis, ne tamquam falsus propheta haberetur. Talia fuerunt missio prophetae ad excidium denunciandum. prodigium patratum in ipsius prophetae reluctantis persona, ut vim adderet suae praedictioni, quadraginta dierum spatium interpositum inter denunciationem comminatae poenae ejusque executionem; prout optime pariter intellexerunt ninivitae, qui ideo ad poenitentiam redierunt, et veniam idcirco obtinuerunt. Ex comminatorio autem et conditionato hoc decretum transiisset in absolutum, nisi ab impietate sua ninivitae resipuissent: prout revera in absolutum transiit decretum de delendo universo humano genere aquis diluvii post annos 120. Neque enim est Deus quasi homo, ut mentiatur, aut filius hominis, ut mutetur. Hinc ruit inepta Clerici conclusio, quae ex gratuitis ac falsis praemissis deducitur.

753- **III. Inst.** Saltem negari nequit aliquod fundamentum praefatae Scripturarum expositioni, ac proinde aliquid spei damnatis praebere, quae I. Cor. XV. 22 et seq. leguntur: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur..... Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. . . Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Ex quo textu apertissime haec habentur: 1. *omnes* vivificandos esse in Christo ad vitam et ad gloriam, sicut omnes per Adam mortui sunt et corpore et anima per peccatum, ideoque et impios: 2. *novissimam* destruendam esse mortem, id est, mortem secundam, nempe impiorum, de qua loquitur Joannes Apoc. XX. 14.; demum 3. *omnia* subjicienda Deo esse, ita ut Deus in *omnibus* omnino regnaturus sit per gratiam et gloriam. 4. Quae omnia confirmantur tum ex iis, quae scribit idem apostolus, Coloss. I. 19: ***In** ipso* (Christo) *complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per cum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in coelis sunt.* Ex quibus liquet, omnia demum per Christum esse pacificanda, scilicet et homines, qui sunt *in terris,* et daemones, qui sunt *in coelis,* qui propterea ab eodem apostolo vocantur rectores tenebrarum harum, nequitiae in coelestibus. 5. His demum novum robur accedit ex iis, quae dixit s. Petrus Act. HI. 21: *Quem* (Christum) *oportet quidem coelum suscipere usque in tempora restitutionis* (graece *ἀποχαταϋτύσεω) omnium,* id est, donec omnes tollantur, tum in angelis tum in hominibus, peccati et poenae

reliquiae. 6. Haec prorsus congruunt cum iis, quae, Apoc. XX. 5. scribit s. Joannes de resurrectione prima, quae locum habebit ante judicium, quaeque proinde necessario supponit resurrectionem secundam, a morte scilicet secunda, cujus idem Joannes meminit v. 14. ad quam daemones et impii damnati erant; adeo ut merito scribere potuerit, ibid. XXL 5: *Et dixit, qui sedebat in throno: ecce nova facio omnia,* id est, omnia renovo et in pristinum statum restituo. Ergo.

754. Resp. *Neg.* Ad antecedentis 1. illationem, *D.* Sanctificandos in Christo omnes electos, de quibus solis hic loquitur apostolus, *C.* reprobos, de quibus hic ne verbum quidem, *N.* Sensus enim istius textus apostoli est, Christum post suam a mortuis resurrectionem velut primitias sanctorum suscitandorum semetipsum obtulisse Deo Patri. Etsi vero Christus caput nostrum, ecclesiam suam Deo obtulerit, et nunc etiam offerat continuo, nondum tamen ipsa a morte et mortalitatis conditione libera est, nondum a daemonum insidiis tuta, nondum perfecte sancta. Adhuc enim ex aliqua parte, id est, in quaedam membra dominatur peccatum, adhuc in ipsa grassatur diabolus, mors et mortis miseriae saeviunt. Tunc autem, id est, in futura generali resurrectione Christus eam ab omni prorsus hoste liberam, plane sanctam, omnino beatam et penitus gloriosam exhibebit Deo. Quare, *cum evacuaverit omnem principatum,* id est, cum aboleverit Christus omnem potestatem daemonum, qui nunc fideles lacessunt, cum plene a mysticis membris suis omne peccatum sustulerit, *novissima inimica destruetur mors,* id est, post diabolum victum, post peccatum destructum, mors, quae una est ex inimicis Christi, annihilabitur per generalem scilicet et gloriosam sanctorum resurrectionem.[23] Tunc demum Christus ut homo cum omnibus suis, id est, Christus caput ecclesiae cum omnibus mysticis membris suis subjicietur Deo, Deumque gratus adorabit, laudabit *et* glorificabit in aeternum, *ut sit Deus omnia in omnibus,* quatenus integrum ecclesiae triumphantis corpus Deus possidebit, et possidebitur ab eo; et sic Deus a fidelibus possessus erit illis omnia, eorum perfecta beatitudo, omniumque desideriorum finis et complementum.

755. Ex his, quae ex ipso loci objecti contextu eruimus, patet, illationes reliquas, nempe 2. et 3. plane concidere atque evanescere, nec diutius ad eas convellendas tempus perperam terendum esse.

756. Ad 4. *Neg.* hic agi de reconciliatione hominum et daemonum; sed agitur de reconciliatione inter Deum et homines, qui erant a se invicem

u) Cf. Bernardinus a Piconio, *Tripi. Expos,* in hunc loc. Pulchre ait s. Joann. Chrysosl. *Jlom.* XXXIX. *in 1. Epist. ad Cor.* n. 4: *Τΐνί εϊχατοί; μετά πάντα{, μετά τον διάβολον, μετά τά* ἀΛΛα *άπαντα. Καί γάρ nat Iv αρχή ίθχατο{ εϊ(ήλ3ε · πρότερον γάρ ή Συμβουλή του διαβόλου, >;ai ή παρακοή, και τότε ό θάνατοί.* «Quomodo novissima? Post omnes, post diabolum, post alia omnia. Etenim etiam in initio intravit novissima. Prius enim diaboli consilium et inobedientia, et tunc mors."

aversi propter peccatum, quod Christus per mortis suao sacrificium ponitus sustulit: unde, sublata inimicitiarum causa, coelum et terra pacificata sunt. Quod constat ex verbis immediate sequentibus: *Et vos, cum essetis aliquando alienati ct inimici. . . nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem* etc.

757. Ad 5. *Eeg.* vel *dist.* Id est, vel renovationis coeli et terrae post universalem resurrectionem et extremum judicium, seu mundi finem, *C.* id est, restitutionis impiorum, quam adversarii autumant, AT. Hunc porro esse sensum germanum verborum Petri, non solum declarat ipse contextus, et catholici omnes interpretes tradunt, sed vel ipsi recentiores biblici protestantes admittunt. Alloquitur enim ibidem s. Petrus judaeos, quibus persuadere contendit, J. C. esse Messiam a prophetis promissum, asseritque ipsum oportere in coelis regnare (non autem in terris, ut perperam sibi persuaserant carnales judaei), donec cetera impleantur a prophetis praenuntiata circa evangelii propagationem, et ecclesiae vicissitudines et triumphum, id est, usque, ad mundi finem ac resurrectionem generalem ct finale judicium, in quo et justi completam beatitudinem et impii completam damnationem, id est, una cum resumptis corporibus, pro meritorum diversitate assequentur.

758. Ad 6. *D.* Fit mentio resurrectionis *primae,* id est, beatitudinis, quam justi consequuntur ante resurrectionem secundam, in qua demum habebunt beatitudinem completam et adaequatam, *C.* resurrectionis primae in ordine *ad mortem secundam* impiorum, A' Alioquin s. Joannes non dixisset de reprobis: *Cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum,* ibid. XX. 10; et commemorata morte secunda, non addidisset: *Et qui non est inventus in libro vitae scriptus, missus est in stagnum ignis* (v. 15.).

759- Quod vero additur: *Ecce nova facio omnia,* dictum est quoad eos, *qui vicerint,* seu quoad electos, non autem quoad reprobos, qui mittendi sunt in stagnum ignis. 25

Erneslius, *Opusc. theolog.* pag. 477: «Quid sit, *inquit,* α-οκαταστασι?, de eo dissensere omni tempore interpretes, et in explanando etymologiam potius verbi et lexicorum vulgarium auctoritatem secuti sunt, quam Scripturas ipsas audiverunt; suntque nonnulli ad fanaticas opiniones prolapsi.- Ilis subscribit Kuinoel, qui praeterea addit: «Vox αποκαταστασκ significat emendationem, restitutionem in pristinum statum, mutationem in meliorem conditionem.... Haec autem vocabuli notio parum conveniens est huic loco, cum sermo sit de vaticiniorum eventu. Sed *αποκατάστασή* notat etiam perfectionem, absolutionem, consummationem, quae significatio contextui apprime congruit. . . Petrus autem per τοὐ? γρὸ^ου? τη; ἀποκαταστὰσ'ίω? *πάντων,* oie *Ιλάλη^ίν, κ. τ. λ.* per tempus, quo omnia perficientur, absolventur, omnia eventum habebunt, quae praedixerunt prophetae, intellexit inaugurati regni messiani eventa, quae eum praecedent, latiorem doctrinae Christi propagationem, resuscitationem mortuorum, judicium extremum etc. Cf. *Act.* 1.6; *Afatlh.* XVII. 11. Sensus ergo omnino est: Usque ad finem mundi.- *Comment, in lib. N. T. historicos,* vol. IV. in hunc loc. ubi aliorum plurium recentiorum expositiones referuntur, quae omnes huc collineant.

38) Cf. Bossuet, *L'Apocalypse avec une*

760. Π. Obj. Ex antiquioribus patribus juxta Petavium 26 *pauci* Origeni assensi sunt, docenti futuram aliquando liberationem diaboli ejusque satellitum a poenis, quibus premuntur, easque finem habituras esse; *plures* vero ei assensi sunt quantum ad damnatos homines spectat, et alii quidem *plenius,* alii *levius* et quasi cunctanter. Ita prae ceteris ex graecis, Gregorius nyssenus passim, nec non Gregorius nazianzenus; ex latinis autem s. Hieronymus pluribus in locis, s. Ambrosius, Ambrosiaster, Auctor nempe qui sub ementito s. Ambrosii nomine commentarios edidit in Epist. ad Rom. et in Epist. ad Ephes. His addi possunt s. Justinus et s. Irenaeus, quorum prior in *Dialogo cum Tryphone,* n. 5. aperte docet animas impiorum puniri, *quamdiu eas esse et puniri Deus voluerit*27; alter vero *Contra haereses,* lib. Π. cap. LXIV. pariter asserit, animas non secus ac res ceteras *perseverare, cum eas Deus et esse et subsistere voluerit.* 28 Ergo.

761. Resp. I. *Trans, antec. neg. cons.* Unius enim vel alterius patris auctoritas infirmare nullo modo potest argumentum, quod ex communi ceterorum patrum consensu et constanti ac perpetua ecclesiae traditione et fide conficitur.

762. Resp. II. *Dist.* Et iidem patres si pravi quidquam scriptis suis ex Origenis lectione intexuerunt, eodem Petavio teste 29, illud identidem emendarunt, *C.* in illa sententia perstiterunt, *N.* Profecto vel ipse Origenes, *Hom. VII. in Exod.* scribit: *Audi de peccatoribus et iis, qui praesens saeculum diligunt, quae sit prophetae sententia:* ***Vermis enim, inquit, eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.*** *Isti sunt vermes, quos generat divitiarum caeca cupiditas* etc. 30 Porro, si avarorum ceterorumque peccatorum vermis juxta Origenem non moritur, neque ignis extinguitur, poena debet esse perpetua.

763. S. Gregorius nyssenus, cujus tamen opera ab origenistis interpolata fuisse, Germanus, Nicephorus, Photius aliique contendunt31, in Oratione adversus eos, qui castigationem aegre ferunt, haec scribit: *Misera* (anima) *tum suae se temeritatis vehementer accusans, lugensque ac plorans et gemens in locum quemdam tristem tamquam angulum abjecta permanebit, luctu numquam finituro ac insolabili in aeternum poenas luens* 32; atque, *Orat.* U. *De explication,* chap. 20. oeuvres, tom. II. edit. Liège 1766.

M) *De Angel,* lib. HI. cap. 6 et 7.

K) *"Es* r'ftp orurerf *καί εἶναι καί* κολὰ-ὸ 5ιόι 3/λρ.

M) In edit, autem maur. lib. II. cap. 34. num. 4.

39) Ibid. cap. 8. §. 10.

30) N. 6. Cf. Huetius, *Origen,* lib. II. quaest. 11. §. 23.

31) Apud Patuzzi, op. cit. lib. HL cap. 17. 12 et seqq.

32) 'y/SAi'a rore πολλὰ rp; *αβουλία! ἰαυτι)ν καταμεμφομίνρ, οἰμώ^ουϋα δε καί ὁδυρομίνϊ), καί στίνουβα, καί σκυ^ρωπώ τινι* τόπω, *οιον γωνία, ~ρο!εβριμμίνη διατελίσει, τον ἀληκτον ὁδυρμόν καί απαραμύ^ητον εἰ! αιώνα! Ικτίνον3α.* Pag. 746- tom. Π. edit. Paris. 1615. Plura alia collegit luculentissima ejusdem s. patris testimonia Patuzzi, loc. cit.

Beatitudinibus: Quis, inquit, *extinguet flammam? Quis avertet vermem numquam morientem? 33* Quae quidem aperta sunt adeo, ut nullam dubitationem circa ipsius mentem relinquant.

764. Nec minus ea sunt aperta, quibus s. Gregorius nazianzenus sua sensa promit, *Orat.* AT. ubi de damnatis haec scribit: *Jias autem simul cum aliis, vel potius ante alia, istud excruciabit, quod a Deo projecti sint, atque inustam in conscientia sempiternae ignominiae notam gerant. 34* Addit ibid, damnatis *nullum locum esse poenitentiae neque morum correptioni. 35*

765- S. Hieronymus passim doctrinam catholicam profitetur de aeternitate poenarum omnium damnatorum indiscriminatim, tum nompe infidelium, ut omnes fatentur, tum fidelium sen Christianorum. Etenim *in cap.* K. *Isaiae* expendens illa verba: *Dilatavit infernus animam suam,* inter cetera ait: *Qui saeculi deliciis occupati, nec respicientes opera Dei . . . detrahentur in gehennam, ibique aeternis cruciatibus deputati, potentiam et superbiam miseria cernent et humilitate mutari.* Quod si alicubi videtur finem aliquem Christianorum poenis indicare, vel dicendum est, ipsum ex aliena sententia haec protulisse, ut ipsemet testatur se saepe fecisse 36, vel locutum de peccatoribus levioribus culpis obstrictis, aut de iis, qui gravioribus peccatis commaculati erant, sed quos suorum delictorum ante mortem poenituerit. 37

766. Luculenta pariter sunt, quae scribit s. Ambrosius de aeternitate poenarum. Etenim catholicam hanc veritatem profitetur, *Enarr. in Psalm. CXVIII.* ubi ait: *Scientes igitur in aeternum mansura judicia omnia justitiae Dei, caveamus ne opera nostra displiceant, et in aeternum incipiamus subire judicium.* Ita loquitur alibi saepe. 38 Dum igitur loquitur de fine poenarum, quas incurrunt peccatores, id asserit de iis, qui adhuc in hac vita degunt, nulla vero ratione de addictis jam poenalibus suppliciis alterius vitae. 39

767. Etsi possemus praetermittere Ambrosiastrum, utpote exiguae aucto-

31) *Tiç καταββίϊει την* oÀôya; *τι ἀπο-*

pag. 810.

3<) Toil δi *μιτά των ἀλλων, βάλανοἳ μάλλον* δi προ *των ἀλλων, το απιρρίγβαι* Sîo Û, *καί ἡ Iv ~ὔ ὕυνιώότι αἳϋχννἳ), ~ίρα ούκ ἳχοναα.* N. 30. pag. 230.

,5) *Ἡνίκα κολάϊιωί καιρό , ου καβάρϋιω .* Ibid. π. 25.

3S) Lib. I. *Contra Ruffinum,* testatur Hieronymus, *se in commentariis, ut se habet lex et consuetudo commentariorum, inulta ex aliorum sententia non approbando, sed referendo tantum dixisse.* Quod et repetit in *Praef. Comment, in Jeremiam.* Quare merito cl. Vallarsius ad Hieronyrai verba, quae leguntur in Comm, in cap. 64. Isaiae: »Porro, qui volunt supplicia aliquando finiri, et, licet post mulla tempora, tamen terminum habere tormenta, his utuntur testimoniisetc.;“ adnotat: nPlane igitur injuriosi in Hieronymum sunt, qui eum consentire calumniantur illis, qui terminum habitura malorum hominum tormenta somniant et probare conati sunt. Liquet enim, non suo illum sensu, sed tantum ex commentatoris officio testimonia in eam partem heic recitare.*·

37) Cf. Patuzzi, op. cit. cap. 11.

3S) Cf. ibid. cap. 17. §. 16 et seq.

39) Ibidem.

ritatis scriptorem; attamen et ipsum admittere cum ceteris poenarum aeternitatem, liquet ex iis, quae leguntur apud eum, in cap. IL Epiât, ad Rom. ubi post hanc vitam nullum supcresse poenitentiae locum disertissime inculcat.

768. S. Justinus in objecto loco disputat de animorum immortalitate, contendltque eos minime eadem immortalitate frui, qua Deus ipse pollet; sed eos habere immortalitatem communicatam et dependentem a Deo; ideoque subdit: *Cruciari animas impiorum, quoad eas cruciari et esse vult.* Cum voro Deus velit eas semper *esse,* cum immortales natura ipsas condiderit, hinc pariter vult eas semper *cruciari.* Quod in *Apol. L* absque ambage declarat, dicens: *Qui autem improbe vivunt, nec immutantur, eos igne aeterno credimus puniri.* 40

769. Eodem sensu locutus est s. Irenaeus, ut patet ex scopo, quem sibi proponit. Ceterum ipsum tenere impiorum poenas aeternas, evidenter ostendunt ea, quae tum in eodem capite habet, tum in praecedenti, ubi inter alia scribens de iis, quibus dicetur: *Discedite a me maledicti in ignem aeternum,* absolute subdit: *Isti erunt semper damnati.**1

TÏ0. In st. Saltem aliquod levamen in iis poenis potest damnatis provenire ex orationibus viventium; quod 1. nonnulli patres insinuant42, et 2. non pauca missalia, quae collegit Joann. Lamius, in quibus Missa refertur ad postulandum a Deo, saltem *ut tolerabilia -fiant ipsa tormenta.* 3. Haec autem consuetudo ab ea non differt, quam adhuc servat ecclesia graeca, teste Renaudotio.43* Ergo.

771. Resp. *Neg. Ant.* Ad 1. Dico, si qui sint patres, qui hoc asserant, quod tamen non immerito alii negant non ex peculiari unius vel alterius sensu dijudicandum esse de ecclesiae doctrina, sed ex unanimi aut communi ipsorum consensu, praesertim ubi ipsis ceteri adversantur, et, quod caput est, adversatur ecclesiae praxis, quae profecto, teste Augustino, numquam consuevit pro damnatis orare 45; prout ipse Petavius animadvertit. 46

772. Ad 2. Resp. Missalia, quae levissima quadam jactantia protulit Lamius, uti ostendit Zaccaria, nonnisi pauca sunt; et probabilius numquam, ne in ipsis quidem particularibus ecclesiis, ad quas pertinuisse dicuntur, in

40) Ziolα<?iσ3αι ὀi *του; αδίκου;, καί μη μιταβάλλοντα;, Iv αΐωνάρ πυρί πιστεύομεν,* num. 21; alibi saepe eadem inculcat, immo adslruit adversus ethnicorum irrisionem, in *Apol.* II. num. 9.

41) Cap. 28. num. 2. edit. Massueti, alias cap. 47. Cap. autem 40. cit. edit. num. 1 et seqq. ex professo adslruit, praemia et supplicia aeterna pro diversitate meritorum a Deo praeparari.

42) Apud Pctav. *De Angel.* lib. HI. cap. 8. §. 18.

43) *Perpétuité de la foi,* tom. V. lib. VIII. chap. 10.

44) Cf. Patuzzi, op. cit. lib. HI. cap. 12. §.11 et seqq. Cf. eliam Sinsart, Ord. s. Ben. *Défense du dogme catholique sur* Γ *éternité des peines* etc. Paris 1748.

45) *De civ. Dei,* lib. XXL cap. 24. num. 1.

4β) Loco jam citato.

usum deducta ftierunt; nec nisi post annum 890. conscripta sunt a quibusdam monachis, quum Adrevaldius, floriaccnsis monasterii abbas, in dioecesi aurelianensi novum fecerat jussum, ut preces pro damnatis ad Deum funderent, *quatenus, etsi perpetuis non merentur absolvi cruciatibus› saltem minoribus mulctarentur a districto judice poenis.* 47

773« Ad 3. Resp. Ecclesiam graecam recentis aevi nullius auctoritatis esse, siquidem cum in pluribus aliis erraverit, in hoc etiam erraro potest. Ipso fatente Lamio 48, graeci in hac parte a vetustioribus sacrisquo ecclesiae institutionibus longe abscedunt. 49

PROPOSITIO U.

Dogma de aeternitate poenarum rectae rationi minime adversatur.

774. Si dogma de poenarum aeternitate revelatum a Deo est, ut ostendimus, evidens est, ipsum cum recta ratione pugnare non posse, ut saepe alias animadvertimus. Sed praeter hoc generale principium directae insuper a theologis rationes afferri solent, quae, sin minus ostendant ex uno rationis lumine aeternitatem poenarum peccatis gravibus debitam esse, evincunt saltem illam nullam involvere repugnantiam. Ut enim increduli demonstrare possent, dogma istud aliquam repugnantiam involvere, deberent ostendere peccato lethali, quod hominem avertit a Deo, ultimo ipsius fine, talem poenam tum *privativam* tum *positivam* convenire non posse; atqui tantum abest, ut id increduli efficiant, ut nec pauca neque levia momenta contrarium potius evincant.

775. Poena enim *privativa,* quam *damni* vocant, quaeque consistit in perpetua amissione felicitatis, ad quam homo conditus est, sponte sua quodammodo exoritur ex ea vivendi ratione, quam sequutus est reprobus, dum viveret; est insuper et ipsa una ex iis necessariis et generalibus connexionibus, quae intercedunt inter causas et effectus. l Cum enim potuisset ac

'*') Cf. prolixa nota apposita ad loc. cit. Petavii. Vid. pariter de hoc argumento erudita dissertatio Franc. De Berlendis, Cler. reg. *De oblationibus ad altare,* §.3. num. 11. pag. 81 et seqq. Vcnet. 1743.

«·) In *Hodoeporico,* pag. 313. De hoc autem sublestae fidei auctore cf. *Letlere di Atroino Traseomaco calabrese,* Venez. 1741.

') Cf. ipse Rcnaudotius, loc. cit. ubi, prolatis diversis graecorum recentiorum absonis doctrinis circa animarum statum post hujus vitae interitum, concludit: „TcIle est la théologie des Grecs modernes, et il est aisé de prouver que l'ancienne Eglise n'a rien enseigné de semblable;· proul reipsa ibid, ostendit.

*) Hinc Leibnitzius, *Syst. theol.* pag. 338: ..Quotiescumque anima, *inquit,* e corpore discedens, in statu est peccati mortalis; adeoque male affecta erga Deum, sponte quadam sua (quemadmodum pondus semel abruptum neque ab externa causa denuo retentum atque exceptum) in exilii baratrum delabitur, atque a Deo abalienata, sibi ipsi damnationem irrogat... usque adeo, ut pii

debuisset, quamdiu in vivis agebat, per bona opera ad beatam vitam, quae in summo bono posita est, contendere, per prava opera volens libens, tanto bono in perpetuum nuncium remisit, ac sese in eum statum projecit, in quo amissam semel felicitatem recuperare non potest, non aliter ac si quis se oculis privaret, etiam si aeternum viveret, aeternum caecus esset.

776. Atque hinc patet, sponte enasci adversus ejusmodi hominem poenam positivam necessario aeternam, intrinsecam nempe, cujusmodi est horror conceptus ex deformitate subversionis in ipsum illatae majori vel minori criminum suorum numero et foeditate, afflictio summa ex bono amisso et desperatio illud numquam recuperandi, quae quidem afflictio in immensum augetur ex comparatione cum iis, qui, cum pares olim sibi essent, aeternam ac plenam felicitatem adepti sunt; ad haec acerbus animi stimulus, qui exurgit per se ex patratis sceleribus, quique veluti vermis, ut loquitur Evangelium, non morietur, sed perpetuo delinquentem excruciabit; aliaque ejusmodi, quae non solum fides docet, sed et recta ratio suadet. Concludendum igitur est, dogma de aeternitate poenarum hac ratione expositum, ad severiorem fidei normam non solum nihil prae se ferre, quod sive cum notione divinorum attributorum, sive cum recta ratione pugnet, sed praeterea nihil in eo esse, quod cum iisdem attributis et cum recta ratione non apprime congruat.

777. Demum praeter has poenas privativas et positivas intrinsecas, ex illis necessario orituras, aliis extrinsecis, quas *cruciatus* appellamus, torqueri reprobos debere, suadet pariter recta ratio ipsa; quae docet, sontem iis esse plectendum, quibus, dum viveret, abusus est, quibusque sibi damnationem meruit. Ut enim arguit s. Thomas: *Sicut recte agentibus debentur bona, ita perverse agentibus debentur mala; sed illi, qui recte agunt, in fine ab eis intento percipiunt perfectionem et gaudium; e contrario ergo debetur haec poena peccantibus, ut ex his, in quibus sibi finem constituunt, afflictionem accipiant et nocumentum. Hinc est quod divina Scriptura peccatoribus comminatur non solum exclusionem a gloria, sed etiam afflictionem ex aliis rebus. Dicitur enim, Matth. XXV: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, et in Psalm. X: Pluet super peccatores laqueos; ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.* 2

778. Addere demum praestat, Deum absque his poenis aeternis hominum generi non satis consuluisse praesidiis efficacibus, ut ipsum in officio contineret, et ad ardua, cum opus esset, impelleret. Sublata enim poenarum aeternitate, homines ita sunt animo comparati, ut in cupiditatum praesertim aestu cetera quaecumque motiva parvi pendant. Homini enim cupiditatibus

quidam viri sentiunt, tantum esse damnatorum odium erga Deum, ut nolint ad gratiam ejus confugere, ac vel ideo aeternam sibi infelicitatem accersant prorogcnlve, *coque* minus mirari debemus justi judicis severitatem, neque ad Origenis clementiam devenire necesse est elc.“

2) *Cont. gent.* lib. III. c. 145. num. 4.

vehementibus abrepto, quidquid aeternum non est, niliil est, ut quotidiana experientia constat.

DIFFICULTATES.

779. Obj. Dogma de aeternitate poenarum pugnat cum divina misericordia: pugnat cum divina clementia: pugnat denique cum divina aequitate atque justitia; ergo nullo modo ferri debet.

780. Resp. *D.* Dogma istud pugnat cum his attributis prout concipiuntur ab incredulis, seu prout haec sibi gratuito ipsimet animo fingunt, *C.* prout illa vere in Deo sunt, et accipi debent, X Itaque increduli judicant de re sibi prorsus incomperta; ad hoc enim, ut ostenderent poenas aeternas pugnare cum recensitis Dei attributis, deberent ante omnia definire, quid speciatim exigant, quid refugiant haec Dei attributa; quod cum praestare nullo modo valeant[3], corruit ex hac una consideratione tota moles, cui superstruunt increduli suas difficultates.

781. I. Inst. 1. Ea est omnibus insita ab ipso auctore naturae Dei notio, ut sit infinite bonus atque beneficus pater, qui 2. nos filios suos ideo ex nihilo condidit, ut efficeremur tandem aliquando compotes sempiternae illius felicitatis, cujus in corde nostro vehemens ac necessarium desiderium atque appetitum indidit. Si igitur ad hanc nullo umquam tempore *unicus* etiam *homo* non perveniret, finem sibi praestitutum Deus vel *in illo uno* non assequeretur; 3. ac vehemens ille, qui in nobis est, beatitudinis appetitus inanis esset; immo ad hoc tantum illum indidisse Deus censendus esset, ut homines magis magisque torqueret ac miseriores efficeret, quod de divina bonitate nefas est Suspicari. Licet vero a possessione finis jure excludantur, plectanturque suppliciis homines, qui a recta via deflectunt, nec rectum servant ordinem, quem Deus ipsis servandum praefinivit; sapientis tamen optimique provisoris est, ut eosdem per istiusmodi poenas ad tempus inflictas in viam rectam reducat, atque in eum ordinem restituat, quo digni reddantur aeterna felicitate, prout a summa Dei sapientia expectare necesse est. 4. Cum enim peculiarem curam gerat Deus de rationalibus creaturis, earumque felicitatem tamquam finem sibi praestituerit, eo modo de iis disponere debet, qui magis congruat ipsarum beatitati. Nemo autem ambigere potest, quin ipsarum bono magis congruat, ut defectus, si quos incurrerint, vel per gratiam vel per vindictam reparentur, utque ipsae in eum statum restituantur, in quo suprema felicitate perfrui possint, quam ut perpetuo puniantur. Ergo poenarum aeternitas cum Dei bonitate, providentia ac sapientia pugnat etc.

3) Cf. Spedalicri, *Diritti delC uomo,* lib. IV. cap. 12. §. 16 et seq. Cf. etiam Feller, *Catéchisme philosophique,* loc. cil. §. 474 et seqq.

782. Beep, ad 1. *D.* Est infinite bonus, at ea bonitate, quae consistit in amore ordinis, justi et recti, *C.* ea bonitate quam sibi increduli lingunt, *N.*

783. Ad 2. *D.* Deus nos ex nihilo condidit, ut efficeremur compotes aeternae beatitudinis per eam viam ac per illa media, quae Deus ipse constituit, *C.* absolute, seu per viam, quam impii incedere volunt, *N.* Desiderium porro beatitudinis, quod Deus nobis indidit, nos monet, ut virtutem sectemur, per quam solam ad illud desiderium explendum aliquando pervenitur, cum hujus desiderii complementum pendeat a conditione, quae a nobis cum divinae gratiae ope ponenda est.

784. Sic Deus assequeretur praestitutum sibi finem, si unicus etiam homo ad beatitudinem non perveniret, *D.* Finem particularem et proximum, qui consistit in aeterna angelorum et hominum felicitate, sub conditione assequenda, *C.* finem generalem et ultimum, qui est ipsa gloria Dei, ut suo loco exposuimus, aut finem proximiorem, qui est bonum totius universi, quodque exurgit ex impiorum supplicio, *N.* Porro Deus voluit angelos et homines ad beatitudinem pervenire, dummodo illa praestent, quae ad eam conducunt; alioquin, si se ea indignos reddant per legis transgressionem, sibi tantum id tribuere debent, si eam non consequantur. *Si vis ad vitam ingredi,* ait Christus, *serva mandata;* item: *Discedite a me operarii iniquitatis.*

785. Ad 3. *D.* Inanis esset beatitudinis appetitus a Deo inditus, si potentia et praesidiis necessariis ad eam assequendam homines essent destituti, *C.* si his mediis abundent, *N.* Tunc scilicet inanis esset iste appetitus, si homines aut angeli etiam faciendo quidquid ab ipsis per Dei gratiam exigitur, ad beatitudinem non pervenirent; minime vero, si eam reipsa assequantur recte iis praesidiis utendo.

786. Neque obstat, quod ingerunt, sapientis provisoris esse, ut per poenas temporarias delinquentes ad ordinem revocentur, ex quo illi descive-
runt; in hoc enim adversarii tamquam certum id sumunt, quod in quaestione est positum, utrum scilicet Deus teneatur creaturas ad illum ordinem revocare necne, in quo felicitatem amissam recuperent, si ipsae ex propria pravitate ab ea exciderunt. Teneturne Deus restituere oculos insano illi, qui eos sibi volens eruit?*

787. Ad 4. Resp. I. *Neg. suppositum,* ut constat ex dictis, cum Deus minime sibi proposuerit felicitatem creaturarum ut unicum finem.

Resp. II. *D.* Creaturarum felicitatem Deus sibi proposuit ut finem secundarium, subordinatum et conditionatum, *C.* ut finem primarium, ultimum et absolutum, *N.* 5

788. II. Inst. Saltem nequit hoc dogma consistere cum divina pietate

4) Cf. s.Thom. loc. cil. cap.71. num.3.

5) Ibid. cap. 64. et lib.I. cap. 86.

atqne dementia. 1. Pietas enim sive misericordia est compassio alienae calamitatis, et ad eam relevandam impellit. Clementia vero est quaedam animi lenitas in poenis irrogandis, movetque ad eas minuendas aut sublevandas. 2. Tantum porro abest, ut cum his virtutibus componantur aeternae poenae, ut potius Deum ipsarum auctorem saevum atque crudelem exhibeant. Etenim crudelem, ut inquit Bayle, ex innata quadam nostris animis pietate existimamus exhorremusque judicem aut principem, qui lento igne punit reum, ut diutius horrendus ille cruciatus perduret. Supremum, quod sontibus per judicum sententiam inferri solet supplicium, plerumque brevissimo absolvitur tempore; nec ulla civilium gentium auctoritas approbat, quod diutino tempore torqueantur, quos nece condemnant; et nemo est, qui non commoveatur, et non excandescat in carnificem, qui non uno tantum ictu, sed altero aut tertio vel quarto caput abscindat. Quanto igitur magis saevitiam praeferret et crudelitatem Deus, si infelices damnatos sic plecteret, ut non unius aut alterius diei, sed aeterno igne crementur? 3. Si huc accedat, ex communi omnium philosophorum consensu, aequum judicem in inferendis poenis communem utilitatem sibi tamquam finem praestituere debere, juxta celebre illud effatum, quod Seneca laudat, *De clementia,* lib. I: *Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur,* demonstratum jam ac certum est, non posse Deum in poenis aeternis indigendis saevitiae notam effugere, quia non puniret reos ad emendationem ac correctionem, sed punitionem ipsam quaereret propter se, in eaque propter se delectaretur, cum nulli futuri sint in aeternitate, qui ex reproborum poenis utilitatem aliquam percipere possint. Ergo.

789. Resp. *Neg. antec.* Ad 1. *D.* Ita tamen ut Deus illas erga omnes et semper et eadem ratione exercere minime teneatur, *C.* ut erga omnes semper et eadem ratione teneatur eas exercere, *A".* Aliud enim est in Deo has proprietates seu dotes inveniri, de quo dubitari nequit, aliud vero est earumdem exercitium et exercitii modus. Siquidem, ut praeclare observat s. Thomasb, ad hoc, ut tum severitas tum clementia virtutes sint, *secundum rectam rationem esse debent;* hinc, cum Deus jam pridem clementiam atque pietatem erga homines vel angelos viatores exercuerit, j-uxta consilium sapientiae suae rectissimamque rationem, potest impios, nullum virtutum istarum detrimentum faciendo, in iis cruciatibus perpetuo deserere, in quos ipsi se conjecere, eorumque minime lenire dolores, qui sunt effectus necessarii vitae anteactae, juxta ea, quae in probationibus dicta sunt.

790. Ad 2. Resp. I. *Neg.* Ad id porro, quod additur a justitiae humanae exemplo petitum, atque ex sola imaginationis nostrae ludificatione auctum, dico illud nimis probare; alioquin, si quid evinceret, sequeretur neque

6) II. 2. qu. 157. art. 2. ad L

diu, ut origeniani contendebant, et plerique ex adversariis nostris ultro contendunt, impios posse poenas dare, sed vix unico temporis momento ipsorum cruciatus absolvi debere.

Resp. IΓ. *D.* Si haec Dei cum ipsis agendi ratio delicti mensuram excederet, *C.* si non excedat, Λ. De Deo porro hoc sentire nefas est, qui in poenis inferendis non solum numquam praetergreditur mensuram seu modum, quem peccatorum gravitas exposcit, sed praeterea neque hunc modum ad amussim attingit; quare receptum est illud in scholis effatum, Deum punire *citra condignum.* His addendum, nihil, ut diximus, ab ecclesia definitum circa harum poenarum naturam, quae praeter intrinsecas et necessario ex ipsa culpa profluentes, damnatis positive inferuntur. Hinc Bayle plus aequo suae imaginationi indulgens, haec ad dogma de aeternitate poenarum impugnandum frustra intorquet.

791. Ad 3. *D.* Censeretur crudelis judex humanus, cujus finis potissimum est, bonum exterius reipublicae procurare ac subditos in officio continere, *C.* Deus, *subd.* si posset velle punitionem propter seipsam, *Tr.* si ex amore justitiae, in quo solum delectatur, et in quem tendit, *N.* Optime s. Thomas: *Est autem concedendum,* inquit, *quod poenae inferantur a Deo non propter se* (id est, propter ipsas poenas), *quasi in ipsis Deus delectetur, sed propter aliud, scilicet propter ordinem imponendum creaturis, in quo bonum universi consistit. .. infligit igitur Deus pro quibusdam peccatis poenas aeternas, ut debitus ordo servetur in rebus, qui ejus sapientiam demonstrat.* 7 Alibi duplicem profert causam, ob quam poenas aeternas in statu aeternitatis minime inutiles fore ostendit: *Sunt enim,* ait, *utiles ad duo: primo ad hoc, quod in iis divina justitia conservetur, quae est Deo accepta propter seipsam, unde Gregorius, lib. IV. Dialogorum: Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur; quia autem justus est, ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. Secundo ad hoc sunt utiles, ut de his electi gaudeant, dum in his Dei justitiam contemplantur, et dum se evasisse eas cognoscunt* etc.8* Addo et hanc difficultatem evanescere, si ea accurate perpendantur, quae in probationibus attulimus.

792. At, dices, ea est poenarum natura, ut ad resipiscentiam tandem et correctionem reum adducant. Quis porro sibi persuadeat, Deum, adeo

7) *Contra gentes,* lib. III. cap. 144. Grotius praeterea, *De jure belli et pacis* cap. 20. ostendit nullum habere locum quoad Deum hoc Platonis effatum, quod a Seneca adeo commendatur. Sic enim loquitur: .Nam homo ita homini alteri ipsa consanguinitate alligatur, ut nocere ei non debeat, nisi alterius boni consequendi causa. In Deo alia res est, ad quam Plato dictam sententiam male extendit. Dei enim actiones nili possunt ipsi summi dominii juri, praesertim ubi meritum speciale accedit, etiamsi finem nullum sibi proponat extra ipsas, ita ut, cum impium punit, non alio fine hoc faciat, quam ut puniat, seu puniendo justitiam demonstret, etiamsi ad neminem exemplum pertineat.ll

8) *Suppiem.* qu. 99. art. 1. ad 4.

misericordem et clementem, nullo pietatis sensu erga miseros permotum iri, nec eorum auditurum gemitus et clamores, ut veniam sceleribus concedat?

793. **Resp.** I. Perperam supponere adversarios, hujus salutaris resipiscentiae capaces esse reprobos, qui, utpote in termino constituti, meriti ac demeriti incapaces sunt, gratia praesertim privati, quam ipsis Deus dare non tenetur.

Resp. II. Eosdem perperam item supponere, omnes poenas medicinales esse, et ad correctionem delinquentis infligi, cum saepe ad instaurandum perturbatae justitiae ordinem infligantur.

794. III. **Inst.** Negari demum non potest ejusmodi dogma adversari divinae justitiae. Etenim juxta immutabilem justitiae legem sua debet esse inter culpam et poenam proportio aut aequalitas, ut scilicet nemo amplius puniatur, quam meritum ejus exposcit; atqui nulla est, nec intelligi potest proportio aut aequalitas inter culpam momentaneam aut temporariam et poenam sempiternam; ergo injurii Deo sunt, qui hujusmodi poenas ab illo inferendas existimant, *omnemque destruunt divinae aequitatis ideam.* [9] Ergo.

795. **Resp.** *Neg. antec.* Ad probat. *D.* Nulla est proportio aut aequalitas, spectato tempore peccati et poenae duratione, *C.* spectato reatu culpae et poena inflicta, *AI.* Duplex enim spectari debet proportio aut aequalitas inter culpam et poenam: altera, quae exurgit ex personajaedente et persona laesa, et ex hac parte, ut mox dicemus, proportio servatur inter culpam lethalem et poenam aeternam; altera, quae inter majorem vel minorem delicti gravitatem et inter majorem vel minorem poenae acerbitatem consistit, et in hac pariter servatur proportio. Nulla autem requiritur inter durationem peccati et poenae inde consequutae; alioquin furtum, adulterium, homicidium aliaque ejusmodi scelera non deberent nisi uno temporis instanti puniri; cum tamen certum ac receptum sit in societate ipsa politica, illa perpetuo quandoque carcere vel exilio, quandoque etiam morte ipsa mulctari, in qua non occisionis tempus spectandum, sed perpetua potius e viventium societate ablegatio, quae poenae divinitus inflictae aeternitatem adumbrat ac repraesentat. Falsum igitur est, quod assumebatur, vel injuriam Deo irrogari, vel destrui omnem divinae aequitatis ideam ab iis, qui revelatione duce poenarum aeternitatem a Deo infligendarum propugnant.

796. IV. **Inst.** Atqui per hanc doctrinam omnis prorsus divinae aequitatis notio destruitur: 1. Siquidem praecipua ratio, cur catholici poenis aeternis delinquentes plecti debere autument, huic innititur principio: *Numquam posse in damnatis cessare calamitatem, quia numquam ipsi possunt cessare a malitia.* Quod tamen principium falsum esse multis argumentis patet. Docet enim recta ratio, posse semper creaturas cessare a malitia, quoniam

9) Ita auctor operis, cui titulus; *Religion essentielle.*

vel destrui a Deo possunt, vel converti quolibet temporis momento; quod si a malitia revera cessare non possunt, hoc ipso cessant, quod cessare non possunt, sicut amentes, qui ideo peccare jam desinunt, quia vitare peccatum nequeunt. Sed dato, quod invecta per culpam subversio semper in damnatis perseveret, frustra inde colligitur et ipsam poenam perseverare semper debere; 2. debitum quippe poenae extingui potest per *satispassionem,* ut vocant, ad quam non requiritur voluntaria acceptatio poenae, sed mera ipsius tolerantia, ut evincitur ex poenis, quae in delinquentes ab humanis judicibus inferuntur. Quamquam enim reus aut furti aut homicidii a prava voluntate non recedat, iinmo in ea constanter perseveret, ac poenam sibi per leges inflictam iniquo animo subeat, non idcirco magis punitur, quam puniri meretur et solet, si, deprehensus in scelere, ejusdem statim poeniteat et illatam poenam libenter sustineat. 3. Altera ratio, cur catholici censent aeterna poena jure culpam lethalem puniri, petitur ex offensa vel injuria infinitae malitiae, quam peccator Deo irrogat; at neque haec ratio magis solida est: tum quia non desunt catholici theologi, qui absolute negant injuriam proprie dictam per peccatum Deo irrogari, eamque, si reipsa irrogetur, neque subjective, ut ajunt, neque objective simpliciter esse infinitam seu infinitae malitiae; 4. tum praeterea quia certum est, malitiam aut minui aut augeri pro majori minorive cognitione ejus, qui offendit; cognitio vero, quam nos de Deo habemus, adeo imperfecta et exigua est, ut pene nulla dici possit, ideoque et malitia peccati, 5. praesertim cum peccata nec Deo invito patrentur, cui propterea nulla fit injuria, juxta receptum a philosophis effatum: *Nullus patitur injustum volens:* 6. facultas vero peccandi non a peccatore, sed a Deo ipso sit, qui illam praebuit et conservat. 7. Adeo haec hominum mentibus alte insculpta sunt, ut propterea aeternitas poenarum, quae praedicatur, vix conferat ad delinquentium numerum minuendum; neque enim honestiores probioresque catholici sunt, qui ejusmodi aeternitatem se credere profitentur, quam ceteri, qui ejusmodi dogma rejiciunt. Ergo.

797. **Resp.** *Neg. min.* Ad 1. Etsi illa ratio ex iis sit, quae a nonnullis theologis afferri solet ad ostendendam justitiae divinae aequitatem in reprobis puniendis, ea tamen nec sola nec praecipua est, eamque nos ne attigimus quidem. Sed hoc etiam dato, negamus, falsum esse ejusmodi principium in subjecta materia, dummodo rite intelligatur; neque contrarium evincunt, quae ab adversariis allata sunt.

798. Quamvis enim in primis fieri possit absolute, ut dicitur, atque spectata Dei omnipotentia, ut ejusmodi reprobi vel converterentur vel destruerentur; videndum tamen superest, an Deus ad alterutrum teneatur, aut saltem velit. Primum vero numquam adversarii ostendent, eo ipso quod de Dei natura et attributis nonnisi imperfectam et inadaequatam cognitionem habeant; alterum vero scire non possunt nisi per manifestationem divinae

voluntatis; jam vero Deus revelatione contrariam suam manifestavit voluntatem. Aut igitur adversarii divinam revelationem admittunt aut rejiciunt: si rejiciunt, in summa versantur ignorantia; si admittunt, do contraria Dei voluntate omnino constat. Ergo nihil evincunt in qualibet hypothesi.10)11

799. Illud vero, quod subdunt, cessaro reprobos a malitia hoc ipso quod cessare non possunt, concedi ipsis potest, si agatur de malitia *actuali,* ast falsum est, si sermo sit de malitia praeterita, quae jugiter et virtualiter perseverat. Ludunt igitur in verborum aequivocatione adversarii, dum autumant, juxta nos in perpetuum puniri damnatos, quia reprobi in damnatione detrusi semper actualiter peccant, quod tamen falsum est, quum talis minime sit sensus scholastici illius effati. Ideo autem theologi docent semper peccare damnatos, ac propterea semper puniri, quia virtualiter in ipsis perseverat perversa illa voluntas, quae in illis, cum adhuc in vivis agerent, jamdiu inerat, per quam, Deo ultimo suo fine posthabito, adhaeserunt tamquam ultimo fini creaturis, quae quidem voluntas salutariter mutari in ipsis non potest, quia in termino constituti sunt, ex defectu gratiae, quam Deus, ut diximus, conferre ipsi^ non tenetur, praesertim quod revelatione novimus, numquam illum hanc ipsis esse daturum. Atque hinc responsio patet ad exemplum adductum amentis.11

800. Ad 2- *D.* Si debitum ejusmodi naturae sit, ut possit extingui, *C.* si sit inextinguibile, A' Porro ex dictis patet, numquam posse per^poenam extingui debitum, quod reprobi contraxerunt per suam culpam, quae jugiter perseverat. Cum autem poena a Deo infligatur ad restituendam in pristinum subversam aequalitatem ordinis, quam culpa invexit, evidens est, ejusmodi aequalitatem seu justitiae reparationem aliter induci non posse, nisi tamdiu rebellis creatura deprimatur per poenam, quamdiu adversus Creatorem et ordinem ab eo constitutum insurgit per culpam, et tamdiu puniatur contra suam voluntatem, quamdiu per pravum affectum reluctatur Dei voluntati; cum vero haec salutaris conversio absque gratia, quae tamen ei non datur, fieri nequeat, sequitur, poenam infligendam aeternam fore. Atque hinc negatur paritas deducta ex exemplo humanae justitiae, cujus officium cum sit,

10) Cf. de hoc argumento Tertull. lib. *De resurr. carnis,* cap. 35.

11) Cf. Lessius, *De justitia et ira Dei,* cap. 25. n. 164 et seqq. ubi exponit, quo sensu effatum illud theologicum accipi debeat. Inter cetera, num. 165. scribit: xEliamsi semper peccent *(damnati),* non tamen punientur ob illa peccata, cum sint extra statum merendi et demerendi; sed solum punientur propter actum peccati, quem fecerunt in vita, quem vellent se numquam fecisse, et vehementer de eo dolent, quatenus tantorum malorum ipsis causa extitit, et si possent, omnibus modis cuperent pro eo satisfactionem justam exhibere. Quod autem semper peccent, id provenit ex desperatione, quia sciunt se numquam liberandos; ac proinde jam supponitur poena aeterna propter solum actum praeteritum decreta."

ut politico tantum ordini ac quieti prospiciat, nec potest nec debet totum id removero, quod pravum ac inordinatum est. 12

801. Ad 3. *D.* Rite intellecta, *C.* perverso sensu, ut adversarii faciunt, *N.* Negamus praeterea ejusmodi rationem, ubi recto sensu accipiatur, solidam non esse. Quod si nonnulli theologi subtiles aliquot quaestiones excitarunt, utrum scilicet ad justitiae rigorem injuria proprie dicta in Deum per peccatum irrogetur nec ne aliasque ejusmodi, hae minime officiunt rei substantiae 13; in eo autem omnes consentiunt, gravem offensam Deo per peccatum inferri, et hominem per grave peccatum averti a Deo ultimo fine suo, ac propterea sese reum aeternae damnationis constituere.

802. Verum parum interest, peccatum seu culpam neque subjective neque objective esse simpliciter infinitam. Neque enim ex eo singillatim inferimus aeternitatem poenarum, quod culpa infinitae malitiae sit, quod facile damus, sed potius ex eo quod voluntarie homo per culpam averterit se a Deo, ultimoque se fine privaverit, quemque ex se recuperare amplius nequit, nec Deus adjumentum ad ipsum recuperandum dare teneatur; ut si quis se e turri dejiciat, quantum ex se est, in eo statu se constituit a quo numquam liberare se poterit.

803. Ad 4- *D.* Et ex hoc illud solum infertur, malitiam peccati, quae augeri aut minui potest, non esse simpliciter infinitam, *C.* non esse quadantenus infinitam, seu, ut scholae loquuntur, *secundum quid,* quae proinde majorem aut minorem gradum admittere potest, *N.* Apposite s. Thomas ait: *Peccatum... infinitatem quamdam habet ex tribus: primo ex infinitgte^divinae majestatis, in quantum offensa fuerat per contemptum inobedientiae; quanto enim major est, in quem peccatur, tanto gravior est culpa* etc. 14 Neque obest, quod personam offensam, scilicet Deum non nisi imperfecta atque inadaequata ratione cognoscamus; satis enim est, ut sciamus ipsum esse finem ultimum, et per peccatum graviter offendi 15, quod in omni lethali culpa supponitur.

804. Ad ô. *D.* Id est, Deo non resistente, seu non impediente, *C.* positive consentiente, A7. Peccata profecto non patrarentur, si Deus ea non permitteret; aut si ea impediret. Verum ex eo quod Deus ea non impediat,

”) Cf. s. Thom. I. 2. qu. 87. art. 1 et seqq. nec non ibid. qu. 72. art. 5.

I3) Conf. Vasquez, *Comment, in I. 2. s. Thom.* Disp. 140. n. 19. Sed vid. Lessius, *De divinis perfect.* Lib. XIII. cap. 25 et 26.

H) Tum part. III. qu. 1. art. 2. ad 2. turn in III. Dist. 20. qu. 1. art. 2.

,s) Notum est, voces *offendi, offensionis,* in sensu translato accipi, praesertim cum de Deo sermo est, qui certe proprie non potest offendi peccatis nostris, sed eo sensu usurpari has voces, quatenus perlegis transgressionem injuria Deo irrogatur, et quidam saltem virtualis Dei contemptus ostenditur, ut passim theologi post s. Thomam admonent.

minime sequitur, Deum in ea consentire eaque approbare. Ut enim effectus, qui omissionem subsequitur, seu ex ea provenit, sit alicui voluntarius, necesse est ut in omittente aut non impediente debitum aut obligatio sit non omittendi ac impediendi; hanc vero obligationem aut debitum Deo inesse, numquam evincent adversarii; quin potius fines altissimos Deus habet peccata non impediendi, ut ex iis constat, quae suo loco disseruimus16; ideoque nullum hic locum habet, quod objicitur effatum: *Sullus patitur injustum volens.*

805. Ad 6. *D.* Id est, libertas, quae in se bona est, et in bonum finem nobis est a Deo concessa, *C.* quae in se mala sit, aut data in malum finem, *N.* Nam praeter Dei intentionem homo abutitur dono, quo, si divina opitulante gratia bene uteretur, aeternam posset sibi felicitatem comparare, prout reipsa ad eamdem felicitatem adipiscendam ei fuit a Deo libertas concessa, ut superius ostendimus.

806. Ad 7. *D.* Ex defectu seriae earumdem poenarum considerationis, *C.* ex defectu sui, A' Per se enim, ut patet, efficacissimae sunt ejusmodi comminationes ad homines in officio continendos, et sunt validissima divinarum legum sanctio; quod si homines, ut cupiditatibus suis liberius indulgeant, ab iis mentem et cogitationem divertunt, quid mirum, si exiguus sit ipsarum effectus et fructus? Etsi ignis natura sua ad comburendum et ad calefaciendum comparatus sit, attamen, si vel materia ipsi non admoveatur aut subtrahatur. profecto neque comburit neque calefacit: *Desolatione desolata est omnis terra,* inquit propheta, *quia nemo est, qui recogitet corde·,* et *stultorum infinitus est numerus,* ut ait Sapiens.

807. Sane qui factum est, ut tot ex catholicorum castris, in quibus, si secum ipsae humanae mentes pugnare nolint, peccatum et poenarum aeternarum comminatio componi non possunt, declinaverint, aut ad incredulitatem aut ad protestantismum sive haeresim, nisi ut liberius viverent, et a se excuterent tot conscientiae stimulos? Cur tot in praesentiarum rationalismus progressus apud eosdem protestantes facit? Haec et non alia vera causa est.

808. Denique et illud addimus, adversariorum non esse judicium ferre utrum pauci, an plures ii sint, qui sempiterno gehennali supplicio exterriti meliores fiant, aut justi serventur, cum uni Deo id notum sit. Quin potius instituendo argumentum, ut vocant, *a minori ad majus,* dicimus, si tot tantaque patrantur scelera, non obstante validissima ejusmodi sanctione, hac sublata quid fieret? 17

,e) Tract. *De Deo.* loc. cit.

17j Cf. etiam quae de poenarum aeternitate scripsit P. Rozaven, Soc. Jesu, *L'Église catholique justifiée;* Lyon 1822, pag. 68 et seqq. quod opposuit cuidam neoterico ecclesiae russicae scriptori Stourdza, quondam legato imperii apud Vinariam (Weimar) in circulo Saxoniae. Hic enim auctor veritus non est, omnes verrere sordes socinianorum et incredulorum ad in-

ARTICULUS IV.

DE STATU DECEDENTIUM ABSQUE BAPTISMO.

809. De iis hic agimus, qui priusquam ad rationis usum perveniant, absque salutari lavacro ex hac vita decedunt. Tales sunt omnes infantes, aut qui ex infantiae statu, licet adulta jam aetate, vel egressi non sunt, vel non egredientur ex defectu aliquo physico; cujusmodi sunt, qui vulgo *cretini* aut *maccones* nuncupantur, perpetuo amentes etc. De reliquis enim adultis alibi recurrit sermo.

810. Porro de infantibus et de iis, qui infantibus aequiparantur, absque baptismo morientibus, sancita haec sunt a duobus conciliis oecumenicis, nempe lugdunensi II. et florentino: *Credimus . . . illarum animas, qui in mortali peccato vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.l* Ex quibus discimus: 1°. de fide esse parvulos ejusmodi in infernum post mortem descendere seu *damnationem subire;* 2°. poenis illos et peccatores adultos *disparibus* puniri. Reliqua autem, quae spectant sive ad hunc inferni locum, sive ad poenarum disparitatem, seu in quo haec disparitas ponenda sit, vel ad parvulorum statum post judicii diem, fidem nullo modo attingunt, cum nullum de his ecclesiae decretum existât. Patres proinde ac theologi in diversas sententias dilabuntur.

811. Prima sententia respicit poenam sensus. S. Augustinus enim, quem fere omnes posteriores latini patres sequuntur, praesertim vero s. Fulgentius, lib. *De fide ad Petrum,* cap. XXVII. passim docet, hos infantulos ad *ignem aeternum* damnatum iri, sic in *Serm. CCXCJV.* n. 3 et seqq. alias XIV. *De*

firmandum hunc fidei articulum. Attamen se membrum jactat ecclesiae dictae orthodoxae *(schismaticae).* Nec mirum est, cum enim in ecclesia russica nullum jam subsistat principium unitatis, in iis praesertim quae ad fidem spectant (siquidem in ceteris supplet gubernium), hinc plures pro libilo dant principia lutherana, quandoque etiam sociuiana tamquam doctrinam ecclesiae russicae. Nemo tamen hiscit; salis enim illic est ut alienos se ostendant ab ecclesia catholica; quaccumque demum quisque doctrinae principia profiteatur, parum interest. Expendemus suo loco discrimen, quod Philaret, quondam in academia pelropolitana professor, nunc metropolila Moscoviae, autumat intercedere inter ecclesiam graecam schismaticam et ecclesiam latinam in fidei professione. Hunc recte vocaveris novum ecclesiae graecae Cyrillum Lucarim, seu novum fidei ecclesiae graecae proditorem, ut ostendemus.

*) Apud Hard. *Collect. Concil.* tom. VIL col. 695 et seqq. ubi verba recitata habentur ex cone. lugd. II. in fidei professione facta ab imp. Michaele Palaeologo nomine totius ecclesiae graecae: *Πιστεύομεν . · .* ĭ'κiiĭ'ωρ ὑέ *τά* ψυγάi τών *iv ^avaaiuiQ αμαρτήματα η μετά μόνη τή -ροπατερική άποχωρηβάντων, παραυτίκα* ει *τον αδην καταβαίνειν, ποιναΐ άνίβοι τιμωρη^ησομίνα .* Eadem porro verba usurpata inveniuntur in *Decreto Unionis,* concil. florent, collât. XXII. ibid. tom. IX. col. 986.

verbis Apostoli, et Operis imperf. lib. III. cap. CXIX. Declarat porro s. Doctor in *Enchirid.* cap. XCI1I2, tum *De peccat. meritis,* lib. L cap. XVI. n. 21, tum *Contra Julian,* lib. V. n.44. eosdem *in damnatione omnium levissima* futuros3; immo adeo mitem vult esse ejusmodi damnationem, ut anceps haereat in definiendo, an eis, *ut nulli essent, quam ut ibi essent, potius expediret. 4* Haeret praeterea ibidem circa poenarum *qualitatem* et *quantitatem* eorumdem infantium; siquidem profitetur, *definire se non posse, quae, qualis et quanta erit* haec poena.5

812. Patres graeci videntur solam poenam damni pueris non baptizatis tribuere. Inter eos eminent s. Gregorius nazianzenus et s. Gregorius nyssenus. Primus enim in *Orat, in sanctum baptisma* dicit, ejusmodi pueros *nec coelesti gloria nec suppliciis a justo judice afficiendos6;* alter vero, *Orat. De infantibus, qui praemature abripiuntur,* ait: *Nam immatura mors infantium, neque in doloribus ac moestitia esse eum, qui sic vivere desiit, intelligendum esse nobis suggerit. 7*

813. Nec magis inter se cohaerent scholasticorum ac theologorum placita. Etenim Petavius ex citato concilii florentin! decreto censet, de fide esse parvulos poenis^=£nsus addici 8; contra vero Vasquez non solum putat veram esse contrariam sententiam, sed refert nonnullos scholasticos censuisse, definitum esse, poenam peccati originalis in sola visionis beatificae privatione

') Ubi ait: *Mitissima sane omnium poena erit eorum, qui praeter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt.*

5) Scribit praeterea ibidem: «Ego non dico, parvulos sine Christi baptismate morientes tanta poena esse plectendos, ut eis non nasci potius expediret, cum hoc Dominus non de quibuslibet peccatoribus, sed de scelestissimis et impiissimis dixerit." Demum concludit: .Quis dubitaverit parvulos non baplizatos, qui solum habent originale peccatum, nec ullis propriis aggravantur, in damnatione omnium levissima futuros?·

4) Ibidem.

5) In epistola autem, quam scripsit ad s. Hieronymum, quae est 131. inter hieronymianas, edit. Vallars. n. 16. aperte suam hac in parte animi perplexitatem patefacit, dicens: «Sed cum ad poenas ventum est parvulorum, magnis, mihi crede, coarctor angustiis, nec quid respondeam prorsus invenio.“ Attamen card. Norisius in *Vindiciis Augustinianis,* tom. I. pag. 981. edit. Veron. 1729, quod definire s. Augustinus non potuit, diligenter prorsus determinat, affirmans quod ex Augustino poena *lenissima ac mitissima erit ab igne calefaciente cum aliqua molestia pueros, sed non eosdem ustulante . — cum pueri haereditarii tantum criminis rei sint, calore ad molestiam usque ac dolorem incutiendum intenso affligentur.* Nescio tamen quo thermometro usus sit ad hos gradus caloris et inlensitatis tam accurate determinandos.

6) Quae est XL. n. 21 : *Τονt δε μήτε δοΕαοθήσείθαι, μήτε κολασθήϋεσθαι περί τον δικαίου κριτοϋ.*

7) *Ἡ γάρ ἀωροί τελευτή τών νηπίων οϋτε Iν αλγεινού είναι τον οϋτω τήν 2ωήν πανοάαενον νοεΐν υποτίθεται.* Pag. 770. tom. Π. edit. Paris. 1615.

8J *De Deo,* lib. IX. cap. 10. §. 10 et seqq. Hic desideranda videtur summi viri sagacitas, dum non animadvertit concilii florentini definitionem proprie cadere in vocem *mox,* non autem in qualitatem poenarum, de qua tunc non disceptabatur.

consistere, ab Innocentio III. liie verbis: *Poena originalis peccati est carentia visionis Dei} actualis vero poena peccati est gehennae perpetuae cruciatus.* 9 Scholarum autem principes Petrus Lombardus 10, s. Thomas n, s. Bonaventura ‘a, Scotus 13 et ingens antiquorum acies, qui eos secuti sunt, si unum fortasse excipias Gregorium arirninensem, cui propterea nomen inditum esse *tortoris infantium* refert Paulus Sarpius 14, communi suffragio infantes non baptizatos a sensus poena eximunt, ac solam poenam damni iisdem reservant.

814. Verum et circa hanc ipsam poenam damni theologi minime inter se consentientes inveniuntur. Aliqui enim cum Bellarmino 15 arbitrantur, ejusmodi infantes tristitia aliqua ex ea privatione affici: alii autem cum s. Thoma id aperte negant16; immo eo usque progrediuntur Catharinus 17 et card. Sfondrati18, ut omnimodam naturalem felicitatem, quae tum ad animam in praesentiarum, tum ad corpus post resurrectionem, pertinere possit, iisdem tribuant. Quemadmodum vero card. Norisius gradus combustionis accurate determinavit, sic isti determinarunt gradus felicitatis et beatitudinis.19 Bellarminus postremam hanc sententiam fidei adversari autumat20; at contra Petrus Godoy Ord. Praed. oxomensis episcopus: *Sententia* inquit, *concedens parvulis naturalem beatitudinem nullam censuram contra fidem meretur* 21; immo et a temeritatis nota illam alienam esse affirmat.

815. Quid igitur dicendum in tanta sententiarum discrepantia? Haec scilicet: 1°. de fide esse parvulos non baptizatos e supernatural! beatitudine in perpetuum excludi, quod mox vindicabimus adversus protestantes et socinianos; 2°. de fide non esse, eos pati vel non pati poenam sensus, tum ante

9) In cap. *Majores, §. Sed adhuc, De baptismo et ejus effectibus.* Cf. idem Vasquezius, *Comment. in 1. 2. s. Thomae,* tom. I. disp. 134. cap. 3. η. 7.

.*·) In II. *Sent.* dist. 33.

?*) In loc. cit. Magistri Sent. qu. 12. art. 1.

*’) In loc. cit. Petri Lombardi, art. 3. qu. 1. tom. IV. opp. edit. Rom. 1589.

Ibid, quaest. unica, opp. tom. VI. pars secunda, edit. Lugd. 1639.

H) Storia del Concilio di Trento, lib. II. ubi agit de 9. art. proposito discussioni circa peccatum originale. Sed ante ipsum jam Dom. Soto, *De nat. et gratia,* loc. I. cap. 14. scripserat: «Augustinus plus justo videtur torquere parvulos. Unde, qui ejus sententiae subscribunt, perpauci sunt, ct tortores parvulorum nuncupantur." Edit. Salmant. 1577.

15) De amiss, grat. lib. VI. cap. 6.

,6j *Quaest.* V. *de malo,* art. 2.

*7) Lib. *De statu puerorum sine baptismo decedentium.*

*IS) *Nodus praedestinat, dissolutus,* part. I. §. 1. num. 23, el iterum §. 2. n. 16. nec non Albertus Pighius et Hieronymus Savonarola, apud Bellarm. lib. cit. cap. 1. n. 5, aliique apud Godoy, loco mox cit. §. 3.

*’) Cf. cit. auctores et Bellarm. loc. cit. cap. 3. n. 19, et cap. 2. n. 42, et apud De Rubeis, *Diss, de pecc. orig.* cap. 74-

’°) Loc. cit. cap. 2. n. 1.

ai) In L 2. qu. 83. *De peccato orig.* tract. 4. disp. 38. §. 8. η. 146. Dignus est qui consulatur Leon. Lessius, *De perfect, divinis,* lib. XIII. η. 143.

tum post resurrectionem; 3°. de fide non esso, hos parvulos aliqua affici tristitia ex privatione visionis beatificae; 4°. permiscendam non osse sententiam illorum theologorum, qui beatitudinem aliquam naturalem pueris non baptizatis concedunt, cum errore pelagianorum; quia, etsi daretur, secus ac Bolgenio videtur, pelagianos naturalem beatitudinem ejusmodi parvulis concessisse, non autem supernaturalem ”, attamen immenso adhuc intervallo discrepat haec theologorum sententia ab errore pelagiano. Etenim pelagiani, ut ex universo ipsorum systemate constat, hanc beatitudinem infantibus sine baptismo decedentibus tribuebant *sine marte peccati,* ita ut exclusio ab intuitiva Dei visione non haberet rationem *damnationis* neque *poenae* damni, sed esset naturalis illorum puerorum conditio. Contra vero theologi, do quibus loquimur, hanc ipsam naturalem beatitudinem cum *morte peccati* aperte adstruunt: ac propterea exclusionem a gloria supernaturali tamquam *poenam ac damnationem* habent. Quapropter merito a Pio VI. in Const, dogmatica: *Auctorem fidei,* synodi pistoriensis propositio, quae est XXVI. et quae ita se habet: *Doctrina, quae vdut fabulam pdagianam explodit locum illum inferorum (quan limbi puerorum nomine fideles passim designant), in quo animae decedentium cum sola originali culpa, poena damni citra poenam ignis puniantur, perinde ac si hoc ipso, quod qui poenam ignis removent, inducerent locum illum et statum medium, expertem culpae et poenae, inter regnum Dei, et damnationem aeternam, qualem fabulabantur pelagiani, falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa declaratur.* 23

816. Ex animadversione autem postremo loco posita, via patet, qua

M) Bolgeni, *Stato dei bambini morti senza battesimo,* part. II. cap. 2. Macerata 1787. Sed cf. Petavius, lib. II. *De Deo,* qui est primus *De praedest.* cap. 10 et 11, nec non in lib. *De pelagian, et semipelagian. haeresi,* cap. 5.

”) Non dubito, quin auctores illi catholici, qui fortasse nimis acerbe hanc opinionem perstrinxerunt, mitius saltem de ea locuti fuissent, si hoc sedis apostolicae oraculum jam prodiisset. Ita Petavius. qui locis cit. praesertim *De Deo,* lib. IV. cap. 10. §. 8. affirmare non dubitat, eos, qui negant poena ignis infantes cruciari, *calumniandae Scripturae ac novae haeresis occasionem* subministrare; immo vero etiam Bcrti, qui in dissert, quam inscripsit: *Delia dotlrina teologica contenuta nella divina commedia di Dante,* de Aligherio conqueritur, quod infantes in primo potius inferorum circulo collocaverit, ad quem inferni flamma non pertingit, quam in secundo, dicens: nNostra opinione ella è, salva la riverenza al Maestro delle sentenze, ali' angelico s. Tommaso, al sottilissimo Scoto, al serafico s. Bonaventura e ai loro dotti seguaci meritevolmente dovuta, che nel *prossinw cerchio, dove stride* inoltre la flamma, rinchiudere que' pargolelti e que' gentili si debbano. . . Bifiuta di vantaggio (Dantes) *la fallace* dotlrina d'altri scrittori, che di qualsivoglia dolore gli credeltero affalto privi Г*talis est sententia s. Thomae),* quasi laggiù nel limbo, con puerili traslulli divertendosi, giuocar sogliano a pari e caflb, ed una canna, ovvero un baslone aggavignando, andarsene a caval· luccio, siccome de' viventi fanciulli canto il Venosino: *Ludere par impar, equitare in arundine longa.'·* Vid. Dante Oper. edit. Venet. Zatta, vol. III. Ergo, ne talia dicantur de ejusmodi pueris, debebunt ipsi flammis stridentibus aeternum comburi?

facile inter se concilientur diversae et ad Hpeciem contrariae theologorum sententiae circa Btatum horum infantium. Sub duplici enim respectu spectari potest ejusmodi status, nempe aut *in se* aut *relative,* ut ajunt. Si spectetur *relative* ad supernaturalem beatitudinem, ex qua per peccatum originale infantes exciderunt, habet talis status rationem poenae et damnationis, sunt praeterea ejusmodi infantes a Deo saltem negative aversi etc. Si vero spectetur idem status *in se,* sive *absolute,* cum per peccatum, ut suo loco expendimus, de naturalibus nihil amiserint, talis erit ipsorum conditio, qualis fuisset, si Adam neque peccasset, neque elevatus ad supernaturalem statum fuisset, id est, in conditione purae naturae. *Sibi* (Deo) *conjunguntur per participationem*, inquit s. Thomas, *naturalium bonorum; et ita etiam de ipso gaudere poterunt naturali cognitione et dilectione.*[25]

817. Ex quibus patet, s. Thomam his infantibus tribuere bona naturalia et aliquem naturalem Dei amorem et gaudium, prout animadvertunt Th. de Lemos [26] et Billuart. [27] Angelicus Doctor [28] praeterea fusius ostendit, hos parvulos nullam subire poenam sensus, et auctoritati desumptae ex Matth. XXV. respondet, neque ad infideles, neque ad ejusmodi infantes *judicium* illud *discussionis* bonorum et malorum operum pertinere, in quibus fides non est fundamentum meritorum omnium [29]; item vult voces *supplicii, tormenti, gehennae, cruciatus aeterni,* quibus designant Auctor Hypognostici, Fulgentius et Gregorius M. parvulorum statum, *esse large accipiendas pro poena, ut accipiatur species pro genere, sicut etiam in Scripturis quaelibet poena figurari consuevit.* Addit insuper: *Ideo sancti tali modo loquendi usi sunt, ut detestabilem redderent errorem pelagianorum, qui asserebant, in parvulis milium peccatum esse, nec eis aliquam poenam deberi.* [30]

818. In quaestione V. *De malo,* pergit ostendere, quomodo infantes

'·) Quam homini dignum est competere, inquit Ambros. Catharinus, *De statu puerorum sine baptismo decedentium.*

2i) In II. dist. 33. qu. 2. ari. 2. ad 5. Cf. etiam Lcssius, *De divin, perfect,* lib. XIII. qui est de justitia et ira Dei, cap. 22. num.143 et seqq.

'*) *Panoplia gratiae,* tom. I. lr. 1. cap. 23. pag. 55. col. 1. Leod. 1676.

In /. 2. s. Thom. tom. IL diss. 7. art. 6. §. 2.

ÎS) In II. dist. 33. qu. 2. art. 1. Cf. De Rubeis, diss. cit. *De peccato origin,* cap. 74; Suarez, *De pecc. orig.* disp. 9. sect. 6.

") In IV. dist. 47. qu. 1. art. 3. ubi ad tert. quaest. scribit: *Infideles condemnabuntur ut hostes, qui consueverunt apud homines absque meritorum audientia exterminari.* Cf. ib. ad quartam quaestionem.

30) Quaest. V. *De malo,* art. 2. ad 1. Cf. etiam De Rubeis, diss. cit. cap. 75. §. 3. Ex his constat scholasticos, qui emollire studuerunt asperas nonnullorum patrum locutiones, eos vidisse ac legisse; ideoque non satis aequum de iis judicium tulisse card. Noris, dum in *Vindiciis August.* pag. 974. edit. Veron. 1729, scripsit: >.Qui *(scholastici)* si in patrum voluminibus tantum studii ac laboris posuissent, quantum Aristoteli explicando impendere, profecto s. Augustini sententiam non obduxissent, neque eorum plcrique pelagianorum opinionem, quod naturalem illam puerorum beatitatem attinet, hominum mentibus tam alte infixissent."

nulla afficiantur tristitia ob amissam beatitudinem supernaturalem, solvitquo eas difficultates, quae obstare videntur. Quarum responsionum sumina ad haec duo praecipua capita revocatur:

I. Pueros illos cognoscere visionis divinae gloriam beatis concessam, ac se ab illa exclusos esse, et hanc privationem esse poenam peccati, aliena nempe Adami voluntate contracti; sed illos tamen *non dolere,* tum quia cognoscunt, se ad illam gloriam consequendam per actus liberi arbitrii *nullam* habuisse *proportionem,* tum quia cognoscunt, se talem poenam incurrisse, quam vitare nullo modo poterant, tum demum quia eorum ratio aut voluntas, cum recta sit, ut ipse loquitur, et nullo obliquata peccato (personali), perturbari non debet de eo, quod in ipsis non fuit, ut vitaretur.

II. Hos pueros cognoscere, ad aliquam beatitudinem sese conditos esse: sed eos minime cognoscere, hanc beatitudinem positam esse *in visione clara Dei;* idcirco ipsos ignorare, tum *se ab illa exclusos,* tum peccatum aliena voluntate contractum, ac poenam inflictam, positamque in privatione visionis divinae, adeoque de ejus amissione *non dolere,* sed hoc, quod per naturam habent, sine dolore possidere.31

819. Nos vero his dimissis, quae salva fide, omnique temeritatis nota seclusa, quilibet tueri ac sequi potest, hoc unum animadvertimus, non esse scilicet permiscendas opiniones privatorum cum ecclesiae doctrina, quae libertam unicuique potestatem facit, quam maluerit, sententiam sectandi. Pessime proinde se gerunt increduli, dum in religionem ac fidem insurgunt, quod dogmata horribilia et rationi contraria credenda proponat, religioni ipsi privatorum theologorum placita tribuentes, quamvis ecclesia numquam ea suo suffragio probaverit32, immo, ut vidimus, eos damnaverit, qui notam inus-

ïl) Cf. De Rubeis, loc. cit. cap. 73. §. 6.

Cf. Spedalieri, *Analisi deW estime critico di Nie. Frerel,* cap. 9- art. 9. §.11 et seqq. item §. 17, ubi in nola *a* scribit: «Il signor Leibnitzio disperando di conciliare questa doltrina (dell' affliggente opinione, che assegna la pena del fuoco al peccato originale di cui si lagnano i deisti) dice, Diss. *De conform, rat. et fidei,* num. 39. pag. 506: Talis igitur fidei triumphus festivis ignibus similis foret, qui post acceptam cladem accendi solent. Huc referenda est doctrina de infantium non baptizatorum damnatione, quam Nicolius velu li peccati originalis consectarium nobis obtrudit. Polrei citare moltissimi altri cretici, che hanno rigettata questa opinione, come Canzio, Steinhofero, ecc. benchè il loro sistemagli obblighi di ammetterla.·* Cf. etiam art. 10. ubi tuetur doctrinam s. Thomae, s. Bonaventurae et Scoti; atque observat, doctrinam s. Thomae circa horum infantium conditionem non esse nisi consectarium doctrinae ejusdem s. Doctoris de possibilitate status purae naturae.

Non abs re erit hic aliud subjicere Leibnitzii testimonium, quod Spedalieri nosse non poterat, cx *Systemate theologico,* ab Emery evulgato, pag. 344: «Limbum infantium, *inquit,* seu locum, ubi animae solam poenam damni, non vero poenam sensus patiantur, non ausim improbare, cum in ecclesia passim defendatur a viris summae doctrinae ac pietatis, ac justitiae divinae satis consentaneus videatur. Neque enim eos laudare possum, qui, quemadmodum ipsi nil nisi extrema norunt, ita etiam Deum facere arbitrantur.·'

serunt doctrinae eorum, qui poenam sensus in ejusmodi infantibus non admittunt.

820. Interim adversus novatores illos et socinianos, qui infantes sine baptismo decedentes aeternam consequi salutem autumant, sequentem statuimus propositionem, quae dogmatica est.

PROPOSITIO.

Infantes ex hac vita sine baptisma decedentes ad aeternam salutem pervenire non possunt.

821. De fide est haec propositio. In symbolo enim nicaeno-constantinopolitano quilibet profiteri tenetur: *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.* Quid statuerint concilia oecumenica lugdunense et florentinum, superius retulimus. His addimus definitionem concilii tridentini, quod sess. V. can. IV. hunc errorem proscripsit: *JSi quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiamsi fuerint a baptizatis parentibus orti A aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, \cpiod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam aeternam consequendam^ . . anathema sit.*

822. Perstringit autem haec postrema definitio non solum Vincentium Victorem, qui autumabat, teste s. Augustino, infantes sine lavacro decedentes

Hic autem animadverto, etsi verum est, quod scribit Bellarminus, *De amiss, grat. et statu pecc.* lib. VI. cap. 2: »Misericordiam nostram erga parvulos jam defunctos nihil eis prodesse, et contra nihil eis obesse sententiae nostrae severitatem, multum autem nobis obessé, si ob inutilem misericordiam erga defunctos, pertinaciter aliquid contra Scripturas aut ecclesiam defendamus; idcirco non affectum quemdam humanum, quo pleriquc moveri solent, sed Scripturae, conciliorum et patrum sententiam consulere et sequi debemus;·' etsi, inquam, haec verissima sunt, attamen, cum Scripturae nihil prorsus de hac ejusmodi parvulorum poena sensibili aperte tradant; cum ecclesiae patres inter se sint discrepantes; cum nemo unquam ex patribus graccis neque ex lalinis ullus, ante s. Augustinum quidpiam de eadem doceant, immo aliqui, ut vidimus, quandam iis naturalem felicitatem tribuant; cum ecclesia nihil definiverit, immo potius censura romani pontifices perstrinxerint eos, qui tamquam pelagianam traducunt illorum theologorum sententiam, qui hos infantes sine poena sensus fore docuerunt; palet nullum periculum in hac sententia tuenda inesse. Ast solliciti praeterea esse debemus, ne sub obtentu rigidioris doctrinae exponamus doctrinam catholicam incredulorum oppugnationibus, qui eam veluli absurdam ob hanc causam traducunt, quod nunc maxime cavendum est Haec porro semper fuit jansenianorum fraus, ut religionem Christianam proderent. Ceterum, si juxta Bellarminum in hac quaestione debemus Scripturas, patres, ut ipse ait, et concilia consulere et sequi, quare haec ipse deserit, vel saltem benigne interpretari adnitilur, dum amovet ab his infantibus poenam sensus, nec nisi animi tristitia ipsos affligi autumat? Nec tamen vel unus est ex vetustioribus qui ejusmodi infantes hac nominatim poena, quae in sola tristitia consistat, puniri asserat.

pervenire ad aeternam salutem, sed praeterea calvinianos, qui docent saltem filios fidelium perventuros ad supernaturalem beatitudinem, eo quod ipsis originalis noxa non imputetur ob eam, quae Abrahao facta est ejusquc semini, promissionem, quos idcirco affirmant *sanctos* nasci et ecclesiae membra. Ferit insuper zwinglianos, quibuscum error Calvini communis est, nec non socinianos, qui, pro certo habentes, nullum contrahi peççatuni originale, indo concludunt baptisma conferri tantum ut signum,, externag. fidei professionis, quo Christiani a reliquis populis diversae professionis secernantur; unde nil mirum, si et ipsi aeternae salutis viam omnibus indiscriminatim infantibus patere asserant, rejiciantque baptismi necessitatem ad salutem consequendam.

823. Jam vero doctrinae catholicae veritatem luculenta evincunt **Scripturarum** ac traditionis testimonia. Pervulgata certe sunt ac decretoria Christi verba Joann. III. 5: JViîi *quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Eadem igitur ratione, qua necessaria est carnalis generatio, quae ex Adam originem trahat, ut quis in hanc vitam nascatur, et contrahat originalem noxam, ita absolutae necessitatis est regeneratio in Christo, ut quis ab eadem culpa liberetur, et vitam aeternam consequatur.

824. Hoc autem sensu accipienda esse allata Christi verba, testis est tota **antiquitas ecclesiastica,** ut patet 1°. ex sollicitudine totius ecclesiae, ne quis infans absque baptismo moreretur, quam nec pelagiani inficiati sunt; 2°. ex vetustissimis synodis in causa pelagianorum celebratis. Etenim in diospolitana synodo Pelagius, ut catholicus haberetur, *anathematizare compulsus est eos qui dicunt: infantes, etiamsi non baptizarentur, habere vitam aeternam. Hac enim negata* (ita arguebat s. Augustinus, *Epist. CLXXXVI. ad Paulinum), quid nisi mors aeterna remanebit?* Sic pariter duae synodi Carthaginiensis et milevitana, anno 416. celebratae, prout legitur in epistola synodica ad s. Innocentium data, haec statuerunt: *Quicumque negat, parvulos per baptismum Christi a perditione liberari et salutem percipere posse; anathema sit.* Hoc autem decretum anno 417. confirmavit Innocentius; 3°. patet ex illis omnibus patribus, quorum testimoniis ostendimus propagationem peccati originalis, quae hic denuo repetere non vacat.

825. Sic porro s. /Yiigustinus urgebat Vincentium Victorem: nemo regnaturus est cum Christo, qui non fiat membrum Christi; nemo autem fit membrum Christi, nisi *aut baptismate in Christo, aut morte pro Christo.*[1] Jam vero, qui non regnaturus est cum Christo, quid ipsi superest, nisi ut in perpetuum arceatur a Christo seu ab aeterna salute? Verum de his iterum, ubi de necessitate baptismi.

[1] Lib. I. n. 10.

DIFFICULTATES.

826. I. Obj. a Calvino, Deus Gen. XVII. 7. Abraham omnium fidelium patrem sic allocutus est: *Statuam pactum meum inter me et te, et inter semen tuum post te in generationibus tuis, foedere sempiterno, ut sim Deus tuus et seminis tui post te;* Christianorum ergo filii, qui sunt ex promissione, sanctitatem habent ex foedero sempiterno, in quo sunt inclusi. 2. Quare testatur apostolus I. Cor. VII. 14.: *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem . . . alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.* Sola igitur alterutrius parentis sanctitate id consequuntur sine baptismo. *Quamobrem,* inquit Calvinus, *sicut judaeorum liberi, quod ejus foederis haeredes* (cum Abraham initi) *facti, ab impiorum liberis discernerentur, semen sanctum vocabantur, eadem etiam nunc ratione sancti censentur Christianarum liberi vel altero dumtaxat parente geniti, et apostoli testimonio differunt ab immundo idololatrarum semine. 2*

827. **Resp.** Ad 1. *D.* Christianorum filii, filii spirituales Abrahae sunt *regeneratione, C.* carnali nativitate, *N.* Alioquin quomodo ad ipsum Abraham mystice spectassent gentes, quae ex ejus semine non erant? Sic judaeorum filii *semen sanctum* etiam ante circumcisionem vocabantur; id tamen ex sola sanctitate- *legali,* non autem ex vera sanctitate, quae eorum animam emundaret, ac idoneam propterea efficeret ad salutem. Hanc autem sanctitatem vel ipsa circumcisione consequebantur, ut nonnulli censent, vel antiquiori apud patres sacramento, quod aeque pro feminis valeret. Quapropter, si hebraeorum filios ante octavum circumcisionis diem ex hac vita decedere contigisset, vel peribant aeque ac pueri nostri, qui sine baptismo moriuntur, vel si adhuc salutem obtinebant, illud argumento est, circumcisionem *non ad salutis praerogativam* Abrahae datam, ut inquit Tertullianus, sed ad characterem tantum exteriorem, quo hebraei a gentibus distinguerentur.

828. Ad 2. *D.* Apostolus vocat sanctos filios a fidelibus parentibus procreatos, sanctitate analogica, dignositiva et improprie dicta, *C.* sanctitate formali, ut ajunt, *N.* Alioquin, cum *sanctificatum* dicat virum infidelem per

U Λ a*-?' ;

') *Instit.* lib. IV. cap. 1. §. 6. Cf. Petav. lib. cit. cap. 11. §. 7. ubi, commemorata Calvini ac Molinaci haeretica doctrina, sic cos perstringit: »Qua ex generali et absoluta definitione, qualem ambo isti concipiunt, sequitur, judaeos omnes, qui Dominum crucifixerunt, ac Judam ipsum traditorem, et sanctos et salvos omnino fuisse, ulpole sanctificatos in utero. Nam ab Abrahamo, Isaaco et Jacobo omnes oriundi sunt viris sanctissimis; quorum proinde filii ct ipsi sancti ex utero, ct horum deinceps posteri ad illos usque, cum eadem sanctitate nati sunt. Ea porro ubi semel animos occupavit, numquam amittitur, et adjunctam habet perseverantiam ac certam salutis possessionem,·· nempe juxta calvinianum principium de inamissibilitate semel adeptae justificationis; §.8. ostendit, quam mirifice cum semelipsis pugnent. Cf. etiam Bellarm. *De amiss, ffrat. et statu pecc.* lib. IV. cap. 14.

mulierem fidelem et vicissim, sanctus habendus esset, et quidem sanctitate proprie dicta, impurissimus Jovis ac Veneris cultor, quod nemo dicet.

829. II. Obj. Sociniani: 1. Durum est innocentes infantes aeternum damnari, 2. atque ab aeterna beatitudine in perpetuum arceri ob culpam non suam; cum per ipsos praesertim non steterit, quominus sibi applicaretur Christi meritum ex defectu baptismi, ad quem pervenire non potuerunt, vel eo quod eos ante diem mors sustulit, priusquam in lucem ederentur, vel ex culpa et infidelitate parentum, quorum aliqui nihil ponitus de ipso baptismate noverunt. Ergo.

830. **Resp.** Ad 1. *D,* Si damnationis nomine significaretur poena sensus, *Tr.* si significatur tantum poena damni, *suodist.* ita ut per ipsam gravi afficerentur tristitia, iterum, *Tr.* si vel levi vel nulla, prout cum pluribus aliis, juxta dicta docet s. Thomas, _V. Haec vero omnia transmisimus, cum ecclesia nihil circa ea decreverit, ac patres et theologi in diversas sententias abeant. Hinc ejusmodi infantes per hanc damnationem id solum non consequerentur, quod ex sua liberalitate Deus naturali hominis conditioni adjecit.

831. Ad 2- *D.* Naturali. *Tr.* supernatural!, A' id durum videri. Cum enim elevatio ad ordinem supernaturalem, ut ostendimus ex ecclesiae doctrina, sit omnino gratuita, ac naturae prorsus indebita, infantes, qui peccato nascuntur infecti, privantur atque excluduntur ab illa beatitudine supernatural!, ad quam jus nullum habere possunt nisi per gratiam, ad quam numquam pervenerunt, ac in ea conditione relinquuntur, in qua conditi fuissent, nisi pro sua largitate Deus naturam elevasset humanam. Haec autem conditio si nunc poenae rationem habet, id ex relatione extrinseca repeti debet, quam ad gratuitam habet naturae elevationem ejusque lapsum. Quae quidem poena si spectetur quoad durationem et quoad bonum seu objectum, quo privat, potest dici infinita; sed in se, quod saepius monuimus, non est nisi sequela naturalis humanae conditionis. Neque sociniani proinde, neque increduli aliquid habent de quo conqueri possint, vel incusare divinam clementiam, vel catholicae religioni succensere. Atque inde responsio patet ad cetera, quae in difficultate ab iis proponuntur, quod scilicet nec per ipsos infantes steterit, quominus baptisma susceperint, vel alio modo sibi applicarentur merita Christi; sufficit enim, ut suum non habeat effectum conditio, sub qua sola voluit Deus, ut ipsi partem haberent ad indebitum beneficium.

832. **Inst.** Impossibile est infantes in perpetuum ab aeterna salute exclusos non inde magna saltem affici tristitia. Sic enim recte nonnulli argumentantur apud s. ThomanP: 1. *Dicit Chrysostomus: in damnatis gravior erit poena, quod Dei visione carebunt, quam quod igne inferni cremabuntur; sed pueri visione divina carebunt·, ergo afflictionem spiritualem ex hoc sentient.*

3) In II. *Sent.* dist. 33. qu. 2. art. 2.

2. *Carere illo, quod quis vull habere, sine afflictione esse non potest; sed pueri vellent visionem divinam habere., alias voluntas eorum actualiler perversa esset; ergo cum ea careant, videtur, quod afflictionem sentiant.* 3. *Immunitas a culpa dolorem poenae non minuit, sed auget. Non enim, si aliquis non propria culpa exhaeredatur vel mutilatur, propter hoc minus doUt; ergo etiam quamvis pueri non propria culpa tanto bono priventur, ex hoc eorum dolor non tollitur.* 4. *Sicut pueri baptizati se habent ad meritum Christi, ita non baptizati ad meritum Adae; sed pueri baptizali ex merito Christi consequuntur praemium vitae aeternae; ergo et non baptizati dolorem sustinent ex hoc, quod per demeritum Adae aeterna vita privantur.* 5. *Homo naturaliter appetit beatitudinem; tempus autem ipsius assequendae est post hanc vitam; cum ergo illi, qui cum peccato originali decedunt, beatitudinem non consequantur, quia carent visione divina, videtur, quod afflictionem patiantur.* 6. *De ratione poenae est, quod sit contraria voluntati; sed omne, quod est contrarium voluntati, poenam gignit; ergo si patiuntur aliquam poenam, oportet, quod inde poenam percipiant.* 7. *In perpetuum separari ab eo, quod quis amat, est maxime afflictivum; sed pueri naturaliter Deum amant; ergo, cum sciant, se ab eo in perpetuum separatos, videtur, quod hoc non possit esse sine afflictione.* 4 Ergo.

833. **Resp.** *Trans, antec.* Ad argumenta autem, quae ex s. Thoma afferuntur, placet iisdem s. Doctoris verbis responsionem subjicere.

834. Ad 1. itaque respondet: *In damnatis pro culpa actuali, qui usum Uberi arbitrii habuerunt, fuit aptitudo ad vitam aeternam consequendam, non autem in pueris; et ideo non est similis ratio de utrisque.*

835. Ad 2. *Quamvis voluntas sit possibilium et impossibilium, tamen voluntas ordinata et completa non est nisi eorum, ad quae quis aliquo modo otdinatus est; et, si hac voluntate deficiant homines, dolent; non autem, si deficiant ab illa, quae impossibilium est, quae potius velleitas quam voluntas debet dici. Non enim aliquis illud vult simpliciter; sed vellet, si possibile foret.*

836. Ad 3. *Ad habendum proprium patrimonium vel membra corporis sui, quilibet est ordinatus; et ideo non est mirum, si dolet quis de eorum amissione, sive pro culpa sua sive pro aliena eis privetur. Unde patet, quod ratio non procedit ex simili.*

837. Ad 4. *Donum Christi excedit peccatum Adae, ut ad Hom.* V. *dicitur. Unde non oportet, quod pueri non baptizati tantum habeant de malo, quantum baptizali habent de bono.*

838. Ad 5. *Animae puerorum, in peccato originali decedentium, cognoscunt quidem beatitudinem in generali, secundum communem rationem, non autem in speciali; ideo de ejus amissione non dolent.*

839. Ad 6. *Poena non semper respondet actuali voluntati, puta cum ali-*

4) Quaest. 5. *De malo,* art. 3.

quis absens infamatur, aut bonis etiam spoliatur, se ignorante; sed oportet, quod poena semper sit vel contra actualem voluntatem vel saltem contra inclinationem naturalem.

840. Ad 7. *Pueri in originali peccato decedentes sunt quidem separati a Deo perpetuo, quantum ad amissionem gloriae, quam ignorant, non tamen quantum ad participationem naturalium bonorum, quae cognoscunt.*

CAPUT VII.

DE FUTURA CORPORUM RESURRECTIONE.

841. *Fiducia Christianorum resurrectio mortuorum,* optime inquiebat Tertullianus.[1] Haec enim spes semper aluit Christianorum pietatem, additque ad fortia quaeque ferenda stimulos validissimos.

842. Praeter sadducaeos corporum resurrectionem irriserunt ethnici, impugnarunt antiquissimi haeretici.[2] Increduli eam impossibilem traducunt. Horum omnium partes tuendas sibi sumpserunt rationalistae.

843. Duo hic a nobis praestanda sunt. Ac primo hunc gravissimum fidei nostrae articulum propugnare ex Scripturis ac perpetua ecclesiae traditione debemus; secundo ostendere ipsum nullo modo rectae rationi adversari.

844. Quae priusquam aggrediamur, uti nobis moris est, nonnulla, ut germanus totius controversiae status etiam atque etiam patescat, praemittimus.

845. I. Resurrectio, quam tuemur, est *universalis,* tam justorum scilicet quam impiorum.[3]

‘) *Lib. de resurrect, carnis,* n. 1.

2) Tales fuernnt Simon magus, Cerdo, Marcion, Manes aliique, ut videre est apud s. Epiphan. *Haeres.* 64, edit. Petav. num. 12 et seqq. Eosdem haereticos resurrectionis impugnatores pariter recenset s. August. lib. *De haeres,* cap. 18 et seqq. qui praeterea ait: *In nulla re tam vehementer contradicitur fidei Christianae quam de resurrectione mortuorum.* Cf. opp. Origen, edit, maur. tom. I. pag. 859. not. *e.*

’) Eo sensu diximus fure *universalem* resurrectionem, quatenus non solum justi, sed improbi quoque debent resumere corpora sua, tum ut nos opponeremus nonnullis antiquis hebraeis et haereticis, autumantibus, solos justos esse resurrecturos, secus ac fides docet, tum ut declinaremus discrepantes catholicorum sententias circa quaestionem de morte ab omnibus subeunda. Etenim non pauci ex antiquis censent, non esse morituros eos, quos dies supremus inter vivos reperiet, etsi existiment omnes fore immutandos juxta graeci textus lectionem, I.Cor. XV. 51: *μίν ov κοιμη^η^όμί^α, -avrt, δί αλλαγή-sôutSa. Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur.* Quo pariter sensu inlelligunt illud ejusdem apost I. Thess. IV. 15 et seqq.: «Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra.“ Graece v. 16: *Ol νεκροί lv Xpi-*

άναίτήζονται -ρωτον. Έπειτα ήμειί ο! ἰὼi'Ti» of *-ιριλιιπόμινοι, ana aὺν aὺroῖf dp-παγηϊόμ&α. lv νε'ρίλαΐί ils ἀπάντηΰιν* τοὐ *κυρίον di àipa.* übi apostolus loquitur in persona eorum, qui tunc vivi reperientur. Quod significatum pariter contendunt in symbolis apostolico, constantinopolilano et alhanasiano illis verbis: *Qui venturus est judi-*

846. II. In ca nos corporum physica identitate resurgemus, quam ex hac vita decedentes obtinebamus, adeo ut omnes idem physice corpus resumpturi simus, quod per mortem amisimus. Ad hoc autem necesse non est, ut omnes et singulas materiae particulas seu, ut vocant, moleculas, quibus corpora nostra constant, Deus restituat; sed ad eam identitatem restituendam satis est, ut illas Deus excitet, quae partem corporum nostrorum constituunt essentialem, per quam unius corpus a corpore alterius distinguitur et secernitur, et cujusque individui proprium efficitur. Haec enucleatius postea exponemus.

847. III. Futuram proinde dicimus in universali resurrectione sexuum diversitatem, quam plane tollendam esse nonnulli obscuri haeretici fabulati sunt. 4 Corpora enim restituentur in sua respectiva perfectione, quae unicuique competit.

848. IV. Diversa tamen erit corporum resurgentium conditio pro diversitate status uniuscujusque. Corpora enim justorum erunt gloriosa seu iis praedita dotibus, quas recenset apostolus, impossibilitate videlicet, claritate, agilitate et subtilitate non tamen, ut aliqui commenti sunt, impalpabilitate et invisibilitate. 6 Reproborum autem corpora gravia adeo atque deformia erunt, ut istorum respectu resurrectio potius ad ignominiam et novum supplicium conferat quam ad ipsorum bonum.

849. V. Haec rata sunt apud omnes catholicos. Cetera autem, quae spectant ad aetatem, formam, staturam, ut vocant, partes corporis intégrales,

care vivos et mortuos. Consulatur Estius in IV. dist. 43. §. 7. qui ingenue fatetur, quod haec *quaestio non parum habet difficultatis, sive Scripturas sive patrum sententias consulamus.* Expensis vero ulriusque sententiae momentis, longe probabiliorem arbitratur opinionem eorum, qui sentiunt omnes omnino esse morituros. Cf. etiam s. Thom. *Suppi,* qu. 78. art. 1.

4) Hic error tribuitur Origeni et nonnullis armenis. Hunc errorem semper patres impugnarunt. Cf. inter ceteros Hieron. *Epist.* CVHL n. 22 et 23. edit. Vallarsii; August. *Be civ. -Dei,* lib. XXII. cap. 17; Chrysosl. *Hom.* LXXX. alias LXXI. *in Malth.;* Euthymius, *Comm. in IV Evany.* in *Biblioth. max. Patrum,* edit. Lugd. tonuXIX. cap.53. Sane Christus Luc.XI. 31. ait: *Regina austri surget in judicio* cum *viris generationis hujus;* ergo haec regina retinebit suum sexum muliebrem, surgei enim *cum* viris, adeoque non erit vir, ut alia non minus perspicua omittam.

5) Ait enim apost. I. Cor. XV. 42 et seqq.: ..Seminatur in corruptione, surget in incorruplione; seminatur in ignobilitate, surgei in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.[*] Has doles manifestavit Christus in suo corpore e morte excitato; ipse autem est causa exemplaris resurrectionis justorum. Conf. s. Thom. *Suppi,* qu. 82 et seqq.; cf. etiam Estius, in IV. *Sent.* dist. 44. §. 15.

c) Id quidem censuit Eutychius, constantinopolitanus antistes, qui sub Tiberio Constantino imperatore, anno 582. docuit, corpus humanum post resurrectionis gloriam fore impalpabile et invisibile. Agente tamen s. Gregorio M. qui tunc temporis Coustantinopoli legatione fungebatur apud Tiberium, Eutychius ab hoc errore rediit, atque, ut notum est, morti proximus, multis praesentibus, pellem suam manu tenens, ajebat: *Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus.*

.iliaque ejusmodi majori vel minori probabilitate a theologis, scholasticis praesertim, statui solent.' Quae cum fidei dogma non attingant, ideo missa facimus: etsi non improbemus, quae communi praesertim calculo probantur.

850. Cum interim, quibus constringimur, angustiae non patiantur, ut ea. quae recensuimus, singillatim vindicemus, hinc, in tuto posito praecipuo ac fundamentali dogmate de corporum resurrectione, cetera veluti totidem corollaria ex vindicatis colligemus. Sit igitur

PROPOSITIO I.

Datur futura universalis corporum nostrorum resurrectio.

851. De fide est haec propositio, ut patet ex fidei nostrae symbolis; nam in symbolo apostolorum dicitur: *Credo . . . carnis resurrectionem;* in constantinopolitano: *Expecto resurrectionem mortuorum;* in athanasiano: *Omnes homines resurgere habent cum corporibus suis:* similiter conc. later. IV. cap. *Firmiter* definivit: *Qui omnes* (tam reprobi quam electi) *cum suis propriis corporibus resurgent, quae nunc gestant.*l

852. Haec autem fides viguit tum apud antiquos patriarchas tum apud judaeos. Etenim Job. XIX. 25: *Scio,* inquit, *quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die dc terra surrccturus sum: et rursum circumdabor pelle mea, et in came mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse et non alius; reposita est haec spes mea in sinu meo.* 2 Sic Daniel XH. 2: *Et multi de his,*

qui dormiunt in terrae pulvere, evigilabunt, alii in vitam aeternam, et alii in opprobrium, ut videant semper. Sed luculentissime haec fides exprimitur a septem illis fratribus, qui fortiter sub Antiocho martyrium passi sunt, dicentes:

meum viventem, et postea (seu *postremum) super pulverem staturum* (vel *adstabif), et postquam cutem meam corroserint* aut *consumpserint* (scilicet corrodentes seu consumentes vermes) *hanc* (hanc ossium meorum compagem, corpus meum); *tamen e carne mea* (id est, corpore meo redintegrato) *videbo Deum. Quem ego videbo mihi* (scilicet propitium, in bonum meum), *et oculi mei viderunt* (nempe *videbunt,* praeteritum pro futuro), *et non alius* (seu alius mei loco. *Defecerunt renes mei in sinu meo* (prae vehementi Deum videndi desiderio). Ex quibus patet versionem vulgatam optime exprimere sensum Jobi, quamvis majorem adhuc vim prae se ferat hebraicus textus. Testatur enim Job spem suam, ut observat Pareau apud Rosenmüller in hunc loc., et quidem duplicem; alleram de vindicta Dei in censores iniquos aliquando post suam mortem, ut opinabatur quidem proximam, exercenda, alteram de favore Dei, sibi una cum meliori vita restituendo. ..Itaque, *ait cit. auctor,* imagine usus, qua nulla gravior excogitari potest, nulla in summa brevitate locupletior, nulla denique, quae spem animo Jobi comprehensam magis et conspectui token simul subjiciat, Deum immortalem, ipsique per omnes hominum aetates sequuturas superstitem collocat veluti juxta suas reliquias, sive ad sepulcrum, quo illae condendae essent. Ibi igitur fingit stare Deum, qui non tantum stricto gladio mortuum se custodiat, quo defendat ab aliorum contemptu ac vituperio ... sed vero qui simul etiam pulveri suo advigilet perpetuo, ex eo novum iterum hominem formaturus. Enim vero hoc quoque noverat Jobus, se jamjam depositurum esse corpus hoc, tabe vermibusque consumptum, atque obsoletae vestis instar, exuturum suam carnem, tolamque adeo mortalitatem suam numquam denuo induendam. Cumque ex sepulcro redivivus egrederetur, tum Deum sibi etiamnum adslantem visurus esset, qui ipsum mox benigne ad se reciperet, nec de prislina in ipsum inimicitia quidquam servasset.u

II. Ex contextu patet, eximium quid et singulare esse, quod hic Job profitetur, ut evincit solemnitas illius prooemii, quo praefatur, optans, *ut sermones hi sui scriberentur et sculperentur in libro, et stilo ferreo in omnium aetatum memoriam in rupe inciderentur.* Restitntio autem fortunae et sanitatis tanti profecto momenti non erat, ut tam solemn! ratione memoriam ejus ad posteros transmittere optaret.

III. Quod plurimum momenti addit, illud est, Jobum tam longe a spe fortunae sanitatisque restituendae abfuisse, ut potius mortem a se vehementer exoptatam certissime expectaverit, et nihil prorsus habuerit, quod in hanc vitam speraret. Id quod pluribus clarisque sermonum suorum locis evincit J. A. Voigllândcr in *Isagoge ad interpretationem Jobi,* cap. 19. 23 — 27. Drcsdae 1809; quam secuta est *interpretatio* ipsa hujus loci, ib. 1810. Cf. Job. IU. 20-26; VL8-12; VII. 13 — 16; IX. 21; XIII. 15r XVII. 13 et seqq.; XXL 25; XXX. 23-

Jam vero quum hoc de vindice oraculum spem certissimam et inconcussam fiduciam prae se ferat, inde sic arguimus: quando Job aerumnarum finem et requiem in his terris non expectavit, et nihilominus spem omnimodae liberationis vindicis seu judicis sui ope fovit indubiam; eum oportet de venturo judicio, corporum resurrectione ultima et rerum omnium instaurationc cogitasse.

Haec libuit fere ad verbum ex Rosenmûllero decerpere, qui adversariis suspectus esse non potest. Prolixius praeterea haec deduximus, eo quod agatur de re maximi momenti, cujusmodi est fides antiquissima, tum de animorum immortalitate, tum de futura corporum resurrectione. Cf. praeterea de hoc textu Joann. Pineda, S. J. qui non tantum totum hunc locum illustrat, verum etiam germanum ejus sensum apprime vindicat.

‘) Cf. de his Suarez, *in III. partem,* qu. 53- disp. 44. sect. 1 et seq.

l) In *Act. Conc.* edit. Harduini, tom. VIII. col. 15 et 16.

*) Nihil intentatum reliquerunt neoterici quidam interpretes, praesertim inter protestantes, ut nobis eriperent celeberrimum hunc Jobi textum, per quem adstruitur recepta apud veteres resurrectionis fides. Adnituntur isti totum hunc locum exponere de spe, quam alebat Job de restitutione sua in pristinum felicem statum. Ita Henke in *Narratione critica de interpretatione loci Job* XIX. 25 — 27. *Antiqua ecclesia,* Helmstadt 1783; Dôderlein in *Autario 11. Grotii, Annotat, seu scholiis in libros poeticos* V. *T.* ad hunc loc., et Joann. Hallenberg in *Disquisitione, qualis sit dogmatis de resurrectione corporum mortuorum origo, et num in libro Jobi ejusdem mentio facta sit?* Slockholmiae 1798, repetita in *Sylloge commentât, théologie.* edita a Joann. Pott, vol. IV. pag·. 325 et seqq.

Jam vero ejusmodi auctores aërem verberare ac frustra illud contendere, cpnstat L ex eo quod ejusmodi expositionem excludat simplex verborum sensus, quibus Job significat, se spem alere, mortis suae somnum non aeternum fore, sed ab ipso Deo se aliquando expergefactum iri, et futurum esse, ut Deus mortuo sibi advigilare non desinat, seque, olim in vitam revocatum, ut amicum amice receptu-

rus sit. Ita enim se habet hebraica veritis:

ÞʼTΦ T'ὺφ $5

'nty ıπvı

Tjn ή>"“ÏΠK “ira

fcʻIΓıóΐ 1KÏ Quae sic litteraliter vertuntur: *Ego novi vindicem*

Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in aeternae vitae resurrectione suscitabit..... potius est ab hominibus morti datos spem expectare a Deo, iterum ab ipso resuscitandos (H. Machab. VII. 9—14.). Hinc Martha juxta avitam fidem dicebat Christo: *Scio quia resurget* (frater mens) *in resurrectione in novissimo die* (Joann. XI. 24.).

853. Quum vero sadducaei ab ea, non secus ac a fido de animorum immortalitate recessissent, Christus Matth. XXII. 31. ipsis utrumquo dogma confirmavit illis verbis: *De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est a Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob?* Infert autem Luc. XX. 38: *Non est Deus mortuorum sed viventium, omnes enim vivunt ei.* Hinc apostolus I. Cor. XV. 16. collegit resurrectionem generalem ex resurrectione Christi, scribens: *Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra .... ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt.* Hoc item argumento utitur ad excitandos fideles, et ad ipsos consolandos de amicorum familiarumque amissione, I. Thess. IV. 13. in textu graeco v. 14: 8i *enim,* inquit, *credimus, quod Jesus mortuus est, et resurrexit- ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo-, . . . mortui, qui in Christo sunt, résurgent primi.* Demum, ut cetera omittam, II. Tim. II. 18. vocat fidei subversores et a veritate excisos *dicentes resurrectionem jam esse factam.* Nihil proinde in Scriptura magis exploratum est dogmate resurrectionis, quod Christus et apostoli proposuerunt tamquam fundamentum, ut ita dicam, totius religionis, quam praedicabant.

854. Hac igitur fide quum enutrita ecclesia fuisset, numquam destitit eam proponere et inculcare filiis suis, ut aequanimes ipsos faceret ad omnium virtutum genera excolenda, et ad vitam ipsam spernendam, saevientibus praesertim tyrannorum persecutionibus, ut ex symbolis superius recitatis constat atque ex martyrum actis. 3 / Vix quisquam haereticus eam fidem negavit, aut labefactare quoquomodo aggressus est, cum ecclesia ipsum illico repulit e sinu suo. 4 Strenui semper insurrexerunt hujus pretiosi dogmatis propugnatores, qui illud sive ab haereticorum sive ab ethnicorum impugnationibus vindicarunt; inter quos eminent Origenes 5* et Tertullianus, pilane fidem christiani passim in suorum epitaphiis seu inscriptionibus sepulcralibus antiquissimis exprimere ac declarare consueverunt.7

s/

3) Cf. Ruinartius, *Acta Martyrum sincera.* Vid. praesertim pag. 70, 150, 494. edit. Amstelodam. 1713.

Cf. s. Epiphau. loc. cit.

5) *Contra Celsum,* lib. V, num. 14 et seqq.

e) Lib. cit. *De resurrect, cantis,* in quo ostendit, hominis dignitatem carnis resurrectionem exigere. Deum eam operari posse: ipsiusque justitiam et in promissis, quae fecit, fidelitatem, eamdem exposcere. Quae argumenta singillatim evolvit ac fuse persequitur.

7) Cf. Gener, op. cit. tom. IV. pag. 2.

855. Quoad subsequentia saecula persequi velle omnia documenta, quae perpetuam hanc fidei nostrae professionem evincunt, supervacaneum omnino edset, cum notissima et obvia illa omnibus sint. 8

DIFFICULTATES.

856. I. Obj. 1. Dubitari nequit, quin haec *opinio* de resurrectione corporum o notionibus mancis et imperfectis hominum incultiorum originem traxerit; quippe qui, justa supremi numinis idea destituti, vitam post mortem futuram e sola vitae terrestris natura fingere solerent. Quo factum est, ut apud complures gentes barbaras, itemque in zoroastrica disciplina, e cujus fonte judaei ipsi hausisse videntur, eadem illa deprehendatur. Deinde 2. resurrectio corporum in libris N. T. tradita, quae inde ab ipsa apostolica

lib. IU. cap. 1. §. 1. *Monumenta antiquit.* classis 4.

8) Cf. Nat. Alex. *Histor. eccles.* diss.25. in saec. I. art. 2. Perperam Beausobre, *Hist, des Manich.* tom. II. liv. VIII. chap. 5. n. 3 et seqq. contendit, unanimem minime fuisse patrum sententiam de futura corporum resurrectione. Quod ut evincat, profert Origenem negantem resurrectionem *carnis,* etsi admittat resurrectionem corporis; profert Gregorium nyssenum, qui excludit a Christi corpore glorioso *figuram, formam, extensionem,* aliasque paries *internas* et *externas* humani corporis, ac demum affirmat, *nihil corporale* nunc reperiri in Christo Jesu (in *Antirrhet.* cap. 57.); demum profert Synesium, qui protestatus est, se de resurrectione minime credere aut sentire, ut vulgus solet. Verum ad Origenem quod spectat, etsi, prout ostendit Huetius (in *Origenian.* lib. II. quaest. 9. cap. 2.) interdum circa hunc articulum minus caute scripserit, attamen, fatente Wetslenio, *Cont. Celsum,* lib. V. veram sententiam tuetur cum ecclesia Christi, eamque pluribus argumentis adslruit: »Nos autem credentes scripturis, *ait,* non vivificari quod satum est, nisi moriatur prius ... retinemus tum ecclesiae Christi sententiam, tum promissionis Dei amplitudinem.“ *Τηροϋμεν καί* rd *βοϋλημα rrjf ίκκληϋϊοα τον ΧριΟτοϋ, καί το μέγε^οί τηί Ιπαγγηλίαί τοϋ 9·εοϋ* κ. *τ.* Λ. Item, *Dialog, de recta in Deum fide,* sect. 5. ubi cum Marinus Bardesianista interrogasset: «Statuat Adamantius quodnam corpus resurgat, idne, quo circumdati sumus, et in quo vincti sumus, an aliud spirituale?" Respondet Origenes: *Hoc ipsum, quo amicti sumus, dico excitari. Τούτο* rd *ϋώμά φημι dvlGTaoVat, o περικείμενα.* Quae omne dubium submovent. Cf. opp. Orig. edit. maur. tom. I. pag. 859.

S. Greg. nyssen. loc. cit. ex *Antirrhetico ado. Apollinarem,* quem omnium primus vulgavit Zaccagnius ex bibliotheca vaticana, prout ostendit eruditus hic editor, non loquitur de proprietatibus humani corporis *specificis,* sed de iis, quae *accidentales* vocantur, e. gr. corruptibilitate, mutabilitate etc. quibus gloriosum Christi corpus carere censet Nyssenus. Cf. *Collectanea monumentorum veterum ecclesiae graecae ac latinae,* Romae 1698. pag. 270. not. 2; nec non praei. §. 20 et seqq. ubi s. Doctorem egregie defendit. Quod demum ad Synesium spectat, cf. Petavius, in edit. opp. ipsius. Paris. 1633, tum in not. pag. 84, tum de vita scriptisque Synesii pag. *A.* Haec enim protulerat Synesius cum adhuc paganus esset, cum vero nemo ad baptismum admitteretur, quin professus esset articulum de mortuorum resurrectione, hinc a Theophilo aliisve sapientibus viris edoctus, veritati victas dedisse manus dicendus est, antequam christianus et multo magis episcopus fieret; quod aperte testatur Photius in *Bibliotheca,* n. 26, nec non Evagrius, *Hist, eccles.* lib. I. cap. 15. ut alia praeteream.

aefato (Act. XVII. 32; I. Cor. XV. 12; II. Tim. II. 17.) haud a paucis improbata fuit, tam arcte conjuncta cernitur cum opinionibus do Messia mythicis, et cum narratione de Jesu in vitam restituto (I. Cor. XV. 12 ot seqq.), ut non alia ratione ac mythi isti, judicari et explicari possit. Hinc 3. vel Jesum, ubi doctrinam de resurrectione proposuisse perhibetur, popularium opinionibus induisisse, vel potius discipulos ipsi tamquam Messiae, cujus provinciam (Cf. Joann. XVIII. 36.) e vulgaribus judaeorum commentis et quibusdam ejusdem effatis allegoricis atque obscurioribus perperam judicarent, ejusmodi sententiam subjecisse censemus. 4. Neque dubitamus, quin doctrina de resurrectione corporum tamquam imagine reviviscendi post mortem (I. Cor. XV. 36.) proposita, eademque ad sententiam universalem ei substratam de novo aliquo vitae stadio eoque perfectiore post mortem homini ineundo revocata, in simpliciore illa N. T. de immortalitate institutione acquiescat, qua docemur animum post mortem statim novam in alio rerum ordine initurum esse vitam, eam denique veram et actuosam. Ita Wegscheider, aliique rationalistae cum ipso. 9

807. **Resp.** Ad 1. *Neg.* gratuitam assertionem adversariorum, quae vel ex ipsa rei natnra destruitur. In primis enim ipsi conjecturis ex solo systemate rationalistico depromptis nituntur: nec ullum proferunt argumentum vel levissimum, quo illas fulciant. Insuper quo populus rudior et incultior est, eo etiam minus idoneus est ad excogitandam corporum resurrectionem, quae, ipsis adversariis fatentibus, longe excedit mentis nostrae captum. Hinc, si qui fuerunt populi, qui admiserint ejusmodi dogma, ipsum profecto ut alia non pauca ex antiqua traditione acceperunt. Vidimus enim Job firmissimam hujus ad vitam reditus spem in sinu suo retinuisse. Attamen Moshemius contendit, nulli horum populorum innotuisse orthodoxam seu genuinam fidem futurae hujus resurrectionis, qualem Christus et apostoli tradiderunt.'° Absurdum denique est et ab omni veritate alienum, judaeos ex

') §. 195. Et cum co Morus, *Praelect. in Epit.* II. 762; Dôderlein, *Inst. theol. christ.* 299; De Welle, *Bibi. dogm.* 298; Ammon, *Summa theol. christ.* 303; Flügge, Beck etc.

,σ) *Diss, in hist, eccles.* lorn. II. edit. Antonaviae, 1743. quam inscripsit: *Dissert, qua docetur, Servatorem nostrum J. C. resurrectionem mortuorum corporum, (pialem Christiani credunt, de tenebris in lucem revocasse et demonstrasse,* pag. 583. Quod spectat ad ea quae scribit de judaeis, certum est, ea esse hyperbolice, immo falso dicta, ut liquet ex colloquio Marlhae cum Christo et οχ II. Machab. libro, aliisque documentis. Quod ad reliquos populos spectat, viri quidam eruditi censent persis, aegypliis, indis, arabibus hanc futuram corporum instaurationem innotuisse. Moshemius contendit, eas gentes non habuisse resurrectionis nisi quamdam veluli umbram. Verum quidquid de hoc sit, illud profecto mirum, rationalises, qui neque in Jobi luculcntissimo testimonio deprehendunt doctrinae de futura resurrectione vestigium, dum praeterea neque admittunt eam fuisse a Christo traditam, postea omni ambage seposita affirmant e Zoroastri commentis sententiam de mortuorum resurrectione prodiisse; sic Flûgge, *Gesch. des Glaubem*

zoroastrica doctrina hanc fidem resurrectionis hausisse. Etenim praeterquam quod longe ante Zoroastrum, Job eam apertissime profitetur, numquam sadducaoi ejusmodi exceptionem, quod sciamus, adversus pharisaeorum doctrinam objecerunt, et, quod caput est, Christus Dominus, redarguens hos ipsos sadducacos, non dixit illis: *Erratis, nescientes doctrinam zoroastricam,* sed: *Erratis, nescientes Scripturas neque virtutem Dei* (Matth. XXII. 29.).

858. Ad 2. *D.* Apostolica aetate improbata haec doctrina est ab epicuraeis aut ab obscuris quibusdam haereticis, *C.* ab aliis, *N.* Mirum sane est, posse revocari in dubium dogma aliquod testatissimum, eo quod nonnulli insani ethnici aut haeretici, qui nec admittebant animorum immortalitatem, ipsum improbaverint; quos propterea Christus ipse in sadducaeis confutat, et apostolus vocat fidei subversores. Hoc semel admisso principio, Dei existentiam, animorum immortalitatem, veram Christi carnem aliaque ejusmodi deberemus rejicere, cum numquam defuerint qui illa improbaverint; tunc omnia flagitia, quae illi commendarunt, tamquam honesta praedicare possemus. Quare rationalistas non pudet causam communem cum ipsis epicuraeis et *fidei sub-*

an die Unsterblichkeit etc. seu *Historia de immortalitatis fide,* L 286 et seqq. Berthold, *Christologia Judaeorum,* pag. 176. 4.

Gesenius vero, *Commentar Uber den Is.* nempe *Commentarius in Isaiam,* 1.805. ad Is. XXVI. 19. scribit:· ›.LTt aenigma circa sortem perpetuam saepe infaustam piorum virorum, qui vita jam functi sunt, solverent, ipsosque gaudii participes redderent ex messiano regno, doctrina zcndavestica de mortuorum resurrectione cum spe et ideis de Messiae regno conciliabatur, quum ejusmodi ideae jam ad res sensum transilientes extendi, et vulgarem naturae cursum praetergredi coeperunt. Quapropter judaeorum dogmatica, ab exilii epoeba non omnes mortuos, pios videlicet ac impios, resurgere docet (quae Parsismi utique est doctrina), sed pios dumtaxat, ct post regnum messianum sequi tandem secundam humani generis resurrectionem.|' Verum ista sunt somniantium figmenta; Daniel enim XII. 3. luculenter omnium indiscriminatim hominum tum piorum tum impiorum resurrectionem denunciat. Lib. II. Machab. solum negatur Antiocho resurrectio *ad vitam,* id est, gloriosa; Martha loquitur in genere de resurrectione universali; Christus, alloquens judaeos, de ulrorumque resurrectione disserit. Paulus eamdem praedicat, quamvis rationalistae eum dicant pharisaeorum doctrinis abreptum. Hinc merito Tertull. loc. cit. cap. 39. scribebat: »Ergo servabat *Paulus* resurrectionem quoque, qualem prophetae annunciarant. · . Itaque talem praedicabat, qualem ct pharisaei susceperant, et Dominus ipse defenderat, et sadducaei, ne talem quoque crederent, in totum esse noluerant.|| Sed quod magis mireris in rationalistis, est summa fiducia, qua asseverant judaeos, id est, sacros scriptores ex *Parsismo,* seu doctrina persarum suam hausisse de futura justorum resurrectione opinionem, ac decretis suis accommodasse. Attamen incertum adhuc est, an Persae hanc doctrinam admiserint. Joann. Clericus, *Indicia philolog. Th. Stanleii,* de hoc dubitat; Moshemius loc. cil. et Jac. Boulier, *Traité de l'âme des bêtes,* tom. II. chap. 19. pag. 420. not. edit. sec. id negant. Sane Theopompus, ex quo Diogenes Laertius, Eudemus Rhodius, Plutarchus ac postea Aeneas Gazaeus referunt doctrinam Zoroastri, nec sibi constant, ambigue loquitur. Cf. Diog. *Prooem. ad vit. philos,* segm. 9. edit. Mcnagii; Plutarchus, *De Iside* etc. tom. II. opp. pag. 370. edit. Francof. 1620. fol. Gaz. in Theophrasto, pag. 77. edit. Barlhii.

tersoribus agere? Utique dogma resurrectionis generalis arcte connexum est cum Christi resurrectione, quod apostolus declaravit; at quis sobrius inter mythos referat resurrectionem Christi, quae factum est testatissimum, ut suo loco ostendimus? 11 Si *Christus non resurrexit,* merito clamabat idem apostolus, *vana est fides vestra,* tota religio Christiana non est nisi fraus turpissima. En quo devenerint rationalistae!

809. Ad 3. A*. Tota enim haec, qua late patet argumentatio, non est nisi blasphemiarum congeries, a quibus aures christianae abhorrere debent. Ergo Jesus (numquam enim ipsum *Dominum* aut *Christum* vocant ejusmodi homines; sed per summum contemptum eum nominant; ac si ageretur de vili aliquo mancipio) decepit nos, indulgendo falsis popularibus commentis in re tam gravi? Ergo apostoli ad unum omnes decepti sunt in assequendo sensu doctrinae Christi? doctrinae, inquam, non jam, ut adversarii mentiendo effutiunt, *allegoricis* aut *obscurioribus effatis,* velut obiter enunciatae, sed saepius inculcatae, repetitae, apertissime toties traditae e. gr. Joann. V. 28: *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei·, et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii,* et alibi passim. 12 Quaeri etiam posset, quibus adminiculis rationalistae demum melius Christi doctrinam assecuti fuerint, et cognoverint deceptos omnes fuisse Christi discipulos et universum Christianum orbem, donec ipsi facem attulerint ad tenebras has dissipandas? Superbi homunciones, qui, ne propriis deliramentis nuncium remittant, traducunt universa biblia velut paganorum mythologiam seu, ut ipsi loquuntur, *mythographiam.* Satius esset, illa aperte rejicere, ac se incredulos aperte et absque ambage profiteri. Ridiculum porro est, quod ex Joann. XVIII. 36. adducitur ad ostendendum apostolos Messiae provinciam e vulgaribus judaeorum commentis eruisse; Christus enim ibid, alloquitur Pilatum, ethnicum hominem, qui fortasse numquam quidpiam audierat de Messia.

860. Ad 4. Esto quod rationalistae *non dubitent,* quin doctrina de resurrectione corporum non sit nisi quaedam imago proposita reviviscendi post mortem. Videndum superest, an ipsi, qui Christo et apostolis fidem detrahunt, non decipiantur in hac sua persuasione. Etiam insani *non dubitant se esse* reges aut principes, quandoque vitreos etc. Nemo tamen sanae mentis est, quem, si non rideat de ejusmodi ipsorum persuasione, eorum tamen non misereat. Porro, ne nos acquiescamus huic persuasioni, obstat doctrina Christi et apostolorum, doctrina et fides totius ecclesiae, traditio et fides omnium saeculorum, quibus qui non acquiescit, apostolo teste, *superbus est,*

“) Tract. *De vera religione,* part. I. seqq.; Maith. XXII. 29 et seqq.; Marc, n. 250 et seqq.

n) Cf. Joann. VI. 39 -44, 55; XI. 23 et

nihil sciens, sed languens circa quaestiones ... ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphcmiae .... conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt. 13

8G1. II. O b j. Scriptura non in uno loco contrariam doctrinam adstruere videtur. 1. Etenim, Psalm. LXXVII. 39. Deus pepercisse dicitur israelitis, eo quod *recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens,* nempe ad corpus suum; item Psalm. CXIII. 17: *Non mortui laudabunt te, Domine;* et clarius Eccle. III. 19. dicitur: *Unus interitus est hominis et jumentorum, aequa utriusque conditio;* jumenta porro non resurgent. 2. Saltem non omnibus communem Scripturae exhibent futuram corporum resurrectionem; ut patet ex Psalm. I. 5. ubi legitur: *Non resurgent impii in judicio;* et Dan. XII. 2. non *omnes,* sed *multi* dicuntur evigilare *de his, qui dormiunt in terrae pulvere.* 3. Quae quidem cohaerent cum apostoli verbis, qui I. Cor. XV. 50. ait: *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.* Et Christo teste, Matth. XXII. 30. electi *erunt sicut angeli Dei in coeloj* quod si datur resurrectio corporis, mutabitur istud prius in spiritum juxta illud, I. Cor. XV. 44: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* Ergo.

862. Resp. *Neg. antec.* Ad 1. *D.* Pepercit Deus populo suo, spectata ipsius infirmitate ac vitae brevitate, C. alio sensu, *N.* Talem vero esse sensum horum verborum, ex contextu patet; nec proinde illa pertinent ad praesens argumentum.

863. Idem dicas de altero textu, quo Psaltes Deum orat, ut justos diu in hac vita conservet, ut per ipsos illius nomen ritu publico celebretur; quod nonnisi in praesenti vita effici potest.

864. Ecclesiastes vero, si tamen ex sensu suo hic loquitur et non potius ex impiorum persona, docet aequam esse hominis et jumentorum conditionem quoad vitae hujus aerumnas et denique interitum.

865. Ad 2. *Neg.* Neque id evincunt quae allata sunt; siquidem sensus Psalmi I. ad summum ostendit, impios ad gloriam minime resurrecturos, ut ex subsequentibus verbis colligitur: *Neque peccatores in concilio justorum, quoniam novit Dominus vitam justorum, et iter impiorum peribit;* nec non ex hebraica veritate, in qua objecta verba ita se habent: *Non surgent* seu *non stabunt impii in judicio* 15; id est, nec audebunt caput et frontem attollere.

”) I. Tim. VI. 4 et 5. Apprime in ejusmodi homines quadrant verba Tertull. loc. cit. *De resurrect, carnis,* cap. 63: »Tu potius illi *(corpori)* exorare debueras resurrectionem; per tc, si forte deliquit. Sed nihil mirum, si odisti, cujus auctorem quoque respuisti; quam et in Christo aut negare aut mutare consuesti.w

H) Cf. Calmet in hunc loc.

ls) Hcbr. enim habet 'Dp" no» *stabunt, non subsistent* etc. ' Cf. Lorinus S. J. in hunc locum.

866. Vocem *multi* apud Danielem usurpari ad universam multitudinem significandam, superius ostendimus.

867. Ad 3. *D. Caro et sanguis,* id est, opera carnalia, seu homines secundum carnem, flagitiosam ducentes vitam, regnum Dei non possidebunt, nec incorruptionem seu impassibilitatem electis propriam, C. ipsa carnis substantia, A'. Quod ipse contextus ostendit 16; alioquin nec ipsa Christi caro ullam haberet in coelo partem, ut Tertullianus recte jam arguebat17, quod nec adversarii contendunt.

868- Sic electi in resurrectione erunt *sicut angeli in coelo* quoad modum seu rationem vivendi, *C.* quoad modum seu rationem subsistendi, iV. 18 Hinc apposite Tertullianus ait: *Son dixit* Christus: *Erunt angeli, ne homines negaret; sed tamquam angeli, ut homines conservaret. Son abstulit substantiam, cui similitudinem attribuit.* 19

869. Eodem sensu apostolus ait, resurrecturum corpus *spiritale,* quoad dotes nempe aliquas simile futurum spiritui, utpote immortalitate, incorruptibilitate. agilitate etc. donandum. *Hoc autem,* inquit s. Irenaeus, *non secundum jacturam carnis, sed .secundam communionem spiritus fît.* 20

PROPOSITIO II.

Dogma de futura corporum resurrectione rectae rationi non adversatur.

870. Ad ostendendam possibilitatem corporum resurrectionis diversi diversas inierunt vias. Nec defuere, qui a recto tramite catholicae doctrinae hac de causa deflexerint, confugientes ad introducendam quamdam *παίιγγενεϋίαν* seu *renascentiam, ortum secundum, instaurationem,* vi cujus homines quasi* papiliQpes ex nympha, chrysallide seu brucho tandem prodire debeant ex germine quodam praeformato etiam post obitum animae inseparabiliter inhaerente, quae est hypothesis Bonneti. l Alii conati sunt eam exponere

,e) Cf. Bern, a Piconio' in hunc loc.

,T) Loc. cit. cap. 51. vehementer porro sic loquitur: «Securae estote, caro et sanguis; usurpastis et coelum et regnum Dei in Christo. Aut si negent vos in Christo, negent et in coelo Christum, qui votis coelum negaverunt.·

,9) Recol. superius dicta, num. 19 ct seqq.

,9) Lib. cit. cap. 62.

•°) *Contra haeres,* lib. V. cap. 8. n. 1. Vid. s. August. *De cie. Dei,* lib. XX. cap. 21.

') *Ricerche filosofiche su le proce del cristianesimo.* Traduz. dal francese, Veriez. 1771. Ut tnclius auctoris systema dignoscatur, juverit ipsius verba in medium afferre, quibus ipsum exponit. Cum praemisisset, se pro certo habere hominem in resurrectione non resumpturum esse corpus *crassum,* quocum mortalis vixit, autumat «che Tuomo sia stato preformato in modo, che la morte non distrugga punto il suo essere, e che Γ anima mai non cessi di essere unita ad un corpo organizzato* (cap. 1. pag. 26.); ejusmodi antem corpus «non ê al présenté che un germe preformato, per uno stato futuro non soggetto a perire, corne perisce il corpo terrestre*· (ib. pag. 32.). Hoc autem germon »è un corpo

juxta theoriam replicationis corporum, quae ita exponitur: Conservatio est continua creatio, ita ut per singula existentiae nostrae tempuscula Deus quodammodo in nobis renovet illam creationem existentiae, quam in ortu ipso dodit. Cum aliquem reduplicat, nihil aliud praestat, nisi ut homo illam creationem, quam haberet successive, habeat simultanée, quandocumque ipsi Deo placuerit. Itaque, concludunt, in resurrectione Deus non redintegrabit nisi existentiam, quam quisque habebat, antequam e mortalibus abiret; per mortem enim postea absumptum corpus putrescit, vel devoratur, consumitur etc. 2

spirituale, che deve succedere al corpo animale, c la risurrezione non sara, che lo sviluppamento piû o men rapido dei corpo spirituale, sin da principio collocato nel corpo animale, come la pianta nel suo acinol (pag. 224.). Quod deinde analogia confirmat, dicens: »Se le piû certe ed esatte osservazioni concorrono a stabilire, che questa volontà adorabile *(Dioj* ha preformato gli esseri organizzati, se per mezzo de' nostri occhi scopriamo noi stessi una preformazione in molle specie; non è egli probabile, che l'uomo sia stato preformato in modo, che la morte non distruggesse punio il suo essere, e l'anima non mai cessasse di essere unita ad nn corpo organizzato" (pag. 25, 26.)? Verum cf. quae adversus hoc systema scripsit cl. Muzzarelli, *Ii buon uso della logica,* opusc. XXH. edit, quinta Florentiae 1822. tom. VII. ubi ostendit, ejusmodi systemate destrui ideam et veritatem mortis, nullam jam pari veram resurrectionem, subverti fidem etc.

Satis nobis erit animadvertere: I. systema istud de subtiliori organo animae inhaerente valde arridere rationalistis, non ad resurrectionem futuram adstruendam, siquidem eam negant, sed ad ideam sibi cfformandam animae subsistentis post hujus crassioris corporis depositionem. ..Animum, *inquit Wegscheider,* §. 194. cum sensu el sui ipsius conscientia, ideoque novo qualicumque organo tamquam corpore codemque subtiliore instructum, siquidem mentis finitae sine spatii limitibus et corporali natura vix cogitari possunt, post mortem corporis terreni fore superstitem.» Sic etiam J. Gaspar Lavator, *Aussichten in die Ewig·keit* etc. seu *Prospectus in aeternitatem,* epist. VII; Doderlein. *Inst. theol. christ, dogm.* edit. 1. pag. 125. qui scribit: ..Corpore humano subtilius idemque nobis invisibile contineri animi nostri involucrum seu organum, cujus usum animus et in hac vita terrestri faciat, et statim post mortem libertate majori sit facturus." Similiter Kaiser, *Afonogr. theol. christ, dogm.* pag. 176; J. P. Fr. PJchter, *Abhandl. über d. Magnetisinus,* seu *Tractatus de magnetismo in musaeo.* U. J. seqq. Elirhart, *Ueber d. christl.* etc. *De christ, resurrectionis doctrina,* Ulmae 1823. aliique passim. Adeo verum est, nihil tam absonum in philosophia aut theologia reperiri, quod ejusmodi homines non arripiant.

Animadvertimus II. hypothesin Bonneli, ut ex ejus verbis liquet, fundari in doctrina de universali quadam corporum organizatorum palingenesi seu reproductione germinis praeformati. Jam vero a recenliori physica dispunctum jam est ejusmodi systema, quod accuratioribus observationibus ct experimentis repugnat; nec admittitur nisi *epigenesis,* seu *adgeneratio, productio* simplex, qua absque aliquo germine praeexistente novum corpus *organizatum* vere formatur ac producitur. Cf. *Manuale di /isiologia di Michele Aiedici,* Bologna 1833, part. II. cap. 44 et seqq.

Praeterquam quod ejusmodi explicatio valde implexa est ac intellectu difficilis, laborat et ipsa iisdem fere difficultatibus, quibus systema palingenesis implicatur. Destruere enim videtur ideam verae resurrectionis, qualem fides docet, quae consistit in restitutione scu *redintegratione* ejusdem numero corporis physici, quod per

871. Verum his praetermissis, non solum possibilem, sed praeterea rationi ipsi consentaneam osse futuram corporum nostrorum resurrectionem evincimus.

872. Possibile enim illud dicitur, et est, quod nullam in sui notione involvit notarum, ut inquiunt, repugnantiam. Jam vero quae repugnantia fingi aut concipi potest in eo, quod Deus, qui corpus nostrum condidit seu efformavit, cum antea non esset, eique animam conjunxit, ut viveret, idipsum postea restituat, cum resolutum est? Rursum quaenam repugnantia involvitur in eo, quod Deus, qui omnipotenti virtute sua efficit effecitque continuo, ut ex tenui initio corpus integrum evolvatur per generationem, illud ipsum suae omnipotentiae vi restituat, cum, adnotante Tertulliano 3, corpora nostra nobis pereant, non Deo, qui minimas quasque eorumdem particulas, etsi in auram resolutas, ceterisque corporibus commixtas certissime cognoscit, iterumque suis locis aptare potest?

873. Demum illud possibile est, quod factum esse constat. Porro certum est, ut suo loco ostendimus4, Christum e mortuis resurrexisse; certum praeterea est, Christum ipsum Lazarum quatriduanum e tumulo excitasse. Idem porro est, ad rei substantiam quod spectat, sive putre cadaver excitare, cujusmodi fuit illud Lazari, sive jam dissolutum penitus ad vitam revocare; ergo, si non repugnat resurrectio mortui jam foetentis, nec implicat seu repugnat resurrectio mortui in cinerem redacti; nulla enim intrinseca differentia est [3]

874. Esse autem ejusmodi resurrectionem rationi ipsi consentaneam, non pauca tum analogica tum moralia argumenta suadent. Analogica quidem, quia, ut observavit jamdiu Tertullianus, quidquid in hac rerum universitate cernitur, imaginem et speciem quamdam prae se fert resurrectionis: *Omnia,* ait ipse, *in statum redeunt, quum abscesserint·, omnia incipiunt, quum desierint; ideo finiuntur, ut fiant: nihil deperit nisi in salutem. Totus igitur hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum^ operibus eam praescripsit Deus antequam litteris; viribus praedicavit antequam vocibus. Praemisit tibi naturam magistram, submissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiae discipulus naturae; quo statim admittas, quum audieris, quod ubique jam videris; nec dubites Deum carnis etiam resuscitatorem, quem omnium*

mortem amittitur. Hinc in symbolo ecclesiae aquilejen. occurrit illud additamentum: *Credo hujus carnis resurrectionem :* quod defendit, ut vidimus, s. Greg. M. adversus Eutychium. Cf. etiam Suarez loc. cit. ubi ostendit, *subjectum* resurrectionis aliud non esse nisi corpus, quod per mortem deponitur, cujus *terminus* est ejusdem corporis excitatio.

3) Op. cit. cap. 68 et seqq. et cap. 56. optime ait: *Idoneus Deus reficere quod fecit. .. Quomodo vita confertur a Deo, ita et refertur.*

4) Tractatus *De vera religione,* part. I. num. 250 et seqq.

J) Cf. Tertullian. loc. cit. cap. 38.

novisti restitutorem,6 Quod et ante ipsum Seneca pariter animadverterat, (licens: *Aequo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remeantium, videbis nihil in hoc mundo extingui, sed vicibus descendere ac surgere. Aestas abit* etc. 7)

875. Argumenta autem **moralia** vix ejusdem veritatem non demonstrant. Etenim, ut verbis s. Ambrosii utar: *Cum omnis vitae nostrae ratio in corporis animaeque consortio sit, resurrectio autem aut boni actus praemium habeat aut poenam improbi necesse sit corpus resurgere, cujus actus expenditur, Quomodo enim in judicium vocabitur anima sine corpore, cum de suo et corporis contubernio ratio praestanda sit?8* Nempe, nisi detur corporum resurrectio, non reciperent homines praemia vel poenas eorum operum, quorum auctores fuerunt per conjunctionem animae cum corpore: quod absonum omnino esset. Licet enim omnium meritorum radix ac sedes in anima sit, anima tamen in praesenti conditione corpore utitur ad suas operationes exerendas, quod ejus individua et intima comes est.

876. Praeterea ex unione animae et corporis exurgit suppositum humanum seu persona, *nostrum ego,* ut dicunt, quod vult, agit, operatur, meretur vel demeretur: sublato autem hoc essentiali utriusque nexu, perit suppositum, quod *homo* dicitur; nam anima per se sumpta nec homo nec persona est. Cum igitur homo seu humanum suppositum, aut deliciis affluxerit et voluptatibus, aut cruciatibus, molestiis, omnique calamitatum genere laboraverit, pronum est colligere, hunc ipsum hominem seu humanum suppositum praemiis aut poenis affectum iri; quod nonnisi per resurrectionem obtineri potest.

877. Insitus pariter animis nostris quidam sensus est, quo dum a morte seu dissolutione refugimus, appetimus ejusdem dissolutionis reparationem; proptereamoestitia ingenti afficeremur, si, spectata perpetua naturae totius reparatione, vel aliquantulum suspicari possemus solum casum seujacturam corporis nostri fore irreparabilem, ac, dum vescimur, nil aliud nos efficere nisi pabulum vermibus in tumulo praeparare. Nec dubito, quin ipsi increduli summa animi voluptate amplecterentur ejusmodi doctrinam, in quam incredibili .quodam impetu perinde atque in felicitatem in genere a natura ipsa inclinamur, nisi conscientiae voce retraherentur, qua non possunt sibi polliceri nisi resurrectionem ad mortem ac ignominiam aeternam.

6) Tertullian. loc. cit. cap. 12.

7) Epist. 36'. num. 11. edit. Taurin, opp. tom. III.

sj Lib. *De fide resurrect,* num. 52 et seqq. ubi argumenta ipsa a Tertulliano addocta ad fidem resurrectionis adstruendam profert, et latius deducit: «Tribus tamen, *inquit,* evidentius colligitur resurrectionis fides, quibus omnia comprehenduntur, ratione, universitatis exemplo testimonio rei gestae, quia plurimi surrexerunt. Ratio evidens est, quia cum omnis vita etc.* Quae deinde singillalim late prosequitur. Cf. etiam Tertull. lib. cit. cap. 15 et 16.

Sive igitur spectetur homo physicus sive moralis, non modo possibilis futura corporum resurrectio deprehenditur, sed plano rationi consentanea, ut omnia argumenta suadent.

879. Haee autem majus robur acquirant, si spectetur homo Christianus. Quandoquidem homo Christianus factus est membrum Christi, capitis proinde sui vices ipsum subire oportet, si fidelis suae professioni sit;|ejusdem Christi carne et sanguine alitur, quare et ejusdem capitis gloriae et immortalis vitae participem fore sibi polliceri debet. ; Redemptorem suum ac reparatorem totius et integrae naturae suae, seu proprii individui novit in Christo, qui non solum animam sed et corpus redemit, quod mortale cftectum non est nisi per Adae culpam. Si igitur Christus reparavit, quod cecidit in Adam, jam inde constat, etiam corpus fore per ipsum excitandum. Alioquin magis nobis nocuisset Adae culpa, quam profuerit redemptio Christi, quod plane repugnat apostoli doctrinae Rom. V. Hinc super fidelium Christianorum tumulum haec communis deberet esse inscriptio: Vwi *sunt oculis insipientium mari;* quemadmodum, dum adhuc in vivis agunt inter tot, quibus premuntur, angustias, communis haec deberet tessera esse: *Reposita est haec spes mea in sinu meo.*

DIFFICULTATES.

880. I. Obj. Tantum abest, ut resurrectio corporum cum sanae rationis principiis bene conciliari queat, ut plurimis gravissimisque impediatur difficultatibus. 1. Non enim intelligitur, quomodo particulae hujus corporis, in tot alia et ipsa humana corpora dispersae et mutatae, colligi possint et restitui. 2. Quid hoc ipsum corpus restitutum faciat ad mercedem factorum, in vita futura expectandam, quippe quum corpus illud nec perperam nec recte agere potuerit. 3. Deo sanctissimo benignissimoque non convenit, quod homini, qui sine corpore vitam veram degere nequeat, post multa, demum annorum millia hoc corpus reddere fingitur. 4. Doctrina ecclesiastica, quae novam quamdam conjunctionem animae hac vita defunctae cum corpore mortuo ineundam tantopere urget, non solum omnipotentiam ac sapientiam divinam parum curare videtur, sed variis etiam superstitionibus atque ineptissimis quaestionibus opportunitatem praebuit, quibus, admissa puriore sententia (rationalistica), eaque in libris sacris tradita, facile supersederi potest.9 Ergo.

881. Resp. *Neg. antec.* Siquidem sanae rationis principiis corporum resurrectionem plane congruere et cum iisdem bene conciliari ostendimus; si quae sunt difficultates, quae urgeant ejusmodi dogma, non ideo minus certum ac verum censendum est. Non solum enim nullum religionis dogma suis difficultatibus caret, sed omnes praeterea naturales disciplinae, e. gr.

') Ita Wegscbeider, §· 195.

medicina, physica, astronomia etc. suas habent. Dei ipsius existentia, animorum immortalitas etc. quae a rationalist!» admittuntur, nonne suis difficultatibus implicantur? numquid propterea rejiciendae sunt? Verum ejusmodi difficultates tales minime sunt, ut iis deterreri debeamus. Hinc

882. Ad 1. *D.* Non intelligitur, seposito divinae omnipotentiae interventu, *C.* hoc admisso, prout admittendum esse contendimus, *N.* Nec enim naturali ratione corporum resurrectionem effectum iri quispiam affirmat, sed divinae omnipotentiae virtute, cui perinde est res, quae non existebant, ex nihilo condere, ac materiae dispersae particulas aut moleculas, ad compaginandum corpus rursum coagmentare. *Mutatio* autem in his moleculis, si quae contigit, tota accidentalis est, ut monuimus, non autem essentialis, qualem physiologia, seu potius, ut vocant, zoobiologia docet10, ac philosophia universim.

883. Ad 2. Dicimus corpus restitutum ad mercedem factorum, in vita futura expectandam, plurimum efficere, cum ex corporis restitutione, juxta dicta, exurgat nostrum suppositum, *nostrum ego.* Etsi autem corpus per se sumptum nec perperam nec recte agere possit, cum anima tamen arctissime et hypostatice consociatum patitur aut voluptate afficitur, eidem praeterea animae inservit, ut ipsa ideas sensiles sibi cudat, et una cum ipso mereatur aut demereatur, ideo congruum est, ut una cum eadem anima corpus pariter poenam aut praemium factorum consequatur.

884. Ad 3. *Reg.* animam sine corpore absolute veram vitam degere non posse. Hoc non est nisi adversariorum figmentum, qui propterea excogitarunt animam, post corporis terreni mortem, novo, nescio quo, organo eodemque subtiliore instructum iri, eo quod mentes finitae sine spatii limitibus et corporali natura vix aut ne vix quidem concipi possint. 11 Hoc enim non minus cum recta fide, quam cum sana metaphysica pugnat. Angeli siquidem sunt mentes finitae et cum conscientia sui, attamen cujuscumque materiae expertes eos esse ostendimus. 12 Ejusmodi homines pro libertate, quam sibi arrogant, negant quae testatissima sunt, et obtrudunt quod sibi placet, nec argumenta ulla proferunt, ad hypotheses suas seu potius absur-

*0) Cf. Ducrotay de Blainville, *Cours de physiologie générale et comparée,* tom. I. 3. leçon, pag. 65 et seqq. Paris 1833, ubi inter cetera scribit: «Ainsi, de même que les organes d'un être vivant résultent de certains agroupements de molécules, au milieu d'une trame générale, de même aussi les molécules, qui composent l'univers ou la matière, s'agroupent de diverses façons, et forment, par ces différents modes d'agroupements, ce qu' on nomme des corps, lesquels, par cela même qu'ils ne sont que des parties d'une seule masse générale, réagissent continuellement les uns sur les autres etc.** Ejusmodi autem molcculae in perpetuo transitu, ut ita loquar, esse concipiuntur, juxta diversas modificationes, quas subeunt. Sed de his mox iterum dicemus.

11) Recol. superius recensita de hoc organo, in expositione systematis Bonneti.

12) Cf. supra n. 19 et seqq.

ditates communiendas. Etsi igitur animae separatae substantiae sint incompletae, attamen Dei virtute cum conscientia sui vere subsistunt, vivunt et operantur, juxta catholicae doctrinae principia de earuin statu post mortem corporis, quem pro meritis obtinebunt aut in aeterna beatitudine, aut in inferno, aut, ad tempus saltem, in purgatorio)

885. Ad 4. AVp. In primis autem observo non solum *doctrinam ecclesiasticam,* sed *divinam revelationem,* apostolos, Christum ipsum tantopere urgere conjunctionem animae, post temporalem hanc a corpore separationem, cura eodem corpore jam mortuo ineundam. Asserere autem, apostolos, immo et Christum Dominum parum curare divinam omnipotentiam atque sapientiam, doctrinamque praebere, quae ex se ineptissimas quaestiones, immo et superstitiones foveat, blasphemia est et insania non ferenda. Digna haec sunt istorum hominum, qui se jactant tradere doctrinam puriorem ea, quam apostoli et Christus tradiderunt, hominum dico, qui fortasse nec in animorum immortalitatem, nec in Deum ipsum credunt. Adeo sane enervant argumenta illa, quibus hae veritates probantur, ut omnem fere vim suam amittant! Si Biblia, ut ipsi autumant, docent puriorem, quam vocant, sententiam, quidni indicant saltem, ubi haec sententia tradatur? Agnoscat demum protestantismus, quos fructus pepererit fundamentale illud principium de totali rationis independentia a quavis anctoritate. Scripturae enim auctoritas privato sensu expositae *nulla* est, cum semper eludi possit, ut rationalismus ostendit. 13

886. H. Obj. 1. Ejusdem materiae atomi ad plura corpora spectare possunt Cannibales anthropophagi, qui toto vitae tempore humanis carnibus nutriuntur, in propriam substantiam convertunt carnes, quae ad alios homines spectarunt. 2. Praeterea quis nesciat omnes omnino homines totidem anthropophages esse? Vix enim terrae cadavera mandata sunt, ut illico resolvantur

n) Vere nunc risum movet quod Moshemius, diss. cit. §.27. scripsit: «Quod ipsae sacrae litterae testantur, nullum clarius, certius et ad immobilem fidem gignendam efficacius est *(redintegrationis nostrae firmamentum et pignus)* quam ipsius magistri nostri, tot vulneribus et aerumnis confecti, triumphus de morte et reditus de sepulchro." Optime sane, nisi prolestantismus robur omne praecidisset ejusmodi pignori ct firmamento, dum suum constituit destructivum principium independentiae rationis, seu spiritus privati a legitima auctoritate, in sacrarum litterarum expositione. Hoc enim principio semel constituto, nihil tam *clarum* tam *certum* ac *efficax* est in sacris litteris, quod perversa hominum ingenia non subruant. Necesse autem non est longius hujus rei exemplum et confirmationem accersere, quum id rationalistae abunde ostendant, qui, etsi Scripturas sequi se profiteantur, attamen tum Christi ipsius tum corporum nostrorum futuram resurrectionem non solum negant, sed utrumque articulum inter mythos incultioris aevi omnino ablegant. Idem dicatur de eo, quod ait Beansobre, loc. cit. §. 5: «Ce n| est pas une erreur tolerable que celle de nier la résurrection. S. Paul s'est trop expliqué sur cet article." Verum horum scriptorum aetate nondum omnes fractus suos protulerat protestantismus, neque tunc omnes praevideri poterant.

in sua principia; his nutriuntur vegetabilia, quibus aluntur animantia; nosque, dum vegetabilibus et animantibus vescimur, in nostram rursum convertimus substantiam ea ipsa principia primigenia, quae substantiam constituerunt illorum hominum, qui superioribus saeculis vixerunt, et ita deinceps quoad futuras generationes; adeo ut perpetua sit ejusdem substantiae commeatio seu fluxus, quae, ex uno in aliud corpus transit. Cum igitur eadem substantia ad tot corpora pertinuerit, in resurrectione futura cuinam restituetur? 3. Ex animadversionibus super oeconomia animali institutis, certo constat, corpus humanum perpetuas vices subire; amittit enim accipitque jugiter corpus nostrum magnam molecularum partem substantiae seu materiae, qua constituitur, ita ut singulis septenniis penitus renovetur. Hinc, accurate loquendo, corpus hujus diei idem omnino dici nequit ac corpus diei hesterni. Tot igitur ejusmodi corporum, quot idem homo habuit integra vitae periodo, quodnam praecise resumet in resurrectione? Quacumque igitur ex parte dogma istud spectetur, sanae rationi et scientiae repugnare deprehenditur. 14

887. **Resp.** his difficultatibus, quas adeo magni faciunt increduli, priusquam occurramus, juverit nonnulla praemittere ad vera a falsis, aut saltem exaggeratis, secernenda, juxta probatam physiologorum doctrinam.

888. Ac I. quidem animadvertendum est, stultam esse hypothesin anthropophagorum, qui non alantur toto vitae tempore nisi solis carnibus humanis, quod nescio an unquam factum sit, aut etiam fieri possit.

889. II. Certum est, herbas ac plantas, ut etiam demus quod adversarii autumant, praeter nutritionem, quam ex defunctorum corporum principiis adsciscunt, alia multa in proprium alimentum seu succum convertere, immo illorum partem minimam esse, quam ex cadaveribus attrahunt, quod propterea pariter dici debet de animantibus ac de hominibus, qui tum terrae fructibus tum animantibus vescuntur.

890. HI. Principia materiae primigenia, etsi diversam modificationem subeant, aut *combinationem* chimicam, in se prorsus incorruptibilia, immo et indestructibilia sunt. 15 Data propterea quacumque immeatione, seu transitu de una in alteram substantiam, ipsa in se omnino eadem permanent, ac

H) Ita passim increduli qui nullam hac in parte difficultatem protulerunt, quam veteres ethnici et haeretici non proposuerint, ut constat ex Origcne, loc. cit. *Contra Celsum;* ex Athenagora, *De resurrect. mort.* cap. 4. in *Biblioth. Patrum,* edit. Venet. tom. II; ex Tertulliano, lib. toties cit.; ex s. Epiphanio, *llaer.* XLIV. n. 10 et seqq. quasque ipse merito vocat *objectiunculas, Ιπαπορητικάί :* ex s. Augustino, in *Enchir.* cap. 84 et scq.

,5) Ejusmodi principia primigenia, quae et *simplicia* ab aliis vocantur, *indestructibilia* dicimus *per se,* non autem *respectu Dei,* qui ea ex nihilo condidit, secus ac nonnulli recentiores philosophi, seu verius increduli autumant.

propterea semper Deus ill! potest restituere, ad quem aliquo vitae tempore pertinuerunt. 16

891. IV. Etsi verum est corpora viventium jugiter consumi ac renovari, attamen, ut verbis utar cl. Laur. Martini, in quaestione inter physiologos positum est, utrum omne corpus plane renovetur, an quaedam tantummodo elementa. Nonnulli, illud omnino renovari, contendunt; alii censent, primigenia stamina ex textu cellulari componi, in cujus cellulas demittantur varia sanguinis principia, ea stamina non deteri, consumi dumtaxat materias, quibus ille imbuitur. Posterior sententia, ut idem prosequitur, veritati magis consentanea videtur. Profecto non facile mente adsequi licet, quomodo organica fibra destrui posset, quin simul vitam amitteret. 17 Posteriori huic sen-

’·) Apposite inquit s. August. *Enchir.* cap. 8S: «Non perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro; sed in quemlibet pulverem cineremve solvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium etiam hominum cibum cedat carnemque mutetur, illi animae humanae puncto temporis redit, quae illam primitus, ut homo fieret, viveret, cresceret, animavit.- Cap. seq. illud praeclare addit: «Ipsa itaque terrena materies, quae, discedente anima, fit cadaver, non ita resurrectione reparabitur, ut ea, qnae dilabuntur et in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur, quamvis ad corpus redeant, unde dilapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes, ubi fuerunt, redire necesse sit.“ Cf. etiam Tatianus, *Orat, cont. Grarc.* cap. 6. *Bibliolh. Patrum,* edit. VeneL tom. L

17) Elementa physiologiae, lib- ILL pag. 79. edit. 3. Taurini 1835. Hanc eamdem opinionem tenuit Hunter. Neque ab his admodum abludit cit. Blainville, qui, cum tom. I. pag. 119. constituerit distinctionem , quam ipse vocat fundamentalem, inter *elementa constituentia* et inter eorum *productum,* seu inter ea, quae pariem constituunt ipsius animantis, ejusdemque efficiunt textum *(tissu}*, atque inter id omne, quod invenitur in superficie tam externa quam interna animantis, ita prosequitur; »Un changement de tissu ne peut avoir lieu que *rarement* et dans des limites trës-restreintes, tandis que rien n'est plus ordinaire que de trouver de pareils dépôts â la surface de l’animal et dans les mailles qui forment sa matière constituante; or ces dépôts ne présentent qu’ une simple production émanée des fluides de l’organe, production qui, par son degré de solidité et par sa présence dans les petites aréoles de ce dernier, lui donne un air de transformation, qui a pu faire illusion; mais il est facile de retrouver le tissu normal dans cette sorte de mélange, du moins tant que la production nouvelle n’a pas donné lieu â son atrophie, et ne l’a pas détruit." Quod saepius repetit, vocans textum cellularem *basim oeconomiae animalis.* Sed clarissime, tom. HI. pag. 6: ..Vous ne verrez jamais dans un produit la moindre trace de réticulation, de spongiosité, en un mol, de celte disposition qui indique la présence du tissu cellulaire ou générateur, et par conséquent l’organisation; car l’organisation consiste essentiellement dans cet état réticulaire, celluleux, qui est la condition des mouvements d’absorption et d’exhalation dont se compose, avant tout, la vie.· Attamen alii contrarium censent, inter quos Mich. Medici, op. cit. part. I. *Fisiologia generale,* sez. prima, cap. 6, in quo diversas leges statuit reproductionis, inter quas secunda ita ponitur; «Per la forza riprodultiva, sotto certe condizioni i tessuli vengono rigenerati, ove sieno recisi, e porzione di essi venga portata via, o da altro modo distrutta. .. La terza *(leggej* è, che questa straordinaria vegetazione o riproduzione dei tessuti, è in ragione inversa della cosi detta perfezione, ossia complicazione

tontine majus robur accedit ex doctrina apud eosdem physiologos recepta, mortem naturalem, quae nempe ex senio tantum provenit, pendere ex texturae cellularis, quum processu temporis acquisivit, consolidatione, qua proinde inhabilis fit ad incitamentum. 18

892. Ex qua theoria jugis illa explicatur alimentorum permeatio, quae fit per *compositionem* et *decompositioncm,* vel, si rnagis placet, per partium *assimilationem* ac *dissimilationem,* quibus oeconomiae animalis, quae *nutritio* dicitur, systema continetur. Alimentorum pars, quae per nutritionem consumitur, minima est; ceterae autem per *egestionem* ac *perspirationem sanctoriana* amittuntur. Per vim autem *vitalem* texturae cellulares juxta diversam, qua donantur, structuram, varia principia attrahunt, ac prout varius est incitamenti gradus, vicibus subest. 19

893. V. Cum, non obstante hujusmodi jugi materiei molecularum vicissitudine ac permeatione, seu, ut vocant, *reproductione,* idem semper in nobis corpus perseveret ac sit, ut ex sensu intimo edocemur (ecquis enim, nisi amens sit, dicet, corpus, quod hic et nunc possidet, idem non esse ac corpus, quod habuit ante viginti ac triginta annos?), patet ad identitatem corporis constituendam minime requiri identitatem omnium et singularum materiae seu substantiae molecularum; sed, si admittitur sententia illorum physiologorum, qui adstruunt reproductionem seu renovationem corporis, seu potius molecularum quibus illud constat, non esse nisi partialem, satis est ut essentiales nonnullae partes, staminum scilicet primigeniorum seu texturae cellularis, conserventur, ut identitas corporis exurgat; si vero juxta aliorum physiologorum sententiam totalis admittitur renovatio, jam patet, nec ullius requiri moleculae identitatem ad hoc, ut idem corpus dici debeat. Corpus enim idem dicitur, non obstante jugi molecularum vicissitudine, si ab eadem informetur anima, et si praeterea alia adsint, quae determinare difficile est, nec ad theologum pertinet; sed certe identitas magis ex forma etiam materiali, structura, organismo etc. quam ex materia est repetenda, et quidem quamdiu vivimus, ut ex dictis patet; eadem porro ratio valet quoad resurrectionem. 20 Igitur

organica dei varii corpi vivi etc.° Quas bus, quae eamdem semper basim, ut ita leges deinde evolvit et confirmat.

*') Cf. Martini, op. cit. pag. 78.

") Ibid, tum in fusiori opere: *Lezioni di fisiologia,* tom. VIII. lez. 71. Torino 1830.

w) Advertendum tamen est, hoc intercedere discrimen inter jugem reproductionem et resurrectionem, quod illa nonnisi successive fiat in diversis corporis seu materiae moleculis, quae sensim et sine sensu per partes reproducuntur, aliis permanentidicam, constituunt, ac proinde integra particularum renovatio non habetur, nisi post datam periodum plus minusve longiorem. Et en, quomodo, mutatis omnibus moleculis ac penitus renovatis, idem tamen semper corpus perseveret. In resurrectione vero corporis restitutio erit instantanée, nisi propterea eaedem moleculae resumantur, quae saltem pariem corporis essentialem constituebant, dum quispiam morluus est, non haberetur corporis identitas, sed aliud seu

resurrectio possibilis est, seu anima proprium corpus recipere, potest, licet paucissimas recipiat ex molecults, quae anto mortem ejus corpus constituebant.

894. VI. Probabile est, corpora post resurrectionem minori indigere materiae quantitate, quam corpora mortalia ac passibilia.

895. Quibus praemissis, jam sponte ruunt difficultates incredulorum.

Etenim ad 1. resp. Data etiam absurda hvpothesi, illos anthropophages recepturos illas tantum moleculas. quae requiruntur et sufficiunt ad proprium corpus constituendum, ceteras vero cum vel non fecerint suas, aut maxima ex parte amiserint, restituentur illis, ad quos spectabant.

896. Ad 2. Eadem esto responsio.

897. Ad 3. Dico, satis esse, ut illas particulas resumat, quibus coalescebat essentialiter illud corpus, quod per mortem dimisit, quia, etsi moleculae mutatae ac renovatae successive fuerint singulis vel trienniis aut septenniis21, idem corpus semper extitit, quoniam identitas corporis est independens ab identitate molecularum, aeque ac, si quis in aedificio aliquo singularibus sublatis lateribus alios per vices in illorum locum sufficiat, idem semper aedificium censetur et est.

898. III. Obj. Saltem sub eo respectu futura corporum resurrectio

diversam omnino esset; quod asserere a fidei principiis abhorret. Quare vel ipse Mich. Medici, qui extendit reproductioncm ad ipsos textus cellulares, loquens loc- ciL de vi reproductiva, quam vult intrinsece eamdem esse ac eam, quae praesidet primitivae corporum organisatorum compositioni post generationis actum, quaeque a Buflbn *vis vegetativa.* a Wolfio *vis essentialis,* a Blumenbachio *nisus formations* nuncupatur, concludit: »L'unica diflerenza ê che per questl ultima il corpo organico riccve la forma e la composizione primordiale, mentre la forza riproduttiva operando nella vita già cominciata e precedente, la conserva, e, per cosi dire, ia ripete."

'*) Dixi singulis *trienniis* aut *septenniis,* quia nihil certi circa hanc renovationis periodum statui potest; varia enim est. Fatentur enim accuratiores physiologi, diversam esse reproductionem pro diversa aetate; maxima est in infantia et pueritia, media in adolescentia ac praesertim in virilitate, minima in senectute et senio; immo diversa ratione perficitur, juxta diversas *constitutiones physicas,* ut vocant, individuales uniuscujusque, et juxta diversum vitae genus etc. Cf. auctores citati, nec non Richerand, *Nuovi elementi di fisiologia,* trad, dal franc, tom. I. cap. 6. §- 110 et seqq. Firenze 1815. Nos unius M. Medici verba proferemus, qui op. cit. tom. II. cap. 82· circa finem, haec habet: .Ma se la nutrizione va riparando le materie continuamente perdute, ne conseguila, che dopo certo spazio di tempo ii corpo si rinnovi. E chi pensa cotesto rinnovellamento accadere ogni tre anni al piii tardi; altri ogni sette. Per me tante sono e cosi variabili le funzioni preparatorie della nutrizione, che reputo impossibile lo assegnare lo spazio necessario al mntamcnlo del corpo.·' Non obstante jagi isto ac perpetuo molecularum fluxu per modificationes physicas aut chimicas, quas subit corpus nostrum, intimi tamen sensus testimonio constat, hominem sibi conscium esse de sua individual! identitate, ac nemo dicet se corpus possidere post triginta, sexaginta etc. annos, diversum ab eo quod obtinebat vel in infantia vel in adolescentia. Moleculae praeterea *mutantur,* sed non *destruuntur.* Cf. Joann. Butler, *L'analogie de la religion naturelle et révélée ,* trad, de l'anglais, première partie, chap. 1. *rf une vie future,* pag. 21 et seqq. Paris 1821.

tamquam impossibilis traduci debet, quod orbis terrarum hic noster impar omnino sit ad omnia quae resurgent corpora continenda. 22

899. Reep. *Neg.* Hoc enim commentum jamdiu explosum est a cl. Feller, qui fallacem ostendit ita dictam *demonstrationem,* qua incredulus homo nitebatur evincere, orbem hunc nostrum talem non habere amplitudinem, quae possit capere omnes homines praeteritarum generationum; immo, inita supputatione, luculenter patefecit, centum milliaria italica quadrata sufficere ad ingentem multitudinem continendam omnium hominum, qui intra sex mille annorum periodum sibi invicem successerint juxta praesentem mundi incolarum frequentiam. 23 Adeo stolidos se ostendunt increduli dum catholicam fidem aggrediuntur !

CAPUT VIII.

DE JUDICIO EXTREMO.

900. Vidimus superius Calvinum impugnantem veritatem judicii *particularis,* ut adstrueret *solum* judicium universale, quod et *extremum* a nobis dicitur. Debemus heic ostendere veritatem judicii universalis seu extremi adversus recentiores protestantes, praesertim vero adversus rationalistas, qui nunc tuentur *solum* judicium particulare, ut excludant universale.

901. Praemittimus autem I. incertum esse tempus et locum hujus judicii, quum neutrum nobis revelare Deus voluerit. 1

902. II. In hoc judicio publico ac solemni omnium prorsus ac singulorum hominum, qui a mundi exordio usque ad ejus exitum extiterunt aut extituri sunt, actiones esse discutiendas.

903. III. Modum hujus discussionis ac manifestationis esse prorsus diversum ab eo, quem passim nobis animo, seu potius imaginatione fingimus, ut ex iis, quae dicturi sumus juxta patrum doctrinam et probata theologorum principia, manifestum fiet. Sed, ut ad dogma ipsum jam accedamus, sit

”) Ita Joulain, architectus olim regius, in dissertatione, quae inserta est in diario, cui titulus : *Journal encyclopédique,* Sepi. 1770. pag. 267.

u) Catèch. philos, loc. cit. §. 3. n. 469. Cf. etiam de hoc argumento: *It regno di Dio, ossia l'universale resurrezione dei trapassati, libri Ire dell' Ab. D. Gius.* Ahgeli, in 4. Roma 1833.

') Cf. Estius in *IV. Sent.* dist. 48. §.4. ubi de loco disserens, in quem Christus venturus sit, ad judicium universale instituendum, scribit: „Sed quis sit iste locus, certe traditum non habemus, cum nec adeo multum referat id a nobis sciri. Multorum tamen est opinio nequaquam improbabilis, in valle Josaphat universale illud judicium futurum ;u quod deinde variis argumentis confirmat, quae ibidem recoli possunt.

PROPOSITIO.

Post corporum nostrorum resurrectionem instituetur a Christo universale omnium hominum judicium.

904. Haec propositio de fide est, ut ex omnibus fidei nostrae symbolis constat. In symbolo enim apostolico credere profitemur, quod *Christus venturus est judicare vivos et mortuos:* et in symbolo athanasiano additur: *Ad cujus adventum omnes homi?ies resurgere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt de factis propriis rationem.*

905. Hunc porro fidei nostrae articulum aperte tradidit Christus ipse Matth. XXV. 31. dicens: *Cum venerit Filius hominis in majestate sua omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes gentes* etc. Apostoli ut plurimum ab hujus futuri judicii denunciatione auspicabantur evangelii praedicationem. Ita Petrus Act. X. 42. et Paulus ibid. XVII. 31, et rursum XXIV. 25. atque in Epistolis passim, praesertim vero H. Cor. V. 10. ubi ait: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Item Apec. XX. 12: *Et vidi,* inquit Joannes, *mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt ... et judicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum.*

-"■'^906. Hisce positis, *si* quis in medium proferre vellet auctoritates ac testimonia patrum, sive graecorum sive latinorum, ad hanc veritatem magis magisque corroborandam, quam semper ecclesia professa est, is supervacaneam prorsus operam navaret. Certatim enim ipsi magnum istud spectaculum extollunt ac celebrant, ex quo tanta in Deum gloria proveniet, justis laus, reprobis ignominia accedet. Hinc divinae providentiae ordo et quasi tela evolvetur atque expandetur. Hinc impiorum occultae machinationes et artes, justorum autem afflictiones et aerumnae in apertam prodibunt lucem. Hinc denique intimi cordis recessus in omnium oculos incurrent. Spectaculum profecto, quo nullum Deo dignius excogitari potest. [l]

DIFFICULTATES.

907. I. Obj. In hac doctrina, quae a litteris dictorum e Scriptura sacra ad singulas res probandas adhibitorum haud multum abhorret, nonnulla quidem insunt, quae rudiorum animos metu salutari perstringere et numen tamquam judicem forensem oculis quasi objicere queant: nihilominus iisdem

l) Cf. Lessius, loc. cit.

fere et gravioribus etiam laborat difficultatibus, quam quibus doctrina illa de resurrectione. Namque 1. formula illa, cujus origo ab judaeorum seriorum commentis ac mythicis purioris doctrinae involucris ducitur, huic ipsi ab iisdem scriptoribus sacris propositae plane repugnat, quippe quum nulla adsit causa, cur eum, cui sors jam statirn post mortem sua contigerit, denuo judicatum iri statuendum sit. Deinde 2. persuasio, quam scriptores sacri magistro divino tribuunt, quamque ipsi prae se ferunt, de reditu Messiae visibili proxime expectando, nonnullis illius cfi'atis (Joann. III. 18; Luc. XVI. 22 et seqq.; Joann. XVIII. 36. et alibi) plane repugnat, neque eventu comprobata est. Ipse Jesus tempus magnae illius rerum conversionis se ignorare professus est, teste Marco XIII. 32. Recte inde concluditur, omnem istam persuasionem de ejusmodi reditu Messiae, scilicet Filii Dei ad judicium instituendum, ex oratione certa prophetica et tropica, ad imagines de Messia judaeis usitatissimas composita, qua Jesus rem Christianam aliquando victricem et adversariorum poenas futuras forte adumbravit, a discipulis sensu quidem proprio *perperam intellecta* prodiisse, nec nisi ratione quadam symbolica jam a nobis ad vulgi usum posse transferri, ita quidem, ut omnis haec narrandi forma ad eam sententiam universalem ei substratam revocetur, qua quemlibet hominem doctrina Christi imbutum ad vera hujus praecepta accommodate judicium olim subiturum ac sortem vitae futurae nacturum esse statuimus. Postremo 3. negari nequit, judicii messiani proprie intellecti expectationem, a primis inde ecclesiae Christianae temporibus, variis superstitionibus fanaticis ansam praebuisse, unde plurimum detrimenti cepit vera virtus atque religio. Quibus argumentis bene perpensis, subsistere licet in simpliciore Scripturae sacrae sententia, quae optime convenit cum rationis idea Numinis sanctissimi, statim a morte aliam sortem hominibus probis, aliam improbis justissimo rerum ordine per gradus tribuentis. 4 Ergo.

908. Resp. *Neg. antec.* In primis doctrina de judicio extremo ac universali non solum non abhorret, ut adversarii loquuntur, a Scripturae dictis, sed aperte omnino iisdem Scripturis traditur et inculcatur. Difficultates vero, quibus premitur, nullius plane momenti sunt ac facile disjiciuntur, prout eas disjecimus, quae adversus resurrectionem proferebantur. Cum rationalistae aliquot phrases congesserint, e. gr. *pro rudioris aevi ingenio, mythicam narrationem* aut *poeticam, Jesum sese accommodasse vulgi ingenio, apostolos magistro sententiam tribuisse ab ipsis perperam intellectam,* aliasque ejusmodi, quas ad nauseam obtrudunt; cum quaedam indicaverint Scripturarum loca, quae ut plurimum ad rem praesentem non faciunt, aut nonnullas aliorum rationalistarum sententias attulerint, putant se difficultates insolubiles proposuisse, ob quas a recepta omnium saeculorum fide discedendum

') Wegscheider, §. 199.

omnino sit Facile tamen rationalismus veluti levis nebula dissipabitur, priusquam vel minimus catholicae fidei articulus permoveatur. Verum, ut ad singula, quae objecta sunt, propius accedamus:

909. Ad 1. *Neg. primo* doctrinam de extremo judicio, quam adversarii vocant *formulam,* a judaeorum posterioris aevi commentis ac mythicis purioris doctrinae involucris originem trahere; quum eam trahat, ut vidimus, ex Cliristo ipso, qui non uno in loco, immo vero constanter, eam praedicat, atque ab ipsis apostoli^ qui eam a Christo acceperunt. Nos documenta attulimus; rationalises vero satis fuit propriam assertionem obtrudere. Negamus *secundo* doctrinam hanc pugnare cum doctrina proposita ab iisdem scriptoribus sacris. Hanc enim pugnam nemo unquam vidit, immo nec suspicatus est. Quae enim pugna fingi in eo potest, quod homines singillatim statim post obitum judicentur, prout homines privata sunt individua, ut illico consequantur promeritam sententiam praemii aut poenae, et quidem inadaequatam, ut expositum est, ac demum omnes simul publice ac solemniter tamquam publicae societatis membra, atque ut completam et adaequatam remunerationem consequantur? Falso praeterea supponunt adversarii, hominis soliu§...cau5ii ejusmodi judicium institutum iri, non autem etiam, immo praecipue, ad Dei gloriam juxta ea, quae in probationibus dicta sunt ? 3

910. Ad 2. *Neg.* sacros scriptores tribuisse Christo persuasionem de proximo sui ac visibili reditu, aut iis ipsis ejusmodi persuasionem inhaesisse. Christus numquam voluit discipulis suis tempus certum reditus sui patefacere; ideoque non poterant ejusmodi persuasionem aut Christo tribuere aut ipsi animo concipere. Si quem vero curiositas tangat recolendi loca ab adversario indicata ad ostendendam pugnam, quam ipse fingit inter hanc, quam vocat, apostolorum persuasionem et Christi effata, mirabitur incredibilem hominis rationalistae audaciam; cum ne unus quidem sit, qui ad praesens argumentum spectet.

911. Quod si Marci XIII. 32. Christus ait: *De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in coelo, neque Filius,* in ordine, ut ajunt ad manifestationem id protulit, quemadmodum patres omnes adversus arianos, qui

') Hanc ipsam difficultatem jam praeoccupaverat s. Thom. in *Suppi,* qu. 88. art. 1. diff.3. Respondet autem ad 3: .Universale judicium magis directe respicit universalitatem hominum quam singulos judicandorum; quamvis ergo cuilibet homini ante judicium erit certa notitia de sui damnatione vel praemio; non tamen omnibus omnium damnatio vel praemium innotescet. Unde judicium necessarium erit.‖ Cf. *Catechism. Roman,* part. L cap. 8. η. 4 et seq. qni quinque rationes profert, quibus ostendatur privato judicio generale subjiciendum esse. Prima est, ut augmentum praemii aut poenae percipiant mortui cx male aut recte factis; altera, ut pii laudem, impii ignominiam consequantur; tertia, ut corpora vel praemium vel poenam cum animo ex aequo participent; quarta, ut divinae providentiae ratio omnibus constet; quinta demum, ut boni perseverarent et mali resipiscerent.

hoc ipsum objecerant, exposuerunt, Neque enim Filium, qui in sinu Patris a tota aeternitate est, hic dies latere potuit. Sed haec difficultas provenit ex systemate ariano, sociniano et rationalistico.

912. Sublato vero fundamento, concidunt sua sponte superstructae difficultates seu conclusiones, quas indidem deducit adversarius, tum scilicet ejusmodi persuasionem profluxisse ex perperam intellecta Christi doctrina; ita ut post XIX saecula, quod non intellexerunt apostoli a Christo ipso edocti et a Spiritu Sancto, tandem aliquando rationalistae intellexerint; tum revocandam esse doctrinam de judicio extremo ad speciem victricis gentis Christianae et poenarum , quas Christi adversarii essent laturi. Haec enim non sunt nisi somnia, quae nemini sanae mentis Wegscheider cum suis asseclis persuadebit.

913. Ad 3. Cum ignorem de quibusnam superstitionibus loquatur adversarius, quibus expectatio judicii messiani ansam praebuerit, satius erit expectore donec adversarius eas enumeret. Forsan alludit ad sanguinem, quem Christi martyres effuderunt, aut ad illos, qui monasticum institutum amplexi sunt; quia pro his hominibus quidquid virtutis Christianae est et heroicae fortitudinis, superstitionem sapit. 4 Nescio pariter quodnam detrimenti capiat vera virtus atque religio ex judicii expectatione; nisi indicare velit, neminem tunc fore, qui stipendiis adduci velit ad disseminandam impietatem sub bibliorum velamine, in quo certe magnum foret detrimentum.

914. Postremam denique consecutionem negamus, nempe, probe perspectis argumentis allatis, cuipiam licere subsistere in simpliciore, ut ipse vocat, Scripturae sacrae sententia. Argumenta enim producta nullius plane roboris sunt, ita ut nec argumentorum nomen mereantur, cum non sint nisi vel putida mendacia, vel gratuita asserta. Ejusmodi autem argumenta neminem profecto amovebunt a doctrina illa, quam non solum Scripturae, sed universa antiquitas tradiderunt, et quae constans semper ac firma fuit omnium Christianorum fides atque professio.

915. II. Obj. Dubitari nequit, quin hic articulus formulis et allegoriis judaicis de adventu Messiae, mortuos resuscitaturi atque sub judicium vocaturi, tum modo ac rationi humani judicii sit accommodatus. Hinc est quod commemorantur nubes, quibus Messias vehitur (Matth. XXIV. 30; XXVI. 64, coll. Dan. VII. 18), Archangelus cum tuba (I. Thess. IV. 16.), et omne satellitium angelorum (Matth. XXV. 31; II. Thess. I. 7.), convocatio omnium hominum (Matth. XIII. 41; XXIV. 31.), et defun-

4) Huc special sapienlissima s. Gregorii Magni animadversio: ..Justorum simplicitas deridetur; quia ab hujus mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur; et quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiae fatuum sonat.* *Moral,* lib. X. in cap. 22. Job.

ctorum et adhuc viventium, qui quidem aequo mutabuntur ac duduin mortui (I. Cor. XV. 15; I. Thess. IV. 16, 17, coll. Philipp. III. 21.), tribunal judicis (Rom. XIV. 10«), libri censurarum aperti et inspecti (Apoc. XX. 12 etseqq,), singulorum examen atque sententia pronunciata (Matth. XXV. 31 et seqq.), qua pii coelestis regni gaudiis, epulis coelestibus (ibid. VIII. 11; Luc. XXII. 18, 30.) digni ac fruituri declarabuntur (Matth. XXV. 38.), impii autem cum diabolis flammarum infernarum suppliciis aeternis tradentur (ibid. XXV. 41; Marc. IX. 48; II. Thess. I. 9 et seqq.). Ac posteaquam judicium illud, quod statim post Hierosolymorum excidium (Matth. XXIV. 29; Marc. XIII. 24 et seqq. Luc. XXL 5 et seqq.) instituendum, prope instare diserto monent5, peractum sit, mundum hunc igne interiturum, aliumque oriturum esse, novam Hierosolymam in novam terram e coelo demissum iri, aliaque ejusmodi perhibent. Haud obscure tamen significatur, aevo jam apostolico doctrinam illam mythis fuisse involutam, II. Petri L 16. 6 Intelligi demum nequit, quomodo tanta hominum multitudo possit simul judicari; quomodo possit unusquisque facta propria in mentem revocare.7 Ergo.

916. Resp. *Dist. antec.* Id est imaginibus sensibilibus et captui nostro accommodatis judicii articulus proponitur, ut in aliis passim fit, *C.* allegoriis judaicis, ita ut articulus ipse totus fictitius sit, atque inter mythos amandandus, X. Duo enim permiscent adversarii, quae apprime secerni debent, existentia scilicet alicujus veritatis cum modo seu forma, qua eadem veritas exhibetur atque proponitur. Porro existentia alicujus veritatis est omnino independens a forma, qua proponitur: cum interdum fieri possit, ut nonnisi imaginibus symbolicis enunciari seu offerri queat, cujusmodi sunt veritates abstractae, et quae superant captum nostrum. Hinc Dei ipsius operationes, sive exercitium suorum attributorum, Scripturae exhibent sub formulis tropicis, eidem tribuunt affectus, quos vocant anthropopathicos, poenitentiae e. gr., irae, vindictae etc. cum tamen nil tale in Deo sit. Numquid propterea ejusmodi veritates rejicere debemus tamquam totidem mythos, sub illis imaginibus adumbratos? Idem propterea contigit circa judicii extremi articulum. Nuda veritas est, Christum olim venturum esse ad judicium instituendum actionum nostrarum, ac retributurum pro uniuscujusque meritis, Cetera autem possunt esse imagines, quibus objiciatur veluti sub oculos nostros

J) Nempe Maith. XVL 28; XXIV. 30; Joann. XXL 23; I. Joann. II. 18; Rom. VIII. 19 el seqq.; L Cor. XV. 51 el seqq.; II. Cor. V.4 et seqq.; PhiLIIL20; LThess. L 10; IV. 15—17; I. Tim. VL 14; Tit. II. 13; Hebr. X. 25—37; I- Petr. IV. 7; IL Petr. III. 10— 12; I- Joann. II. 18; Apoc. XXII. 7, 12, 20. Ubi animadvertendum tamen est plerosque ex his textibus, non esse ad rem, aliorum autem diversum omnino esse sensum ab eo, quem adversarius eisdem tribuit, ut cuilibet eos vel leviter percurrenti constare poterit.

·) Wegscheider, §. 196.

7) Sic alii increduli passim. Cf. Feller, loc. cil.

ratio, ordo et effectus ipsius judicii, ad altius in mentibus nostris ejusmodi veritatem figendam.

917. Dixi *possunt,* neque enim ulla reperitur repugnantia, aut aliquod inconveniens, si dicamus, reipsa Christum nube circumdatum venturum esse, prout eadem nubes cum in coelum ascendentem suscepit, Act. L 9', praemittendum fore archangelum cum tuba, in corpore adseititio, ut suo loco exposuimus, angelos Christum comitaturos. H

918. Convocandos autem homines esse a quatuor ventis, seu mundi plagis, ut Christus inquit, nemo inficias ibit, nisi qui velit fidem Christo detrectare, aut qui putet homines esse totidem entia spiritualia; si enim homines propriis corporibus donabuntur, quod superiori propositione ostendimus, debebunt profecto moveri de loco in locum, ut coram judice Christo se sistant. Quod additur de immutatione tam vivorum quam defunctorum, nihil dicitur in locis adductis, sed Philipp. III. 21. tantum generatim dicitur de Christo, quod *reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae,* nec ullam mentionem facit sive vivorum sive mortuorum. Quod si electorum corpus per resurrectionem dotes gloriosi corporis acquiret, de corpore reproborum contrarium omnino asserit apostolus, dicens I Cor. XV. 51 : *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Ex quibus verbis non solum mendacii et falsitatis arguitur adversarius, sed discimus praeterea longe probabilius esse, omnes plane homines morituros esse, etsi aliqui ad breve tempus. Quia si omnes resurgemus, ergo omnes moriemur. 9

919. Quae dicuntur de tribunali, de libris censurarum et examine, jamdiu praeoccupata fuerunt ab ecclesiae patribus, qui monuerunt haec nonnisi figurato sensu esse accipienda. Etenim *judicat Christus,* inquit s. Ambrosius, *cognitione cordium, non interrogatione factorum.* 10 Manifestante se Deo, nullum amplius velum operiet actiones et facta hominum. Quod non obscure declarat apostolus ipse, scribens, Rom. II. 15: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, cum judicabit Deus occulta hominum. Nihil enim est opertum,* ait Christus, *quod non revelabitur, et occultum, quod non scietur* (Matth. X. 26·). Quibus docemur omnium et singulorum conscientias divina illustratione patefactum iri, ut quilibet cognoscat distincte tum bona ac mala

*) Cf. Lessius, loc. cit., nec non Eslius, loc. pariter cit.

') Recol. superius dicta.

l0) *In Luc.* lib.JK. cap. 22. n. 49. Cf. *Enarr- in Psal.* I. n. 52. Sic ctiam s. August. *De civ. Dei,* lib. XX. cap. 14 : -Quaedam igitur, *inquit,* vis est inlelligenda divina, qua fiet, ut cuiquc opéra sua, vel bona vel mala, cuncta in memoriam revocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul et omnes et singuli judicentur. Quae nimirum vis divina, libri nomen accepit. In ea quippe quodam modo legitur, quidquid ea faciente recolitur.»

propria, quae cogitatione, verbis aut opere patraverit, tum bona omnia ac mala, quae ceteri gesserint 11; et quidem intra brevissimum temporis intervallum omnia absolventur.

920. Quod si Christus visibilis apparebit, visibili pariter angelorum agmine stipatus, longe probabilius sensibili voce sententiam proferet, quod patres et interpretes passim docent. Neque in hoc habent adversarii, quod reprehendant, cum ipsa rerum analogia id exposcat. Neque est quod rationalistae rideant, dum vident aeternam beatitudinem proponi sub imagine convivii. Quis enim nescit, Deum homines alloquentem infirmitati nostrae consuluisse, dum, quae omnem mentis nostrae aciem excedunt, per symbola proposuit? Hinc modo domui, modo regno, modo convivio aliisve laetioribus imaginibus coelestem beatitudinem Christus comparavit. 12 Interdum vero ea in Scripturis occurrunt, quae sensibiles ejusmodi imagines corrigunt, ac puriorem exhibent ejusdem aeternae felicitatis notionem. 13 Quare haec dissimulant rationalistae, ut contemptum in sacra Biblia disseminent?

921. Falsum omnino est, quod obtrudunt de extremo judicio, *immediate* post Hierosolymorum eversionem subsecuturo; neque id evincunt loca Scripturarum, quae adducuntur. Tum quia incertum adhuc est, utrum Christus in citatis locis loquatur de sola Hierosolymorum eversione, an etiam de extremo judicio ac mundi fine 14; tum quia, hoc etiam admisso, numquam Christus dixit, illico post ejusmodi excidium subsecuturum esse aut judicium aut mundi finem. Sermo enim ipsius tria simul complexus est, urbis devastationem, secundum ipsius adventum in terras visibilem, ac demum judicium et mundi finem.;'5 De prima affirmavit: *Non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant.*16 De reliquis nullum tempus determinavit. Sane juxta adversarios, Christus aperte professus est, se ignorare judicii diem; quomodo igitur

·') Cf. Lessius, *De perfeci, divin,* lib. XIII. cap. 22. n. 137 et seqq.

n) Cf. Bellarminus, *De aeterna felicitate Sanctorum libri* V. ubi pie ac docte totum hoc argumentum prosequitur. Et Bened. Piazza, S. J. *Dissert, de paradiso,* part. I. cap. 1 et seqq. Panormi 1762.

u) Cf. I. Cor. XIII. 12; IL Cor. V. 6. 7; Joann. XVI. 22. et alibi passim. Vid. auctores citati.

u) Cf. Phil. Lallemant, S. J. *Riflessioni morali, ec. sui Nuovo Testam, trad, dal franc.* Roma 1791. tom. L ad cap. 24. v. 29. s. Matthaei, ubi contendit hoc caput nullo modo referendum esse ad judicium finale, perinde ac loca parallela s. Marci et s. Lucae, sed tantum ad proximum urbis excidium.

li) Cf. Maldon. in hunc locum.

,6) Ut magis pateat ejusmodi hominum de Christo et apostolis sentiendi ratio, apponemus verba Bôhme, qui in opere: *De spe messiana Apostolorum,* pag. 101, Halae 1826, scribit: ..Censemus istam expe-elationem *Creditus prope instantis)* aJesu, nisi quod hic excidium urbis judaeorum templique praedivinaverit, illi quidem adventui Messiae annumeratum, non exci-tam fuisse in apostolorum animis, quippe quos e gentis suae superstitione ea tenuerit, sed fotam aliquatenus, quoniam evelli nequiret, et quantum posset fieri, emenda-tam et ad bona, quibus ipse Jésus utebatur, consilia adjuvanda atque percipienda adhibitam.»

potuisset in istorum hypothesi hunc ipsum diem tam accurate determinare, ut dixerit intra eamdem generationem et immediate post urbis devastationem institutum iri judicium, et mundi exitum statim subsecuturum? Vetus adagium est: *Mendacan oportet esse memorem.*

922. Ceterum praestat haec confirmare auctoritate interpretis adversariis nostris minime suspecti, Kuinoel scilicet, qui in suo *Commentario in libros N. T. historicos,* ad cap. XXIV. Matthaei, recensitis non paucis protestandum exegetarum expositionibus, quae in eumdem sensum collineant, ita concludit: *Quo vero praeconceptae eorum* (discipulorum) *opinioni occurreret, cum eversione templi reipublicaeque judaeorum conjunctum fore initium regni messiani terreni..... ita respondebat, ut appareret, finem mundi serius secuturum esse; et, ut hic mundi interitus ab interitu civitatis judaeorum satis perspicue discerneretur, profitebatur, se ad excidium Hierosolymorum, ad poenas de judaeis sumendas, suorumque a judaeorum persecutionibus liberationem (απολύτρωση*, Luc. XXI. 28.), *ita rediturum esse, ut ipse non conspiceretur, majestatem tamen suam ita se manifestaturum esse, ut ipsum pene oculis videre possent (adventum Filii hominis fore fulguris instar, Matth.* XXIV. 27. *sicuti non dici possit, fulgur hic vel ibi esse, ita neque de Messia, eum hic vel ibi esse, vid. ibid.* XXIV. 23 — 27.); *sed ad finem mundi, et inaugurationem regni messiani solemnem, non tamen talis, qualem expectorent, se rediturum esse (ibid.* XXV. 21 *et seqq.) ita, ut conspiceretur et innotesceret ipsius majestas omnibus.* Quae deinde singillatim enarrat.

923. Cum igitur partim falsa ac calumniosa, partim dubia ac incerta sint, quae adversarii rationalistae obtrudunt ad elevandam judicii extremi fidem, atque ad arguendum falsitatis apostolos et Christum ipsum, sponte fluit et impiam et falsam esse conclusionem de mythis, quibus ajunt obvolutam doctrinam istam ab ipso aevo apostolico, seu potius ab ipso Christo. Quae autem de mundi conflagratione ac nova Hierusalem e coelo demittenda allata sunt, cum ad praesens argumentum non spectent, missa facimus.

924. Haec autem latius produximus, ut specimen quilibet habeat impietatis istiusmodi hominum, ac simul eorum levitatis, qui magistri ac pastores animarum apud protestantes audiunt.

925. Ad id vero, quod postremo loco objectum est ab incredulis aliis, nempe philosophis nuncupatis, quomodo scilicet possit judicari simul tanta hominum multitudo, et quomodo patrata opera omnia in mentem revocari queant, responsio patet ex iis, quae nuper diximus de ratione, qua judicium istud Dei virtute perficietur, nec necesse est crambera hic etiam repetere.

926. Et haec de Deo Creatore, prout nobis proposuimus, dicenda erant, ad complectendam tum angelorum tum mundi hujus adspectabilis, tum demum hominis ipsius creationem, cujus diversa fata, ab ejus origine auspicantes,

prosecuti siimus usque ad interitum ac sortem, quae ipsum in aeternum manet pro diverso cujuslibet statu ac merito.

927. *Quare,* ut verbis s. Augustini tractatum absolvamus, *ipsum donum Dei cum Patre et Filio aeque incommutabile colere et tenere nos convenit; unius substantiae Trinitatem, unum Deum, a quo sumus, per quem sumus, in quem sumus, in quo sumus; a quo discessimus, cui dissimiles facti sumus, a quo perire non permissi sumus: principium ad quod recurrimus, et formam quam sequimur, et gratiam qua reconciliamur: unum Deum, quo auctore conditi sumus, et similitudinem ejus per quam ad unitatem formamur, et pacem qua unitati adhaeremus; Deum, qui di.rit: Fiat, et Verbum, per quod faction est omne, quod substantialiter et naturaliter factum est, et donum benignitatis ejus, quo placuit et conciliatum est auctori suo, ut non interiret quidquid ab eo per* I *erbum factum est; unum Deum, quo creatore vivimus, per quem reformati sapienter vivimus, quem diligentes et quo fruentes beate vivimus; unum Deum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in saecula. 17*

,T) *T)e vera religione,* num. 115. tom. I. opp.

INDEX VOLUMINIS V.

TRACTATUS DE DEO CREATORE.

Pag.

Prooemium 5

PAB8 I. De Angelis 6

CAPUT I. De angelorum existentia 6

Prop. Tum ex Scriptura tum cx universa Traditione angelos existere constat 7

CAPUT IΓ. De natura angelorum 12

Prop. Angeli sunt meri spiritus, omnis corporis expertes . 13

CAPUT III. De angelorum officiis 22

Prop. Dogma catholicum est, Scripturae et patrum auctoritate firmatum, angelos in hominum custodiam deputari . 22

CAPUT IV. De angelorum gratia, lapsu et poena . . 28

CAPUT V. De daemonum cum hominibus commercio . 31

Prop. I. Tum ex Scriptura tum ex patrum et catholicae ecclesiae sensu constat, veros dari daemoniacos seu a daemone obsessos 33

Prop. Π. Jure merito leges sancitae sunt adversus superstitiosa cum daemone commercia 46

PARS II. De mundo 55

CAPUT mundi creatione ex nihilo 55

Prop. Deus, prout ex divina revelatione constat, mundum ex nihilo in tempore seu cum tempore condidit . . 57

CAPUT mosaica cosmojronia 66

Prop. Neque ex geologicis aut physicis, neque ex astronomicis observationibus quidpiam eruitur, unde cosmogonia mosaica inftrmari possit..... 70

CAPUT III. De mosaica epocha in quantum spectat humanumgenns..... 78

Prop. Frustra increduli ex historicis documentis affirmant humanum genus antiquius esse epocha, quam Moyses constituit..... 79

De homine 88

CAPUT I. hominis creatione . . 90

Prop. I. Primi parentes immediate a Deo conditi sunt . 91

II. Universum humanum genus ab Adam omnium protoparente propagatum est..... 96

CAPUT II. De protoparentum gratia et felicitate . . 115

Prop. T. Primi parentes in statu justitiae et sanctitatis constituti a Deo fuerunt..... 117

Prop. II. Una cum justitia et sanctitate conjuncta erant in primis parentibus eximia tum animae tum corporis dona: scientia in primis et perfecta voluntatis ordinatio quoad animam, immortalitas et immunitas ab aerumnis et doloribus quoad corpus 120

Prop. III. Status justitiae seu gratiae sanctificantis et felicitatis. in qua primi parentes constituti a Deo sunt, non erat eis debitus..... 131

CAPUT III. De protoparentum lapsu..... 144

Prop. Primi parentes mandatum sibi a Deo datum transgressi sunt, ac per ejus transgressionem graviter peccarunt 144

CAPUT IV. Dc peccati originalia propagatione . . . 149

Prop. I. Peccatum originale, quod est mors animae, in

P"5·
omnes Adae posteros transfundi, sacrae litterae docent 151
Prop, II. Dari peccati originalis propagationem, perpetua et constans docet ecclesiae traditio..... 160
Prop, III. Dogma de propagatione peccati originalis nullo modo rectae rationi adversatur..... 169
CAPUT V. Dc peccati originalis effectibus..... 179
Prop. L Ad merendum vel demerendum in statu naturae lapsae non sufficit libertas a coactione, sed illa praeterea requiritur, quae dicitur a necessitate - - - - 182
Prop. II. Etsi per originale peccatum liberum hominis arbitrium attenuatum sit, non est tamen extinctum; seu manet in statu naturae lapsae vera et proprie dicta libertas ad merendum vel demerendum necessaria 197
CAPUT VI. De futura hominis vita..... 205
ARTICULUS I. De supernatural! hominis beatitudine - - - - 206
Prop. I. Beati in patria supernaturaliter Dei essentiam intuitive vident..... 207
Prop. II. Beati supernaturaliter Deum nec comprehendunt nec comprehendere possunt..... 213
Prop. III. Beati pro diversitate meritorum inaequali ratione Deum vident..... 217
Prop. IV. Animae justorum, quibus nihil luendum superest, non expectata corporum resurrectione neque extremo judicii die, simul ac corpore discedunt, beatifica visione donantur..... 220
ARTICULUS II. De purgatorio..... 237
Prop. Datur purgatorium, ct justorum animae in eo detentae fidelium suffragiis juvantur..... 238
ARTICULUS III. De inferno..... 252
Prop. I. Daemonum ct hominum impiorum poenae aeternae sunt..... 254
Prop. II. Dogma de aeternitate poenarum rectae rationi minime adversatur..... 268
ARTICULUS IV. De statu decedentium absque baptismo . . . 279
Prop. Infantes ex hac vita sine baptismo decedentes ad aeternam salutem pervenire non possunt - - - - 285

PU·

CAPUT VII· De futura corporum resurrectione --- 290

Prop. I. Datur futura universalis corporum nostrorum resurrectio 292

Prop. II. Dogma de futura corporum resurrectione rectae rationi nou adversatur..... 300

CAPUT VIII. De judicio extremo..... 311

Prop. Post corporum nostrorum resurrectionem instituetur a Christo universale omnium hominum judicium . . 312

I' B A E LECTIONES THEOLOGICAE

QUAS IN COLL. ROM. S. J. HABEBAT

JOANNES PERRONE

E SOCIETATE JESU

IN EOD. COLL. THEOLOGIAE PROFESSOR.

EDITIO XXI. RATISBONENSIS I.

NOVISSIMIS CL. AUCTORIS CURIS AC NOTIS ORNATA ET AUCTA.

VOLUMEN VI

DE INCARNATIONE ET CULTU SANCTORUM.

RATISBONAE MDCCCLIV.

SUMPTUS FECIT G. JOSEPHUS H A S Z.

TRACTATUS

DE INCARNATIONE.

PROOEMIUM.

1. *Manifeste magnum est pietatis sacramentum,* inquit apostolus, I. Tim. III. 16. *quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* Ast ipsa magnitudine sua mysterium hoc imbecilliorum oculos perstrinxit, qui Dei opera ex proprio sensu dimetiri solent. Quare quovis tempore acerrimi dominicae Incarnationis hostes prodierunt; qui in duas classes dispertiuntur; alii enim ipsam penitus rejiciunt, alii germanam dominicae Incarnationis fidem labefactare adnituntur. In primo censu veniunt hebraei et increduli, et qiu his fere annis iis suppetias tulerunt rationalistae; in altero vero haeretici diversae denominationis.

2. Cum nobis negotium sit adversus utrumque hominum genus, majoris perspicuitatis gratia tractationem nostram in duas praecipuas partes dividimus, in quarum priori ea omnia complectimur, quae ad Messiam referuntur; in posteriori, quae ad Christum ipsum seu incarnatum Dei Verbum ac totius mysterii oeconomiam spectant.

3. Si qua porro est theologiae portio, quae curas nostras, studium ac sedulitatem postulet, primas profecto haec sibi vindicat, sive adversariorum numerum, impetus atque constantiam spectes, sive rei ipsius, de qua agitur, gravitatem atque difficultatem. Deo propterea auspice, magna animorum alacritate et contentione ad propositura nobis fidei certamen descendendum est, ab eo auspicantibus, quod primo loco proposuimus.

PARS I

Quae ad Messiae doctrinam referuntur, revocari possunt ad ipsius promissionem et expectationem, ad ejusdem adventus epocham, munia et officia, ad personam denique in qua haec omnia effectum sortita esse conspiciuntur. De singulis propterea totidem capitibus ex ordine agemus.

DE MESSIAE PROMISSIONE ET EXPECTATIONS

5. Duplex distinguitur error circa hunc articulum, quorum alter eorum est ,Çqui negant unquam fuisse a Deo Messiam promissum atque ab hebraeis expectatum'i alter vero est eorum, (qui utroque dato, tum scilicet Messiae promissione tum expectatione, sub Messiae tamen nomine non peculiarem ac determinatam personam, sed quemlibet temporalem liberatorem designari autumant^ Prius adstruunt illi omnes ex Germania praesertim ', qui nuspiam

') Jam sub finem saeculi elapsi, quo longe latequc cuncta innovandi cupido et receptae fidei fundamenta evertendi furor in Germania animos protestantium invaserat ac diffundi coeperat, hoc commentum ortura habuit, opinionem scilicet de venturo Messia non incidisse hebraeis ante Davidem; tum vero sub hoc bellicosissimo rege, cum eorum nomen et potentia valde excrevisset, in spem eos venisse, fore ut totius terrarum orbis potirentur imperio; atque eos hunc regem, sub quo istud futurum esset, suum sibi constituisse Messiam, solo imaginationis aestn ductos. Scripsit integnim librum de hoc argumento Henricus Stephanus, qui editus est Norimbergae anno 1787. Immo eo res progressa est, ut Harlemi in Hollandia societas theologorum anno 1792. praemium proposuerit ei. qui melius solvisset problema: *Extentne prophetiae in* V. *T. ipsum Christum proprie concernentes.* Scriptum porro hoc super argumento societati obtulit Joann. Konynemburg, quo negavit ejusmodi exister?

in 8Acri8 litteris, multo vero minus in Pentateucho ejusmodi promissionem reperiri affirmant, Messiae autem expectationem non esse nisi consolatoriam quamdam spem postremis judaicae reipublicae temporibus invectam ex perperam intellectis obscurioribus quibusdam prophetarum locis.

Ex hoc principio alter prodiit error, quem non ita pridem adstruxit Salvador, qui contendit, nullum peculiarem ac determinatum Messiam in lege promitti, sed generarim quemcumque temporalem salvatorem, qui populum israeliticum a servitutis et oppressionis statu in libertatem vindicaverit atque tutaverit. Ex quo infert, tot jam advenisse Messias, quot populo suppetias tulerunt eumque liberarunt, non solum ex hebraeorum gente, verum etiam ex exteris gentibus, licet idololatris; cujusmodi inter ceteros fuit Cyrus, qui in Scripturis *Christi* seu Messiae nomine donatur. Quo sensu vere dici posset, tum Messiam advenisse, tum adhuc esse venturum. 2

6. Ab his parum abludunt sansimoniani, qui fabulantur, per Messiam non significari nisi quemlibet politicae libertatis assertorem ac propagatorem, vel etiam humanae naturae moralem restauratorem; qui multiplex pariter esse potest, quandoque etiam femina. 3

7. Hos quidem omnes possemus jure contemnere, nisi iis arma suppeditassent rationalistae, qui fucatae cujusdam eruditionis apparatu totam *messianismi,* ut vocant, seu *christologiae judaeorum* doctrinam labefactant. In istorum enim hypothesi non esset Messias nisi fundator aut conditor cujusdam idealis regni felicissimi, quasi aureae aetatis a prophetis "varie descriptae et genti judaicae promissae, tum maxime illius verorum Dei cultorum societatis ad honeste beateque vivendum in terrarum orbe insti-

prophetias, ac praemium tulit. Haec autem lucubratio postea typis edita est; cumque eam recensuisset Eichhorn, *Biblioth.* torn. VII. pag. 334. praemissa ejusdem historia et occasione, addit, rem hanc, de qua in Hollandia ejusmodi dubium viguerat, nullam in Germania excitaturam fuisse quaestionem, de qua nihil novi jam posset dici, quae plene discussa summa cum libertate jam a quinquennio hic defensa esset. Cf. Joann. Nep. Alber e Schol. Piis, *Institut. Hermeneut. Scripturae Sacrae,* Pestini 1817, tom. I. Prolegomena, pag. 40 et seq. Idem paradoxum, de consolatrice spe concepta a judaeis de Messia subsequenlibus temporibus, jam pridem Voltaire effutierat in opere, cui titulus: *Fragmcns sur divers sujets, par ordre alphabétique,* art. *Messie,* opp. edit. Genev. 1777, torn. XXXVIII.

2) *Hist. des institutions de Moise et du peuple hébreu,* par J. Salvador, Paris 1828, tom. III. part. II. liv. IV. *Des prophéties politiques de Moise et des Messies.*

3) Recolantur quae scripsimus, vol. II. *Tract, de Deo,* n. 237. not. 9. Cf. Rosmini. op. cit. *Framinenti di una storia dell' empietit,* Mil. 1834, pag. 165: *Una nnova forma,* inquit, *di questa antica deiflcazione della- carne parmi quella, che usano i sansimoniani, quando dicono di andar cercando non pur la femmina libera, ma la femmina* **Messia.** *Il loro capo veil' udienza de'* 28. *Agosto* 1832, *dove fu condannato, egli e la sua setta, come rei di pubblica oltraggiata morale, non dubito di dire: che egli credeva essere il precursors di questa femmina Messia, come s. Giovanni è stalo per Gesù.' !*

tuendae, et in vita futura continuandae novaque felicitate ornandae; cujus spei semina in V. T. libris sparsa reperiiuitur. 4

S. Ut igitur ejusmodi commentis obviam eamus, ct fundamentum praejaciamus eonun, quae in priori hujus tractatus parte disceptanda erunt, duo a nobis constituenda sunt: *primo* quidem ostendendum est, aliquem Messiam fuisse a Deo promissum et quovis tempore ab hebraeis expectatuin; *secundo* promissimi hunc Messiam peculiarem, unicum ac determinatum esse. Postremus enim error, qui versatur circa Messiae qualitatem, commodius disjicietur, cum recurret sermo de ejusdem muniis et officiis.

PBOPOSITIO I.

Aliquis Messias fuit a Deo in lege promissus et quovis tempore ab hebraeis expectatus.

9. Aliquis enim Messiae fuit a Deo in Lege l promissus atque ab hebraeis quovis tempore expectatus, si 1. id perspicua ostendant Scripturarum, praesertim vero Pentateuchi oracula; si 2. idipsum confirmetur ex perpetua ac numquam interrupta hebraeorum tum antiquorum tum recentiorum traditione, nec non traditione omnium ferme populorum.

10. Jam vero ad **Scripturarum** oracula quod attinet, nota sunt quae Deus, Gen. III. 15. serpenti seu potius daemoni sub serpentis larva latenti comminatus est his verbis: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius; ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Quae verba merito passim *ποωτ&ναγρέλιον* vocantur; illis siquidem primo Deus spopondit, per semen mulieris caput deceptoris, daemonis nempe, aliquando contritum iri; hominem autem in libertatem asserendum ab illa servitute, in quam misere per peccatum se conjecerat, j Ita oraculum istud universa intellexit antiquitas. Etenim Sap. IT. 24. legitur, *invidia diaboli* mortem intrasse in orbem terrarum; Christus pariter Joann. Vili. 44. diabolo protoparentum lapsum adseribit; clarissime vero Apoc. XII. 9. dicitur: *Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et satanas, qui seducit universum orbem.* Hinc passim a

<) Ita passim rationalistae et biblici neoterici. Cf. Wegscheider, *Inst, theol. christ, dotjm.* §. 120. n. 1; qui tamen perperam pro hac sententia citat Schôttgenium, qui e diametro ipsi adversatur, ut postea videbimus. B. Koppe in .Voco *Test, graeco, perpetua annotatione illustrato,* dotting. 1791, vol. VL excursu L ad Ep. ad Thcssal. *De regno Christi in N. T. formulis βαοί-λιια &εοϋ* etc. non aliam hebraeis *regni Messiae* ideam inhaesisse, quam regni temporalis theocratici, modis omnibus evincere nititur; et, quod magis mireris, pag. 108· hanc eamdem opinionem *Jesum ipsum* concepisse.

') Sub generali *Legis* nomine, ut notnm est, veniunt quinque Moysis libri, atqne hoc sensu adstruitur propositio.

judaeïs malorum daemoniorum princeps *serpens vetus* vocatur 2. Documenta, quae evincunt eamdem traditionem viguisse apud antiquos Asiae populos, suo loco dedimus ·*. Nullum itaque dubium esse potest, quin in citato loco agatur de lapsu, ad quem protoparentes a daemone inducti sunt, ac propterea de eorumdem, immo de totius humani generis a peccati ac daemonis servitute futura liberatione per promissum Salvatorem seu Messiam *

11. Nec destitit Deus sequentibus temporibus ab hujus promissionis fide identidem in hominum mentibus insculpenda, ut viva semper servaretur; immo quo propius accedebat implendae hujus promissionis tempus, eo clariora et illustriora edebat oracula, ut hac spe homines recrearet ac solarretur. Etenim Gen. XII. 3; XVTLL 18; XXH. 18, promisit Deus Abraham, in ejus semine omnes gentes benedicendas fore. Quas promissiones item Gen. XXVI. 4. et XXVIII. 14, Isaac et Jacob renovavit. | Agi autem in adductis locis de benedictione per promissum Salvatorem obtinenda, patet ex constanti hebraeorum sensu ac traditione; juxta quam apostolus Gal. III. 8. eam de Messia exponit, dicens: *Providens autem Scriptura, quia ex fide justificat gentes Deus, praenuntiavit Abrahae: quia benedicentur in te omnes gentes:* et clarius etiam v. 14.1 Ex quibus verbis exploditur expositio neotericorum docentium verba promissionis Dei significare futuram propagationem cognitionis Dei inter gentes per Abrahae posteros.

Idem aperte confirmatur ex celeberrimo^jacobaeo oraculo/, Gen. XLIX. 10. nec non ex ceteris prophetarum vaticiniis, in quibus tempus, locus promissi Messiae nec non ejusdem Messiae proprietates, munia et officia distincte praenunciantur; quae inferius singillatim expendemus.

12. Atque hinc factum est, ut omnes judaeorum sectae, pharisaeorum nempe, sadducaeorum, esseniorum, herodianorum ex antiquis, atque ex recentioribus karaitarum, qui traditiones respuunt5, et rabbanitarum, qui eas

n^?) TiO'I^Γι Loca e scriptis judaeorum collegit Eisenmenger in op. inscripto: *Das enldeckte Judenthum,* seu *Judaismus detectus,* vol. I. pag. 822.

J) In tract, de Deo creat.

*) Eruditam dissertationem de hoc argumento dedit Cornei, de Hase, inscriptam: *De protoevangelio paradisiaco Diatribe,* in novem capita distributam, ubi hoc, ut vocat, *oraculum oraculorum,* omni ex parte versat ac tuetur. Prostat in *Thesauro theologico-philologico sive Sylloge dissertationum* etc. Amstelod. 1701. vol. I. fol. pag. 67 et seqq. Cf. etiam Sherlock ; *L'usage et les fins de la prophétie;* trad, de l'angl. Paris 1754. Tom. L discours III. pag. 100. *Du fameux oracle de la Genèse* ΠΙ. 15; qui pariter copiose de hoc argumento disserit. Vid. Nicolai S. J. *Sul Genesi,* lez. XXVII, XXVIII. Perperam Ammon, *Bibl. Theol.* IL 49 et seqq. hoc vaticinium, *protoevangeUi* nomine insignitum, de universo hominum et serpenlum genere rectius quam de uno ex mulieris posteritate intelligendum contendit. Quod commentum jamdiu everterat Petrus Cunacus, *Diss.* III. *De Republ. /iebraeor.* in *Thesauro* Ugolini, tom. III. pag. 819. et pag. 829 et seq.

5) De antiquis judaeorum sectis scribit Flavius Josephus, *Amiquit.* lib. XVIIL cap. 2. De recentioribus inter ceteros agit

una cum Scriptura recipiunt, unanimia et concors sententia fuerit circa Messiae articulum.

Hinc factum pariter est, ut Samaritani, etsi longe ante captivitatem babylonicam a judaica tribu fuerint separati, nec alios libros praeter Pentateuchum, ut plerisque saltem eruditis placet 6, tamquam sacros admiserint, attamen et ipsi fide in Messiam promissum nutrirentur, ut patet ex Joann. IV. 25—29 et 42.

Hinc demum factum est, ut neque Christus neque apostoli disputare circa ejusmodi promissionem aut expectationem aliquando debuerint; cum omnibus ea aetate persuasum fuerit, tum promissum a Deo Messiam fuisse, tum ejusmodi promissionem omnium votorum objectum fuisse, ut ex levi Novi Testamenti inspectione compertum fit.

13. Adeo vero pervulgata erat judaeorum persuasio, ut percrebuerit per omnes regiones orientales; id testantur Suetonius et Tacitus. Prior enim scribit: *Percrebuerat oriente toto vetus ct constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur.*7 Alter vero: *Pluribus persuasio inerat,* inquit, *antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret oriens. profcctique Judaea rerum potirentur.* 8 Quare receptum erat ex antiqua traditione illud gentium omnium orientalium theologiae principium de mediatoris alicujus expectatione ad perturbatum ordinem inter Deum et genus humanum restituendum. *Quapropter,* inquit Plutarchus, *et antiquissima haec descendit ex theologis et legislatoribus tum ad poetas tum ad philosophos opinio, quae a nullo certo auctore habet· principium, persuasionem autem firmam et indelebilem, neque in sermonibus tantum, neque in traditionibus, sed in mysteriis et in sacrificiis et apud barbaros et apud graecos multis in locis pervulgatam etc.* 9, nempe de *Mediatore* inter duo principia, quem

Joann. Bened. Carpzovius, in *Introductione in theologiam judaicam,* quam praefecit novae a se adornatae editioni *Pugionis fidei* Raym. Martini, Lips. 1687, capp. IIL IV. et V; in quibus ostendit, sectam *rabbanitarum* pharisaeorum esse propaginem, *karaitarum* seu *karaeorum* surculum esse saddncaeorum. Per Europam longe latequc diffusi sunt rahbanitae. qui praeter Mosis et prophetarum scripta traditiones orales, in opere thalmudico comprehensas, amplectuntur, quas velut fidei et vitae regulam pari pietatis affectu cum lege scripta suscipiendas atque observandas credunt. Karaei vero in Orientis potissimum regionibus cogniti sunt; legem oralem et traditiones thalmudicas omnes rejiciunt, nec aliud fidei fundamentum recipiunt quam Scripturam Mosis ct prophetarum. De karaeis cf. *Diss.* Jac. Triglandii el *Diss.* Levini Warneri, in *Thesauro* Ugolini, tom. XXII.

e) Cf. Joann. Morinus, *Excrcitalion. ecclesiast. in utrumtjue Samaritanorum Pentateuchum,* Paris. 1631. Exercitat. I. §.8; Jahn, *Archaeologies biblica,* Viennae 1814, §. 326.

T) Sueton. in *Vespas,* cap. 4, edit. Taur. 1824, opp. tom. II.

·) *Hist.* lib. V. cap. 13.

') *Λιό χαι παμπάλαιο αυτή χάτειδεν έχ θεολόγων χαι νομοθενών ει re ποιητά χαι φιλοϋοφον δόξα, τήν αρχήν άδεύποτον εχουΟα, την δέ πϊβτιν εϋχνράν χαι δυ - εξάλειπτον, ούχ εν λόγοι μονον, οόδ'ε εν •ρήμαι , άλλα εν τε τελεταϊ . εν τε θυδίαι ,*

persae *Mitram* vocant. Cujus traditionis documenta apud aegyptios, Chaldaeos, zabianos seu sabaeos graecos, romanos, immo et inter indos, sinenses, japones, americanos ipsos aliosque populos extantia viri docti exhibent‘°; adeo ut vere scribere potuerit doctus Prideaux, expectationem sive necessitatem cujusdam mediatoris inter Deum et homines fuisse usque ab initio opinionem praevalentem *apud omnes populos.* ll

14. Quibus delibatis, sic instituimus argumentum: Hic agitur de quaestione facti, utrum scilicet Deus promiserit nec ne, in lege praesertim, aliquem Salvatorem seu Messiam Jet utrum hebraei quovis tempore eumdem expectaverint; jam vero ex allatis documentis utrumque certissime constat; constat igitur quod ostendendum assumpsimus.

DIFFICULTATES.

15. I. Obj. 1. Expectatio et fides in Messiam non fuit nisi consolatrix quaedam spes seriori tantum aetate in vulgus hebraeorum sparsa; atque 2. ex lectione prophetarum divinando temere derivata; de qua nihil habetur in Decalogo, nihil in Levitico, ceterisque libris mosaicis, in quibus omnia Hebraicae religionis summa capita continentur. 3. Nuspiam dicitur: *Credite in Messiam.* Ita quidem Voltaire 12 et ante ipsum Orobius. 13 Quare 4. dicen-

χαι βαρβάρου; χαι ελληδι πολλαχοΰ περιφερομένην, χ. r. λ. De Iside et Osiride, opp. edit. fol. Paris 1624, tom. Π. pag. 369. Deinde referi doctrinam de duobus principiis sibi invicem adversantibus ac de *mediatore* inter utrumque, quam adoptavit Zoroaster, et ex eo pcrsae, aliique orientales et occidentales populi.

l0) Cf. *Mémoires de V Académie des Inscript.* tom. XXXI. par Mr. 1’Abbe Mignot, pag. 81 ct suiv. et pag. 207 et sniv.; *Bibliothèque univers.* Genève 1822, tom. XX. littérature, art. *Religion. Tableau de l'état actuel du Christianisme sur le globe,* esquissé par Henri Zschokke. Quatr. extrait, *Amérique,* pag. 12. Hic tamen auctor, utpote fanaticus protestons, totus in eo est, ut protestanlismum super catholicismum extollat. Hinc nullis mendaciis, calumniis et falsitatibus parcit ad finem sibi propositum oblinendum. Maurice's *Hist, of Hindostan,* vol. II. Book IV, omnium hanc fuisse indorum persuasionem evidenter ostendit. Eamdem obtinuisse apud sinenses evincit auctor vitae Confucii ex Siam-Kiao, et P. Intorcetta S. J. in vita Confucii. Eadem est theologia japonum, mexicanorum etc. Cf. etiam Ramsay, *Discours stir la mythologie,* Paris 1728, pag. 9 et suiv.

n) Hist des Juifs, part. I. liv. 3. tom. I. pag. 393, Paris 1726.

n) Loco jam citato.

”) Apud Philippum a Limborch, *De Verit. relig. christ, amica collatio,* Goudae 1687. In primo enim scripto dato ad Limborchium Orobius statim incipit: ..Cum fides in Messiam, Redemptorem futurum, non minus necessaria fuerit a mundi exordio quam in Deum creatorem: immo magis, quia non potest esse fides in Messiam, quin supponatur Deus: maxime in Deum absque Messia; quaeritur, quare Deus fidem in seipsum saepissime et clarissime Israeli commendaverit in universo V. T. et fidem in Messiam numquam commendaveril; in qua tamen consistebat tota salus? Quod si fecit, petitur, ut assignetur locus aliquis, in quo Deus mandaverit, aut dixerit expresse, quod fides in Messiam sit absolute necessaria ad salutem generis humani, adeo ut, qui non crediderit, damnandus esset etc.M

dum est, subdit Salvador **, salvatorum sive messiarum ideam ortam esse ex divinis minis atque promissis; 5. quae cum non contineatur conceptis verbis in quinque libris fundamentalibus, nullo modo constituit fidei articulum respectu hebraeorum; quidquid contra contendat Maimonides, qui vel eo nomine vapulat a Rabbi Josepho Albo, quod nimis amplificaverit numerum articulorum fundamentalium legis mosaicae, inter quos retulit expectationem Messiae. 6. Albo praeivit Hillel, ante Hierosolymorum excidium synedrii praeses, qui contendit, Israelem nullum habere, quem expectet Messiam. Ergo.

16. **Resp.** Ad 1. *Neg.* Cum ejusmodi assertio sit contra factum; alioquin enim nulla jam ratio dari posset unanimis illius conspirationis atque consensus in hoc fidei articulo admittendo sectarum omnium, et, quod caput est, Samaritanorum, qui quatuor circiter saeculis ante captivitatis babylonicae tempora a Judae tribu schisma fecerunt, quique ex verisimiliori sententia non alios libros ut sacros admittebant praeter Pentateuchum. Eidem non accessisset totius fere orbis consensio, indorum praesertim atque sinensium, qui vel a primis imperii sui temporibus eam repetunt traditionem.

17. Atque hinc falsum esse eruitur, quod 2. adjiciebatur de spe comparata ex lectione prophetarum; tum quia ejusmodi assertio gratuita est sine tabulis ac sine testibus prolata, tum quia quae ex rentateucho monumenta protulimus, et quae mox iterum subjiciemus, eam prorsus convellunt; tum denique quia universae israeliticae gentis persuasioni ac traditioni aperte adversatur.

18. Mirum autem esse non debet, quod nulla occurrat Messiae mentio in Decalogo, cum in eo agendorum potius regula tradatur quam credendorum. Quae animadversio aeque in Leviticum quadrat; hic enim liber totus in eo est, ut sacerdotes et levitas instituat circa exteriorem mosaicae religionis cultum ac caeremonias.

Falsum denique est, in reliquis Moysis libris Messiae promissionem minime reperiri. Etenim praeter palmaria loca, quae adduximus ex Gen. III. 15. et XLIX. 10. luculenta sunt Movsis verba, Deut. XVIII. 15: *Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus: ipsum audies;* tum verba Dei ipsius, ibid. v. 18: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, et ponam verba mea in ore ejus, loquturque ad eos omnia, quae praecepero illi; qui autem verba ejus, quae loquitur in nomine meo, audire noluerit, Ego ultor existant.* Quae quidem verba de Messia, non de prophetarum successione, ut ait Salvador post Orobium, esse intelligenda, non modo veteris synagogae rabbini [15], sed et universa

M) Loco cit.

“) Cf. Raym. Martini, O. P. *Pugio fidei, cum observat. Jos. Du Voisin,* edit. Carpzovii, pag. 161 et 474, praesertim vero 886. §. 9 et seqq. Hac autem editione deinceps utar.

judtiica natio ostendunt Ex hujus enim persuasione factum est, ut Petrus et Stephaniis, ille Act. III. 22, iste cap. VII. 37, palam ac publice pro concione de Messia illa exposuerint, nullis repugnantibus judaeis, quos alloquebantur. Nec vero alius, excepto Messia, propheta surrexit post Moysem in Israel, qui sive potestate, sive prophetandi vi, sive Dei familiaritate similis Moysi dici potuerit; prout Deut. XXXIV. 10. adnotatum est. 16 Unde colligitur, Moysem de Messia fuisse locutum; quod Christus ipse testatus est, Joann. V. 46. judaeis dicens: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit.*

20. Ad 3. *Dist.* Conceptis verbis, *C.* aequivalentibus, *N.* ut patet ex modo dictis. Addo, obligationem credendi in Messiam oriri ex ipsa manifestatione seu revelatione promissi Messiae, quemadmodum oritur obligatio credendi in Deum ex ipsa ejus manifestatione, etsi nullibi scriptum in lege sit: *Credite in Deum,* ut adversus Orobium animadvertit Limborchius. 17

21. Ad 4. *Neg.* Orta siquidem est Messiae idea seu cognitio et expectatio ex promissione protoparentibus facta, Gen. III., ac saepius iterata Abrahae, Isaac, Jacob, Judae etc. juxta ea quae in probationibus adducta sunt. Divinae porro comminationes atque pollicitationes ad summum eam jamdiu animis praeconceptam aluerunt atque foverunt. Prophetae numquam destiterunt ab eodem Messia praenunciando, ut ex dicendis luculentius constabit. Talia sunt fundamenta ejusmodi expectationis, quae tam altas radices in universa hebraeorum gente fixerat, ut numquam divelli potuerit Haec praeterea exceptio falso principio laborat, nempe Messiae missionem non habuisse ex judaeorum opinione nisi solum objectum temporale, cum tamen de contrario omnino constet. 18

*6) Cf. Eusebius, *Demonstr. Evang.* lib. III. cap. 11. ubi multis prosequitur similitudinem, quae inter Mosem el Christum intercessit, ac praecipue potestatem ac munus legislatoris et redemptoris. In catechismo judaico, quem ex editione synagogae amstelodamensis hebraice ad verbum recensitum edidit Carpzovius, *Introduci. ad Theologiam Judaic,* cap. 9. et qui inscribitur qpÿ "i-pj *Liber doctrinae bonae,* art. 7. propomiiitur quatuor res, quibus Moyses inter prophetas ceteros excelluissc dicitur; quas quilibet illic recolere poterit, pag. 48 et seq. Id ipsum praestat eleganter Rab. Abarbanel, apud Joann. Meyerum, *Tract, de temporibus sacris* etc. in *Thesauro* Ugolini, tom. I. pag. 533. Cf. M. G. Frid. Meinhart sub Frischmutho, *Dissertat, de propheta Mosi pari, Deut.* XVIII. 15, quae extat in *Thesauro theologico-philolog. sive Sylloge dissertationum ad selectiora et illustriora V. et N. T. loca,* Amstelodami 1701, vol. I. pag. 384 et seqq.

*7) Op. cit. Resp. ad primum quaesitam.

18) Hoc magis ex dicendis in decursu tractatus constabit. Interea cf. Luc. HL 15; Joann. I. 19 et seqq.; IV. 25 — 29, et 42; VI. 14, et alibi; ex quibus luculentissime palet, judaeos et Samaritanos tempore Christi nondum exuisse ideam Messiae spiritualis, thaumaturgi, prophetae etc. etsi utramque ideam spiritualis et temporalis regni conjungerent. Cf. etiam Raym. Martini, part. III. cap. 4. §. 4. et alib. Verum de hoc postea.

22. Ad 5. *Neg.* Expectatio siquidem Messiae ceu totius moeaicae religionis caput ab omnibus tum antiquioribus tum recentioribus judaeis spectata fuit, nec nisi serius ab incredulis nonnullis in dubium ea revocata est; ita ut, quemadmodum animadvertimus, numquam Christus aut apostoli disceptare debuerint de ejusmodi articulo; sed eo extra omnem dubitationis aleam ab omnibus prorsus tamquam principii loco constituto, controversia agitabatur de sola Messiae persona. Quare non temere ac perperam, sed totius synagogae sensum expressit Maimonides, dum art. XII. statuit, ab omnibus et singulis judaeis firma fide credi oportere *in adveniunt Messiae* **rrwri ΠNΩΞ**, ut in ipsorum libris symbolicis declaratur. 19 Quin etiam in Thalmude, Tract *Sanhedrin,* cap. *Chelek,* diserte legitur: *Omnes prophetae non vaticinati sunt nisi de diebus Messiae* 20; ut cetera jam commemorata praeteream. Hinc etiam colligitur, immerito ac per summam injuriam a Josepho Albo Maimonidem reprehendi.

23. Ad 6. *D.* Contendit Hillel, nullum jam habere Israelem, quem expectet Messiam, postquam is advenerat, *C.* antequam advenisset, A1. Porro Hillel ex eorum numero erat, qui noluerunt Messiam in Christo Jesu agnoscere, in quem, ut infra ostendemus, omnes epochae a prophetis assignatae pro Messiae adventu conspirabant. His vero elapsis, de ulteriore Messiae adventu desperans, jure inferebat, nullum jam habere Israelem quem expectaret Messiam. 21 Inde autem novum potius exurgit argumentum ad evincendum, per id temporis omnes fuisse in expectatione Messiae.

24. Π. Obj. 1. Opinio illa de Messia, id est, regni felicis conditore, quem hoc nomine in libris V. T. nondum appellatum invenimus, diviso in duo regna imperio israelitico, e spe meliorum temporum, Joel III. 2. et

‘®) Cf. *Catechismus judaicus* cit. ubi inter articulos fundamentales fidei ponitur *Articulus duodecimus: Deum missurum esse Messiam, qui Redemptor futurus sit populi sui, et quem, etiamsi retardet adventum, expectore teneamur. Oui quidem Messias e semine David surculus Isai bethlehemitae erit, idemque judicio stabiliet terram, et judicabit gentes multas* etc. Hinc R. Moyses, filius Maimon, in suis *Hilcot,* id est, *Sententiis* in *Sophetin* sive *judicibus,* tract. *De Regibus,* cap. XL aperte pronunciat: *Quicumque non credit in regem Messiam, vel qui non expectat adventum ejus, non solum est incredulus prophetis, sed etiam legi et Mosi doctori nostro.* Integrum textum exhibet Martini op. cit. part. III. dist. 3. cap. 9. §. 3. pag. 766.

ïô k j j ç x ù wzàn-ÿ îiîb',5 ‘Alios lexlus cf. apud'Martin, ’pp/547 et 674.

’*) En verba ipsius Hillelis, ex *Thalmude,* Tract. *Sanhedrin* seu *De Synedriis,* prout prostat cap. XL edit. Cocceji, excerpL XXXL pag. 351, et excerpt. XXXVI. pag. 359: **ΠψO p« Ifjpn** seu: *Lxplrarhnt omnes termini: jam nullus Messias pro Israele.* Et hic deprehenditur mala fides Salvador, qui tamen magni facit auctoritatem Thalmudis. De Thalmude inter ceteros legi potest Du Voisin, *Praef. ad prooemium Pugionis fidei.*

eaeeiili quasi aurei animie informata esae videtur; quamquam notiones et spes messianae, improprie sic dictae, hoc est, futuram quamdam gentis israeliticae conditionem felicissimam praesagientes, patriarcharum aevo jam adscriptae reperiuntur, Gen. XII. 3; XVIII. 18; XXVI. 4; XXVIII. 14, coli. Eccli. XIjLV. 22 et 23. 2. Primus enim Davides populum dissidiis et factionibus perturbatum consociarat, et ad potentiam opulentiamque egregie evexerat. Sed aureum illud saeculum, facta imperii in duo regna divisione, evanuit. Non igitur mirum erat, redintegrandi ejus spem in regia Davidis domo poni, sensimque aliquem ex ejus posteris felicis theocratiae instauratorem futurum *divinari*. 21 3. Quo proclivius deinde successu temporis summa respublica ad exitium ruere videbatur, eo propiorem spei hujus implendae conditionem fingebant 23; et, pro illa, quae hebraeorum mentibus insederat, theocratiae notione, novum imperium, non civili solum et publico jure, sed morum quoque innocentia et religionis sanctitate fundatum iri existimabant. . . . Apud prophetas, qui vel proxime ante exilium babylonicum extiterunt, vel ei fuerunt aequales, vel post reditum ex eo vixerunt, itemque in libris apocryphis illam feliciorum temporum spem universe adumbratam videmus 24; 4. at in Danielis vaticiniis pressius definitam novisque augmentis cumulatam. In his enim imperium aliquod describitur *ideale theocraticum*› quo *symbolice* adumbratur ficta *filii hominis* UQN "12 persona, judaeis destinatum 25 ut quinta orbis terrarum monarchia 26, post multas calamitates eventura, eaque aeterna et immutabilis, et cum mortuorum resurrectione et judicio extremo conjuncta. 27 Iste vero filius hominis, qui in nubibus apparens fingitur 28, pro symbolo totius monarchiae quintae, non pro Messia habendus est. Ita rationalistae. 29 Ergo Messiae promissio et expectatio non est nisi vana spes idealis, orta ex melioris conditionis desiderio, ac prophetarum poëticis fictionibus fota. 30

25. Resp. *Neg. ant.* Quod consutum non est nisi ex ludicro imaginationis aestu absque ullo documento: cui facta luculentissima adversantur: quodque sacrae Scripturae evertunt, traditiones judaicae gentis et traditiones

Tl) Mich. V. 1 et seqq.; Is. XI. 5, 6; 21 el seqq. V; Eccli. XXXII. 18, 19 et 33; XL 1, col. IV. 2; Ezech. XXXIV. 23 et seqq.; XXXVII. 21 el seqq.; Jerem. XXIII. 5; XXX. 9; XXXIII. 15; Ose. HI. 5; Zach. III. 8; VI. 12, ubi nomen FTOU 'Io Messia dictum.

«) Agg. II. 6-9, 21—23; Zach. II. 9-17; III. 8- 10; VI. 12 et 13; Malach. m. 1-7, 13-18.

«) Sophon. III. 9-20; Is. LX, LXVI; Agg. II. 5 – 9; Zach. XII – XIV; Mai. III. 1 — 6. 19-24; I. Mach. II. 57; Bar. IV. XXXVI. 12—17; XL1V. 13; XLVII. 11; Tob. XIII. 7 — 18; XIV. 4-7; II. Mach. II. 18. Quinque hi postremi libri ii sunt, quos adversarius nomine apocryphorum commemorat.

”) Dan. II. 44 cl 45; VII. 27 et seqq.

Iβ) lb. II. 44; VII. 26.

”) lb. XII. 2.

«) lb. VII. 13 et 14.

M) Cf. Wegsch. §. 120. not. *b.*

30) Ib· §. 50. not. *c.*

omnium populorum explodunt; ut partim ex allatis documentis consuit, partim vero ex dicendis apertius constabit.

26. Ad 1. *suppositum,* gratis ab adversariis confictum, quodque se ipsum destruit, opinionem scilicet de Messia informatam esse e spe meliorum temporum. Ea enim informata est ex Dei revelatione, quae Gen. Ill. homini lapso promisit reparatorem non temporalem, seu felicis regni et aurei saeculi fundatorem in sensu adversariorum, sed spiritualem, qui nempe daemonis destrueret imperium, et veram religionem instauraret et redintegraret; prout illud oraculum, uti jam diximus, et universa intellexit antiquitas, et traditio nobis significavit. Nec aliam Messiae notionem ingerunt pollicitationes Abrahae ceterisque patriarchis factae in locis Geneseos citatis. *In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae,* per fidem in Messiam, ut exponit apostolus Gal. III. 8; quem rationalistae bono animo ferent, ut ipsis praeferamus in sacrarum litterarum expositione.

27. Ad 2. *Neg.* iterum, tum quia expectatio Messiae longe Davide anterior est, tum quia Davides ipse saepissime in Psalmis de Messia rebusque ab eo gerendis loquitur, Christo ipso testante, Matth. XXII. 42 et seqq., Luc. XXIV. 27, 44, testantibus insuper evangelistis et apostolis passim, latentibus ipsis judaeis, qui plures Psalmos de Messia semper intellexerunt.31 Si igitur ante Davidem Scriptura loquitur de promissione et expectatione Messiae, si Davides ipse saepe de eodem Messia loquitur, evidens est non ex divisione israelitici imperii spem ortam de aliquo Messia ex Davidis posteris nascituro, nec sensim coepisse hebraeos *divinare,* ut profani homines loquuntur, felicis theocratiae futurum instauratorem, multo vero minus ipsum Davidem in vitam restitutum iri, juxta parsismi doctrinam. 32

31) Cf. Raym. Martini, op. cit. part. II. dist. 1. cap. 7. § 14 et seqq. part. III. disL 3. cap. 15. §. 1 et alibi passim.

ai) Sic enim Rosenmüller in *Scholiis in V. T.* part. IV. vol. IL Lips. 1810, ad Ezech. XXXIV. 23, indicatis ejusdem Ezech. XXXVII. 24 et Jerem. XXX, 9, Ose. UL 5, locis, in quibus Messias *Danides* appellatur, scribit: «Atque locis hisce significari illum ipsum veterem Davidem, quem sperarent futuro aliquo tempore regnum priscum, sed multo amplius atque augustius restauraturum, minime improbabile fuerit. Alere enim poterat ejusmodi spem opinio illa veteribus communis fere, de rerum omnium *àaoxaraoràoei,* revolventibus sese et redituris aetatibus. Certe huic opinioni consentanea erat veterum persarum expectatio de redituro ultima mundi aetate rege velere Paschutan, Gustaspi filio, quo Guslaspo regnante atque favente suam doctrinam promulgaverat Zoroaster. Illum igitur Paschutan, qui et ipse olim doctrinae zoroaslrianae in provincia vardjemguerdiana ministrum se praebuerat, credebant persae extremis temporibus veterem ac puram religionis doctrinam priscumque persicum regnum ita esse restituturum, ut omnium abundantia et prosperitas atque pax universa terrarum orbem sint beaturae." Vid. *Mémoires sur diverses antiquités de la Perse,* par Silvestre de Sacy, Paris 1793, in 4. pag. 94 seqq. Verum enim vero quis ignorat, Zoroastrum plura transtulisse in libros suos ex libris judaeorum? Doctrinam vero *palingenesis* et *apocatastasis* non esse nisi corruptionem doctrinae jamdiu apud hebraeos receptae de futura corporum

28. Ad 3. *Neg.* ex causa, quarn adversarii autumant, factum esse, ut judaei *fingerent* propiorem epei hujus implendae conditionem, sed eo ferventiori desiderio praestolabantur Messiae adventum, quo ad exitum suum properare videbant terminos epoehae ipsius adventus. Alioquin multo magis debuissent Messiam expectarc sub finem regni israelitiei, aut regni Juda, adeo debilitati ab assyriis et chaldaeis, potissimum vero sub Antiocho Epiphane. Attamen nemo per id temporis vel suspicatus est de Messiae adventu. Contra vero sub Herode omnes tenebantur hac expectatione, ut euo loco ostendemus. Diversae autem hujus agendi rationis quaenam causa esse potuit in adversariorum hypothesi? Series igitur factorum stultum systema rationalistarum eliminat ac plane subruit.

29. Hoc autem amoto fundamento, ruunt quae vere *finxerunt* adversarii de notione theocratiae, de ηοτο ac felicissimo imperio, de feliciori temporum spe a prophetis et libris *apocnjphis* (deutero-canonicis) adumbrata. Haec enim omnia, supposita Messiae promissione atque expectatione tamquam basi et fundamento, riteque intellecta, ut postea exponemus, bene cohaerent; promissione et expectatione sublatis, nulla amplius ratione subsistunt. Aliud quippe est, rei veritate posita, eam diversimode exponere et amplificare, vel etiam prout est, perperam intelligere, quod plerisque carnalibus judaeis contigit, sub finem praesertim ipsorum reipublicae, ut enucleatius declarabimus; aliud vero est, rem totam de suo ac solo imaginationis ferventioris aestu sibi confingere. Hoc enim postremum nonnisi paucorum est, nec nisi ad tempus contingere potest; ac facile evanescit. Expectatio autem hebraeorum perpetua fuit ac totius nationis, nulla secta excepta, ita ut adhuc perseveret. 33

30. Ad 4. *Neg.* Nec enim in citatis Danielis locis sermo est de imperio aliquo *ideali theocratico,* sed de *reali* regno Messiae, quod in aeternum, ut ibidem dicitur, perstare debebit, consumptis monarchiis illis pristinis, quae viam quodammodo juxta divinae providentiae ordinem ipsi paraverant, ut ex historia compertum est. Quod si quasi *Filio hominis,* qui cum nubibus veniebat, ut legitur Dan. VH. 13 et seqq. et qui usque ad thronum Altissimi pervenit, data sunt potestas et honor et *regnum,* et omnes populi,

resurrectione, ut suo loco ex Job. XIX. 25 et seqq. liquet? Sane Ezechiel, Jeremias, mullo magis Oscas ipsum Zoroastrum praecesserunt juxta saniores criticos. Cf. Feller, *Diet. Hist.* ari. *Zoroastre.* Eorro cit. loca intellecta semper fuisse a judaeis dc Messia *filio* David, non autem de ipsa Davidis veteris persona, ut inflati ac vani ejusmodi homines autumant, ostendit Martini op. cil. part. III. dist. 3. cap. 3. §. 15 et seqq. Cf. item Sanctius S. J. *in E-zech.* in hunc locuin.

33) Hinc animadvertendum est, fictiones poeticas vatum graecorum et latinorum numquam integras nationes pervasisse, multo minus perpetuo et constanter perdurasse, secus ac in casu nostro accidit. Dummodo tamen proprio systemati inserviant, absurda quaeque devorant rationalistae, ceteros incredulos imitati.

tribus et linguae ipsi servire perhibeatur: si potestas, quae ei confertur, est potestas aeterna, quae non auferetur et *regnum ejus* non corrumpetur; patet, plane distingui *Filium hominis* a monarchia, quae eidem traditur. Nec obstat quod in visionis istius expositione dicitur v. 18: *Suscipient autem regnum sancti Dei ollissimi, et obtinebunt regnum usque in saeculum et saeculum saeculorum.* His enim verbis significantia· omnes illi populi, tribus et linguae, qui ex v. 14. servient Filio hominis, id est, Messiae, quique ejus regnum seu ecclesiam constituent, prout contextus exigit; alioquin hic absurdus sensus exurgeret; monarchia serviet monarchiae.[34] Hinc de peculiari persona, non autem de symbolico emblemate, ut adversarii existimant, tota antiquitas, quae dicuntur de *Filio hominis* ac praecise de Christo, exposuit et explicavit [35]

31. Quae autem ibi cap. VII. 9. de mortuorum resurrectione et judicio extremo dicuntur, ac de Filio hominis, qui cap. VU. cura nubibus coeli apparens describitur (non vero *fingitur,* ut adversarii mentiuntur), Christo ipso interprete, de secundo ac glorioso ipsius adventu intelligi debent, ut suo loco exposuimus. [36] Quem quidem adventum multae calamitates, eodem Christo testante, Matth. XXIV. praevenient. Haec autem omnia rationalistae permiscent atque confundunt contra apertam Christi et apostolorum doctrinam, ut sua systemata vere fictitia nobis obtrudant et christianam religionem e fundamentis subruant.

PROPOSITIO Π.

Messias a Deo promissus atque ab hebraeis expectatus singularis et unicus est.

32. Etenim Messias a Deo promissus atque a judaeis expectatus singularis atque unicus est, si talem postulent tum Scripturae, tum universalis et constans sensus traditionalis ipsorum judaeorum, tum denique peculiares notae et characteres, quibus idem Messias instructus perhibetur; atqui.

33. Jam vero, etsi **Scripturae** interdum Christi seu Messiae nomen aliis etiam hominibus attribuant, sacerdotibus praesertim ac regibus, cum

34) Cf. Sanctius in hunc loc. Martini, part. Π. cap. 7. §. 7 et seqq. et cap. 13. Ex quibus constat quaenam fuerit constans judaeoruni hujus loci Danielis expositio.

“) Ibid. Conf, praeterea Schôttgenius, *Horae hebraicae,* Dresdae, 1742. tom. IL lib. II. pag. 263, ubi ex *Sohar* Gen. fol. 85. col. 338· refert in hunc loc. Dan.: *Hic est rex Messias, de <pio scriptuni est* etc. Turn id ipsum ostendit ex confessione Rasebi, R. Aben Ezrae, R. Saadiae Gaon, R. Bêchai, ex *Sanhedrin* etc. Vid. etiam Joann. Ben. Carpzovii, *Diss, de Filio hominis ad antiquum dierujii delato,* ad cap. VIL 13 et 14. Dan. in *Thesauro theologico-philolog.* Amstelod. 1701. vol. L pag. 887 et seqq.

3β) Tract. *De Deo creator,* part. HL n. 903 et seqq.

tamen hic non de nomine, eed de re quaeramus, perpetuo loquuntur de peculiari aliqui» promisso reparatore, quem */.ατ᾽ ἐ'ξοχηv,* seu per antonomasiam Christum seu Messiam appellant. Sic Gen. III. ille promittitur, qui conterat serpentis caput; item Gen. XII, XVIII, XXII. ille, in quo benedicendae sunt omnes gentes; demum Gen. XLIX. sermo fit de eo, qui praenunciatur ut ille qui mittendus est, atque erit expectatio populorum, seu ut in hebr. legitur, ille, cui obedientia erit populorum. E Davidis familia origo trahenda ab eodem, ubique praedicitur; atque hinc factum est, ut Messias filius David passim in sacris litteris vocetur. Huc spectant epochae, quibus determinatur futurus ejusdem Messiae promissi adventus; cum nempe ablatum fuerit sceptrum a Juda, ut dicitur Gen, XLIX. vel cum ad finem vergerent LXX hebdomades Dan. IX. et ante destructionem templi zorobabelici, Agg. II. et Malach. III. Quae quidem aliaque ejusmodi nequeunt nisi de singulari Messia intelligi.

34. Huc accedit perpetua et constans judaeorum traditio de expectatione unius singularis Messiae (de qua in prop, superiori); qua factum est, ut neque judicum ac Samuelis aetate, neque Davidis aut Salomonis aliorumve, sive Judae sive Israel florentissimorum regum ac principum, neque demum Machabaeorum temporibus, quisquam Messiam apparuisse diceret; licet plures ex ipsis judaicam gentem ab immanissimo jugo liberaverint. Contra vero judaeorum fatiscente republica, omnes ex Scripturarum oraculis atque avita traditione edocti, Messiam praestolabantur. Etenim Luc. III. 15. de Joanne Baptista legitur: *Existimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, num forte ipse esset Christus.* Eadem habentur Joann. L 19 et seqq. ubi agitur de solemni sacerdotum ac levitarum legatione ad eunidem missa, ut eum interrogarent, num ipse esset Christus. Rursus ibid. IV. 25 mulier Samaritana tamquam de re omnibus comperta ait: *Scio, quia Messias venit.* Demum Matth. II. 2. magi ex gentilitate orti pro certo id sumentes, fidenter interrogant: *Ubi est, qui natus est rex judaeorum?* Nec quispiam extitit inter principes sacerdotum et scribas populi, a quibus sciscitatus Herodes est, ubi Christus seu Messias nasceretur, qui haesitaret; sed exponentes de eo Michaeae vaticinium, in Bethlehem Judae Messiam oriturum pronunciant. [1] Id ipsum habetur ex Flavio Josepho, *De bello judaico* lib. IV. cap. 5. et alibi. [2]

') Post adeo disertum s. Matthaei testimonium et auctoritatem Luc. IL 4 el seqq. qais unquam suspicatus esset, quempiam in dubium revocaturum, utrum Christus Jesus natus sit in Bethlehem? Attamen ex biblicis rationalistis Kaifer, *Bibi, theol.* pag. 230 ct seqq. serio se demonstrasse confidit, Jcsuin in oppido Nazareth natum fuisse, atque, ut addit AVegscheider, *argumentis quidem haud spernendis.* Scilicet perquam opportune in istorum manus Scripturae venerunt.

2) *Archaeol.* lib. XX. cap. V. §. 1.

35. Peculiares demum **characteres** et **notae**, quibus prophetae Messiani venturum instructum iri denunciant, munia item ac officia ab ipso obeunda, de quibus postea agemus, luce meridiana clarius ostendunt, in tota Scriptura non agi nisi de determinato ac singulari Messia. Isaias enim passim describit mites Messiae mores, comitatem, justitiam, praesertim vero cap. XL 1 et seqq.; XLH. 3; LXI. 1. Sic tam ipse quam prophetae reliqui eum exhibent vocaturum et docturum gentes, aliaque ejusmodi perfecturum, ut ex dicendis enucleatius patebit.

36. Sive igitur Scripturas consulamus, sive perpetuam gentis judaicae traditionem, sive characteres et notas Messiae proprias, constat, Messiam, a Deo promissum atque a judaeis expectation, unicum prorsus ac singularem esse, prout ostendere instituimus. 3

DIFFICULTATES.

37. **Obj.** 1. Hebraei facile sibi in animum induxerunt, ex proprio coetu quempiam surrecturum esse de illorum virorum genere, quos Isaias describit, sapientia praeditos atque intelligenria, spiritu boni consilii et fortitudinis, 2. idoneos ipsorum prophetarum exemplo ad evertendas oppressorum machinationes, ad excutiendos animos, atque ad omnia adversa superanda, ut hac ratione poptdus subito quodam transitu ex malo ad bonum, ex servitute ad libertatem, ex abjectione ad honorem adduceretur. 3. Quare Messias seu liberator naturae limites non praetergreditur juxta hebraicam doctrinam. 4. Quid sane portendit Balaami vaticinium nisi stellam, quae orietur ex Jacob, ac radicem, quae surget ex Israel, ad populum firmandum, ut fortiter agat? 5. Post Josue unaquaeque oppressionis periodus suum peperit liberatorem sive Messiam. Cyrus, licet idololatra, in Scriptura vocatur *Salvator* et *Christus* ob id tantum, quod finem posuerit captivitati babylonicae, ac alii quia media suppeditaverint ad rempublicam resti-

Quoties demum post *magnam dispersionem* ementiti Messiae hebraeorum imaginationem excitarunt, toties id consecuti sunt per sacras voces *legis* ac *libertatis.* Talis fuit impavidus Barcochebas, quem ceu legitimum Messiam recepissent, si, quod aggressus est, facinus feliciter explevisset; talis saec. XVII. turbidus ac debilis Sabathai Sevi. 4 Si quis igitur quaerat, utrum

ı*ζ..·ĭ ώ * Bp r *'îl il

') Quaenam fuerit antiquis judaeis in Messiam fides, diligenter excussit et expendit Petrus Cunaeus, *De rejnibl. hebraeur.* lib. III. cap. 9; qui cf. in *Thesauro* Ugolini, tom. III. pag. 910 et seqq. cum not. Joann. Nicolai; nec non Heideggerus, */list. Patriarch,* exercitat. CXI. pag·. 96 et seqq. Major in *Theol. Judaic,* loc. VUL *De Messia.*

▮*) Ita Salvador, op. cit. tom. III. liv. IV. pag. 365. De qno Sabathai Sevi scribit in nota: »H était né en Syrie, et il produisit

H

Messias advenerit, an vero adhuc venturus sit, responsio in promptu est, scilicet tum jaradiu eum advenisse, tum superventurum adhuc esse. Ergo.

38. **Resp.** ad 1. *Neg.* quod assumitur, hebraeos scilicet nonnisi sequiori aevo ideam seu notionem Messiae ex legis comminationibus et promissis sibi cudisse. Certissimum enim est, ejusmodi ideam seu potius promissionem Messiae ipsi mundo coaevam fuisse,et lege mosaica anteriorem; ut ex dictis apertum est. Moyses locis cit. eam supponit. Job cap. XIX. 25. professus est, suum se expectare *Redemptorem,* nempe Messiam, et quidem spiritualem atque divinum. Profecto gentes omnes longe inter se dissitae, quibus nulla fuit cum hebraeorum gente communicatio, in lege mosaica Messiae notionem reperire non potuerunt. Repugnat propterea Scripturis ac factis ipsis nova theoria ab adversario excogitata.

39. Ad 2. *Neg.* tum ob rationum momenta, quae adducta sunt, tum ob falsam adversarii assertionem, prophetas scilicet oppressorum machinationes evertisse, animos excussisse juxta auctoris sensum; fabulae enim ejusmodi assertiones sunt ab ipso confictae. Illud quippe prophetarum fuit munus, populi praesertim judaici vitia reprehendere, validos animos ad omnem virtutem excitare, ac Messiae adventum praenunciare, non quidem ut temporalis liberatoris, quemadmodum adversarius autumat, sed spiritualis, qui nempe peccata aufeiTet, justitiam adduceret, gentes ad verum Dei cultum revocaret, aliaque praestaret ejusmodi, quae in liberatorem ab adversario confictum cadere nequaquam possunt. 5

40. Haud inficiamur tamen, serioribus temporibus judaeorum animos generatim occupasse ideam etiam de liberatore temporali; quod ex Luc. XXIV. 21 ; Act. I. 6. aliisque locis N. T. constat. Verum, ne ullus errori detur locus, duo, quae nequeunt commisceri, secernamus oportet, nempe ideam primigeniam ct originariam ab idea adseititia, et superinducta. Idea enim primigenia et originaria, quam exhibent sacrae litterae, est prorsus de Messia spirituali, ut ex citatis locis apparet; postea autem sensim, ut ita dicam, ac sine sensu adjecta alia est de liberatore temporali, non ita tamen, ut prior excluderetur, sed utraque Messiae spiritualis et temporalis conjuncta idea erat. Sane Messiae spiritualis, legislatoris, prophetae, thaumaturgi ideam semper obtinuisse apud judaicam gentem abunde constat ex Luc. III. 15; Joann. I. 19; IV. 25; VI. 14; VH. 31, aliisque locis passim. Quod si in plerisque subsequentibus praesertim temporibus invaluit notio

ane vive sensation chez les juifs de Constantinople cl de tout Γ Orient, même chez les occidentaux. Le sultan le fit jeter en prison, et lui offrit le turban ou d'être-empalé; il n'hésita point, mais, malgré son zélé à paraître bon musulman, on. lui donna bientôt la mort."

4) Cf. Sherlock, *L'usage et les fins de la prophétiey* en six discours; vid. praesertim Discours III.

Messiae tamquam temporalis liberatoris, ideo id factum est, quod judaei vaticinia, quae secundum Messiae adventum respiciunt, cum vaticiniis de primo ejusdem adventu confuderint, vel etiam quia oarnali ac materiali sensu ea intellexerint, quae de spirituali ipsius Messiae gloria ejusque regno sive ecclesia, sub materialibus ac symbolicis imaginibus adumbrata, praenunciata erant, s

41. Ad 3. *D.* Juxta doctrinam hebraicam seriorum temporum, *Tr.* antiquitus receptam, .V. Veteres enim hebraei non diversam sibi Messiae efformarunt notionem ab ea, quam Scripturae et traditio ipsis patefecerunt Porro ejusmodi fontes constanter ingerunt ideam Messiae, qui naturae limites praetergrederetur; ut Ps. II. 7; Is. VII. 14; IX. 6 et seqq. XI. 1 et seqq. et alibi passim. 7 Immo certo certius est, ut productis monumentis ostenderunt

a 1

*) Antiquiores hebraeos puriorem ideam habuisse de Messiae persona ac munere evidenter constat ex iis, quae erudite scribit Schôttgenius, in *Horis hebraicis et talmudicis,* tom. II. lib. I. cap. 1 et 2, de nominibus Messiae; tum toto libro III. qui est de persona Messiae, innumeris prope eorum testimoniis in medium productis; nec non tom. I. diss. 1. *De regno coelorum,* in qua §§. 6 et 7. ostendit, nomine *regni coelorum* praeter cultum ecclesiae V. T. significari *regnum Messiae* et *tempora Messiae* et oeconomiam illorum, una cum aliis circumstantiis eo pertinentibus, adducto testimonio ex Targum Michaeae IV. 7: *Et revelabitur ipsis regnum coelorum in monte Sion a nunc et usque in saeculum;* et confirmat tom. II. lib. I. cap. 2. §. 3. ex *Pesiktà* in *Jalkut Simeoiti* II. fol. 178. 1, et *Scir Ascirim rubba,* fol. 10. 2: *Quando tempus accedet,* regnum coelorum *revelabitur,* % Ï“feî7 ïlfcî D'CISS *tunc implebitur illud Zachar.* XIV. 9: *Illo tempore Deus erit rex in universam terram,* aliisque multis, quae locis cil. recoli possunt. Quibus addi potest, hunc usum loquendi communem fuisse Christi aetate; alioquin Joann. Baptista, Christus, pharisaei et auditores ipsorum formulam hanc neque protulissent neque intellexissent; attamen passim usurparunt, ut patet ex Maith. III. 2; X. 7; Luc. XVII. 20, et alibi passim; adeo ut illi, qui ex judaeis, signis temporum probe expensis, adventum Messiae proximum cum gaudio excipiebant, dicantur *expectare regnum Dei,* seu *regnum coelorum,* Luc. XXIII. 51; cui phrasi similis est illa: *Expectare consolationem et redemptionem,* Luc. II. 25 et 38. Orta autem videtur haec formula, quae antiquioribus judaeis et sanioribus post captivitatem in deliciis erat, ex Dan. VII. 13 et 14.

Haec volui aliquanto fusius disputare, primo ut pateat luculenter, insedisse veteribus hebraeis sententiam de Messia ejusque regno spirituali et divino; secundo ut malam fidem detegerem recentiorum biblicorum rationalistarum, praesertim Koppe, .Vop. *Test.* vol. VI. ad Epp. ad Thess. excurs. 1. de regno Christi asserentium, formulam C'ļDî5fl"l Γ¥ļZ^Ọ, *regni coelorum* neque in Targum neque omnino apud rabbinos de regno Messiae accipi, sed de peculiari Numinis supremi regimine^ singularique Jehôvae, qua sua gauderet civitas, tutela, cujns quasi ministri reges in civilibus, in sacris vero rebus sacerdotes essent.

T) Cf. W. Hengstenberg, *Christologie des alten Testaments* etc. *C'hristologia veteris testamenti* etc. Berolîni 1829. Part. I. sect. 1. cap. 3. *De divinitate Messiae in V. T.* pag. 215 et seqq. ubi colligit textus, ex quibus constat, Messiam futurum praedicari ut Deum et Filium Dei. Nos saltem eos hic summatim indicabimus: Ps. II. 7. Messias vocatur *Filins Dei* sensu proprio et non figurato, et v. 12. judicium de inimicis suis ipsi tribnitur, et rebelles ad ipsum confugere monentur; Ps. XLIV. 7 et 8. Messias vocatur *Deus;* Ps. CIX. 1 David ipsum vocat *Dominum suum:* v. 6.

eruditi viri, in antiquiorum hebraeorum mentibus firmam semper inhaesisse persuasionem, unicum mediatorem inter Deum et homines, auctorem revelationis omnis, cui nomen *Metatron* apposuerunt, nempe Messiam, identificari cum Deo ipso, ac proinde Deum esse, et supra naturae nostrae conditionem positum. ß Hujus doctrinae ac traditionis vestigium apparet Joann. VII. 27: *Hunc scimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit, unde sit.* Imponit igitur Salvador lectoribus suis, dum adstruit, juxta doctrinam hebraeorum Messiam minime praetergredi naturae limites.

accipit a Deo proprium nomen **ijlH,** et judicium super hostes suos ipsi adscribitur; Is. IV. 2, Messias vocatur ГТiГР ПО& *germen Dei,* scilicet Filius Jehovah- Atque haec quidem de divina ejus natura dicta sunt.

Juxta humanam vero naturam ex antithcsi vocatur "'ID-Vj *fructus terrae,* natus ex Judaea, vel oriundus ex domo Juda. Is. VII. 14. indicatur juxta humanam ualurain per illud *nasci ex Virginej* juxta divinam, per nomen *Emmanuel, nobiscum Deus.* Item Is. IX. 6. denotationes seu characteres divinae naturae cumulantur. Prius nomen fQC1, *mirabile,* ut indicetur illum tum in suo *esse* tum in suis actionibus supra conditionem seu naturae cursum elevatum esse; deinde nomen TÎ31 *Deus fortis,* adjicitur; in antithesi denotatur ipsius humana natura et origo per verba *Filius natus est nobis.* Ib. XI. 10. paganae gentes modo religioso Messiam quaerere dicuntur. Michaeae V. 1. in antithesi ad temporalem Messiae ortum ex Bethlehem et ad nativitatem ex muliere, v. 2. annuntiatur ejus aeterna praeexistentia: *Ex te mihi egredietur . . . et egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis;* et v. 4. ipsi tribuitur fortitudo et majestas Jehovae. Os. III. 5: *Filii Israel..... quaerent Dominum Deum suum et David regem suum,* id est Messiam. Ubi verbum studium sesc Deo reconciliandi et ejus gratiam acquirendi significat. — Sed insigne praeterea est ad rem nostram quod legitur Mai. III. 1 et seqq. *Jehovah* ibi dicit, se legatum missurum, qui viam ante *se* sternat, et slalim subditur, postquam hoc factum fuerit, Messiam appariturum. Igitur apparitio Jehovah et apparitio Messiae identificantur. Messias accipit nomen ρ'ΠΝΓΙ, quod cum articulo praefixo nullibi nisi de uno Deo invenitur. Huic summo Deo, duci theocratiae, regi israelitarum, templum ut sua proprietas semper adscribitur. At juxta Malachiam, templum est proprietas Messiae. Istum igitur Deum esse, et cum Jehovah per unitatem naturae idenlificari aperte eruitur. Insuper v. 2 et seqq. officium divinum, alioquin soli Jehovah adscriptum, nempe judicium de improbis, ipsi Messiae tribuitur. Cf. etiam Dan. VU. 13 et 14; Zach. XH. 10; XIIL 7. Praecipua ex his vaticiniis suo loco expendemus.

®) Ibid. loc. cit. pag. 238 et seqq. quibus patet, ex antiquiorum judaeorum doctrina, eaque communi, hunc Metatron non raro idenlificari cum Schechina, habitatione nempe Dei in mundo, idenlificari cum Deo ipso, a quo tamen distinguitur, persona scilicet; non esse Metatron creatum, sed emanatum; vocatur Metatron emanationis et creationis, qui apparuit Moysi in rubo; cum summo Deo unitate essentiae conjunctus perhibetur, ut Dominus ipse et legatus Dei, princeps mundi, et visibilis manifestator Dei. Aliaque ejusmodi ex Thalmude, ex lib. Sohar et rabbinorum innumeris testimoniis ostendit. Haec ipsa documenta praeter Soinmerum, Glaesenerum, Raym. Martini exhibet Schôttgenius, op. cil. tom. II. *De Messia,* lib. III. thesi II et seqq.; adeo ut mirum sit, incredulum judaeum Salvador potuisse firmiter adeo asserere, ex judaeorum doctrina non debuisse Messiam naturae limites praetergredi. Qua assertione aperte se vel ignorantem vel mendacem prodit.

42. Ad 4. *Neg.* Sed ex unanimi veterum immo et reccntiorum etiam judaeorum sententia Balaami vaticinium pro objecto habet, supremiun illum regem venturum. Messiam nempe, cujus adventus fama jam inde a remotissimis saeculis Orientem totum pervaserat, qui populos sit debellaturus, et quo regnante maximae rerum conversiones essent eventurae. 9 Ex genere porro armorum ejus deprehenditur, qua ratione *omnes filios Seth,* seu ut habet OnkeJos, *omne» homines* sit Messias vastaturus: *percutiet terram,* inquit Isaias XI. 4. *virga oris sui} et spiritu labiorum suorum interficiet impium.*

43. Ad 5. *D.* Unaquaeque oppressionis periodus suum peperit liberatorem sive Messiam, improprie dictum seu late sumptum, *C.* proprie dictum, de quo loquimur. A'. Id ipsum dicatur de Cyro aliisque omnibus, quibus communis fuit haec denominatio, regibus ac sacerdotibus, qui analogice *chrisli* vocabantur seu messiae ac salvatores. Alioquin, cum judices interdum *dii* in Scripturis vocentur, sequeretur, vel nullum esse proprie dictum, ibl vel illos homines totidem deos esse.

44. Ad 6. *D.* Spiritu vertiginis atque anticipatis judiciis abrepti, *C.* juxta germanum Scripturae sensum per traditionem antiquissimam expo- L i situm, xV. Verum de hoc postea.

45. Ex his responsio fluit ad conclusionem ex falsis principiis, seu potius ex gratuito ac singulari systemate adversarii deductam. Si enim nonnisi unus ac determinatus Messias a Deo in Scripturis promittitur: si nonnisi imus ac determinatus ab universa judaeorum gente expectatus est: si nonnisi de unico, singulari ac determinato mediatore seu Messia omnium antiquarum gentium traditiones loquuntur; patet eo denique controversiam adduci, ut quaeramus, utrum venerit nec ne. Istud vero in sequenti capite excutere aggredimur.

CAPUT II.

DE EPOCHA ET OFFICIIS PROMISSI MESSIAE.

46. Nonnulli judaei, diuturni quo detinentur exilii atque dilati Messiae adventus pertaesi, in desperationem acti, contendunt, nullam a prophetis

9) Cf. de hoc vaticinio. praeter prooemium Du Voisin in *Pug. fid.* edit. cil. pag. 81. *Dissert.* WiHemeii *De atelia ex Jacob oriunda,* in Num. XXIV. 17. quae reperitur in *Thesauro theol. pkilolog.* cit. Perperam De ^Nelte, *Kritik der israelit. Gesch.* seu *Critica historiae israeliticae,* pag. 363 et seqq. illud confictum in gratiam hebraeorum aulumaU et Bieck in *detn bihl. exeget. Repertor,* seu in *Repertorio biblico exegetico,* post debellatos a Saulo ammonitas, zabaeos et pliilisthaeos assutum ccnsct. Nee Rosenmuller! conatus efficient, totum hoc oraculum Balaami imposturam el fictionem esse. Cf. Barlolocci *Bibliotheca magna rabhinica,* Romae 1675· part. I. pag. 655 el seqq. Cf. etiam Joann. Frid. Miegii Dissert. *De stella et sceptro baleamico* in *Noco thesauro dissert.* Lugduni Batav. 1732. fol. tom. I. pag. 423 el seqq.

futuri Messiae peculiarem epocham statutam ac determinatam fuisse. Alii vero, etsi fateantur, hujus adventus epocham reipsa determinatam esse, attamen dilatum esse contendunt Messiae adventum ob demerita ac peccata, quibus hcbraci se commacularunt, aut in dies coinquinantur. Alii demum censent quidem epocham adventus Messiae esse determinatam, non solum conditionate, sed absolute; contendunt tamen, nondum completam hanc epocham esse. Nostrum igitur erit, duce praesertim cl. Joann. Bernardo De Rossi [1], propositionibus insequentibus haec omnia effugia praecludere, ac simul ostendere, ex officiis seu muniis a Messia juxta prophetas obeundis, eum jamdiu advenisse, ut non sit in aliud tempus expectandus.

PROPOSITIO I.

Epocha adventus promissi Messiae ex sacris litteris certa ac determinata est.

47. Haec propositio est adversus chaldaeum Paraphrasten, R. Joseph Aben-Jachia, Maimonidem, aliosque paucos, contendentes, nihil certi circa tempus futuri Messiae adventus constitui posse, immo neque posse in hanc epocham inquiri absque erroris periculo; nec quidquam uspiam de ejusmodi epocha revelatum a Deo esse. [2]

48. A vero autem prorsus abludere ejusmodi assertionem:

Constati, **exjacobaeo vaticinio,** quo venturus praedicitur Messias, cum ablatum fuerit sceptrum a Juda; ex **prophetia Danielis,** qua sub finem septuagesimae hebdomadis ab edicto reaedificationis iirbis i occisum iri Messiam praenunciatur; nec non ex **Aggaei et Malachiae oraculis,** quibus significatur stantibus adhuc urbe ac templo Messiam, venturum esse.

Constat II. ex **antiqua judaeorum traditione** et **agendi ratione.** Etenim juxta elianam scholam anno ab orbe condito quatermillesimo Messias adventurus erat, prout refertur in Thalmude, in quo *dies regis Messiae* ad hunc annum assignantur. Sane Messiam per id temporis magna animorum conteutione exoptatum fuisse atque expectatum, adventus magorum in Solymorum urbem, civitatis totius commotio, infantium caedes, occisio eorum qui essent de familia David ex parte romanorum, ne judaei Messiae praetextu novi aliquid machinarentur [2], desperatio Hillelis, tumultus hac de causa excitati [3], pluies veteratores qui sibi eadem aetate Messiae

[1]) *Delta vana aspetlazione degli Ebrei* etc. Parma 1773.

[2]) Apud eumd. cap. 1. §.2.

*) Cf. Euseb. *Histor. eccl.* lib. III. cap. 12 et cap. 19. edit. Vales.

3) Joseph, *Arehaeol.* lib. XX. cap. 8. §. 6. *De beUo jud.* lib. II. cap. 13. §· 4 et 5; ib. lib. VI. cap. 5. §. 3. edit. Haverc.

nomen ac dignitatem vindicarunt, facinus ipsum Barcochebae, fama in omnem partem vulgata de egressuro tunc temporis e Judaea qui rorum potiretur, applicatio vaticiniorum a Josepho per assentationem Vespasiano facta 4, haec aliaque non pauca facta publica ac testatissima totidem sunt argumenta ineluctabilia, quae invictissime ostendunt, certam ac determinatam epocham judaeos ex traditione habuisse. —

Constat III. ex ingenua praecipuorum **rabbinorum confessione**, qui, tum ex Scripturis tum ex traditione edocti, id demum ultro dederunt.5

Constat IV. **ex ipsa rei, de qua agitur, natura.** Si enim Messias, ut ex dictis patet, fuit in lege mosaica promissus: si Messias objectum fuit desideriorum patriarcharum et prophetarum : si prophetae, prout ostendemus, futuri Messiae locum nativitatis, oricrinem, facta omnia vaticinati sunt; qui fieri potuit, ut sola epocha ipsius adventus reticeretur, qua judaei excitari ac permoveri debebant ad ipsum excipiendum ?

49. Sive igitur sacras litteras consulamus, sive perpetuam et constantem judaeorum traditionem, sive rabbinorum confessionem et agendi rationem, sive denique rei ipsius inspiciamus naturam, certam omnino ac determinatam esse epocham adventus Messiae apertissime evincitur.

DIFFICULTATES.

50. **Obj.** 1. Haud pauci ex doctioribus rabbinis inter septem eas res, quas hominibus prorsus ignotas recensent, tempus etiam includunt restitutionis regni davidici seu Messiae. 2. Quod non absque fundamento ab ipsis fieri, argumento est angeli Danielem XII. 9. alloquentis responsio; cum enim Daniel ab angelo sciscitatus esset, quando Messias esset venturus, respondit angelus: *Clausi sunt siqnatique sermones usque ad praefinitum tempus.* Quibus verbis non obscure insinuavit dies Messiae absconditos hominibus esse. Ergo.

4) *De bello jud.* lib. IIL cap. 8. §. 9; et lib. IV. cap. 10. §· 7.

s) Cf. Th. Goodwini Diss. quam inscripsit: *Moses et Aaron,* cum not. Holtingeri §. 22. in *Thes.* Ugolini, tom. III. pag. 35. Cf. De Rossi, op. cit. cap. 1. §.6. Sane in Thalm. in tract. *Sanhedrin,* fol. 97. vetustissima traditio legitur his verbis: *Traditio domus Eliae: Sex mille annis durat mundus. Bis mille annis inanitas et vastitas. Bis item mille annis lex. Deinque bis mille annis dies Messiae.* Hinc alii, cum viderint elapsas omnes epochas sive biblicas sive traditionalcs adventus Messiae, animum desponderunt, negantes Messiam esse promissum; ut R- Albo in lib. *Ikkarim;* alii ejus adventum in saeculum et mundum futurum rejecerunt, ut R. Manasses Ben Israel, lib. II. cap. 3. *De Resurr. mortuor.;* alii diris exeerationibus devoverunt illos, qui tempora adventus Messiae supputarent, et terminos ejus inquirerent, dicentes: %·]ΓΓΠ FiBfl *Rumpatur spiritus eorum, qui tempora* (adventus Messiae) *supputant.* Alii alias nugas commenti sunt; quae videri possunt apud Jo. Buxtorfium, *De synagoga judaica,* cap. 50. Basil. 1661 ; extat etiam in *Thesauro* Ugolini, tom. IV. pag. 1153 et seq. et apud Schickardum, *Jus regium judaeorum,* ibid. tom. XXIV. pag. 793 et seqq.

51. Resp. ad 1. *D.* Post Christi adventum, seu ut ipsi loquuntur, post magnum dispersionem, *Tr.* ante id temporis, *N.* Nil mirum, si recentiores nonnulli rabbini, anticipatis judiciis ducti, incertum esse contenderint tempus promissi Messiae, cum Messiam agnoscere noluerint epocha a Scriptura ac traditione praefinita. Sic enim arbitrati sunt, se posse utcumque declinare omnem vim argumentorum, quibus a Christianis premebantur. At paucorum certe ea opinio, seu potius effugium est, si cum universali judaicae gentis sensu et traditione, ac praecipuorum rabbinorum sententia comparetur. Ut aliquid pauci isti, quos impugnamus, proficerent, deberent ostendere, talem pariter judaeorum animis insedisse sententiam ante Christi adventum; quod profecto numquam praestabunt, cum omnia illius aetatis documenta contrarium prorsus evincant.

52. Ad 2. *Ncg.* Danielem sciscitatum esse ab angelo tempus futuri Messiae, cum istud ei jam revelatum fuerit cap. IX; nec propterea angeli responsio ad hoc tempus refertur. Allegatis proinde verbis significatur, obscura esse debere, quae in eodem capite continentur, donec compleantur, quae ibidem praedicta sunt. Dissentiunt porro interpretes, de quanam re hic praecise agatur, et alii in alias abeunt sententias. 6 Ex ignota proinde re nihil extundi potest, quod infirmare vel minimum possit, quae aperta Scripturarum testimonia de hac ipsa epocha produnt.

PROPOSITIO Π.

Epocha adventus Messiae in Scripturis determinata retardari nequit.

53. Eos haec thesis perstringit, qui Scripturarum ac traditionis auctoritate pressi, admittunt quidem, determinatam a Deo ac patefactam promissi Messiae epocham esse; contendunt tamen, ut monuimus, ob judaici populi scelera dilatam esse atque in dies differri divinam promissionem. Desipere autem hujus sententiae patronos, quisque intelliget, qui vel leviter perpendat:

54. I. Messiae promissionem constanter in Scripturis absolute proponi, numquam vero conditionate; adeo ut nuspiam vel leve ejusmodi conditionis vestigium appareat.

55. Π. Messiam non ad solos hebraeos, sed ad omnes prorsus populos seu homines mitti. Nemo propterea sanus sibi persuaserit, ob peculiaris judaici populi scelera retardari, quod ad commune omnium bonum promissum est.

56. IU. Ejusmodi conditionem aperte omnino a Deo excludi, quoties ipse profitetur tempus adventus promissi Messiae *decisum* ac *determinatum*

) Cf. Sanctius, Cornel, a Lapide in hunc loc., Critici sacri, Rosenmuller etc.

esse, ut Dan. IX. *; quoties gratuitam affirmat esse Messiae promissionem, seu cum *propter se* et *propter gloriam nominis sui* se populum suum redempturum promittit, ut Is. LU. 3 et seqq.; Ezech. XXXVL 22. et alibi passim; item quoties declarat, se missurum Messiam ud tollenda hominum peccata, delendam iniquitatem ete. ut Is. LUI et Dan. IX; ut alia quamplurima praeteream, quae evidentissime quamcurnque meritorum aut demeritorum nostrorum conditionem excludunt.

57. IV. Posita semel hac conditione jam sequi, nihil certi circa tempus Messiae adventus superesse, perperam proinde in Scripturis frequenter adeo tempus istud significatum fuisse. Numquam enim exitum suum divinae pollicitationes habiturae essent; cum neque in judaica natione, nec in alia qualibet scelerum futurus sit finis, spectata hominum infirmitate ac malitia.

58. V. Xovam atque ab antiquae synagogae sensu prorsus alienam esse sententiam hanc, quae nonnisi ad eludendas Christianorum objectiones excogitata fuit post Hierosolymorum ac templi eversionem, quaeque a doctioribus ipsis rabbinis acerrime impugnatur. 2 Profecto, si Messiae adventus ab hominum meritis penderet, tot sanctissimorum patriarcharum, prophetarum, aliorumque piorum hebraicae gentis hominum, qui in veteri synagoga floruerunt, merita plus apud Deum valere debuissent, ut promissiones solveret suas, quam recentiorum judaeorum flagitia valeant ad illas retardandas. Praeterea curo judaica gens ideo dire affligatur, gravissimasque ac diuturnas vexationes pariatur propter Messiae spem, pro cujus adventu enixas adeo ad Deum preces perpetuo fundit, concipi nequit, epiomodo Deus his non flectatur, et haec omnia conferre nihil valeant ad Messiae promissi adventum accelerandum. Quamquam nec illud omittendum est, diuturnam adeo dilationem haud parum conferre ad animum despondendum, atque in desperationem conjiciendum. ·

*) Talem esse vim hebraicae vocis Daniel. IX. 24. *definita, decisa decreta* etc. omnes admittunt, ut ex dicendis luculentius patebit.

') Cf. De Rossi, op. cit. cap. 2. §. 4 ct seqq. ubi plura documenta invenies tum ex Thalmude tum ex celebrioribus rabbinis antiquis et recentioribus, ex quibus patet, receptum apud hebracos esse Messiae adventum retardari non posse, atque ab hominum meritis vel demeritis nulla ratione pendere. Et sane absurdum est, hominum peccata praepedire adventum Messiae, qui peccatis hominum tollendis venturus erat, ut rursum hebraei fatentur. Cf. *Diss, philotog. de ara exteriori* Joann. Jacobi Crameri. in *Thesauro* L'golini, tom. X. pag. 340 et seqq.

3) Cf. De Rossi, loc. cit.; Schickardus, *Jus regium,* theorema XX. in *Thes.* Ugol. tom. XXIV. pag·. 800 et seq. cum not. 55. Carpzovii, ib. pag.820; Lightfoot, *in Erang. Maith. Horae hebraic. et thalmud.* in cap. 2. v. 1. ubi plurium ghemaristarum verba profert, qui fatentur jamdiu natum esse Messiam juxta statutam in Scripturis epocham, opp. edit. Ultraj. 1699, in fol. vol. II. p. 257 et seqq.

59. His igitur perpensis, concludi omnino debet, ita praefinitam adventus Messiae epocham a Deo esse, ut retardari ob judaeorum peccata non possit.

DIFFICULTATES.

60. **Obj.** 1. Scriptura universa referta est vaticiniis conditionatis; quae etsi absolute enuncientur, eventus tamen patefecit, implicitam illa conditionem continere; quidni igitur idem dicamus de vaticiniis, quae Messiam spectant? 2. Quid? quod non desint prophetiae, quae conditionem ejusmodi exprimant? Etenim Deut. XXX. 10. redemptio Israel promittitur: Si *tamen* (ut ibidem dicitur) *audieris vocem Domini Dei tui .... et revertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua.* 3. Quod jam pridem advertit Pesiktà in haec verba, et post ipsam thalmudistae in Ghemarà babylonica, qui unanimiter affirmant, ex poenitentiae defectu atque ob multa hebraeorum scelera transactos jamdiu esse terminos adventui Messiae constitutos a celebri traditione scholae elianae; quos secuti sunt plures ex recentioribus rabbinis. Ergo.

61. **Resp.** ad 1. *D.* Quae tamen vel ex substrata materia vel ex adjunctis aut conditione alibi expressa deprehenduntur esse conditionata, *C.* secus, *iV.* Haud inficiamur ejusmodi vaticinia conditionata, quae tamen absolute enuncientur, in Scripturis reperiri. Talia sunt ut plurimum quae *comminatoria* dicuntur, quandoque vero etiam promissoria, quae tamen alicubi conditionem adnexam habent. Verum plura pariter sunt absoluta, quod nemo in dubium vocabit; ad horum porro classem spectare vaticinia, quae Messiae adventum respiciunt, omnia argumenta, quae adducta sunt, luculenter ostendunt.

62. Ad 2. *N.* Ad prob. autem ex Deut. allatam, *D.* Et eo loco sermo est de felicitate vel punitione israelitarum pro diversa ipsorum agendi ratione in legis observatione, et quidem temporali, *C.* sermo est de Messia vel Messiae adventu, *N.* Ipsa ejusdem capitis integra series id abunde ostendit. Resipiscentibus siquidem judaeis pollicetur Deus, se eos reducturum ab extremis mundi partibus, ac de cunctis gentibus, inter quas ejecti fuerint, in terram patrum suorum: se soluturum ipsorum captivitatem, ac conversurum in hostium capita calamitates, quibus afflicti fuerint, si tamen sincera erit ipsorum poenitentia; prout reipsa toties factum esse Scripturae ipsae testantur. 4

63. Ad 3. *D.* At sero nimis, seu post elapsos terminos a prophetis

4) Satis est, vel leviter percurrere libros Judicum, Regum etc. immo universam historiam hebraicae gentis, ut oculis veluti ipsis peculiaris haec divina providentia coaspiciatur.

significatos pro Messiae adventu, *C.* vetus synagoga et ante elapsam epocham. .V. Huc denuo recurrunt, quae superius animadvertimus de veteris synagogae sensu ac traditione. 5

PROPOSITIO III.

Advenisse Messiam a Deo promissum atque a judaeis expectation, jamdiu elapsae epochae, prophetarum oraculis determinatae, luculentissime ostendunt.

64. Hujus propositionis veritatem evincunt epochae omnes jamdiu completae, quae Messiam respiciunt. Ut suis tamen finibus contineatur propositio, nec justo longior evadat, potiora vaticinia expendenda seligemus, in quibus praefatae epochae apertissime constituuntur. Talia sunt oraculum jacobaeum, vaticinium Danielis, nec non prophetiae Aggaei ac Malachiae; quae si seorsim sumpta rem conficiunt, simul proposita eam omnino demonstrant. Ne propterea ejusmodi vaticinia alia ab aliis separemus, singillatim, ad omnem confusionem vitandam, atque ad consulendum perspicuitati, ea distinctis paragraphis perpendemus.

JU

JACOBAEUM VATICINIUM EXPENDITUR.

65. Splendidissimum Jacobi vaticinium exhibetur Gen. XUIX. 8 et seqq. Cum enim Jacob jam jam moriturus ad se vocasset filios suos, benediceretque singulis *benedictionibus propriis,* atque annunciaret, quae ipsis obventura essent in diebus novissimis, cum pervenisset ad Judam, sic ei fausta ominatus est: *Juda, te laudabunt fratres tui . . . aderrabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda; ad praedam, fili mi, ascendisti; requiescens accubuisti ut leo et quasi leaena; quis suscitabit eum? (Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium.^* Seu ut hebraice legitur: *Non recedet sceptrum a Juda, et legislator de inter pedes ejus, donec veniat Sciloh et ei obedientia populorum.*l

K

* $

66. Tria hic a nobis praestanda sunt, ut propositum adversus judaeos teneamus. Ostendendum est, celebre hoc oraculum 1. ad Messiam pertinere; 2. epocham ejus adventus determinare; 3. jamdiu fuisse completum.

s) Nec omittendum, in eadem Ghemarà Babylonica aliam traditionem referri, quae omnino contradicit illi, quae nobis objicitur; etenim cap. XL legitur: *Scriptum est: Propter nomen meum faciam. Dicit Rabbi Alexander: R. Jose Ben Levi objecit: Scriptum est: In tempore suo, et scriptum est: Accelerabo; si meriti fuerint, accelerabo; si non meriti fuerint, in tempore suo.* Cf. apud Ugolini, tom. XXV. pag. 966.

mpy ùı Γùψ jcn-rs ip ıùη

67. Ad **primum** vero quod attinet, facile res conficitur tum ex vi ipsa vocis *Sciloh,* tum ex iis, quae huic *Sciloh* tribuuntur. Quaecumque tandem sit hujusce vocis radix, de qua valde inter se philologi disputant, certum est, ea non alium significari praeter Messiam. Etenim, si ea est a *tranquillus* aut *quietus fuit,* ut aliqui contendunt, Messias sic denominatus fuit, eo quod ipse esset orbi tranquillitatem ac pacem conciliaturus, omnemque felicitatem allaturus; quare inter cetera nomina, quibus Is. IX. 6. Messias insignitur, et istud recensetur: *princeps pacis.* Huic interpretationi consentit codex Samaritanus, in quo legitur: *Donec veniat pacificus.*2

Si vero, ut aliis placet, vocem hanc derivemus a radice "ytyj vel 55^/, -3 K. r.rL tunc idem est *Sciloh* ac *filius ejus,* id est, ille, qui *κατ' ἐξοχην,* antonomastice filius Judae dici potest, nempe Messias.

Si demum magis cum aliis placet legere П 7$ Pr0 , tantumdem valeret ejusmodi vox ac *quod ei,* seu *cujus est,* subintellige regnum aut sceptrum illud, de quo hic loquitur Jacob, juxta id, quod legitur Ezech. XXI. 32·: *Donec veniat is, cui judicium5,* seu summa judicandi et imperandi potestas. Quo sensu accepisse vadentur hanc vocem veteres plerique interpretes; LXX enim habent: *Donec veniat quae ipsi reposita sunt^,* vel nt alii leçnmt: *Cui repositum est5;* quae tamen potius Aquilae et Symmachi est interpretatio. Istorum interpretum sensus hic est: *Donec veniat regnum, quod repositum est ei,* scilicet Messiae. Hunc sensum clarius expressit Onkelos, scribens: *Donec veniat Messias, cujus est regnum:* idem fere habet Targum hierosolymitanum. Interpres syrus vertit: *Is cujus illud est6,* et Saadias, interpres arabs: *Is cui est.*7 Quidquid porro sit de verisimiliori etymologia hujus vocis, compertum est, omnes interpretes *raro consensu,* ut fatetur ipsemet Rosenmüller, in eo convenire, ut per vocem *Sciloh* vel ipsemet designetur* Messias vel aliqua ipsius proprietas.

Haec vero omnia confirmantru* ex vetustiorum hebraeorum confessione. Veteres enim hebraei hoc nomen *Sciloh* inter nomina Messiae retulerunt, ut in Thalmude in *Sanhedrin, Pereh Chelek,* in *Berescit Rabba* et alibi.8 Certe in Thalmude babylonico, cit. tract. *Sanhedrin* sive *De judiciis,* cap. XI. haec leguntur: *R. Jochanan dicit pro Messia: Quale est nomen ejus? Discipuli*

') Cf. *Biblia polyglotta Waltoniana,* lom. I. pag. 221.

*) Detfen ὐ κξγiγ

4) *Ἑω αν ἑλϋῃ rà aaoxeiueva αντώ.* Vid. p. 68, edit. Lamb. Bos. Franeq. 1709.

s) *Ω anoxeirat.* Ita MS. Oxon. ibid, in not.

6) Vid. *Biblia Polyglotta waltoniana,* tom. I. pag. 221.

7) Ibidem. Hanc lectionem mordicus luetur Jahn, *Append, henneneut.* fasc. II. pag. 183 et seqq.; sed ejus adstipulator, quod sciam, nemo inventus est.

') Apud Raym. Mart. op. cit. part. II. cap. 4.

R. Sila dixerunt: Siloh est nomen ejus; dictum est enim, Gen. XLIX. 10: Donec veniat Siloh. 9

68. Id ipsum praeterea evincitur ex iis, quae huic *Sciloh* tribuuntur, subditur enim ibid.: *Et ipse erit expectatio gentium,* seu: *Et ei obtdientia populorum;* quae verba Onkelus ita reddit: *Et ei obtemperabunt populi;* Jarchi autem vertit: *Et ei congregatio populorum,* ad eum nempe inulti populi confluent, ut dicitur Is. II. 2. Uterque arabs: *Et ad cum congregabunt se gentes* '°; LXX habent: *Ipse expectatio gentium* 11, quos et s. Hieronymus secutus est: *Et ipse erit expectatio gentium:* quibus consonat syrus: *Et eum ixpectabunt populi,* ex radice Tp deducentes DHpl cui in conjugatione pihel *expectandi* est notio.

Ecquis porro praeter Messiam dici potest expectatio gentium, vel ille cui gentes omnes obtemperare atque obedire debebunt, ad quem populi confluent? Eo vel magis quod hic Jacob indicare quodammodo videatur promissionem, tum Abrahae, tum Isaac, tum sibi denique a Deo factam, quod in eorum semine ac suo benedicendae essent omnes gentes? Quod et prophetae postea declararunt, Isaias praesertim loc. cit. et XI. 10; XLL1X. 6 et seqq.; LI. 5 et seqq.; LXV. 1; LXVI. 19; et hebraei ipsi profitentur, immo contendunt.Sive igitur vim ipsius nominis spectemus, sive ea quae personae hoc nomine designatae tribuuntur, patet hoc oraculum non posse nisi de Messia exponi.

69. Alterum vero quod attinet, nempe per hoc oraculum epocham seu terminum .yessiac adventus significari seu exprimi, illud constat 1°. ex ipsis vocibus , quae semper vertuntur *donec, usque, usque dum* etc. ut lexicographi omnes tradunt13,/et sensus ipse et contextus exigit,)utque ex omnibus versionibus, et antiquis ipsis judaeorum paraphrastis evincitur.14

Constat 2°. e scopo Jacobi praenunciantis, numquam e Judae pedibus seu e medio ejus supremam potestatem ablatum iri, donec ille veniat, ad quem tandem sit devolvenda, Messiam nempe, ut ostendimus. Quibus verbis voluit Judae ceterisque fratribus signum dare, ex quo illum, qui mittendus

'r.

') Cf. apud Ugolini, lom. cit. pag. 970.

») 3 c3 J „ C' C .

“) y7v'ro\· .Tooçdox/a τωv *èâvûv.* Ci. Rosenmüller ad hune loc. edit. 3. Lips. 1821.

”) Ita tamen, ut tamquam rex temporalis ipsis imperet; si quidem nunc judaei nihil nisi carnale de Messia sapiunt. Cf. Orobius in *Tertio ad Limborchium scripto,* n. 4 et 5. Haec persuasio judaeorum maximum ipsis obstaculum est, ne Messiae dignitatem in Christo Jesu agnoscant.

*') Cf. inter ceteros Winer ad vocem ubi non solum cum ceteris vertit *usque dum;* sed praeterea confutat Glassium et De Wette, qui contendunt, “ψ et

(quod a fortiori valet de ubi de

futura re agatur, ita collocatum esse, ut non certum temporis terminum, sed tempus etiam, quod excurrat, significent.

M) Cf. *Bibl. Polyglotta waltoniana.*

erat, cognoscerent; jam vero si nullum terminum praestituisset, nullum ejusmodi signum dedisset.

Constat 3°. ex communi omnium antiquorum sensu et interpretatione 15; qui omnes viderunt, hic significari terminum imperii seu potestatis populi judaici per transitionem ad regnum messianum.

70. **Tertium** denique quod ostendendum assumpsimus, jamdiu scilicet hoc vaticinium esse completum, ita conficimus: Jacobus praedicit, non esse auferendum a Juda sceptrum, seu non recessuram esse ab ejus tribu supremam potestatem, summum principatum ac legislatorem, donec veniat Messias; atqui jamdiu e Juda defecit haec suprema potestas seu dominium ac principatus; ergo jamdiu vaticinium istud completum est, seu quod idem est, jamdiu venit Messias.

71. In primis vero nomine *sceptri* ,. 99 designari *supremam potestatem, imperium, imperatoriam dignitatem* patet 1°. ex Num. XXIV. 17; Is. XIV. δ; Zachar. . 11. Ubi sedulo notandum, eamdem plane phrasin occurrere : *Et sceptrum Aegypti recedet.* 16

Patet 2°. id ipsum ex antiquis versionibus; a LXX enim et Theodotione vertitur- illa vox *sceveth, princeps, αρχών,* a Symmacho *potestas, έξονοία.*

Constat 3°. ex Paraphrastis chaldaeis, e quibus Onkelos posuit *exercens dominium*17, reliqui duo Jonathan nempe et Jerusalmi, *reges.* 18

Constat 4°. ex altero hemistichio seu membro, ubi *sceveth* respondet quod proprie eum, *qui aliquid statuit, decrevit, νομο&έτην,* legislatorem denotat; quemadmodum de Moyse Num. XXI. 19. dicitur; et in universum de *primoribus, praefectis* populi exercitusve usurpatur; ut Judic. V. 14, et Ps. LIX. 9. Judas vocatur *princeps, antesignanus,* ppHO·

72. Jam vero supremam hanc potestatem de Juda ac de tota hebraeorum gente jampridem ablatam esse ac penitus defecisse, publica facti res est, in orbis luce posita et omnium oculis usurpata. Ex quo enim tempore Hierosolymorum civitas eversa est sub Vespasiano ac Tito, suis pulsi sedibus judaei extorres a Palaestinae solo facti srmt, ac per varias gentes toto orbe disjecti aliorum imperio ubique parent ac serviunt, omni sceptri jure, ditione, imperio, potestate ubique destituti.

73. Cum igitur, ut ex dictis liquet, jacobaeum vaticinium de Messia sit, cum praeterea epocha per ipsum figatur ac determinetur illius adventus, quando scilicet ablatum fuerit sceptrum a Juda, cum denique sceptrum

,s) Cf. Mazzocchi, *Spicilegium biblicum,* Neapoli 1762, torn. I. diss. 8. part. L sect. 3-

,T) T2V

'·) τά»

istud jamdiu a Juda ablatum fuerit, jure concludimus ex eodem vaticinio jamdiu Messiam advenisse.

DIFFICULTATES.

74. I. Obj. 1. Incertum in primis est, utrum vaticinium Jacobi ad Messiam referatur, an putius ad Moysem, aut Davidem, vel Jeroboamuin, qui per Ahiani Silonitem remmciatus fuit rex Israel, aut ad Nabuchodonosor, a quo ablatum est sceptrum de Juda, cuique omnes gentes paruerunt, de quo dicitur Ezech. XXL 27: *Donec veniat is, cui judicium:* quare illi a propheta non obscure jacobaeum vaticinium applicatur. 2. Potest praeterea vox *Sciloh* significare *quietem,* ita ut oraculi verba sic reddi debeant: *Usque dum venerit Siluntem,* juxta expositionem R. Lipmani [19], quam argumentis grammaticis, historicis et dogmaticis confirmare conatus est G. A. Teller, in notis criticis et exegeticis in hoc caput[20]; et sane phrasis

et venit Sciloh, occurrit I.Reg. IV. 12. Quare juxta Teller his verbis respexit Jacob tempus illud, quo populus peregrinaturus erat per deserta Arabiae, in quo itinere Judas in castris primum locum semper occupaturus esset (Num. IL 3—9.), et praeiturus antesignanus reliquis tribubus (ibid. X. 14.) donec Siluntem perventum esset, ubi quum ceterae tribus a Juda discesserint, vel statim ac rubenitae et gaditae occuparint terrae portionem suam, vel paulo post, Judas principatum suum relicturus esset. Hanc opinionem sequitur Zirkel[21] ex eadem significatione vocis *Sciloh,* nempe *quietis,* quam illi israelitae, devictis hostibus, assecuti sunt. Placet haec eadem expositio Justio, citata verba declaranti: *Usque dum veniat quies, ct populi d obediant. Judas enim,* ut ipse loquitur, *ut victor repraesentatur, qui arma ac potestatis insigne (baston dei comando] non prius deponet, quam omnes hostes sibi subjecerit, et rebelles ad quietem compulerit.* [22] Hanc denique ex-

17) In libro *Nïtzachon* ab Hackspanio edito, pag. 27.

,e) Pag. 130, 1766. quem secuti sunt Mendelsohn, Eichhorn, Ammon, Rosenmuller in duabus primis edition., Kelle, *Die heil. Schriften* etc. seu *Script, sacrae,* praeter Zirkel, Justi etc. de quibus in textu.

2I) *Dissert, super benedictione Judae,* Gen. XLIX. 8 ad 12. Wirccburg. 1786. Juxta hunc auctorem hic erit sensus verborum Jacob: Dux sit Judas usque ad plenam Palaestinae possessionem, usque dum devictis hostibus *Siluntem,* id est, *ad quietem* venire licet. »Pater, *inquit,* duce Juda posteros suos reduci ad loca sibi suisque familiaria, Bethel, Sichem, celera, vehementer desiderat, ut, quibus in locis Palaestinae possidendae promissionem acceperant, in iis quoque ejus possessionem auspicarentur, Silunte quasi termino belli et laborum et symbolo quietis constituta, et gaudium ac tranquillitatem exhibente, quam ipso nomine promittit, est enim a verbo T T cessavit, quievit."

”) Apud Hengstenberg, *Christologis Vet. Test.* Berol. 1829. part. I. sect. 1. pag. 76.

plicationcm probavit Gesenius[23]; ita ut communis jam dici possit. Jam vero, hac semel expositione constituta, patet, ne verbum quidem haberi in vaticinio jacobaeo, quod Messiam respiciat. Ergo.

75. Resp. ad 1. *Neg.* sive verba Jacobi in se ipsis spectemus, sive ex traditionis sensu expendamus. Attributa enim, quibus insignitur *Sciloh,* de quo loquitur Jacob, talia sunt, ut nemini aptari possint praeter summam violentiam ct contra exegeseos leges nisi soli Messiae; quod ex probationibus adductis constat. Traditio porro quamcumque dubitationem tollit circa germanum sensum hujus oraculi. Nemo enim ex antiquis dubitavit unquam Jacobum de Messia locutum esse, ut ex versionibus, paraphrasibus, testimoniis singularibus, expectatione universali sub finem judaicae reipublicae abunde evincitur. Nemo praeterea est ex tota antiquitate, qui vel .ad Moysem, vel Saulem, Davidem, Salomonem, Jeroboam, aut Nabuchodonosor vaticinium istud retulerit; immo numquam vividior fuit expectatio Messiae quam post solutam captivitatem. Prophetae vero, qui post memoratos principes floruere, multo clarius, quam ii omnes qui praecesserunt, Messiae proximum adventum vaticinati sunt. Nemo denique est ex illis regibus, cui adjuncta ejusdem vaticinii conveniant, cum nemo istorum dici possit *expectatio gentium,* neminiye fuerit praestita *obedientia populorum* in sensu oraculi, seu relate ad promissiones factas Abraham, Isaac et Jacob de benedictione, quam omnes gentes consecuturae erant in horum patriarcharum semine; ut praeteream, longe post praedictorum regum obitum perseverasse sceptrum in tribu Juda. Hinc solutio patet ejus, quod objiciebatur ex Ezechiele, qui loc. cit. non loquitur nisi de vindicta, quam sumpturus erat Nabuchodonosor de imperio Sedeciae ac Solymorum civitate, ut ostendit contextus ac substrata materia; nec minimam propterea relationem habent Ezechielis verba ad vaticinium Jacobi.

76. Ad 2. *Neg.* verba Jacobi admittere posse interpretationem R. Lipmani, Telleri, Zirkelii, Justii aliorumve; cum Jacob, ut ex serie orationis patet, non de urbe, sed de persona seu individuo loquatur, et ei tribuat, quae ad urbem referri nullatenus possunt. Obstat praeterea, quod semper prae oculis habendum est, sensus traditionalis antiquae synagogae, quae *frigidam* illam interpretationem, ut eam merito vocat Rosenmüller, numqnam agnovit. Violentae ejusmodi interpretationes, quas argumentis grammaticis, historicis et dogmaticis perperam obtrudunt ut plurimum exegetae protestantes, ostendunt, aleae plenam rem esse discedere velle a sensu traditionali antiquitatis, qui firmam basin verae ac germanae exegeseos constituere debet; alioquin quisque pro lubito ac ingenio posset nova excogitare, eaque ampere ac probare, non quae solida ac vera sint, sed quae

In novissima edit. *Parvi vocabul.* part. II.

nova ac ingeniosa magis, etsi a veritate prorsus abhorreant. Adde demum longe verosimilius urbem Sciloh Jacobi tempore nondum extitisse.[24]

77. Π. Obj. Dato etiam quod Jacob loquutus sit de Messia, nihil tamen inde extundi potest pro re Christiana, quum Jacob nullam epocham specialem ipsius adventus determinaverit. Etenim 1. ut animadvertit Aben-Ezra[25]: *Non est sensus verborum* '3'I.ÏZ, *seu donec, usque etc. sceptrum esse recessurum, eum venerit Sciloh; sed haec locutio similis est illi: Non deerit huic panis, donec veniat tempus, quo ei erunt apri vineaeque multae (id est, quando veniet tempus ejusmodi, multo minus ei panis deerit); item Genes. XXV11I. 15: Non deseram te, usque dum fecero, quod locutus sum tibi,* quod nempe velim te reducere in hanc terram, id est, multo minus te reductum in terram deseram; similiter igitur dicitur: *Non recedet sceptrum a Jehudah, donec veniat Sciloh, id est, numquam auferetur, seu numquam recedet sceptrum a Jehudah, multo minus, quum venerit Sciloh.* Quae quidem expositio arridet Christianis ipsis; siquidem Basnagius[26] observat, "ψ non solum significare *donec, usque,* sed etiam *perpetuo,* ut apud Moysem: *Dominus regnabit in saeculum, et perpetuo;* et apud Isaiam: "ψ *perpetuo.* Ex quibus concludit: *Sic igitur vertenda sunt verba morientis prophetae: Sceptrum legislatorve de Judae sanguine cretus ab eo non recedet in perpetuum, quia veniet Sciloh.* 2. Verum et hoc praetermisso, quis ignorat, vocem *sceveth* interdum virgam afflictionis ac tribulationis significare, juxta

") Etenim in Pentateucho nullibi occurrit; primo legitur Jos. XVIII. 1. ubi Josue populum a castris Galgalae conducit in Sciloh, et erigit tabernaculum. Verisimiliter hic locus non erat, perinde ac Galgala, nisi locus castrorum, qui processu temporis coalescente multitudine hominum in oppidum sive urbem excrevit. Hoc jam indicat nomen *quies;* postquam relata est populi collectio in Sciloh, expresse additur: *Et fuit eis terra subjecta,* et cap. XXI. 42. coll. XXII. 4. dicitur, Dominum dedisse pacem et quietem a vicinis; cf. Bachiene, *Palaestina,* 11.3. pag. 409. Insuper, data etiam ejus existentia tempore Jacobi, attamen mentio loci hujus ignoti adeo subitanea omnino videtur aliena. Accedit etiam illud, quod in tali expositione tota Jacob benedictio constitisset in eo, quod Judas futurus esset in capite turbae. Jam vero ad ducatum proprie dictum Moses ex alia tribu a Deo solemniter vocatus est. Nec Josue ex tribu Judae erat. Profecto promissio facta tribui Judae per solam praecedentiam in itinere non completur, nec cum eo quid commune habet, ut praeteream in tali expositione in ultimo membro gratuito suppleri adverbium loci *illic, ibi* etc. Cf. Hengstenberg. op. et loc. cil.

a) Cf. *Pentaphyllum rabhinicum in Gen.* XLIX. slud. Loscani, pag. 22.

Annal, politico-ecclesiast. Roterod. 1706. tom. I. ad annum 40. ante Dominum, n. 18 et seqq. Neque ab hac interpretatione valde abludit Hengstenberg. loc. cit. pag. 71. juxta quem hic sensus esset verborum Jacob: Juda, prout Iribus est, non peribit, et ejus phylarchia non cessabit, donec ipsa per magnum restauralorem, cui non soli judaei, sed omnes terrae populi obedient, ad majorem honorem et gloriam evecta fuerit. Incommoda hujus expositionis ex mox dicendis patefient.

illud Pβ. Π. 9: *Reges eos in virga ferrea;* et Ie. X. 5? Talis propterea est sensus Jacobi: *Non recedet virga afflictionis a Juda, donec veniat Sciloh.*[27] Constat igitur nullum determinatum terminum Messiae adventui a Jacob praestitutum esse.

78. **Resp.** *Neg. antec.* Ad 1. prob. *Neg.* 1°. Quia et haec expositio nova est et sensui traditional! contraria ac versionibus omnibus antiquis; 2°. quia adversatur scopo morienda Jacob, dandi scilicet signum, ex quo dignoscere hebraei possent adventum Messiae; alioquin nullum omnino dedisset; 3°. quia exploditur facto ipso; jamdiu enim cessasse! regnum Judae, etsi non venisset Messias; ideoque falsitatis argueretur vaticinium Jacobi; 4°. quia particula "fV non solitarie ponitur, sed jungitur cum alia '3 ; porro ne unum quidem exemplum suppetit in tota Scriptura, ejusmodi praepositionem ita conjunctam significare *in aeternum, perpetuo,* prout supponi debet in data interpretatione; contra vero plura suppetunt exempla, in quibus ea praepositione terminus significatur.[28]

79. Ex his concidunt pariter expositiones R. Bêchai et Basnagii, quae iisdem premuntur difficultatibus, et ex regula ipsa accentuum exploduntur.[29] Itaque contra accentuum canones Basnagius discerpit Ij; a '3, ut suam novam obtrudat interpretationem. Praeterea in locis Genes, indicatis eaedem particulae occurrunt atque II. Reg. XXIIL 10. et II. Parai. XXVI. 15, at nullibi praeterea. Idem porro in omnibus locis sensus est.

Expositio autem Hengstenbergii pariter in eo peccat, quod 1°. pro certo sumat, per ^3""j,' simul juncta continuationem, non autem terminum significari ; quod ex dictis falsum est; 2°. quod omnis epochae determinatio pro Messiae adventu tollatur; omnem enim vira adversus hebraeos oraculum amittit ad eos perstringendos, ut palet ex interpretatione R. Aben-Ezra, quam ipse laudat et approbat; 3°. neque spernenda est animadversio Deylingii, quam sibi Hengstenberg opponit ex *Obs. sacr.* II. pag. 83: ..Patriarcha loquitur de sceptro temporali; Messiae^aulem sceptrum et regnum, quod in terrarum orbe constitutum habet, spirituale est et mysticum; igitur Messiae regnum spectari nequit ut continuatio regni et sceptri Judae;" vel si placet, ut inferius declarabimus, spectari debet cessatio sceptri temporalis Judae respectu sceptri et regni messiani, ut cessatio

”) Hunc eumdem sensum tenuit auctor anonymus veteris *Nitzachon,* quem post alium ab Hackspanio vulgatum, cujus auctor extitit Lipmanus, edidit ex MS. bibliothecae argentoratensis Wagenseil in illa collectione, quam inscripsit: *Tela ignea satanae,* Alldorfii Noric. 1681. Itaque sic iste pag. 29. exponit sensum vaticinii jacobaei: iVom *cessabunt exilium tribus Judae et errores Jesu, donec veniat Sciloh, hoc est, Messiae, et ei erit obedientia populorum.* Adversus hanc vocis *sceveth* interpretationem scripsit integram dissertationem doctus P. Michael Angelus Carmeli e Min. Obs. quae legitur in calce tomi II. inscripti: *Storia di vari costumi sacri e profani dagli antichi fino a noi pervenuti,* pag. 225 ct seqq.

”) Sic Gen. XXVL 13: *Eundo et crescendo, usque dum,* "»3 "ψ, *crevit magnopere;* et cap. XLL 49: *Et congregavit Joseph frumentum. . . multum valde, donec,* '3 "IJb *cessavit numerare.*

”) Nemo qui plane hospes ac peregrinus in hebraica lingua non sit, ignorat accentum *athnach,* qui hoc in loco voces praecedit, hemistichium prius a posteriore omnino sejungere quoad sensum.

80. Ad 2. *O.* Vox *sceveth* interdum virgam afflictionis significare potest cum epitheto afflictionem significante, C. per sc in usu biblico, aut saltem in casu nostro, -V. Talem enim hujus vocis significationem excludit alterum jacobaei vaticinii hemistichium, in quo voci *sceveth* sive *sceptro* opponitur vox *legislator* sive *dux.* prout jam animadvertimus, eam praeterea excludunt cetera vaticinii adjuncta, quibus deprehenditur Jacob omnia fausta ominari Judae; explodit denique historia, ex qua constat, per decem saltem saecula florentissimani stetisse judaicam rempublicam, nec quempiam suspicatum quidem esse jugo afflictionis judaeos premi, prout contingere debuisset juxta novum istud rabbinorum eftiigium.

81. III. Obj. Esto, jacobaeum vaticinium tum pertinere ad Messiam, tum definiri per illud epocham ipsius adventus; at illud nondum completum esse, plura suadent. Ac 1. nondum ablatum est sceptrum a Juda, siquidem florentissima adhuc vigent judaeorum regna in America, Asia, Aethiopia, aliisque orientalibus plagis. Sane R. Benjamin Tudelensis in historia seu relatione itineris sui, saec. XII. conscripta, plura retulit de quodam *Αἰχμαλωτάρχω,* seu captivitatis principe, e tribu Juda oriundo, in Asia imperante; apud quem infinitas esse judaeorum copias affirmat, suis legibus utentes, rerum omnium ubertate affluentes, et beatissima loca longe lateque occupantes.[30] 2. Verum etsi ablatum reipsa esset sceptrum a Juda, nihil exinde ad rem suam constabiliendam adversarii proficerent, nisi simul ostenderent, judaeos jus ad amissum sceptrum non amplius retinere, quod romani per summam injuriam iis abstulerunt, quemadmodum jus istud in ipsis perseveravit, quamvis in captivitatem babylonicam adducti fuissent. Quare vel jus istud sufficit ad hoc, ut dici possit sceptrum conservari, et in hac hypothesi apud judaeos adhuc sceptrum conservatur; vel non sufficit, et in hac altera hypothesi sceptrum defecisset a Juda quinque et amplius saeculis ante eversionem hebraicae reipublicae, quod nemo dicet 3. Hinc, ut scite observat Salvador[31], antiqua hebraeorum respublica juxta

stinum statum restitui debet; sub respectu vero politico ac naturali, status Orientis adhuc provisorius est; omnia portendunt proximam judaeorum regenerationem, quae fructus erit magnae populorum confoederationis, qua pax et felicitas hebraeorum in dies augebitur, mediante aliorum felicitate et pace; ac filii Israel denuo time poterunt fecundam terram patrum suorum

in ordine ad alterius regni substitutionem. Illud interea statui necessario debet, signum aliquod exhiberi jacobaeo vaticinio, ex quo dignosci posset, epocham a moriente Jacobo designatam pro Messiae adventu transactam esse. Hoc autem signum non haberetur, si continuationem significaret

[30]) Apud De Rossi, op. cit. cap. 3. §. 2.

[31]) Op. cit. tom. III. liv. IV. pag. 362.

incolere, quae sterilis effecta cat sub passibus isiamitarum; poterunt excitare templum Jehovah, legisque palatium restituere. Ergo.

82. Kcsp. *Neg. antcc.* ad 1. prob. *D.* Plura adhuc vigent, florentis-eimti judaeorum regna in fecundissima rabbinorum imaginatione, *C.* in hujus terrae regionibus, *N.* Mirum profecto est, hujusmodi fabulas adhuc venditare rabbinos in tanta geographiae luce, qua fit, ut vix aliquis sit terrae angulus, qui probe non cognoscatur. Mittimus pariter, quae de flumine sabbatico mira ipsi fabulantur33, ne tempus in ejusmodi commentis serio refellendis projicere videamur.

83. In eumdem censum referri pariter debent, quae ex eadem officina protulit Benjamin Tudelensis ad suos ludificandos. Ulud addimus ad tollendas omnes ejusmodi tricas, foedus a Deo cum hebraica natione initum, ac promissiones divinas ipsi factas alligatas esse Palaestinae solo, ut ex Pentateucho constat, in eoque proinde compleri debere.

84. Ad 2. *Neg.* Nec enim de *jure* quaestio est, sed de *facto,* de quo solum loquitur Jacob; alioquin inutile prorsus fuisset ipsius vaticinium, cum nullum exinde signum judaei habuissent, quo epocham promissi et expectati Messiae cognoscere possent. Hinc vetus synagoga non de jure, sed de facto seu possessione sceptri, hoc oraculum semper intellexit.

85. Ex his porro responsio patet ad propositum dilemma: nempe non sufficere jus, ut nondum adimpletum censeri possit jacobaeum oraculum, sed praeterea requiri actualem sceptri possessionem. Nihil vero officit veritati vaticinii intervallum captivitatis babylonicae, tum quia breve omnino illud fuit, ratione habita tot saeculorum, quot sive ante sive post captivitatem illam effinxerunt, triginta scilicet plus minus annorum, ut ostendit Tirinus33; tum quia a prophetis jamdiu certiores facti fuerant judaei de proxima ejusdem solutione ac reditu, ab Isaia praesertim ac Jeremia34,

M) Cf. quae de hoc fabuloso flumine refert ex auctoribus hebraeis, praesertim vero ex prolixa epistola, quam scripsit EIdad Haddani anno Domini 1283. ad hebraeos in Hispaniis, cl. Bartolocci Ord. Cist, in *Biblipthec. rabhinica,* tom. I. pag. 100 et seqq. Josephus, *De bello Jud.* lib. VII. cap. 5. edit. Havercampi, portentosa pariter de hoc flumine narrat, quodque visum a Tito fabulatur, iter faciente a Beryto in Syriae urbes.

Jî) Cf. *Chronicum sacrum,* cap. 35. conclus. 3. quae ita se habet: ..Verisimilius videtur ab anno XI. Sedcciae, quo excisum est templum et urbs hierosolymilana, usque ad annum I. monarchiae Cyri, non fluxisse 70 vel 60 vel 52 annos .... sed solum 30 annosquam deinde conclusionem plurimis argumentis confirmat. In hac sententia exordium 70 annorum servitutis a Jeremia praenunciatae sumi deberet ab anno 13. regni Josiae. Nam ab anno 1. Cyri, quo soluta est captivitas, rctrogrediendo ad annum excidii templi ct urbis, non recensentur nisi anni 30; ab excidio urbis ad annum 13. Josiae habentur anni 40, qui una cum illis efficiunt annos 70. Sed consulatur idem auctor loc. cit. *Commentarii in Vet. et Nov. Test.* tom. I.

3«) Cf. Is. XIV. 1; XL. 1; XLVUI. 20; Jcrcm. II. 15; XVI. 15; XXIV. 5; XXV. 12: XXIX. 10; XXX; XXXI. 9; XXXII. 37; XXXVI. 27.

atque ex iteratis promissionibus in ipsa captivitate a Daniele et Ezechiolo prolatis.15 Et haec quidem in hypothesi, quod nomine *sceptri* significetur regalis successio; ceterum inferius ostendemus longe verisimilius per sceptrum non designari nisi supremam potestatem ac totius judaicae gentis collectionem, quo sensu nec captivitatis babylonicae periodo omnino cessasse potestatem istam compertum fiet.

86. Ad 3. 3'tÿ. Cum enim, juxta dicta, de facto agatur, et vere constet Palaestinam jam ab octodecim ferme saeculis vacuam judaeis esse, quidquid sit de praeseuti ejusdem statu, atque de spe futurae judaeorum regenerationis, de proxima vel remota populorum confoederatione, de ejusdem fructu aliisque ejusmodi, quae sibi adversarius laeta ac ridenti phantasia cum suis omnibus fingit: illud semper verum erit, tum ablatum sceptrum a Juda esse, tum proinde adimpletum Jacobi vaticinium, et, quod consequens est, Messiam jamdiu advenisse. Quo vero sensu accipi debeant objecta Scripturarum loca ex Levitico et Deuteronomio, idoneo loco dicemus.

EXPENDITUR VATICINIUM DANIULIS.

87. Daniel, in captivitate positus, affligebat se coram Domino, peccatorum populi sui veniam impetraturus et liberationem ab eadem captivitate, urbis templique restitutionem. Adhuc autem oranti adstitit Gabriel angelus, qui et veniam promittit per adventurum Messiam, et urbis ac templi reaedificationem, populi reditum ad terram patrum suorum, ubi pro septuaginta annorum exilio septuplo diutius usurus esset adepta libertate: Porro quoniam textus hebraicus in nonnullis discrepat a vulgatae nostrae lectione, praecipuas varietates notabimus. Sic igitur Danielem affatur angelus cap. IX.

JUXTA VULGATAM.	TEXTUS HEBRAICI PRAECIPUAE DISCREPANTIAE.
v. 24. *Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna,*	*decisae, resectae, vel decretae aut statutae sunt* l

f

l) Alexandrini habent: *Ovvιτμηοηοαν. breviatae sunt:* alii apud Origenem in //e-*xaplis* vertunt: *εχρΐ&ηοαν, decretae sunt;* alii, ut Hcngstcnberg, contendunt, significationem ηππ proprie esse *resecare,* ex chaldaico et rabbinico ηηπ· Verum in idem fere ejusmodi significationes recidunt, ct utramque exprimit vulgata per *abbreviatae sunt.* Scopus enim angeli est, temporis terminum exacte limitare. Cf. Hengstenberg, op. cit. tom. II. pati, t et 2. png'. 413 et seqq. Berolini 1832.

et impleatur visio et prophetia, et ungatur **Sanctus sanctorum.**

v. 25. *Scito ergo et animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duae erunt; et rursum aedificabitur platea et muri in angustia temporum.*

v. 26. *Et post hebdomades sexaginta duas* **occidetur Christus;** *et non erit* **ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo; et finis ejus vastitas et post finem belli statuta desolatio.**

v. 27. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium, et* **erit in templo abominatio desolationis; et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio.**[5]

Sanctissimum.[2]

[5 W]

extirpabitur, excidetur unctus (seu Christus), et non ei.[3] *Urbem et sanctuarium destruet populus principis venturi, et finietur in inundatione, et usque ad finem est bellum, decretum ruinarum.* *

et super extremitatem (culmen) ab ominatio num vastator, et quidem usque completum et resectum stillabit, seu fundetxir super v astatum. [6]

arinSi jw'on к7ζ> η&πρ *'virbyy*

ρτ& N*ΏΓ1>'l ρρ 'l9Z>'l ΓΠN13Π

ΒΠρ nâtoSi NOJi pin ηπ5ι

ηΰζ5ι zWn5 Ksbqp bzfrrn jnni

nyziy "VP?

zïm τiγόζζi zWn DW*) d W epj w ï

o'ψζΰi/Γΰ ηπN'l :cnnpn pto mrn

-pyrn ïi> ρκι iwp &&&

qtptëfc Î2pl NZΠ Ttt Cÿ ΠTH^? KΠρΓII

TZ2Π1 renra non⁉?!? yp. "Ψ1

jnz^ri iπκ jnztf zz⁉?^ nnz

o^piy ηορ nnpp'i πζτ rvzisp

ηηη nrirm epirtz

') Vel, ut aliis placet, *sanctitas sanctitatum,* CW'lp

ΓΪΊΖΟ, *excisus fuit,* absque additamento, indicat sine ulla exceptione mortis violentae genus, ut Zach. XIII. 8. ubi opponitur *τώ* yij; prius per gladium, posterius per famem et pestem inferri perniciem denotat. Cf. III. Reg. IX. 6. De impiis Ps. XXXVI. 9; Prov. II. 22.

Cf. Hengstenberg loc. cit. pag. 473 et seqq. Sed verius ad litteram est: *decretum vastatae,* id est, *res vastatae,* sive *ruinae;* exhibet propheta hoc loco eamdem syntaxin ac superius: *hebdomades septuaginta decisum est,* seu *decisae sunt;* hinc sensus est: *decretae ruinae.*

s) Ibidem.

88. His praemissis, tria hic pariter ostendere debemus, tum vaticinium Danielis ad Messiam pertinere, tum epocham ipsius adventus determinatam in eo esse, tum denique jamdiu elapsam ejusmodi epocham.

89. **Primum** vero evincimus ex ipsis oraculi verbis/et adjunctis ejus omnibus ,| atque ex antiquiorum rabbinorum ac veteris synagogae sensu. Jam vero ad Danielis verba quod attinet ac vaticinii ejus adjuncta, ille promittitur venturus, qui praevaricationem consummet, finem peccato im-

V ponat, deleat iniquitatem, atque adducat justitiam sempiternam. Atqui haec munera propria esse venturi Messiae, seu plenissime haec per Messiam praestanda esse, prophetae omnes unanimiter tradunt, Isaias praesertim LXI. I: Zacharias III. 8; Malachias III et IV, ita ut s. Petrus, Act X. 43. de Christo dicere non dubitaverit: *Huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.* Kursum ille promittitur venturus, qui vocatur *Sanctus sanctorum,* vel si mavis, *Sanctum sanctorum, Sanctitas sanctitatum* sive *Sanctissimum,* et in quo visio sive prophetia implenda praenunciatur. Porro, si per *Sanctum sanctorum* intelligitur persona, prout non solum latina vulgata versio, sed versio praeterea alexandrina, sive LXX et Theodotionis indicant7, hoc sensu nullum dubium superesse potest, designari Messiam,

7) LXX vertunt: *Jiai roù χρϊσαι ἁγιον ἁγιων,* ex communi interpretatione: *Et ungatur Sanctus sanctorum :* in graeco enim est in accusativo; eadem ratione vertit Theodolion, ut palet ex Origenis *Heraplis,* tom. II. pag. 336. edit maur. Hinc evidens est, hos interpretes *Sanctum sanctorum* de persona intellexisse. Sed non soli interpretes christiani, et antiquiores hebraei modo recensiti, sed ipsi hebraei sequiores haec verba non modo personam aliquam, sed ipsissimum Messiam significare fassi sunt, prout fuse ostendit Raym. Martini, part. II. cap. 3. §. 16; adductis testimoniis cx *Serescit rabbit.* Rab. Mosce Haddarschan; ex lib. *Sanhedrin* in distinet. *Chelek.* R. Alexandri R. Mosce Nachmanidis Gerundensis, aliorumque. Nos brevitatis gratia unius Mosis filii Nachman auctoritatem proferemus, qui, haec verba explanans, ait: *Sanctuarium sanctuariorum* (vel Sanctus sanctorum) *est Messias sanctificatus, de filiis David.* Alia praeterea testimonia ex judaeorum libris referi Scholtgenius, *Horae hebr.* tom.IL pag.263 et seq.

Attamen non desunt, qui contendant, non posse verba ἴT'Ip sumi de persona, nisi sensu translato. Ac primo quidem ea non posse intelligi de persona, ex eo sese arbitrantur colligere, quod voces illae numquam de personis in Scripturis usurpentur, etsi 43 vicibus occurrant; debere autem intelligi sensu figurato duplici ratione ostendere nituntur: 1°. quia omnia loca in quibus sermo est de unctione materiali el externa, evincunt ejusmodi unctionem externam non esse nisi symbolum interioris sanctitatis, ut Exod. XXX. 22 et seq.; XL. 9 et seq. collai. Zach. IV. ubi oleum est symbolum Spiritus Dei; 2°. quia plura loca occurrunt, in quibus unctio mere metaphorice sumitur, ut Ps. XLIV. 8, 9; Is. LXI. 1; III. Reg. XIX. 15 ct seq. In N. T. dona Spiritus S. vocantur *χρίσματα,* I. Joann. II. 20, 27. Cf. Act. IV. 27; X. 38; II. Cor. 1.21. Unde concludunt, C'tBHp E*”p idem valere ac *nûvum templum Dei, ecclesiam* Λ. *T.* ac propterea ejus caput et institutorem, nempe Messiam. Quapropter Messiae unctio nihil significat aliud quam effusionem donorum Spiritus S. ipsi collalam, ut suo munere fungeretur, prout

qui solus per excellentiam Sanctus dici potest, et revera dicitur, Ps. XV. 10, et Is. XII. 6. Quod si, ut aliis magie arridet, *Sanctum sanctorum* in neutro genere sumitur, ita ut non personam sed rem denotet, sententia in idem recidit; hoc enim sensu templum mysticum significatur, quod spiritualiter inungi debebit, et templo materia opponitur, quod juxta prophetam destruetur; ac propterea significatur Messias, qui juxta prophetas sedes Dei esse debebat, ut Zach. VI. 12; Ps. XIV. 1; XXL 4, immo et Emmanuel, sive *Nobiscum Oeus,* Is. VII. 14. In ipso vero completae seu sigillatae sunt visio ct prophetia, utpote qui solus prophetiarum terminus et finis est. Ille demum promittitur, qui appellatur *Messias* et *princeps* sive dua:8, qui praeterea pactum Dei cum hominibus confirmare debeat. Jam vero, etsi in Scripturis interdum aliis etiam *Christi* ac *ducis* nomen tribuatur, attamen nemo est praeter Messiam, qui per excellentiam *Christus* et *dux* nuncupetur, solus

legitur Is. XI. 1, et in baptismo, saltem quoad externam missionem, locum habuit. Cf. Hengstenbcrg, loc. cit. pag·. 444 et seqq.; cf. etiam Scholl in *Comment, de* LXX *hebd. Daniel,* Francof. ad Moenum 1831.

·) Perperam Berlholdt in *Daniele* cum reliquis non-messianis interpretibus conatur evincere per "PJÜ HH&ÎD, quod est *Messias princeps,* principem extraneum designari.

Etenim 1°. bona (v. 24.) praedicta ubique in prophetis de tempore messiano dicuntur; si igitur ubi sermo est de rege, qui circa exitum LXIX. hebdomadae venturus erat, palet eum paulo ante effusionem bonorum illorum venire debuisse, nec proinde his verbis quidquam significari praeter illorum bonorum auctorem.

2°. Nexus causalis inter personam et distributionem bonorum indicatur per vocabulum "PEOj relate ad ΓΡΦΟλ et ^"|p D'ICnp· Porro per *Sanctissimum* significari Messiam ipsum pluribus ostendimus.

3°. Quemadmodum non excludit relationem ad Messiam, cum de illo pariter dicatur Is. LV. 4. sicut Is. IX. 6; 71^)0, Mich. v. 1; Ezcch. XXXIV. 24; ita nec ΓΡ2Ό, quod se habet ad ηη} sicut speciale ad generale, et aperte Messiam respicit. Inservit namque ad hoc, ut per TL designatur princeps theocraticus; cf. I. Reg. X. 1. Numquam paganus rex ita vocatur, qua talis. De Cyro solum, Is. XLV. 1. Π'ΙiΌ legitur, tum ob specialissimas relationes ejus ad theocraliam, tum ob dona a Deo ipsi collata ad judaeorum salutem, tum ob initia cognitionis veri Dei, ex suo decreto (cf. II. Paralip. cap. ult.; Esdr. 1. 2.) tum ob typicam relationem ad Christum Messiam. Immo ut rex theocraticus considerari potest, ct pro tali sumitur Is. XLV. 1.

4°. Ex contextu, in quo opponitur -|YQ rÿ N2Π utrique commune, ast ΓΡ&Ό *theocraticus*, {ΌΠ *extraneus.* Atqui a tempore Danielis nemo rex theocraticus juxta Ezcch. XXL 32; ergo unus Messias designatur.

5°. Tandem *terminus ad quem* hujus vaticinii eslne Christi nativitas, an ejus publica manifestatio? Hoc posterius communius. Cf. Petav. *Doctr. temp.* lib. XIL cap. 33- pag. 264. tom. II. Jam vero hebdomades LXIX, ut inferius ostendemus, desinunt in Christum. Post LXX hebdomadas opus salutis debet esse completum; usque ad Messiam hebdomadae LXIX, qui inedia LXX. hebdomada extirpabitur. Ergo remanent anni 1res cum dimidio. Hinc illud ΓΡi&'ΕΠ'ΙΤ tanluindem valet ac: *Usque ad publicam manifestationem Messiae.* Sane vel ipse Bertholdt, pag. 563. haec verba aji Christum proxime referri fatetur, scribens: ..Si non necessarium absolute, attamen valde uaturale est, ad haec verba ΓΡΦΟ cogitare de Messia Jesu et de ipsius morte in cruce." Cf. Hengstenberg, loc. cit. pag. 460 et seqq.

Messias est, qui saepissime ab Isaia dicitur datus *in foedus populi,* praesertim vero XLII. 6, et XLIX. 8; quem propterea Malachias III. 1. An/ye-*lum testamenti* seu *foederis* appellavit. Tam igitur Danielis verba quam adjuncta omnia ipsius oraculi talia sunt, ut sive seorsum spectata, sive simul sumpta, nonnisi ad Messiam referri possint.

90. Id ipsum mirifice constat ex veteris synagogae, et antiquiorum rabbinorum sensu et sententia. De synagogae sententia praeter Rabbi Manassem, qui fassus est contribules suos Danielis oraculum ad Messiam referre, et affirmant praeterea ejusdem sententiae fuisse judaeos omnes, qui sub Tito et Vespasiano arma in romanos sumpserunt, testis est ipse Josephus, qui huc refert Danielis vaticinium, ex recepta sua aetate sententia. 9 Hinc non alia de causa juxta rabbinos prohibitus fuit Jonathan Ben Uziel vulgare suam paraphrasin in *Cheduvim,* sive hagiographos, inter quos recensetur Daniel, quam propter perspicuam determinationem epochae Messiae, prout animadvertit Rasci.10 Rursum Messias juxta eosdem, in *Berescit rabbà,* in cap. XIV. Genes, pag. 264. debet adducere *justitiam saeculorum,* quin immo ipsemet Messias est justitia sempiterna et Sanctus sanctorum, ut fatetur Xachmanides, Moses Geronensis ac Moses Haddarechan1', immo R. Mordachai in suo *Scemen Amischà Aftarà* L fol. 12. fatetur Messiam illum esse, ad cujus adventum perducunt LXX Danielis hebdomadae. 12 Sive igitur veteris synagogae sensum, sive praecipuorum

9. *Archaeol.* lib. X. cap. 2. 7. p. 544. scribit: *Λανιηλο και περί τη των ρωμαιών ηγεμονία ανέγραψε, καί art ύπ αυτών ερημω9ηθεται.* Id est: ***Daniel et de romanorum imperio scripsit. et magnam ab illis vastitatem illatum iri*** nempe rebus nostris. Sed clarius. *De bello jud.* lib. IV. cap. 6. 2. p. 292. ubi de zelotis ait: *Την κατά τη πατρϊδο προφητείαν τέλου ηξίω0αν* ην γάρ δη τι παλαιό λόγο άνδρών, εν9α τότε την πάλιν άλώβε-69αι, καί καταφλεγτ.6ε69αι τά άγια νόμω πολέμου, ΟτάΟι εάν καταϋκήψη, καί χείρε οικείων προμιάνωϋι τό του $εού τέμενο * οί ούκ άπιΟτηΟαντε οι ζηλωταί διακόνου εαυτού έπέδοβαν.* -Effecerunt, ut prophetia, quae adversus patriam fuerat concepta, exitum (suum) sortiretur. Vetus enim virorum sermo quidam erat, tum urbem captum iri, et Qoca) sancta conflagratura jure belli, ubi seditio invaserit, et indigenarum manus polluerint sacratum Deo locum. Quibus licet fidem non detraherent zelotae, ipsi tamen se earum rerum ministros praebuerunt.·* Ad quem locum Hudsonus, consentiente Relando, fatetur, παλαιόν illum *λόγον* ccvdpwv esse traditionalem quamdam expositionem vaticinii Danielis IX. 26.

ltt) *Seder holam* in *Jalchut Simeoni* II. fol. 79. 4. ***R. Jose dixit:*** «Septuagintahebdomades post devastationem templi primi intercedunt usque ad devastationem templi secundi. Meghillah, fol. 3. 1: Quare prohibitum fuit Jonathae filio Uziel edere Targum in Hagiographa? ***Resp.:*** Quia in eo continetur terminus adventus Messiae. ***Rasci ibid.*** - Terminus Messiae habetur in libro Danielis.“ Reliqua testimonia cf. apud Schôtlgeniuin, op. et loc. cit. pag. 264 et seqq.

,l) Ibidem.

*·) Apud De Rossi, op. cit. pag. 98. ubi cf. textus R. Manasses, ex lib. *De termino vitae,* pag. 175.

antiquorum rabbinorum confessionem spectemus, constat Danielis prophetiam ad Messiam spectare.

91. Quod autem secundo loco posuimus, in eo scilicet vaticinio determinatam esse Messiae epocham, evincitur 1°. ex relatione harum LXX hebdomadarum cum LXX annis, quibus Jeremias captivitatem babylonicam praenunciavit, ut constat ex ipso contextu, Dan. IX. 2. Jam vero nemo dicet, Jeremiam posuisse annos LXX pro tempore indeterminato; eadem igitur ratione patet, Danielem non potuisse LXX annorum hebdomadas ponere pro tempore indeterminato.

2°. Ex characteribus intrinsecis ipsius prophetiae, quae prae se fert chronologicam determinationem. Quorsum enim tempus, quod LXX hebdomadarum periodo concluditur, in septem hebdomadas, sexaginta duas et unam dividitur, eamque rursum bifidam, nisi de tempore determinato vates ageret?

3°. Ex eo quod duo termini aperte significentur, *terminus* nempe *a quo* illarum decursus incipere debet, *exitus sermonis,* seu *verbi* sive *decreti* reaedificationis urbis, et *terminus ad quem,* seu quo eaedem hebdomadae desinunt, scilicet ante urbis ac templi excidium.

4°. Ex analogia cum ceteris ejusdem prophetae vaticiniis, etenim cetera tempora pro futuris eventibus a Daniele determinantur, ut cap. IV et XII.

5°. Demum ex veterum judaeorum consensu, ut ex modo dictis patet. Ergo.

92. Restat igitur tertio, ut ostendamus, vaticinium istud jamdiu esse completum, quod ex praejactis fundamentis facile adstruitur. Ex Danielis prophetia ab exitu sermonis reaedificationis urbis usque ad ejus destructionem hebdomades LXX annorum effluere debebant, id est, anni 490; atque intra idem spatium tum adventurus erat Messias, tum inungi ac morti tradi debebat, abolenda item erant veteris legis sacrificia, complenda visio, delenda iniquitas, et justitia sempiterna adducenda. Atqui ab octodecim saeculis tam urbs quam templum eversa sunt, et abolita sacrificia judaica, seu transactus est *terminus, ad quem* protendebatur epocha a Daniele determinata; ergo et ea completa sunt, quae intra illud temporis spatium eventura erant; nempe tum venit, tum inunctus est Messias, morti traditus est, completa est visio et prophetia, deleta est iniquitas et adducta justitia sempiterna; seu quod idem est, ex Danielis vaticinio constat, jamdiu elapsam esse epocham futuri Messiae, ideoque Messiam jamdiu advenisse.

DIFFICULTATES.

93. I. Obj. Falsum, aut saltem incertum est, num in hoc Danielis vaticinio sermo sit de Messia. Etenim 1. incertum est, utrum Daniel de

uno eodemque Christo, an de duplici loquatur13; 2. incertum, utrum loquatur de Cyro an de Antiocho Epiphane, ut contendit Murshamus, vel de Alexandro Magno, ut cum Bertholdt vult Rosenmüller, aut de Seleuco IV. Philopatore fratre et immediato antecessore Antiochi Epiphanis, qui veneno sublatus est, aut etiam de Seleuco II. 3. Marshami porro expositionem, in (piam quoad rei substantiam ceterorum recentiorum expositiones conveniunt, plura sunt, quae probabilem efficiant, immo veriorem. Scopus prophetae, qui solum anxius erat de futura populi sui nec non urbis et templi conditione ac sorte calculus chronologicus, qui nos ad ea tempora perducit ; | inauguratio Sancti sanctorum seu templi, quae sub Juda Machabaeo contigit templi desolatio, quae perduravit usque ad finem belli ;/confirmatio pacti cum multis hebdomada una, quae facta est tum per constantiam fidelium judaeorum, tum per adhaesionem ad Judam Machabaeum ; |defectio hostiae sive victimae et farti in medio postremae hebdomadis, quae per id temporis adamussim locum habuit;/demum deletio peccati et iniquitatis, seu cessatio poenae peccatis judaeorum debitae, quae qtiidem poena passim in Scripturis *peccatum* dicitur14; nec non adductio justitiae sempiternae, nempe legalis, quatenus judaei numquam posthac idololatriae crimine se commacularunt, vel adductio felicitatis, qua fruituri deinceps erant judaei, excusso servitutis jugo. 4. Cum igitur tum chronologia tum adjuncta omnia in tempora machabaeorum mirifice conspirent, mirum esse non debet, si vel ipsi catholici interpretes Harduinus et Calmet in eamdem expositionem, ad rei summam quod attinet, ultro concesserint.15 5. Quin potius non immerito Bertholdt ac Rosenmuller aliique cum ipsis hac conspiratione intulerunt, Pseudo-Danielem quempiam, cum vidisset elapsum jam tempus a Jeremia praefixum, et prophetim de promisso feliciori rerum statu non adimpletam esse, sibi proposuisse veteris prophetae honori ita consulere, ut septuaginta illos annos non simpliciter tales, sed totidem annorum hebdomadas intelligendas esse doceret, et omnia vaticinii hujus dicta eventis praeteritis accommodaret 16, ut poetae facere solent. Ergo.

94. Resp. *Ncg. antec.* Ad 1. probat. *Neg.* Etsi enim Christus seu Messias hic apposite non determinetur, ex contextu tamen et ex oppositione ad extraneum regem, de quonam sermo sit, facile patet. Etenim ad finem LXU. hebdomadis venturus (nempe, ut declaravimus, quoad publicam

,3) Ita censent interpretes non messiani, qui huc referuntur. Winer in *Parvo Diet.* ex tripode pronunciat: ΓPi£O *de Messia nusquam legitur in* V. *T.*

H) Cf. Calmet in diss. *De septuaginta septimanis Danielis,* quam praemisit suo commentario in hunc prophetam. Is porro existimat per illa verba: *Finem accipiet peccatum* etc. allmli ad Jerem. L. 18 et seq. ubi sermo est de solutione captivitatis.

,s) Harduinus, *Chronologia* V. *T.* Paris. 1709; Calmet, diss. cit.

”) Ita Rosenmuller in *Daniel,* cap. 9. pag. 322. Lips. 1832.

sili manifestationem) dicitur *Messias dux,* seu *princeps* ΓΤ4£'&)· Quis ergo alius Messias nisi jam commemoratus excidetur post septem et sexaginta duas hebdomadas? Insuper mors Messiae ponitur in nexu causali cum excidio urbis et templi, prout ejus adventus (v. 25.) nectitur cum collatione bonorum (v. 24.). Quis porro non videat benedictionem et maledictionem, quum in idem spatium temporis incidant, ab eodem auctore repetendam esse? Eo magis quod mors violenta Messiae, tum Ps. XXI. 17, tum. Is. L1II. 5, et Zach. XII. 10 etc. praenuncietur. Falsum igitur est, incertum esse, utrum de uno an de duplici Christo in Danielis prophetia sit sermo.17

95. Ad 2. *Neg.* Si enim, ut ex modo dictis liquet, angelus in hoc vaticinio loquitur de uno eodemque Messia qui perhibetur venturus et occidendus, cum nemo ex his morte violenta occubuerit, et quidem illata a populo suo, hoc ipso constat, nec de Cyro, nec de Antiocho Epiphane, aut Alexandro M. vaticinium intelligi posse. Multo vero minus in quemlibet istorum quadrant reliqua vaticinii adjuncta superius commemorata, aut chronologia, ut ex dicendis patebit. Id ipsum dicatur de Seleuco Π. ac Seleuco IV. quae omnia ex arbitrio, seu gratuito, et absque fundamento, non dicam solido, sed ne vel levissimo quidem constituuntur.

96. Ad 3. *Neg.* Etenim I. ipsi non favet scopus prophetae; quia, etsi Daniel ad orandum se contulerit ex lectione prophetiarum Jeremiae, nuspiam tamen legitur, illum orasse ad restitutionem obtinendam eo praecise anno, quem Jeremias praesignaverat. Oratio ejus versatur circa populi, urbis et templi restitutionem, nulla temporis alicubi facta mentione. Igitur falsum est, quaestionem versari solummodo circa exteriorem restitutionem, ac responsionem esse solummodo de Messia. ratio praecipue versatur circa remissionem peccatorum obtinendam) (v. 19 et seqq.). Quum vero haec plenissime juxta omnes prophetas per Messiam praestanda esset, in illa igitur prece jam includebatur oratio pro adventu Messiae ejusque regni. Responsio autem insuper agit de populo, urbe ac templo, quae connexa erant cum ipso Messia ejusque fatis, de quibus angelus postea disserit. Responsum igitur divinum optime congruit sensui et orationi Danielis. 18

,7) Cf. Hengslenberg, op. cit. pag. 472 et seq.

'·) Jahn, *Appendix hermeneuticae,* fasc. I. pag. 125 et seq. Viennae 1813, contendit post Dalhe, minime legendum esse *septuaginta hebdomades,* sed ŭ'ψZŭ' *septuaginta, septuaginta anni* etc., ac si angelus vehementiori asseveratione cohaerenter ad fervidas Danielis preces ei dixerit: *Septuaginta, ita prorsus, septuaginta anni decurrunt;* seu *deproperant,* id est, vergunt ad finem etc. ellipsin *anni* ex versu secundo supplendo.

Verum plura sunt, quae arbitrariam hanc Jahnii lectionem evertunt: 1°.omnes codices, nullo excepto, legunt C'ÿDlÿ, *hebdomades,*

97. Π. Non **calculus chronologicus** eidem favet. Nam si terminus, *a quo* fluere incipiunt LXX Danielis hebdomades, sumi debet a decreto reaedificationis urbis, ut patet ex angeli verbis, hic incidit in annum XX. regni Artaxerxis Longimani (Nehem. II. 1 et seqq.). Porro ab anno XX. Artaxerxis, numerando annos 483, incidimus in annum 782. urbis conditae, sive Xλ\ Tiberii Caesaris, id est, ad publicam Christi apparitionem (Luc. III. 1 et seqq.), ideoque longe excedimus regnum Antiochi Epiphanis et alterius cujuscumque ex iis principibus, qui ab adversariis assignantur 19, velut terminus in *quem* desinit vaticinium.

98. Nec favet III. **inauguratio templi;** 1°. quia non agitur in vaticinio, ut sumunt adversarii, de *inauguratione,* sed de *unctione;* porro certum est ex constanti judaeorum traditione, numquam templum secundum inunctum fuisse, prout legitur de tabernaculo Exod. XXX. 22 et seq., neque sub Zorobabel, neque sub Juda Machabaeo 20; 2°. quia, ut animadvertimus, hic non agitur de templo materiali, sed de persona, ut evincunt veteres versiones et rabbinorum antiquiorum expositio et contextus; 3°. quia in adversariorum hypothesi ex vaticinio haec unctio contigisset post annum 490;

immo Kennicotius ircsdecim recenset, qui plene habent 2^23', De Rossi quinque alios addidit, qui integram lectionem retinent; cf. De Rossi, *Variae lectiones* V. *T.* vol. IV. pag. 145. Parmae 1788; 2°. veteres omnes vcrsiones in eadem lectione consentiunt; cf. *Bibi, valloniana,* in hunc locum; 3°. antiquiores hebraei aeque ac recenliores eamdem lectionem tenent.

*') Cf. Pctavius, *De doctrina temp.* lib. XII. cap. 32. vol. II. pag. 262 el seq. edit. Antverp. 1703.

3e) Qui ea, quae enumerantur v. 24. referunt ad tempus, quod immediate subsecutum est captivitatis babylonicae solutionem, ut Michaelis et Jahn, haec verba transferunt ad inaugurationem templi reaedificat! a Zorobabel et Josua; qui vero referunt ad tempus post oppressionem per Antiochum Epiphanem, haec dicta transferunt ad novam inaugurationem templi a syris profanati, ülrique debent sumere *τό* . . sensu improprio *inaugurari,* cum in neutro casu templum inunctum fuerit, et ex concordi judaeorum traditione secundo templo defuerit sacrum oleum.

Sed obstat ejusmodi expositionibus 1°. quod K'ip numquam de templo materiali dicatur (hoc enim semper cum articulo 2',ï£ΠρΓ· ï£Πρ effertur, II. Paralip. III. 8; Exod. XXVI. 33; HI. Reg. VL 16.), sed de aliis rebus sacratissimis, uti altari, sacrificiis, supellectili etc. Vid. *Concordant. Buxtorfii,* el cf. Ez. XLI. 4. cum XLIII. 12; XLIV. 13. (I. Parai. XXHL 13. debet explicari cum Clerico: *Quidquid sacrosanctum erat.')*

2°. Externa inauguratio templi materialis non quadrat contextui, in quo promittuntur dona Dei spiritualia, quae referuntur ad extirpationem peccatorum et messianum characterem habent; hinc debet in propheta, finem religiosae oppressionis et initium regni messiani connectente, aliquid sublimius perspicere.

3°. Si de nova inauguratione sermo esset, non intelligilur, quae sil causa, cur verba, quae non totum templum, sed solum *Sancta sanctorum* exprimant, propheta usurpaverit Hoc persensit Berlholdt, pag. 651. atque, ut ab ea difficultate sese expediret, in exemplum adduxit quod legitur IL Mach. V. 15, sed perperam; quia, etsi 2'2'"P per se sit relativum, de templo tamen ursurpatum, solum indicat *Sancta sanctorum.* Cf. Hengstenberg, *Christol.* loc. ciL pag. 439 et seqq.

et v. 27. hoc tempore praedicitur *destruendum}* non autem inaugurandum esse templum; 4°. quia non congruit chronologia, ut ex dictis patet

99. Non suffragatur IV. **templi desolatio,** qualem adversarii autumant; etenim 1°. sub syris nulla contigit templi urbisque vastatio, sed templi *profanatio* tantum facta est; Daniel autem loquitur de *vastatione* proprie dicta *(inundatio in inundatione,* imagine deducta ab expeditione bellica terram inundante); 2°. loquitur· praeterea de vastatione, quae sub finem v. 25. praedicitur, fore ut sit decreta et irrevocabilis; hinc, sicut per Dei decretum irrevocabile urbs ac templum ruinis sepulta fore praedicuntur v. 26, sic v. 27. praenunciatur per decretum aeque irrevocabile perpetuis ruinis utraque fore sepelienda; 3°. quia ex dictis falso ac gratis assumunt adversarii, templi desolationem usque ad finem belli tantum, seu septuagesimae hebdomadis fore duraturam, cum agatur de vastatione perpetua. 21

100. Neque cohaeret V. quod subditur **de..pacto cum Deo inito,** vel per constantiam fidelium judaeorum, vel per adhaesionem Judae Machabaeo; ex articulo enim praefixo voci *multis,* indicatur **illos**, de quibus agitur, determinatos esse ex genere aliquo, scilicet illi sunt, qui erant objectum divinarum promissionum, fideles nempe ex judaeis, ut patet ex occasione hujus visionis22; agitur propterea de foedere.ineundo per Messiam ibi promissum, cum populo fideli.23

101. Sed non magis proficiunt adversarii, ex eo quod VI. addunt, de **hostiae** seu victimae ac **sacrificiorum defectione;** siquidem tempore Antiochi non contigit haec defectio nisi partialis; in vaticinio autem agitur de defectione totali ac perpetua, quae connectitur cum templi ac urbis vastatione24, et connectitur praeterea cum morte Messiae, cujus quidem mortis consectarium ponitur sacrificiorum defectio.

21) In illo *stillabit* seu *fundetur, pluet,* v. 27. habetur pro typo fundamentali destructio Sodomae et Gomorrhae ; usurpatur de pluvia IL Reg. XXL 10; Exod. IX. 33; de supernatural!, Gen. XIX. 24; hinc ad impios transfertur imago haec, Ps. XI. 6; Ezech. XXXVIII. 22; II. Parai. XXXIV. 21; Jcrem. VII. 20 etc. Haec expressio semper totalem ruinam indicat; hinc impossibile est eam aptari tempori Machabaeorum. Cf. **Jahn**, *Append,* fasc. I. pag. 164; Hengstenbcrg, pag. 153 et seqq.

M) Cf. Compeg. Vitringa, *Observationum sacrarum lib.* ILI. Franequcrae 1691, tom. II. pag. 257 et scq.

u) Nempe cum illis, qui sunt objectum divinarum promissionum.

α*1 Cf. superius dicta. Hic praeterea animadvertendum, ejusmodi sacrificiorum ablationem sub duplici respectu spectari posse, prout scilicet est beneficium, ac prout poena est. Quatenus est beneficium, cessavit cultus leviticus, ulpote figura, quae locum cederet figurato; quatenus ut poena spectatur, est punitio partis infidelis populi, qui mortem intulit Messiae. Messiae porro mortem ablationis sacrificii causam esse, ex contextu patet, perinde ac destructionis templi. Quod si ablatio sacrificiorum sive cultus leviliei est effectus mortis Messiae, plane consequitur non agi *de nudo facto,* sed *de abrogatione legitima.* Jam foedus antiquum per mortem Filii Dei abrogatum est; ergo et cultus sacrificii ejusdem foe-

102. Demum VU. causam adversariorum non sustentat quod postremi) loco ponitur de **peccatorum poena**, justitia legali, aut felicitate seu libertate oblinenda; agitur enim de peccatis ipsis ac de justitia proprie dicta tamquam munere seu dono afferendo ab ipso Messia, qui est totius vaticinii primarium objectum, a quo peccata vere erant delenda, et inducenda justitia, quae sequitur peccatorum remissionem, juxta illud Is. LIU. 10, 11. *Peccata,* ΠΊΝϑΠ, praeterea conferuntur cum *iniquitate* et cum *culpa* quae est significatio fundamentalis hujus vocis; contextus etiam aperte est de peccatorum seu culparum venia; ideo enim tot hic accumulantur vocabula, ut tota peccatorum humani generis colluvies comprehenderetur, ut a nonnullis adnotatum est25; justitia pariter adferenda dicitur *aeterna,* id est, perennis, perpetua. Itaque exploditur violenta interpretatio sive de poena peccatorum, sive de justitia legali, aut de libertate recuperanda, cum potius ex vaticinio denuncientur infidelis populi extrema desolatio ac punitio, et abrogatio totius legalis justitiae.26

deris Jehovah, quoad suum *esse;* parum interest, quamdiu adhuc perduraverit quoad actionem externam. Idem dic de externa eversione urbis et templi; ex repudio enim et morte Messiae neque urbs amplius sancta, neque templum amplius domus Dei, sed abominatio evaserat. Cf. Zach. XI; vid. Hengstenberg op. cit pag. 492 et seqq.

“) Sane, quae annuncianlur in tribus prioribus membris, accurate referuntur ad peccatorum confessionem a. Daniele factam v. 5. hujus capitis, in qua non agitur de peccatorum poena, aut tantum de peccatis typicis, sed agitur de peccatis proprie dictis; ait enim; *Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus et declinavimus a mandatis tuis et judiciis.* Ergo nisi dicere velimus angelum v. 22. Danieli annunciasse aliquid ipsius petitioni contrarium, fatendum est non de peccatorum poena, sed de peccatis ipsis hic agi; ac propterea hoc salutis nuntio mitigatur horror de futuro urbis et templi excidio.

2ϑ) Ideo haec justitia *aeterna* vocatur, quia ex aeterno Dei decreto originem habet, et quia duralionem aeternam habere debet, per oppositionem ad transitoria dona justitiae et gratiae foederis antiqui et ad omnes res creatas et mutationi obnoxias. Haec expositio fundatur in vetustis translatoribus, LXX, Theodolione, Vulgato, Syro et antiquioribus interpretibus, si quosdam excipias, ut B. Barachiam in *Herescit rabhà,* ad v. 14. dicentem: *Iste est rex Messias, de quo scriptum est Dan.* IX: *Et ad adducendam justitiam saeculorum vel sempiternam;* apud Ray. Martini, pag. 285. edit. cit. Verum horum expositio facile cum priori componitur, cum agatur de aeterno ipsius auctore.

J. D. Michaelis, et post euni recentiores aliqui exponunt haec vaticinii verba hac ratione: *Ad reddendam innocentiam pristinorum temporum;* at frustra, 1°. quia sermo non est de justitia *subjectiva,* seu subjectiva probitate, sed de justitia *objectiva,* quatenus donum Dei est, perinde ac ablatio et venia peccatorum, de qua superioribus verbis agitur, quae pariter *objectiva* est; cf. Ps. CXXXI. 9; quia 2°. extollitur a Daniele II. 44; VII. 18, 27, aeternitas messiani regni ejusque donorum; 3°. quia falsum est, originarie longiorem dumtaxat indeterminatam durationem, non vero *aeternitatem* denotare, ut pluribus ostendit Hengstenberg, loc. ciL pag. 427 et seqq. Atque ex his corruant aliae interpretationes eorum, qui per justitiam aeternam contendunt significari *antiquam;* tum eorum, qui subjectivum atque hvperbolicum sensum his verbis inesse

103. Ad 4. *Neg.* consequentiam ex falsis praemissis deductam; quod si Harduinus et Calmct, non excludendo tamen relationem vaticinii ad Messiam, ex parte concesserunt in expositionem Marshami, imprudenter ac levibus momentis inducti ita se gesserunt, ac iisdem argumentis refelluntur, quibus Marshami aliorumque anti-messianorum expositio excluditur.

104. Ad 5. Resp. immo pessime conjecturam hanc suam intulerunt Bertholdt ac Rosenmüller: 1°. quia non verentur, etsi Christianos se profiteantur, mendacii arguere Christum ipsum, qui Mattii. XXIV. 15- non solum Danieli adseribit vaticinium de futura templi desolatione, sed praeterea illud adducit tamquam veraciter reale, et quoad illa, quae urbem et templum spectant, adhuc implendum, dicens: *Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta* (non a *Pseudo-Daniele), stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.* Eadem leguntur, Mare. XΓΠ. 14; Luc. XXI. 20; 2°. quia supposititius hic auctor, in adversariorum hypothesi, falsitatis pariter arguisset Jeremiam, eique aperte illusisset; 3°. quia nemini fucum facere potuisset, cum universa gens oraculum Jeremiae semper intellexerit de septuaginta captivitatis annis[27]; 4°. quia est contra factumj auctor enim noster, tam cap. I. 21, quam IX. 2. supponit praedictionem LXX annorum, ac se praebet ejusdem redemptionis temporis spectatorem, utpote qui affirmet se primo Cyri anno vixisse; 5°. quia induxisset Danielem in historia et chronologia imperitissimum et sibi repugnantem.[28] 6°. Intelligi nequit, quomodo hic fictitius Daniel potius posuerit ut terminum sui vaticinii perpetuam desolationem quam adeptam libertatem per machabaeos, cum supponatur hic auctor scripsisse post ejusmodi epocham. 7°. Ut alia praeteream, evertitur absurda istorum hypothesis ex concordi traditionis hebraicae testimonio. Cf. I. Mach. VlUetXI, Flavius Josephus, *De bello*

autumant, cum nulla causa ipsius afferri possit; tum denique eorum, qui cum Berlholdl volunt exprimi antiquam *libertatem* a jugo politico et religioso. Omnes enim ejusmodi recentiorum interpretationes distortae sunt atque ex erronea hypothesi ortae circa relationem totius hujus versus. Naturalis ct obvius sensus neque Michaelis neque Jahnio arridet, qui versum istum referunt ad tempus immediate exilium babylonicum subsequens, neque Bertholdto, qui refert ad epocham post oppressionem Antiochi Epiphanis. Apte huic versui respondet Ps. LXVIIL 28.

«) Cf. II. Paralip. XXXVI. 21.

**) Etenim tempus a Cyro ad mortem Antiochi Epiphanis tunc esset annorum 441 (LXIII hebd. ann.), quum tamen fluxerint anni 372; quare haberetur error calculi circiter 69 annorum. Augetur adhuc hic error ex assertione illorum interpretum, e. gr. Bertholdt, pag. 716. quod scilicet auctor noverit post Cyrum tantum quatuor reges persarum, et Cyrum ab Alexandro vicium esse asserat. Persica igilur periodus 147 annis brevior esset, et isti 147 una cum illis 69 annis adjici deberent aerae scleucidarum. Haec proinde constaret annis 380, inter octo reges una cum ipso Antiocho Epiphane distribuendis. Hic porro error talis est, ut ignorantiam supinam prorsus supponat, cum tamen Daniel peritissimum se ostendat in historia et chronologia.

His adde expectationem generalem Messiae tempore Christi, tum ex hoc vaticinio tum ex vaticinio capitis II. de quarto regno provenientem. Hinc neque posteriores expositores judaei ausi unquam sunt huic testimonio, sibi adeo infausto, in disputationibus cum Christianis renuntiare, vel ejus relationem ad Messiam et judaici populi per romanos eversionem denegare.[19] Concludendum proinde restat, ejusmodi rationalistarum ac biblicorum hypothesm monumentum ineluctabile esse incredulitatis et impietatis, in quam ipsi ex principio protestantico prolapsi sunt.

105. Π. Obj. Supposita etiam audientia illorum vaticiniorum, tamen illa loca minime licet ita sumere, quasi certa et accurata in illis temporis determinatio seu definitio circa initium et complementum regni messiani assignaretur. Xam 1. si Redemptor angelis ipsis in coelo, immo sibimet talem futuri cognitionem quoad tempus et horam denegat, Matth. XXIV. 36; Marc. XIII. 22, et etiam post suam restUTCctionem, Act. I. 6, 7; minime supponere possumus hanc concessam fuisse alii prophetae, ipsique longe anteriori, ita ut potuerit innotescere populo suo illud tempus juxta chronologiam exactum, sive in usitata, sive in quavis mystica temporis mensura; quatenus scilicet ista spectatur prout determinata.[30] Sane 2. incredibile est, Deum voluisse ut a chronologia fides penderet.[31] Concludendum igitur, nullatenus determinatam esse ac definitam a Danielis vaticinio epocham adventus futuri Messiae.

106. Resp. X *Antec.* Ad 1. probat. *D.* Denegat Redemptor angelis ipsis cognitionem gloriosae suae manifestationis in die judicii, seu secundi ipsius adventus, *C.* cognitionem denegat primi sui in terram adventus, *N.* Porro in citatis locis unice de secundo adventu Christi in terras glorioso sermo est, ac de extremo judicii die, qui utique etiamnum angelos latet et homines, cum Deus illum nemini revelare voluerit. At ex hoc minime sequitur, Deum non revelasse tempus primi Messiae adventus; contrarium enim constat ex facto; non solum enim Daniel, sed et Jacob ac prophetae alii promissi Messiae adventus epocham praenunciarunt. Ita autem prorsus fieri debuisse, ratio ipsa suadet; cum enim humilis et privatus esse deberet ejusmodi adventus, de eo praemonendi erant homines, ne deciperentur; quae ratio profecto non militat pro gloriosa ejusdem manifestatione, quae in omnium oculos incurret.

107. Quod vero adjiciunt, Redemptorem sibimet denegasse futuri cognitionem, alias disjecimus, animadvertentes Christum non potuisse hunc diem ignorare, cum omnia signa indicaverit, quae ipsum praecedent; eo

w) Cf. Schüttgenius, *De Messia,* lib. Π. pag. 264.

J0) Ita Bieck, *Die theol. Zeitschrift,* seu *Ephemerides theologicae.* ΠΙ. pag. 234.

'*) Sic Coccejus apud Hengstenberg., loc. cit. pag. 522.

vel magia quod ipse, ut ostendemus, Deus sit. Ilinc necessario inferendum est, ipsum locutum esse de illius diei manifestatione, cum dixit: *Nemo scit, neque Filius.* 32

108. Ad 2. Λ. Alioquin jam nulla prophetia esset, quae chronologiam seu tempus futuri alicujus eventus determinaret, quod falsum esse patet, tum ex omnibus illis vaticiniis, in quibus tempus summa praecisione determinatur ac definitur tam in veteri quam in novo Testamento33, tum ex omnibus prophetiis, in quibus accidentales ac contingentes circumstantiae adducuntur. In quo enim differunt a ceteris accidentalibus ac contingentibus adjunctis chronologicae notae? Vel igitur omnia ejusmodi vaticinia rejicienda erunt, vel admittendum, nihil obesse, quominus Deus, in cujus potestate sunt tempora et momenta, efficere possit, ut fides nostra a temporis non minus quam a reliquis eventuum notis pendeat.

109. III. Obj. Dato etiam quod Daniel tum de Messia vaticinetur, tum epocham ejusmodi adventus determinatam assignet, nondum tamen liquido constat, an ejusmodi epocha elapsa sit. Ecquis enim 1. certo constituat, Danielem de annorum hebdomadis potius quam de hebdomadis aut dierum aut septenniorum aut jubilaeorum disseruisse, cum nihil ipse posuerit, unde certo constituere possimus, de ima potius quam de alia hebdomadum specie eum fuisse locutum? Nihil praeterea vetat 2. quominus septuaginta illas hebdomadas ita accipiamus, ut tres periodos a se invicem distinctas et diruptas efficiant, quae sibi minime immediate succedant; sane septem priores hebdomadas a sexaginta duabus aliis dividi, ostendit accentus *athnach* in textu hebraico interpositus34; postremam pariter a reliquis sexaginta novem divulsam esse, tum ex se patet, cum nulla alioquin ratio foret peculiaris ipsius distinctionis, tum ex non paucis illis interpretibus, qui harum hebdomadum adimplementum referunt ad finem judaicae reipublicae. Ilis praemissis, cum incertum sit, utrum longius an brevius sit intervallum, quod intra quamlibet istarum periodorum intercedit, evidens est, nihil certi statui posse circa elapsam vel non elapsam epocham a Daniele praenunciatam. Hinc 3. nec desunt ecclesiae patres, qui ejusmodi epochae adimplementum referant ad mundi finem. Ergo.

110. Resp. *Neg. Antec.* Ad 1. prob. Dicimus, naturam harum hebdomadarum multiplici ratione certo definiri posse.

Ac 1°. non intelligendas esse de hebdomadis dierum, substrata ipsa materia admonet; sexdecim enim mensium spatium rerum illarum amplitu-

M) Cf. Tract. *De Trinil.* n. 196. Sed de hoc inferius iterum.

«) Cf. Gen. XV. 13; Is. VII. 8; XVI. 14; XXI. 16; XXIII. 15etc. Jercm.XXV.il; XXVIII. 16 etc. ut alia innumera prope loca omittam, in quibus tempus praefixum vaticiniorum determinatur.

*·) Ita Rosenmüller in cap. IX. Dan. pag. 315 et seq. et ante ipsum Marsham.

dini, quae turn v. 24. turn seqq. praenunciantiu·, haudquaquam sufficeret; volens praeterea Daniel X. 2, 3. hebdomadas dierum exprimere, vocem *dierum* semel iterunique adjecit, quo non obscure indicat hoc loco aliae hebdomadas intelligendas esse.

2°. Xeque intelligi posse de hebdomadis septenniorum vel jubilaeorum hoc vaticinium, ejusdem rerum gerendarum argumentum suadet; protrahe-rentur enim res praenunciatae ad 3430 annorum spatium, si de hebdoma-dibus septenniorum, et ad annos 24,500, si de hebdomadibus jubilaeorum sermo esset, cum tamen urbis ac templi excidium subsecuturum LXX heb-domadibus praemmeietur, quod jamdiu adimpletum oculis nostris cernimus.

3ü. Restat igitur, ut de solis hebdomadis annorum Danielem locutum esse necessario statuamus, quarum septuaginta efficiunt annos quadringen-tos et nonaginta. Ejusmodi hebdomadum usus in Scripturis non infrequens passim.[35] Sed neque ignotae antiquis populis hebdomades annorum fue-runt, si quidem Marcus À'arro, auctore A. Gellio, *Noct. Attic,* lib. III. cap. X. in primo librorum, qui inscribuntur *Hebdomades*[3] scribit, *se jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, et ad eum diem septua-ginta hebdomadas librorum conscripsisse.* Motivum praecipuum, cur Daniel usurpant LXX annorum hebdomadas, desumitur ex relatione ad LXX an-nos Jeremiae, ita ut singulis eversionis annis responderent totidem annorum

JJ

») Cf. Levit. XXVL 34,35,43, et II. Pa-ralip. XXXVI. 21. ubi septimus annus ma-gnum sabbatum vel sabbatum simpliciter vocatur. Quum igitur, ut innuimus, causa praecipua, cur angelus septuaginta hebdo-madas seu sabbata memoret, sit relatio ad annos LXX Jeremiae, pracnunciavit septua-gies septies annis reversos judaeos ab exilio babylonico, amplius commoraturos in terra patrum suorum, quam in exilio d»?fluxerint. Nullum profecto solatium angelus Danieli attulisset, si pro 70 annis eversionis alios 70 usque ad novum excidium decurrendos praedixisset. Addatur, 70 ductos per 7 con-stituisse sacrum numerum. Septem prae-terea hebdomadas annorum durabat cyclus, sub cujus finem civilis restitutio in inte-grum fiebat; postrema propterea LXX heb-domadum annorum spectari debet ut sum-mum omnium sabbatorum et tempus in-tegrae restitutionis spiritualis, ad quam lex referebatur, et praedicitur a Daniele futura v. 24. Atque hinc ratio redditur, quare potius angelus septuaginta hebdomadas quam annos 490 nominaverit. Cf. Heng-slenberg, loc. cit. pag. 408 et seqq. Ani-madvertendum praeterea est adversus non-nullos veteres. Julium Africanum, Theo-doretum, et recentiores Huelium, Pererium etc. hic non agi de annis lunaribus 354 dierum, sed de solaribus, dierum nempe 365. Etenim, praeterquam quod propheta, quum non monuerit, se de annis lunaribus loqui, obscuritatem ingessisset, ostendit praeterea Prideaux, *flint, des Juifs,* parti, lib. V. tempore Daniclis nullibi annos lunares in usu fuisse. Sane, cum idem Dan. XII. 7. praedixisset afflictionem populi duraturam per *tempus* et *tempus* ct *dimi-dium temporis,* id est, per tres annos et dimidium, deinde, v. 2. idem spatium alia computatione per dies 1290 numerat In quo numero licet 12 dies praedictorum an-norum solarium quantitatem superent, ta-men exigua haec discrepantia conferri ne-quit cum defectu dierum 51, in hypothesi annorum lunarium. Cf. Nicolai, *Diss.* XVL *in Daniel.*

hebdomades, usque ad novum ac postremum urbis excidium, quod post expletionem LXX hebdomadum rcipea contigit.

111. Ad 2. *N.* Responsum enim divinum, ut ex dictis constat, spatium integrum LXX hebdomadum annorum complexum est, seu annos 490, intra quod omnia complenda essent, quae summatim in v. 24. recensuit; distinctio propterca trium periodorum refertur ad eventuum praedictorum diversitatem significandam, non autem ad jam praefinitum tempus protrahendum.

112. Neque obest accentus *athnach* interpositus inter septem priores hebdomadas et reliquas LXII, cui adeo insistit Marsham, et quem reliqui interpretes non messiani, praecipue vero Bertholdt et Rosemniiller, secuti sunt. Hi enim pro certo sumunt, *athnach* ibi tantum usurpari, ubi nos majorem interpunctionem adhibemus, quod tamen falsum est. Non raro enim, quando sedes maximae interpunctionis per se patet, etiam in incisis adhibetur *athnach* ubi nos minore interpunctione utimur, ut impediatur quominus, quod separandum est, uniatiu* et conjungatur[36]; jam vero hoc in loco maximi momenti erat duo temporum spatia rite separare, ne arbitraria videretur distinctio.

113. Eadem responsio aptari debet postremae hebdomadi, etsi accentus ille hic non occurrat. Porro interpretes illi, qui contendunt hanc unam hebdomadam connecti ac conjungi minime debere cum reliquis LXIX, perinde ac illi qui vellent dimidiam hebdomadam a cyclo LXX hebdomadum divellendam, decepti sunt ex opinione, quod eversio hierosolymitana, per romanos inducenda, necessario intra has chronologicas determinationes hujus nostrae prophetiae includi debeat, quae opinio jam Scaligerum ad maximas angustias redegit[37]; hoc tamen in vaticinio non dicitur, immo eversio post completum LXX hebdomadarum cyclum eventura aperte praenunciatur; et articulus ÿOu'H perspicue ostendit, cujus hebdomadae illa media pars sit.

114. Ad 3. *D.* Nonnulli patres referunt adimplementum vaticinii Danielis ad finem mundi in sensu, ut fertur, inclusive communis expositionis, *C.* in sensu exclusive, AT. Nempe isti patres cum spectaverint Solymorum eversionem velut figuram extremae mundi cladis, hinc vaticinium Danielis ad illam etiam retulerunt; nem excluserunt tamen objectum praecipuum et immediatum, Messiam nempe, ac punitionem infidelium judaeorum ob necem eidem illatam.[38]

M) Ct· ? v. 2. ubi deberet *athnach* reperiri sub C'j ïWlî Ps. XXXVI. 8. sub D'H/N pro Ps. LXXX1V. 3; Prov. VI. 26.

3T) Cf. Vitringa, *Hypothesis hist, et chronol.* I. pag. 104.

”) Cf. s. Iren. *Cont. haeres,* lib. V. cap. 25. §. 4 et seqq. edit. Massueti; Ori-

115. Haec duo vaticinia conjungimus, tum quia lucem sibi invicem afferunt, tum quia de eodem argumento sunt. Cum enim summa affecti essent moestitia judaei seniores, ex captivitate babylonien reduces, quibus templi salomonici magnificentia probe erat perspecta, nec possent fletum cohibere zorobabelicum intuentes, Deus per Aggaeum cos solatur pollicendo longe majorem futuram hujus secundi templi gloriam ex praesentia futuri Messiae, quam prioris templi gloria fuerit.

116. Sic autem judaeos ex Dei nomine **Aggaeus** affatur cap. II. 4 et seqq.: *Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?... Adhuc unum modicum est, et ego commovebo coelum et terram, et mare, ct aridam. [Et movebo omnes gentes: et veniet desideratus cunctis gentibus, et implebo domum istam gloria, dicit Dominus^. . Meum est argentum et meum est aurum. . . Magna erit gloria domus istius novissimae plus quam primae, dicit Dominus exercituum : ... et in loco isto dabo pacem.*

117. Per **Malachiam** vero cap. III. 1 et seqq. ita Deus judaeos de divina providentia querulos, ut inferius enucleatius exponemus, alloquitur: *Ecce ego mitto angelum meum, ct praeparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum .suum Dominator, quem vos quaeritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum.*

118. Ex collectione vero horum vaticiniorum eidem methodo insistendo, quam in reliquis enucleandis sectati sumus, operosum non erit ostendere, tum ad Messiam ea spectare, tum epocham in iisdem determinari adventus ejusdem Messiae, tum denique hanc ipsam epocham jamdiu elapsam esse.

119. **Primum** autem sic conficimus: ex productis vaticiniis major futura erat gloria domus sive templi posterioris quam prioris, quia ad ipsum venturus erat Desideratus cunctis gentibus, Dominator quem judaei expectabant, quique Angelus testamenti seu foederis dicitur, ac venturus erat ad templum *suum,* et ad cujus adventum commovendi erant coeli ac terra, mare et arida, ac brevi quidem venturus erat. Jam vero hic non est, nec esse potest, nisi Messias, cui soli expositi characteres competere possunt,

gen. *Comment, in Matth.* tom. IIL pag. 858 et seqq. opp. edit. maur. Vid. de hoc argumento praeter auctores citatos Jacobus Ayrolus S. J. *Liber* LXX *hebdomad, resignatas, seu vaticinium Danielis illustratum,* Romae 1714; Huelius, *Demonst. evang.* propos. IX. cap. 8; Tournemine, *Dissert, chronolog.* XVI. ad calcem comment. Menochii etc.

ut per 8e patet, atque ex confessione celebriorum ipsorum rabbinorum; ex antiquioribus eminet R. Sira, qui floruit ante secundi templi eversionem, in *Thalmude,* tract. *Sanhedrin* cap. XI; ex recentioribus autem non pauci in *Devarim rabbà,* sect. I. fol. 250, turn Rasci in cit. *Sanhedr.* fol. 95, Akibà et R. Manasses, in *Conciliatore,* part. HI. pag. 184.[1]

120. **Alterum** constat ex termino, qui saltem negative praefigitur huic adventui, nempe, stante adhuc secundo templo, ad quod praesentia sua cohonestandum promissus Messiae venturus erat ex utrimque prophetae vaticinio, ita ut non prius destruendum esset, quam ad ipsum venisset desideratus cunctis gentibus.

121. Cum vero ab octodecim saeculis flammis consumptum sit zorobabelicum templum, pronum est colligere jamdiu transactam esse epocham ab Aggaeo et Malacliia praedictam, ac propterea, quod consequens est, jamdiu advenisse Messiam.

DIFFICULTATES.

122. L **Obj. Vaticinium Aggaei** nulla ratione ad Messiam referri potest. Repetit enim propheta secundi templi gloriam, non ex Messiae praesentia, sed ex divitiarum affluentia. Hac enim de causa flebant seniores Juda, quod cernerent templum a Zorobabele excitatum nimis distare a magnificentia et divitiis templi salomonici; quod magis perspicue eruitur ex verbis sequentibus: *Meum est aurum et meum est argentum,* ac si diceret: *Mihi est argentum, et mihi est aurum,* inquit Jehova; *argento et auro, quo instructissimum fuit prius templum, possum et hoc ornare, et ornabo suo tempore; nam mei juris sunt haec omnia. Quare non est, cur de ornando templo nunc extructo sitis solliciti.* Nec alium sensum patiuntur reliqua vaticinii adjuncta; etenim verba illa, *adhuc modicum,* seu ut hebraice dicitur, *adhuc una* (scilicet *vice), et ego commovebo coelum* etc. sic explanari debent: per ingentem universitatis rerum mutationem efficiam, ut commotis illis moveantur omnes gentes, et venient *desiderium,* id est, desideria (ΓΠ£Π, τ : ·· collectivum singulare), seu res desideratissimae atque pretiosissimae omnium gentium. Praedicit igitur Aggaeus, futurum esse, ut donis pretiosissimis, ab omnibus gentibus Ilierosolymas comportandis, templum Jehovae nudum adhuc atque inornatum plus nanciscatur magnificentiae et ornamenti et splendoris, quam olim habuerit, et templum hoc secundum *replebo gloria,* ornatissimum et splendidissimum illud reddam.[2] Sive igitur scopum pro-

[1]) Cf. De Rossi op. cil. cap. 3. §.12 et seqq. Raym. Martini, pag. 376 el seqq. et 380 el seqq. edit. cil.

[2]) Ila Rosenmiïller, *Schol. in* V. *T.* in hunc locum.

phetae, sive nativum verborum sensum et adjuncta omnia spectemus, patet hoc vaticinium ad Messiam non pertinere.

123. Resp. *Xeg. Antec.* Ad prob. Agamus pariter, quod adversarii assumunt, ex sola divitiarum affluenda, non autem cx Messiae praesentia repetere prophetam majorem secundi templi gloriam: 1°. quia haec expositio non-messiana exploditur veteris synagogae sensu, ut cx adductis constat; 2°. quia falsum foret vaticinium: tametsi enim valde contulerint ad ornandum templum reges persae, praesertim vero Herodes3, in immensum tamen semper secundi templi gloria, spectata divitiarum copia, a templo salomonico destitit4; 3°. quia, fatentibus hebraeis, quinque illa decora secundo templo abfuerunt, quibus primum instructum fuit, Urim scilicet et Thummim seu rationale judicii, arca, ignis et praesentia Dei in propitiatorio, et Spiritus Sanctus5; 4°. quia absurdum est fingere, tam magnifico apparatu voluisse Deum herodianam molitionem praenunciare, nullo habito respectu ad gloriam quam eidem allatura olim erat Messiae praesentia, cum tamen apostolus Hebr. XII. 26. ad Christum referat hoc vaticinium, juxta sensum traditionalem synagogae. 5°. Denique ex ipsa adversariorum agendi ratione ipsorum hypothesis evertitur. Etenim ipse Rosenmuller, quem impugnamus, non diffitetur, Aggaeum, seu ut ipse loquitur, *vatem, quae hic praedicit temporibus messianis eventura sperasse;* et in cap. HI. i. Malachiae, immemor eorum, quae scripserat in scholiis ad Aggaeum, haeo scribit: *Veniet ad templum suum, nempe secundum, quod per Messiae adventum gloriosius primo templo futurum esse* praedixerat etiam Aggaeus. Tanta veritatis vis est, ut vel ab invitis testimonium extorqueat'

124. Ex his facile corruunt cetera, quae ad elevandam hujus vaticinii vim congesta sunt, tum scilicet Rosenmiilleri paraphrasis, tum expositio R. Kimchi, dum autumat ita reddendum prophetici hujus loci sensum: *Omnes populi, quos commovebo, et terris suis advenient cum desiderio* (nam subaudit praefixum 3) *omnium gentium, id est, adferent res omnes desideratas et pretiosas, quae in terris ipsorum reperiuntur, velut vasa aurea et argentea, vestimenta et gemmas;* in quem sensum Isaias LX. 6. florentem populi hebraici statum saeculo aureo describens, inter alia haec dicit: *Convertetur ad te*

3) Cf. Flav. Jos. *Archaeol.* lib. XV. cap. IX. pag. 777. edit. Havercamp.

«) Cf. I. Paralip. XXII. 14; XXIX. 3 et seqq.; П. Par. Ill, IV; cf.etiam Joann. Frischmutili, *De gloria templi secundi,* ad cap. II. 7 — 10. Haggaei in *Thesauro theologico-philobigico* cit. pag. 994 et seqq.

J) Cf. Raym. Martini, op. cit pag. 381. ubi inter cetera refert testimonium ex Thalmud, in lib. *Joma,* dist. *Schibbat: Dixit R. Actui:* -quid est quod scriptum est Aggaei I. 8: cl complacebo in ea, "22NI, et honorabo eam? Quid sibi vult, quod deinde deest littera ‘‘? Hae sunt quinque res, quae fuerunt inter primum sanctuarium et ultimum (secundum); sunt autem hae: Arca cum propitialorio, et Cherub, et ignis et divinitas, et Spiritus Sanctus, et Urim et Thummim.· Reliqua in eamdem rem testimonia ibi recole.

copia maris, opes gentium ad te venient} et camelorum agmina obruent, dromades madianitici, et ephani, omnes ex Sabaea venient, aurum et thus afferentes, et Jovae laudes praedicabunt. Siquidem vaticinio facta minime respondissent. Reliquum proinde est, ut per hoc desiderium gentium Messiam ipsum cum vetustioribus hebraeis intelligamus. Nedum vero obstet huic expositioni vaticinii scopus, eidem maxime cohaeret. Contextus enim ostendit, prophetam solari voluisse judaeos ob defectum auri et argenti, quem ipsi in secundo templo deprehendebant, quasi diceret: Quid solliciti estis de auro et argento? meum est aurum ct argentum, quae mihi praesto sunt, quoties mihi libuerit; sed gloria secundae hujus domus non ex magnificentia auri ct argenti, sed cx eo, quod in eam venturus sit Desideratus cunctis gentibus, est repetenda, atque ex hac parte longe priori domui praestabit.6 Quod clarius etiam significatur per Malachiae vaticinium.

125. II. Obj. Quominus **Malachiae vaticinium** de Messia intelligamus, vetat contextus; subdit enim immediate post adducta verba: *Et quis poterit cogitare diem adventus ejus, et quis stabit ad videndum eum?*

*) Quum adversarii potissimum vim ponant in verbis illis v. 8: ГЇЇОП -ЇN31 *et venient desiderium cunctarum gentium,* placet hic adducere solutionem viri minime suspecti. Dr. Scheibel, in *Observat, erit, et exeget. ad vaticinia Haggaei,* Wralislaviae 1822, pag. 27. haec habet: ГЦОП tàÔ» *venient desideria. Ita verterunt interprêtes antiquiores; recentiores: venient pretiosa, scilicet vasa, et laudant loca II. Chron. XXXII. 27; Jerem. XXV. 34; Hos. XIII. 15; Nah. II. 10; II. Chron. XXXVI. 10. Sed in locis Chronicorum* (Paralip.), *Jeremiae, Hoseae, Nahumi legimus:* ПЇОП ^bSj *non solum* “”?2Гі, *et ejusmodi diversa dicendi ratio, quae quibusdam interpretibus* V. *T. levioris momenti videtur, in omnibus ceteris linguis et auctoribus accurate distinguitur. Contra* ГıЇОГї *sine singulari additamento nil aliud significari quam desiderium, discas e Ps. CVI.* (in Vulg. CV.) *24. Jerem. XII. 10; I. Sam.* (I. Reg.) *IX. 20; VIII. 10. Aliam vero causam interpretationis de pretiosis vasis volunt reperire in verbis versus sequentis* ЇЇ1П 'bI ГО3П **6» Propheta autem post verba* ГП72П 'tO *non statim adjungit* ZГıїП ὐї η03П ὐ, *sed antea* (v. 7.) 703 ГıїП П^ГГГ\X ^nabc'l 7«od *ad adventum Messiae, et ad divitias illo tempore in templo coacervandas simul pertinere videtur. Messiam autem apud poetas* (scii, prophetas) *hebraeorum futurum esse solatium, desiderium, laetitiam totius terrae, ideoque paganorum, ex locis Is. XLIX. 10; XI. 4; XLII.3; XLI. 17; LXI. 1. constat. Pluralis vero* T *cum singulari connexus constructio est non infrequens.* Cf. Glassius, lib. III. tract. 3. can. 54. Huic addimus Grotium, qui in hunc locum: «Magna, *inquit,* erit secundi templi gloria, quod in ea conspicialur rex ille piorum omnium, ct in ipso templo miracula edet. Vid. Matth. XXI. 12. Messiam appariturum in templo secundo credidere judaei omnes, qui ante excidium vixere. Ex eo tempore comminiscuntur interpretationes novas, violentas, varias ad haec loca clarissima.' Cf. etiam Sanctius, in *Prophet, min.;* Ackermann, *Prophetae minores, perpet. annot. illustr.* Viennae 1830.

7p.«c· *enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum; et sedebit conflans, ci emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum d quasi argentum* etc.; haec autem componi nequeunt oum miti Messiae indole, qualem describit Isaias XLH. 1 ct seqq. Ergo.

126. **Resp.** .V. Evanescit enim haec difficultas, si ratio habeatur contextus et scopi prophetiae. Etenim sub finem capitis praecedentis inducuntur judaei querimonias de divina providentia jactantes: *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, et dixistis: in quo eum fecimus laborare'! In eo quod dicitis: omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, ti tales ei placent: aut certe ubi est Deus judicii?* Hinc cap. III. incipit Dominus: *Eccc ego* etc. ac prosequitur: *et quis stabit* etc. vaticinans, nullum querulorum hujus generis, qui Messiam victorem gentium desiderabant, subsisturum, cum ipse advenerit; huic enim interrogationi negativa subest sententia. Deinde subjicit causam, exhibens scilicet judaeos, et in primis sacerdotes et levitas participes ejusdem blasphemae querelae, ut massam auri et argenti multa scoria mixtam, et ut pannos vel vestes sordibus infectas, quae purgandae sunt. Porro quemadmodum conflatores vehementissimo igne scoriam ab auro et argento, et fullones herba *salsuginosa* sordes a vestibus separant, ita Messias venturus, acerbis suppliciis et calamitatibus immissis, improbos hujusmodi querulos et blasphemes, Messiam victorem desiderantes, a probis separabit et delebit.7 Haec vero non erant efficienda ab ipso Messia, sed romanorum armis et exercitibus, seu ut loquitur Daniel, a populo ducis venturi. Ita quaecumque sive Malachias sive alii prophetae de ultione ab infidelibus judaeis repetenda dixere, optime componuntur cum miti Messiae charactere nempe personali, qualis ab Isaia describitur. 8

*) Cf. Jahn, *Append. Hermeneut.* fascic. L pag; 57 et seqq. Explicatio Malach. IL 3 etc.

·) *Vaticinii,* inquit Jahn, loc. cit. pag. 65, *sensus est:* «Ille, quem desideratis, Messias omnino venturus est; sed non erit, quem exoptatis, bellator, qui ethnicorum imperium evertat, et gentes vobis subjiciat, sed judex divina dignitate indutus, qui improbos judaeos et in primis duces ceterorum, posteros Levi, atrocissimis poenis perdet, nihilominus non penitus exterminabimini. Praecedet autem legatus seu propheta, austeritate vitae et severitate reprehensionum Eliae similis, ut animos judaeorum disponat, seu eum sensum ipsis inspiret, quo majores eorum Abraham, Isaac, Jacob etc. animati erant, quo conatu irrito, regio prorsus vastabitur.“ Cf. etiam Sanctius in hunc locum, Ackermann, Hengslenberg, op. cit. Veteres judaeos utrumque vaticinium, Aggaei nempe et Malachiae, de Messia interpretatos esse, ostendit adductis ipsorum testimoniis Schottgenius, op. cit. pag. 217 et 224 et seqq.

PROPOSITIO IV.

Officia ac munia a promisso Messia juxta prophetas obeunda eumdem advenisse luculenter ostendunt.

127. Munia ac officia a promisso Messia juxta prophetas obeunda praecipua sunt abrogatio veteris cultus et sacerdotii ac novi substitutio, gentium ad veri Dei cognitionem et amorem vocatio, ac judaici populi rejectio atque dispersio. Si igitur ostenderimus, tum duo haec munia juxta prophetas a futuro Messia fore adimplenda, tum jam diu adimpleta fuisse, propositum obtinebimus. Porro utrumque certissime constat.

128. Ac primo quidem veterem cultum, et proinde sacerdotium, adveniente Messia, fore abrogandum, novumque eidem sufficiendum, apertum est ex Malach. I. 10 et seqq. dicente: *Non est enim mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus; et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus.* Quibus verbis Deus denunciat abrogationem veterum sacrificiorum, quae ex legis praescripto in templo offerebantur, ut eis sufficiat aliud sacrificium; ideoque 1°. loquitur de sacrificio externo et proprie dicto sive abrogandojsiye sufficiendo; 2°. loquitur de subrogatione novi istius externi sacrificii offerendi in omni loco, ad discrimen veterum sacrificiorum, quae imi loco seu templo affixa erant; 3°. loquitur de sacrificio tamquam praecipuo religionis charactere, quo non minus cognoscetur a gentibus, se coli in universo terrarum orbe quam olim cognoscebatur per sacrificiorum exteriorum immolationem, a judaeis in hierosolymitano templo coli; 4°. de ejus generis sacrificio substituendo loquitur, quod non jam in cruenta hostiarum immolatione consisteret, sed in oblatione mimda, seu (ut postulat usus hebraicae vocis ΠΠΟΟ ex Levit. Π. 1 et seqq.) *ferto,* sive *dono,* quod frumenti farina conficitur, et quidem ΓΠΪΐΣΟ, *puro* seu *mundo,* ac propterea independente ab offerentium pravitate, propter quam rejecturam se profitetor legalia sacrificia. 1 Cum vero sacrificia partem essentialem exterioris cultus scu publicae religionis constituant, consequitur,

*) Cf. ***Bible de Vence,*** cinq. edit. Paris 1832, tom. XVII. préface sur Malach. pag. 496 et seqq. Hengstenberg, ex anticipatis judiciis suae sectae in *Christologia* V. *T. el Commentar, in messiana vaticinia,* part. III. Berolin. 1835. pag. 414. scribit: *In* ΪΠΓϋΟ *est allusio ad opus operatum mullo remotior; et quod est in ea externum, facilius tamquam mera forma vel tamquam cortex ideae concipitur.* Ceterum hic auctor valde moderatum se praebet; et, si huc illuc nonnulla excipias, in quibus, ut suis morem gerat, catholica principia carpit; ejus opus valde bonum est, et causam chrislianam adversus rationalislas et socinianos optime tuetur.

non posse sacrificia immutari, quin immutetur cultus ipse. Insuper immutato sacrificio, immutetur necesse est et sacerdotium, ob intimam utriuâquc relationem. Ergo per prophetam Malachiam cultus mosaieus et mosaicum sacerdotium abroganda erant, ut novo cultui universali ac novo sacerdotio locum darent.

Id autem adveniente Messia, immo per Messiam ipsum perficiendum fore, habemus ex Danielis_yaticinio paulo ante exposito, in quo praedicitur sacrificiorum cessatio in medio hebdomadis septuagesimae, immo et templi ipsius destructio, populi judaici dispersio in poenam rejecti Messiae ac necis ipsi illatae; cum igitur ab octodecim saeculis sacrificia legalia cessaverint una cum mosaico sacerdotio, ac nova religio, novus cultus, novum sacrificium per universum orbem obtineant, manifestum est, Messiam jamdiu advenisse, ac per ipsum tum veterem cultum abrogatum, tum novum suffectum esse.2

129. Secundo. Gentes pariter ad veri Dei cognitionem per Messiam adducendas fuisse, ubique sacrae litterae enunciant. Huc enim referuntur quae factae sunt veteribus patriarchis Abraham, Isaac et Jacob promissiones, quod in eorum semine benedicendae forent gentes omnes; huc spectant quae de Messia vaticinatus est Jacob, dum dixit: *Et ipw erit e.rpectalio gentium,* seu: *Et ei obedientia populorum,* aut *aggregatio populorum,* vel etiam ut exponit paraphrastes chaldaeus Onkelos: *Et ei obedient populi,* ac Jonathas Ben-Uziel, alter chaldaeus interpres: *Et propter eum diffluent populi,* seu denique, ut vertit Targum hierosolyinit.: *Et à subjicietur omne regnum terrae.3* Hinc Psal. Π. Messiae pollicetur Deus: *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.* Sed luculentissime et graphice gentium reminiscentia et ad Deum verum conversio praenunciatur Ps. XXI. 28 et seq.: *Reminiscentur* et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in con-*

') Legem, seu vetus Testamentum abrogari debuisse juxta antiquam judaeorum fidem, ac propterea cultum leviticum cum omnibus suis sacrificiis ac sacerdotium, pluribus evincit Schôttgenius, lib. VIL *De Messia,* §. 9, 10 el seqq. Cf. eiiam Raym. Martini, pag. 778 et seqq. Vid. Blas. Ugolini, diss. *Altare exterius,* quae extat tom.X. ejus thesauri antiq. judaic. pag. 685 ct seqq.

Cf. Du Voisin, in prooemium *Pay. fid.* pag. 162 et seqq. edit cit; aliis enim omissis, in *Berescit rabbit,* sect. 88. legitur: «Dicitur Amos IX. 11. illo die reaedificabo tabernaculum David etc. ita ut universus mundus fiat una collectio; *in lib. Sohar Exod.ll.* coi. 281: «Quando rex Messias revelabitur, tunc omnes gentes ad illum congregabuntur, ut confirmetur id quod scriptum est Is. XI. 10: Radicem Isai gentes quaerent etc." Alia testimonia tibi exhibebit Schôttgenius, op. cit. lib. VIL cap. I. §. 26 et seqq. ex quibus luculenter patet, veteribus judaeis hanc inhaesisse communem fidem dc vocatione gentium ad veri Dei cognitionem per Messiam. Cf. etiam Petavius, *De Incarnat,* lib. XVI. cap. 8. §. 3.

4) Vid. in hanc vocem pulchras observationes P. Berthier S. J. *Explication des psaumes.* Frigide prorsus Rosenmüller,

spectu ejus universae familiae gentium. Quoniam Domini est regnum et ipse dominabitur gentium. Haec ipsa repetit Isaias, cap. Π. 2 et seqq.: *Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum gentes, et ibunt populi multi, et dicent: venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus, quia de Sion exibit lex et verbum Domini de Jerusalem;* et rursum cap. LV. non minus illustre edidit vaticinium de gentibus per Messiam ad veri Dei cultum vocandis: *Ecce testem populis dedi eum, ducem et praeceptorem gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis, et gentes, quae te non cognoverunt, ad te current.* Et haec ex multis, quae in hanc rem congeri possent, sufficiant, cum agatur de re exploratissima.

130. Porro sicut extra omnem dubitationis aleam gentium vocatio ad veri Numinis cultum per futurum Messiam constituta est, ita nec minus clara vaticinia sunt, quae populi judaici ac synagogae rejectionem et dispersionem portendunt, et quidem in poenam repudiati Messiae. Danielis enim cap. IX. 26. praedicitur: *Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est5:* atque ante ipsum Isaias (AHII. 14.), loquens de Messia: *Et erit,* inquit, *vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis et in petram scandali duabus domibus Israel; in laqueum et in ruinam habitantium Jerusalem. Et offendent ex eis plurimi, et cadent, et conterentur, et irretientur et capientur.6* Osee autem III. 4. diu

Schol. in Ps. XXII. (in Vulgata XXL) v. 28. scribit: -'H3P *Memores erunt eorum, (piae fando de Jova acceperunt, ad ipsum se convertent, ipsumque venient adoratum.* Nec mirum; judaizans enim hic interpres, contra sensum totius antiquitatis, contra apertam N. T. auctoritatem negat in hoc Psalmo agi de Christo.

s) In hebraico textu 'j'7 pfrp, *et non ei* ellipsim supplendam esse omnes veteres interpretes viderunt. Porro ellipses locum non habent nisi in notionibus et dictionibus frequentiori usu tritis, quas lector ex usu loquendi familiares habet et facile supplere potest. Hic autem alia esse non potest nisi *populus,* juxta usitatissimam phrasin in Scriptura receptam : *Eritis mihi populus,* vel *in populum;* non erit mihi *populus,* non erit ei vel *ejus populus,* Deut. IV. 20; VII. 6; XIV. 2; XXIX. 13; XXVI. 18; XXVIIL 9; Ex. VI. 7; Lev. XXVI. 12; I. Reg. XH. 22; H. Beg. VII. 23; IV. Reg. XI. 17 etc. Igitur post: *Non erit ei,* vel *illius,* supplendum est *populus,* ul olim jam Vulgata vertit: *Et non erit ejus populus,* ita ut sensus sit: jam populus non erit sacer ei, qui urbem et templum evertet; cum ex nece illata Messiae cesset Israel constituere ejus hacreditatem. Huic autem cessationi dominii ejus super populum foederis, nectitur optime destructio urbis et sanctuarii per populum principis venientis. Ex quo refellitur Rosenmüller, qui haec verba: *Et non ei;* exponit: *Et non erit sibi,* id est, *inter viventes,* ut pariter exposuit Michaelis; etenim pjS numquam includit in se personam *ipse non est,* sed *non est* tantummodo. Reliquae expositiones, nempe Gousset, L'Empereur, Sack etc. magis adhuc absurdae sunt et gratis confictae. Cf. Hengstenberg tom. Π. pag. 474, vid. etiam Jahn, loc. cit. pag. 149 et seq.

6) Hunc locum de Messia, qui vindictam esset sumpturus de populo israelitico, ve-

fâTp I

duraturam hanc populi jutlaici reprobationem, significat illis verbis: *Dia inultas sedebunt filii Jsrael sine rege, et sine principe, et sine sacrificio, et situ altari, et sine ephod et sine theraphim. Et post haec revertentur filii Israel, et quaerent Dominum Deum suum, et David regem suum; et pavebunt ad Dominum, ei ad bonum ejus in novissimo dierum:* quibus verbis aperte prophetа diuturnam populi israelitici conditionem designat, in qua, etsi deos alienos non colat, tamen Deum non experietur sibi faventem atque propitium, donec aliquando Messiam quaerat et agnoscat. *Davidis* enim nomine Osee, perinde ac ceteros prophetas, Jerem. XXX. 9, Ezech. XXXIV. 23, XXXVII. 24, Messiam significare, explorata res est et recepta sententia apud rabbinos omnes; quare chaldaeus interpres postrema prophetae verba ita exponit: *Quaerent cultum Domini Dei sui, atque obedient Messiae filio Davidis regi suo.'* Eadem habet Amos IX. 9 et seqq, et alii prophetae passim. 8

131. Jam vero ab octodecim saeculis tum gentes fere omnes, relictis idolis, Deum unum colere, atque in dies ad cognitionem et cultum veri Dei perduci, judaicam gentem item e sua ejectam patria, inter gentes omnes dispersam esse, nullumque apud eam illius specialis providentiae et praedilectionis vestigium conspici, quibus per tot saecula Deus eam prosecutus fuerat; facta sunt certissima, quorum nos spectatores sumus, quaeque ob omnium oculos obversantur. Quae quidem argumento sunt, foedus illud omnino esse abolitum, quod olim Deus cum judaico populo feriit de possessione Palaestinae ac bonorum omnium in ea affluentia, si ipse legem sibi traditam custodivisset, vel de paterna correptione, quoties ab ejusdem legis observantia descivisset, dum promisit se eum in eamdem revocaturum, quoties ipsum suae transgressionis poenituisset, prout tam in Exodo quam in Deuteronomio passim legitur.

132. Hinc merito Hieronymus, Epist. CXXIX. *Ad Dardanum,* n. 7. sic judaeos perstringit: *Multa, judaee, scelera commisisti, cunctis circa te*

teres quoque hebraei intellexerunt. Sic enim apud Martini, pag. 343. edit. cil. in lib. *Sanhedrin,* cap. *Echad,* legitur: *Dixerunt* (RR. Jehudah et Ezechias, filii R. Chia): nMon veniet filius David, donec deleantur duae domus patrum Israel, et istae sunt caput captivitatis Babylonis, et princeps, qui est in terra Israel, sicut dictum est Is. VIII: Et erit ad sanctificationem et ad lapidem offensionis, et ad petram (vel rupem) ruinae duabus domibus Israel etc.* Glossa *R. Salomonis:* >,Et erit Salvator Israel ad praeparationem et ad lapidem offensionis; offendet enim pedes statuae, ferrum scilicet et testam, et ad rupem ruinae domibus duabus Israel. Dixit (rabbinus scilicet, qui fecerat vinum dari pueris, ut secreta patris sui atque mysteria revelarent): filioli spinae mihi estis in oculis meis, seu: spinas in oculos meos injicitis.··

7) Alia testimonia in hanc rem cf. apud Rosenmuller, in loc. cit. Ezech.

8) Cf. in hunc loc. Sanctius, nec non Ackermann, op. ciL; plura praeterea iu hanc sententiam ex doctrina et sensu veterum judaeorum vid. apud Martini, part. II. cap. 5. §. 2 et seqq. et apud Schôttgenium, *De Messia,* pag. 545 et seqq.

servisti nationibus. Ob quod facinus? Utique propter idololatriam. Quumque servisses crebro, misertus tui est Deus, et misit judices et salvatores, qui te . ., liberarunt. Novissime sub regibus offendisti Deum, et omnis tua provincia, gente babylonica vastante, deleta est. Per septuaginta annos templi solitudo permansit. . . [Ad extremum sub Vespasiano et Tito urbs capta, templumque subversum est. Deinde civitatis usque ad Hadrianum principem per quinqua-ginta annos mansere reliquiae. Post eversionem templi, paulo minus per quadringentos annos et urbis et templi ruinae permanent. Ob quod tantum facinus? Certe non colis idola, sed etiam serviens persis atque romanis, et captivitatis pressus jugo, ignoras alienos deos. Quomodo clementissimus quon-dam Deus, qui numquam tui oblitus est, nunc per tanta spatia temporum miseriis tuis non adducitur, ut solvat captivitatem? .. . Ob quod, inquam, facinus et tam execrabile scelus avertit a te oculos suos? Ignoras? Memento vocis parentum tuorum: ***Sanguis ejus super nos et super filios nostros; et: Non habemus regem nisi caesarem.*** *Habes quod ele-gisti: usque ad finem mundi serviturus es caesari, donec gentium introeat ple-nitudo, et sic omnis Jsrael salvus fiat.*[9] Quod quidem argumentum, cui novum in dies robur accedit, et quod plane ineluctabile est, ex recentiori-bus luculenter evolvit Grotius, *De veritate religionis Christ,* lib. V. §. 16. ubi nihil omisit ex iis, quae eidem vim addere posse viderentur.

DIFFICULTATES.

133. **I. Obj.** Nullum in primis est argumentum, quod ex Malachiae vaticinio deducitur, 1. siquidem nulla alia ratione Deus *magnum nomen suum in gentibus* esse dicit, quam quod gentes omnes praeter deos suos supremum Deum colant, qui est israelitarum Deus, prout exponunt R. Sa-lomon Jarchi ac David Kimchi; vel etiam eo quod, ut existimat Aben-Ezra, si Deus gentes jussisset offerre sibi munus aut sacrificium, illud purum et exquisitum offerrent, minime vero hostias mutilas ac languidas, quales judaei offerebant; vel denique quia jucundissimae Deo -sunt preces et lau-des, quibus judaei inter gentes commorantes ipsum venerantur. 2. Sane, inquiunt, quomodo mosaica sacrificia, ac proinde legem et sacerdotium ab-roganda esse affirmassct propheta, qui cap. III. 4. de levitis ait: *Et erunt Domino offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem, sicut dies saeculi, et sicut anni antiqui?* ac demum cap. IV. 4. judaeos alloquens: *Mementote*, ait, *legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Jsrael, praecepta et judicia. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Ergo.

[9]) Edit. Vallars. opp. tom. I. Hoc idem argumentum egregie tractavit inter veteres s. Joann. Chrysost. in quinque orationibus adversus judaeos, ac praesertim oral. V. tom. I. pag. 587. edit, maurin.

134. Resp. Δ><7. *antec.* Ad 1. probat. seu rabbinorum expositione» dicimus, eas prorsus excludi per antithesim a propheta institutam inter sacrificia mosaica et sacrificium illud, quod divino Numini offerendum praedicitur inter gentes, ut ex probationibus constat. Dixi *praedicitur;* notum enim est, non esse locutum prophetam de tempore praesenti, quo universae gentes, utpote idololatriae addictae, non immolabant victimas suas nisi idolis seu *daemoniis,* ut ipsa Scriptura alibi testatur; ac proptcrea de futuro tempore necessario vaticinium accipiendum est.

135. Ex qua generali animadversione patet, absurdam esse primam expositionem, ideo nempe magnum esse Dei nomen in gentibus, quod ipsae una cum idolis ac falsis diis supremum Deum colant; cum Deus saepe adeo se zelotem professus fuerit, ac passim decem tribus impietatis arguerit quod utrumque cultum conjungerent. 10 Falsa praeterea est ejusmodi commentatio, cum causam Deus ipse aperiat, quare magnum sit nomen suum in gentibus, quia scilicet a solis ortu usque ad occasum offertur *nomini suo oblatio munda, seu fertum purum.* 11

Reg. XVIL 16 et seqq.

") Cf. Sanctius in hunc loc. Non posse hoc vaticinium nisi de nova lege et ecclesiae tempore intelligi, omnes sanae exegeseos regulae prorsus clamant. Debet enim conferri cum aliis locis, in quibus praedicitur veteris foederis ac veteris sacerdotii et cultus levilici abolitio, cum locis novum sacerdotium, ac proinde novum sacrificium promittentibus, ac demum cum ipso eventu, qui omnem, si qua esset, ambiguitatem in verbis prophetae sustulit. Cum enim vetus sacerdotium plane cessaverit una cum omni sacrificiorum leviticorum apparatu, cum Christus eucharisticum sacrificium instituerit offerendum ubique terrarum a sacerdotibus seu ministris ad hoc in perpetuum institutis, cum factum id evincat, quid amplius quaeras? Num infirmum ejusmodi argumentum evadet, eo quod demum post XVI saecula infelices nonnulli haeretici, qui se protestantes vocarunt, veritatem hanc repudiarint, quam universa Christiana ecclesia tam longa saeculorum serie professa est? Patres omnes hoc urgebant argumentum plane ineluctabile adversus judaeos, ut Irenaeus, *Adc. haeres,* lib. IV. cap. 17. n. 5. edit, maur.; Justinus M. *Dial, cum Tryph.* n. 41. edit. Maran.; Cyprianus, *Adv. Jud.* lib. 1. cap. 16. edit. maur. ut alios praeteream. Placet s. Irenaei verba adducere, ut pateat, quaenam fuerit ante anuum 202. seu initio saeculi III. ecclesiae fides: -Sed et suis discipulis, *inquit loc. cil.,* dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi infructuosi nec ingrati sint, eum, qui ex creatura panis est, accepit et gratias egit, dicens: Hoc est meum corpus. Et calicem similiter, qui est ex creatura, quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est, et N. T. novam docuit oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo, ei, qui alimenta nobis praestat, primitias suorum munerum in N. T., de quo in duodecim prophetis Malachias sic praesignificavit: Non esi **mihi voluntas in vobis** etc. Manifestissime significans per haec, quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo, omni autem loco offertur ei, et hoc purum; nomen autem ejus glorificatur in gentibus.· Cf. Massuetus, Diss. III. art. 7. §.80; tum Fr. L. comitis Stolberg, *Geschichte der Religion Jesu,* seu *Historia Relig. Jesu,* part. IV. pag. 166 et seqq. edit. Hamb. nec non Petr. De Figueiro et Christ. Castrus, in hunc loc. Malachiae.

136. Nec minue absona, est altera interpretatio, quae sumitur ex hypothesi, qua Deus gentibus sacrificium sibi offerendum praeciperet. Haec enim hypothetica locutio nuspiam apparet; sed Dei verba absoluta sunt, et factum enunciant.

137. Quominus vero Dei verba accipiamus de precibus, quae est tertia expositio, vetat ipse contextus, (pii est de oblatione proprie dicta, non a judaeis, sed a gentibus offerenda, de quibus dicitur Is. LXVL 21: *Assumam ex eis in sacerdotes et levitas.*

138. Ad 2. *D.* Levitae seu sacerdotes ex gentibus assumpti juxta adducta Isaiae verba, *C.* levitae seu sacerdotes mosaici, X Jam enim eodem capite Malachias, loquens de levitis ac sacerdotibus judaicis, praedixerat, eos a Messia mox futuro puniendos, seu extremo supplicio tollendos; non potuit igitur de iisdem sacerdotibus leviticis sermonem instituere, quasi Deo essent oblaturi sacrificia in justitia; locutus proinde est de novis sacerdotibus a Messia instituendis, qui grata Deo sacrificia oblaturi essent Usus est autem similitudine et imagine sacrificii Juda et Jerusalem, ut rem hanc judaei aliqua ratione perciperent. 12

139. Monitum autem Malach. IV. 4. nullam creat difficultatem; nam lex mosaica tam civilis quam caeremonialis erat omnino observanda quamdiu hebraeorum respublica et synagoga persistebant. Cum vero ex eodem propheta et ex Dan. IX. 27. utraque esset abolenda, *jure* per mortem Messiae, *facto* per Jerosolymorum et templi eversionem, hoc ipso innuitur, quid posthac de ipsa lege esset futurum.

Sic neque ullam facessit difficultatem illud, quod de Eliae missione ante futuram Judaeae vastationem vaticinatur Malachias; cum ipsemet cap. ĪV. 1. aperte significaverit hunc ipsimi fore Messiae praecursorem ad praeparandam viam, seu populum disponendum ad ejusdem adventum, ut patet ex versu sequenti, ubi addit: *Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum; ne forte veniam et percutiam terram* (hebr. *terram hanc,* seu *hanc regionem*, ν'ἰκπ'ΠΝ) *anathemate.* Quod reipsa factum esse, historia, ex qua lux vaticinio affulget, ostendit.

140. **II. Obj.** 1. Quae de vocatione gentium praenunciarunt prophetae, intelligi debent de cognitione veri Dei, quam gentes adepturae erant per judaeorum in universum orbem dispersionem, a quibus ethnicorum mentibus erat veri Dei notitia ingerenda. 2. Id plane tum perficietur, cum gentes omnes judaeorum ditioni subjicientur duce Messia, a quo bellum inprimis erit ipsis inferendum; 3. bellum hoc deinceps perpetua atque universalis pax excipiet, in qua 4. judaei ingenti gloria aucti bonorum omnium copia et affluentia fruentur, juxta prophetarum vaticinia. Non solum igitur

”) Cf. Ackermann, ***Proph.*** *min.* pag. 772 et seqq.

ex gentium vocatione christiani nihil proficiunt, verum etiam talia in ea occurrunt, quae aperte evincunt, plura adhuc esse adimplenda. 5. Nondum enim subacti sunt Gog et Magog a Messia debellandi, Ezcch. XXXVIII; nondum instauratum templum cum urbe hierosolymitana, ibid. XL et seqq. 6. Nondum propterea completa sunt, quae a Messia praestanda vaticinati sunt prophetae, quique ab Isaia U. 2. venturus tantum praedicitur *novissimis diebus,* cum nempe, ut ibid, dicitur: *Mons Domini exaltabitur super omnes colles,* aliaque ejusmodi non pauca praedicuntur, quae adhuc praestolari debemus. Ersro.

141. **Resp.** Ad 1. *Xeg.* Etenim, ut ex ipsis, quae adduximus, prophetarum verbis constat, agitur de illa gentium vocatione, qua ipsae in Messiam crediturae erant, ac per ipsimi ad veri Dei cognitionem erant adducendae per ingentem idololatriae cladem, atque de substitutione gentium in locum rejecti populi judaici, juxta illud Ps. XLVI: *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.*[13] Etsi vero judaei ante Hierosolymorum excidium per universas fere terras dispersi essent assyriorum, persarum ac romanorum, gentem tamen nullam ad Dei cognitionem adduxerunt, multo minus populis, inter quos inhabitabant, suaserunt, ut idololatriae nuncium remitterent

142. Ad 2. *Neg. suppositum,* ab ipsis assumptum, de gentibus ditioni judaeorum subigendis. A falsa hac persuasione Deus non in uno loco judaeorum animos abducere ac retrahere per prophetas suos numquam desiterat. Admonuit enim israelitas reduces a captivitate, quem ipsi praestolabantur Messiam venturum minime esse, prout animis suis conceperant, nempe ad subigendas gentes, sed ad judaeos querulos et blasphemantes puniendos (Malach. HI. 1 et seq.). Dispersum iri judaicum populum (Dan. IX. 26 et seq.) praedicit. Contra vero gentibus propitium Messiam fore saepe praenunciavit; sic Zach. IX. 10. de eo dicitur: *Loquetur pacem gentibus;* Isai. XLIL 6. de eodem ait Dominus: *Dedi te in foedus populi, et in lucem gentium;* et cap. XI. 10: *Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Perpetuo exhibetur Messias ut *expectatio gentium* (Gen. XLTX, 10.), ut *desideratus cunctis gentibus (Agg.* II. 8.); quanam igitur ratione bellum illaturus erit gentibus? Idololatriae nempe destructione. Sane, si de belli genere ex genere armorum judicium ferendum est, cum haec exhibeantur spiritualia, spirituale erit profecto bellum, quod Messias aget. Hinc Isaias XI. 4: *Percutiet,* inquit, *terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium; et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.* Nec alius apparatus bellicus

15) Plura in hanc rem testimonia congessit Eusebius, *Demonstrationis evangelicae* l. c.

esse poterat regis pauperis et humilis (Zach. IX. 10.), despecti et occidendi (Is. LUI.).

143. Ad 3. *D.* Spiritualis, in interna scilicet conscientiae tranquillitate posita, *C.* temporalis, *N.* Etenim si pax belli est fructus; bellum autem, ut ex dictis patet, est spirituale; spiritualem igitur et pacem fore necesse est.

144. Ad 4. *D.* Si Messiam accepissent, vel cum eum recipient et agnoscent, *Tr.* hoc neglecto ac rejecto, *N.* Nisi potius praestet haec de regno Messiae spirituali intelligere, seu de ejus ecclesia, quam sub sensibilibus symbolis prophetae ac vivacissimis imaginibus depingunt[14] Quod si placet haec litteraliter accipere, non abnuimus in hypothesi, quod judaei verum Messiam agnovissent, vel quando, ut nonnulli sentiunt, in fine saeculorum ad ipsum convertentur. Apposite Grotius: *Multa,* inquit, *hebraeis promisit Deus, si Messiam promissum reciperent eique parerent; quae si non eveniunt, habent ipsi, quod sibi imputent. Quaedam vero etiam definite et sine conditione promissa, si impleta nondum sunt, adhuc possunt expectari. Constat enim, etiam apud judaeos, tempus sive regnum Messiae durare ad finem saeculorum.* [15]

145. Ad 5. *Tr.* Nondum enim exploratum est, quid per cladem Gog et Magog Ezechiel intenderit. Tot pene circa hoc vaticinium numerantur sententiae, quot interpretes, non solum apud christianos, verum etiam apud hebraeos. Alii de scythis, alii de persis, alii de syris etc. illud explicant; alii ad Antiochum Epiphanem referunt, ut Grotius; alii ad Cambysem, ut Calmet; alii symbolice volunt accipiendum de victoria justorum super impios.[16] Cum igitur omnia sint incerta, quae ad illud vaticinium spectant; si quis deserat clara et determinata vaticinia, ut sibi ex incertis difficultatem

[14]*) Recentiores biblici protestantes contendunt, illis vaticiniis describi saeculum aureum regni messiani. Verum haec expositionis ratio carnalis ac judaica est, neque componi potest cum ceteris, quae de Messia ejusque regno, nempe ecclesia, prophetae vaticinantur. Eventus sane ostendit, non alium sensum praeter spiritualem vaticinia illa admittere posse; alioquin minime fuissent completa. Ceterum etiam exterior ecclesiae majestas et amplitudo talis est, ut eidem aptari possint figurae illae, quibus eam prophetae adumbrarunt.

[15]*) *De verit. religionis;* loc. cit.

[16]“) Longa nimis res esset atque nullius frugis, velle omnes tum hebraeorum tum Christianorum interpretum sententias percensere. Dissensio enim est circa nomina, gentes, fata, quae eisdem adseribuntur. Recenliores videntur acquiescere *τώ* Michaelis, qui censet designari scythas. Ceterum s. Joann. Apocal. XX. quae Ezechiel de Gogi moliminibus et clade praedixerat, ulterius ad extremam mundi aetatem distulit. Hinc non pauci autumant, hic agi dc personis *mysticis* seu symbolicis, ita ut capp.XXXVIH et XXXIX. polliceatur Deus, se pios suos cultores ab hostium potentissimorum ac ferocissimorum impetu sartos tectos servaturum cosque suo praesidio custodiaque protecturum; eam vero promissionem ad christianos pertinere eatenus, quatenus ipsi sunt veri Dei cultores. Cf. Rosenmüller, *Schol. in* V. *T.* ad Ezech. cap. 38.

creet, is perinde facit ac qui oculos a luce avertit, et tenebras umbrasque consectatur.

146. Eadem viget discrepantia sententiarum circa hanc de templo Ezechielis visionem, idem propterva de ea ferendum est judicium.17

147. Ad 6. *D.* Perperam intellecta, *C.* sano sensu et cum ceteru vaticiniis collata, A. *Multa in sacris litteris,* ut rursum Grotius ait, *non* α *proprietate verborum, sed figura quadam esse intdligcnda, ne ipsi quidem judaei ignorant; ut cum Deus descendisse dicitur: cum ei os, aures, oculi, nara tribuuntur. Quidni ergo hunc in modum explicemus et pleraque de Messiae temporibus dicta? Qualia sunt, lupum cum agno, pardum cum haedo, leonem cum ove stabulaturum: lusurum cum anguibus infantem: montem Dei surrecturum supra montes alios: in montem Sion venturos alienigenas, ut sacra faciant.*18

148. Per *novissimos* autem *dies* tum ab Isaia tum a ceteris prophetis significari ultimam aetatem, seu aevum Messiae, seu generarim *dies Messiae,* unanimiter tradunt judaei, quocumque demum tempore hi dies venerint.19

149. III. Obj. Perperam christiani judaicam gentem aliquando a Deo rejiciendam fuisse existimant, aut abolendum foedus, quod Deus per Moysem cum populo feriit. 1. Etenim Abrahae posteri populus Dei

**) Diversas has sententias veterum ac recentiorum collegit cum suis auctoribus Rosenmuller, in Prodromo ad caput X .Ezechielis. Alii contendunt describi templum salomonicum, alii zorobabelicum, alii ideale, alii symbolicum ac mysticum; alii sensu litterali intelligendum prophetam volunt, alii tantum in sensu spirituali, alii denique partim litterali partim spirituali. Quidquid sit, nihil certi affirmari potest. Strenuam operam navavit in templi Ezechielis forma et amplitudine cum suis partibus describenda Joann. Bapl. Villalpandus, in op. cui titulus: *De postrema E-zechielis prophetae visione Joann. Dapt Villalpandi, Cordubensis e Soc. Jesu, tomi secundi explanationum pars secunda, in qua templi ejusque vasorum forma tum commentariis tum aeneis quamphrrimis descriptionibus exprimitur,* paginis 655. forma maxima, accessit: 7'o/ni ///. *apparatus urbis ac templi hierosolymituni, pars /. et //. Joann. Dapt. Villalpandi cordub. e Soc. Jesu collate studio cum H. Prado ex eadem Soc.,* paginis 547, Romae 1604. De eodem argumento scripserunt Ludov. Compeigne, De Vejel ex judaeo chrislianus, Matthias Henfereflus tubingensis, Caropegius Vitringa, Coccejus, Sturmius, Meyer, Blasche etc.

*8) Non esse immutandum naturae ordinem adveniente Messia, antiquiores judaei pro certo habent, et saepe occurrit in ipsorum libris, praesertim in tract. *Sanhedrin,* apud Ugolini, tom. XXV; sed praeterea in lib. *Sohar, Exod.* fol. 93. coi. 378. quae hic leguntur Is. II. 2, exponuntur sensu spirituali. Cf. Schôttgenius, *De Messia,* pag. 109. Idem traditur in *Pesiktà rabbathi.* fol. 62.1 et seqq. ibid. pag. 128; efalibi saepe totum exponunt de Messia. Quare non est haec arbitraria Christianorum interpretatio. Cf. ibid. pag. 241, 503, 599, 600, 626 etc. el Joann. Frischmulhi dissertatio *De Ecaugelio in Stone egressuro. ad Is.* IL 1 *et seqq.* in *Thesauro theol. phHoi* tom. L pag. 685 et seqq.

") Observat Kimchi, ad hunc locum, formulam ΓΡΊΓϯΧ, *dies postremos* seu *novissimos.* uhicnmque ea occurreret, indicare *tempora Messiae.* Cf. Jerem. XXLL 20; Joel HI. 1 et seqq. etc.

peculiaris dicuntur, ipsi unitus foedere sempiterno.20 Passim lex mosaica perpetuo duratura exhibetur.21 Quod si hebraei illam transgressi fuerint, paterna quidem correptione, minime vero foederis rescissione aut abolitione puniendi dicuntur, quin potius, si resipuerint, expresse iterato promittitur, eos ab extremis terrae ac de cunctis populis, in quos fuerint dispersi, congregandos fore (Deut. XXX. 2 et seqq.) ac revocandos. 3. Praesens propterca captivitas in poenam utique peccatorum israelitici populi contigit. 4. Sed hoc ipso ostendit Deus peculiarem providentiam, qua eum servat, et amorem, quo populum prosequitur; quos enim Deus diligit, arguit et castigat. 5. Alias judaei deterioris conditionis forent, quam ejusmodi impii homines, qui in hac et in altera vita poenas luunt. 6. Cum igitur satis a Deo puniti fuerint, soluta captivitate, ad patrium solum judaei revocabuntur, juxta divinas pollicitationes. Ergo.

150. Keep. *Neg. antec.* Ad 1. prob. *D.* Id est, usque ad Messiae adventum, quem lex-praefigurabat, et ad quem velut paedagogus ducebat, *C.* absolute, *N.* Hinc saepius Deus admonet, vetere rescisso, novum ac aeternum foedus priori illo ac temporaneo longe praestantius feriendum esse cum Israele fideli; ita Jerem. XXXI. 31: *Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Jsrael et domui Juda foedus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum pactum quod irritum fecerunt* etc.; tum Is. LV. 3: *Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac praeceptorem gentibus* etc. ubi apertum est, sermonem esse de Messia, ipsis fatentibus judaeis 22, ac de gentibus in idem pactum adsciscendis.

151. Ex his responsio patet ad ea quae subnectuntur de lege mosaica, quae hoc sensu potest dici aeterna, quatenus suum adimplementum et perfectionem in futuro Messia ejusque regno adeptura erat. 23

152. Ad 3. *N.* Immo prorsus contrarium constat ex prophetarum effatis, quae adduximus; quibus addi debet ex Osea I. 9, IU. 4, ubi sub symbolo filii, cui jubetur nomen indere *Aon populus meus,* et sub symbolo mulieris fornicariae diu expectantis, exhibetur populus Israel absque Deo suo. Quae autem allata sunt, ostendunt, non fore perpetuam rejectionem filiorum Israel, ac futurum aliquando tempus, quo ad Deum ac ad missum ab eo Messiam ipsi convertantur; quod libenter damus, immo et profitemur.24 Tunc suum complementum habebunt crebra illa vaticinia de filiis

M) Gen. XVII. 7. et alibi.

’*) Exod. XII. 14. el alibi passim.

”) Cf. Raym. Martini, pag. 782 et seqq. edit. Carpzov. nee non pag. 883 el seqq., loto cap. 20. part. III. dist. III. cum observationibus Du Voisin.

“) Cf. Grot. op. cit. lib. V.

M) Cf. Osee III. 5. ubi Deus comminationum acerbitatem temperat meliorum temporum promissione. Quare ibid, promittitur, post mullos dies reversuros judaeos ad Dei cultum, desertis superstitiosis reli-

Israel et Juda, sub uno David rege suo pace fruituris[25], ac de ceteris, quae ipsi promittuntur bonis.

153. Ad 3. *D.* Et praeterea rejecti Messiae, ut inferius mox ostendemus, *C.* quorumcumque peccatorum, *V.* ec enim levioribus olim peccatis judaei se commaculaverant, ut ex prophetia constat, qui cis perpetuo exprobrant adulteria, furta, homicidia aliaque infanda facinora, praesertim vero scelus adeo frequens atque commune idololatriae, de quibus in praesentiarum vix accusantur; attamen Deus numquam destitit ab eis speciali quadam providentia prosequendis, immo minas et promissa, poenas ac praemia adhibens, ostendit se peculiarem de iis curam gerere. Neque ultra LXX annos illos in captivitate detinuit, ac interim certiores saepe eos fecit de reditu; misit ad illos prophetas, qui eos solarentur; fidem miraculis excitant ac vaticiniis. Ex quo vero iterum templum cum urbe Hierosolymorum eversum est, etsi saepe jejuniis se macerent, preces enixas ad Deum fundant, peccata confiteantur etc. non secus- ac si a Deo essent derelicti, nullo solario, nulla spe, nullo subsidio foventur. Restat propterea invictum argumentum de scelere, quo universa gens detinetur, graviori ipsa idololatria, ob quod antiquum foedus vere abolitum est atque discissum.[26]

154. Ad 4. *D.* Si ageretur de singulis individuis, ac poena amore mixta, *C.* si de tota multitudine, seu massa, ut dicitur, *A* Aliud nempe ferendum est judicium de poena, quae singula individua afficit, aliud de ea, quae totam afficit multitudinem ac integram populi massam. Etsi enim verum est, interdum populum integrum puniri ob privatorum peccata, praesertim si ista frequentia ac publica sint, neque expiata, attamen ejusmodi poenae ut plurimum non sunt nisi partiales ac temporariae, immo et extraordinariae, cum juxta providentiae ordinariae ordinem in illos cadat poena, qui delinquunt. Contra vero si punitio afficiat totam multitudinem et jugiter perseveret, ut ordinaria censeri possit, dicendum totam multitudinem aliquo

gionibus ac ritibus, et quidem submisso animo gratiam quaesituros, serioque ac sincero studio Deum culturos. Nullum vero dubium esse potest aliquando judaeos conversum iri ad religionem christianam. juxta apostoli praedictionem, Rom. XI. 11 et seqq.

3i) Quum defectio israelitarum a vero ac sincero cultu Dei conjuncta olim fuerit cum defectione a Davide, rege divinitus instituto, ejusque familia, III. Reg. XIL 5, ad emendationem illam, quae cit. loc. describitur, omnino pertinebat, ut hac etiam ex parte ad officium redirent; hinc additur: ΤΠ flJO, et *David regem suum.* Qua formula innuitur, israelitas conjungendos fuisse sub uno rcge ex Davidis prosapia oriundo; quo *Messiam spectari* nulla est dubitatio, ut pariter legitur Ezcch. XXXIV. 23; XXXVII. 24; Jerem. XXX. 9; hinc cbaldaeus paraphrastes haec verba cum iis, quae proxime praecedunt, ita reddidit: *Quaerent cultum Domini Dei sui, atque obedient Messiae filio David regi suo.* Ac talis est unanimis judaeorum omnium sententia. Cf. Rosenmuller, in loc. cit. Oseae, et Ezech.

[25]) Cf. De Rossi op. cit. cap. II. §. 25 et seqq. pag. 61 et seqq.

crimine tenori, quod omnibus commune ait, aive quod delictum sit multitudinis. Talia autem est punitio, quae totam judaicam gentem afficit, spectata praesertim publica ct ordinaria providentia, quam Deus erga hunc populum, licet gravissimis ac publicis criminibus idololatriae inprimis obstrictum, per tot saecula ostendit. Hinc in tota illa temporis periodo, quae a Moyse usque ad extremam Solymorum cladem intercessit, licet spectare correptionem patris animadvertentis in filios, cum toto illo tempore amor et gratia jugiter mitigaverint severitatem; ast in alia periodo, quae deinceps subsecuta est, omnia spectare licet signa Dei punientis reos ut judicis, quidquid de privata ac secreta ejus agendi ratione sit cum ejusdem gentis individuis.27

155. Ad 5. *D.* Quatenus populus, *C.* quatenus individua, *N.* Nam homines singillatim sumpti rationem reddent de peccatis propriis, ac propterea juxta diversam uniuscujusque mensuram quilibet a Deo poenam, quam fuerit promeritus, accipiet, ac pro majori vel minori malitia, qua divinae gratiae restiterit.

156. Ad 6. *D.* Cum se converterint verum Messiam agnoscendo, *Tr.* antequam convertantur, *N.* Transmisimus primum distinctionis membrum, cum nihil adhuc exploratum sit circa sensum, quo accipi debeant divinae illae pollicitationes, quae statum israelitarum spectant post ipsorum conversionem. 28 Alterum vero jure negavimus, cum divina oracula durationem dispersionis judaicae aperte protrahant usque ad generalem illorum conversionem. Quid postea de integra natione ad fidem conversa futurum sit, Deus novit.

Interim ex ipsius jugi conservatione non pauca emolumenta in Christianam religionem proveniunt. Inde enim habemus testes de Scripturarum V. F. ac praesertim vaticiniorum, quae Messiam spectant, authenticitate29;

27) Cf. Limborch. *Amica collât,* cap. 6. in resp. ad tertium scriptum Orobii, pag. 251 et seqq.

28) Huc spectant judaizantium hypotheses de regno millenario, quas denuo praeter nonnullos catholicos excitarunt protestantes non pauci. Cf. de hoc argumento Muzzarelli, *Dissert, selectae,* Romae anno 1807. editae, dissert, tertia, *De regno millenario Christi visibiliter conversantis in terra,* nec non P. Mamachii, *De animabus justorum* etc. tom. I. pag. 26 et seqq. Romae 1766.

w) Quod saepe animadvertit s. Augustinus, praesertim *Enarr. in Dsal.* LVI. n. 9. ubi inter cetera haec scribit: «Dispersi sunt per omnes gentes, nusquam habentes stabilitatem, nusquam certam sedem. Proplerea autem adhuc judaei sunt, ut libros nostros portent ad confusionem suam. Quando enim volumus ostendere prophetatum Christum, proferimus paganis istas litteras. Et ne forte dicant duri ad fidem, quia nos illas chrisliani composuimus, ut cum evangelio, quod praedicamus, finxerimus prophetas, per quos praedictum videretur quod praedicamus; hinc cos convincimus, quia omnes ipsae litterae, quibus Christus prophetatus est, apud judaeos sunt, omnes ipsas litteras habent judaei. Proferimus codices ab inimicis, ut confundamus alios inimicos. . . Codicem portat judaeus, unde credat Christianus. Librarii nostri facti sunt, quomodo solent servi post

vivnm inde ac juge documentum habemus divinae in nos misericordiae, ac severitatis et divinae justitiae injudaeos[30]; ineluctabile demum indo habemus testimonium divinitatis religionis christianae ac divinae revelationis ex jugi vaticiniorum adimplemento, quod mdli cavillationi ac subtilitati subeet incredulorum hominum.

CAPUT III.

DE JESU NAZARENO VERO MESSIA.

157. Si Messias jamdiu venit, quod hucusque disputata invictissime ostendunt, reliquum est, ut inquiramus, *quinam sit.* Hic autem alius esse nequit nisi ille unus, in quem tum epochae promissi Messiae a prophetis definitae, tum ejusdem characteres et notae apprime conveniunt, tum denique qui officia ac munia Messiae propria obivit. Hunc porro alium non esse, nec esse posse nisi Jesum Nazarenum, ostendere aggredimur. Cum vero Orobius et cum ipso Salvador contendant, jure Christum Jesum et ex legis praescripto fuisse ultimo supplicio affectum, cogimur propterea Christi causae vindicias sumere, ac simul ostendere, necem Christo illatam novum esse argumentum, quo Messiae nomen ac dignitatem eidem maxime competere evincitur.

PROPOSITIO I.

Jesus Nazarenus verus Messias est, in Scripturis promissus, atque a judaeis expectatus.

158. In Jesu Nazareno tria illa plenissime adimpleta sunt, quae nuper recensuimus, epochae, notae et munia promissi atque expectati Messiae. Ergo Jesus Nazarenus est verus Messias, in Scripturis promissus, atque a judaeis expectatus.

159. Ac primo quidem ad epochas quod attinet, et ex dictis liquet, istae omnes desinunt in urbis templique vastationem, ac cetera, quae eam subsequi debebant, sacrificiorum nempe ac sacerdotii cessationem, antequam plane tolleretur civilis potestas a populo judaico. Jam vero Christus Jesus eo tempore in mundum venit, fatiscente atque ad finem properante judaeorum republica, sub Herode, patre idumaeo ac matre ascalonitide natus.

dominos codices ferre, ut illi portando deficiant, illi legendo proficiant. .. Sic enim apparent judaei de Scriptura sancta, quam portant, quomodo apparet facies coeci de speculo; ab aliis videtur, ah ipso non videtur.* Et alibi passim eadem repetit.

[30]) Rom. XI. 22.

Venit circa exitum LXX hebdomadum Danielis, ita ut in fine hebdomadae LXIX. et initio hebd. I>XX. publicam sui fecerit manifestationem, ac in medio hujus postremae hebdomadis occisus sit1;! venit ante urbis ac templi direptionem, ac sacerdotii aaronici et legalium sacrificiorum cessationem, quae omnia paulo post ipsius mortem subsecuta sunt;| venit nempe ea aetate, qua constans apud hebraeos et vicinos fuit opinio, illis temporibus expectandum esse Messiam. 2 Ergo epochae promissi Messiae in Jesum evidenter conspirant.

160. Verum conspirant praeterea in ipsiun characteres et notae messianae. Jesus enim ex tribu Juda ac familia David originem traxitjJ e Virgine matre ortus, juxta Isaiam VU. 14 Λ,| atque in civitate Bethlehem, prout praedixerat Michaeas V. 2;| pauperem et humilem vitam vixit, juxta Zachar. IX magnus extitit thaumaturgus, quod rursum Isaias XXV. 6 et seqq. et alibi passim praenunciaverat;| quae quidem omnia vaticinia ad Messiam pertinere unanimi consensione judaei ipsi fatentur.4 Neci praeterea ipse a judaeis traditus est, ct eo quidem supplicii genere, quo ipsum occisum iri praenunciaverat David Psal. XXI, praesertim vero Isaias LUI ut alia praeteream vaticinia de ipsius resurrectione et gloria, quae post Raymundum Martini fuse prosequitur Huetius, *Demonst. erangelica,* prop. IX.5

161. Post Jesu repudium non solum desolata est civitas, templumque subversum,^sed ubique victimae cessarunt, cessavit et sacerdotium, novumque sacrificii genus a Christo Jesu institutum, oblatum statim est ubique terrarum per sacerdotes e gentibus conversis delectos, quae pariter omnia

*) Hoc tum ex dictis, cum ageretur de vaticinio Danielis, patet, tum clarius adhuc patebit ex inferius dicendis.

2) Cf. Jahn in cit. *Appendice hermeneuticae,* fasc. I. pag. 4. ubi recte observat spem venturi Messiae aetate Christi fuisse vulgarem, prout evincunt omnia illa novi foederis loca, in quibus referlur, Joann. Baptistam, Jesum et ejus discipulos, aunnunciantes appropinquare regnum coeli seu Dei, mox ab omnibus fuisse intellectos, quin ulla quaestio moveretur, quidnam istud sibi vellet. Nec solum generatim aliquando, sed etiam illa praecise aetate venturus expeclabalur promissus olim Messias, prout clare elucet ex evangelislis narrantibus, quod modo Joannes, modo Jesus a plerisque creditus fuerit Elias praecursor, quin etiam ipse Messias, Matlh. XVI. 14, 17; X. 13; Marc. VI. 15; VIII. 28; IX. 11,13; Luc. IX. 7. Non erat haec vaga plebis dumtaxat opinio, sed ipsum quoque supremum nationis tribunal, synedrium dictum, legatione missa ad Joann. Baptistam, eamdem sententiam prodit, Joann. L 19 — 28; cf. Joann. X. 24; Matth. XXVI. 63; Mare. XIV. 61. Insuper Simeon ille senex, eruditus et Rabbi celeberrimus, fortasse idem, qui in Thalmudc *justus* et pater Gamalielis salutatur, et a Flav. Josepho, *Archaeol.* lib. XIV. cap. IX. n. 4; et lib. XV. cap. L n. 10. sub nomine Sameas, ab acceptis divinis revelationibus laudatur,Luc. 11.25 -32. divinitus edoctus fuisse refertur, se adhuc vivente Messiam nasciturum. Ut reliqua documenta alias allata praeteream.

3) De hoc pariter vaticinio ex professo agemus in altera tractatus parte.

4) Cf. Schôltgenius, op. cit. *De Messia,* ad haec loca.

5) Cf. etiam Eusebius, *Demonstrat, evangel,* lib. IX et X.

a Daniele, Malachia, aliisque prophetis praenunciata fuisse de futuro Messia ostendimus.| Gentes autem omnes, per apostolos ad ipsas a Jesu Nazareno missos, ejuratis superstitionibus ac idololatrico cultu, non coluerunt deinceps nisi Deum Abraham, Isaac et Jacob; et ita Dei populus factae sunt, quae ante non erant ;| atque hoc pacto impletum est quod per Jacob Gen. XLIX. praedictum fuerat, aliosque prophetas locis antea commemoratis.

162. Haec autem omnia publicis factis ac documentis innituntur, quae nulla cavillatione eludi possunt. Cum igitur adamussim omnia, quae de promisso Messia praedicta esse vidimus, in Jesu Nazareno completa sint, juverit hanc propositionem concludere argumentatione ipsa, qua R. Nachmanides adversus Christianos usus est, in disputatione cum Paulo burgensi6: *Ego ostendam clarissime, neutiquam Messiam venisse. Non enim quispiam fuit,* ajebat Nachmanides, *qui, aliqua similitudine et specie veri, aut se ipsum Messiam profiteretur, aut Messias ab aliis fuerit appellatus praeter Jesum Nazarenum. Atqui Messiae nomen ac dignitas in Jesum Nazarenum conferri nequit; Messias igitur nondum venit.* Sic ille; nos vero cum cl. De Rossi, paucis mutatis, sic eandem argumentationem in rem nostram convertimus, et contra judaeos retorquemus; Messias jamdiu certissime venit; atqui nemo se ipsum dixit, aut cum aliqua similitudine et specie veri, Messias ab aliis appellatus et creditus est praeter Jesum Nazarenum; unus est igitur Jesus Nazarenus, cui Messiae nomen ac dignitas tribui jure optimo possit.7

f)

DIFFICULTATES.

163. I. Obj. Perperam christiani ex recensitis vaticiniis Jesum verum Messiam esse concludunt. 1. In primis enim ncc ipsi christiani doctores inter se consentiunt circa Jacobi vaticinium, quod alii esse intelligendum contendunt de regia dignitate permansura in tribu Juda usque ad Messiae tempora ; alii de suprema quadam potestate; alii de potestate legislativa, quae in synedrio resedit. Alii autumant respicere illud oraculum solam tribum Juda; alii ad universam israeliticam gentem illud extendunt. 8 Sed praeterea animadvertere juverit, vel longe ante Jesum. vel longe post ipsum, sceptrum a Juda ablatum esse. Etenim e Juda sceptrum recessit sub Nabuchodonosor, neque unquam illud Judae tribus recuperavit. 2. Nam judaei soluta captivitate servierunt regibus persarum, quibus tributa solvebant ex terrae frugibus aliisque pro-

·) Cf. *Disputat. R,* A*uehmunidis cum fratre Paulo,* apud Wagenseilium in opere, cui titulus : *Tela ignea satanae,* tom. II. pag. 40.

Op. cit. cap. 7. pag. 164.

") Cf. Alfonso Nicolai, S. J. *Lez.* CH. *sui Genesi,* ubi mira brevitate et eruditione, diversas recenset et expendit Christianorum expositiones de vaticinio jacobaeo.

Λ

ventibus, ut ex II. Esdr. IX. 37. constat; servierunt deinceps graecis; excusso demum graecorujn jugo, sub potestate fuerunt assamonaeorum, qui erant ex tribu Levi, usque ad Herodem, sub quo Jesus natus est. 3. Qnod si contendunt christiani, sceptrum etiam post captivitatem in tribu Juda perseverasse, tunc nihil pariter ipsi evincent ex Jacobi vaticinio, cum exploratum sit, longe post Jesum sceptrum judaeos retinuisse. Certum enim est, Herodem non alienigenam, sed judaeum tum religione tum origine fuisse, prout testatur Josephus, *Archaeol.* lib. XX. cap. VI. ubi eum aperte dicit *judaeorum genere prognatum.* 9 Quare Scaliger, ut observat etiam Valesius10, abunde docuit, in notis ad Eusebii Chronicon, Herodem non fuisse alienigenam. Nihil igitur pro Christianorum causa ex Jacobi vaticinio extundi potest

164. **Resp.** *Neg. antec.* Ad 1. probat. *D.* Christiani doctores inter se non consentiunt circa modum seu rationem exponendi jacobaeum vaticinium in nonnullis accidentalibus, *C.* circa rei ipsius substantiam, A. Omnes enim in eo conveniunt interpretes christiani (si nonnullos judaizantes protestantes seu rationalistae excipias, quibus *quidlibet audendi semper fuit aequa potestas),* ut tum jacobaeum oraculum ad Messiam referant, tum in Christo Jesu adimpletum illud esse contendant. Multiplex igitur Christianorum doctorum hujus vaticinii expositio non aliud evincit, nisi plures adesse vias ad judaeos refellendos; cum vero aliae aliis probabiliores sint, suisque probentur auctoribus, non est cur de una potius quam de altera solliciti simus.

165. Nobis tamen vehementer probatur illa, quam doctissimus Petavius sequitur. Censet autem sceptri nomine supremam potestatem a Jacob significari, quae in tribu Juda jugiter permansura erat usque ad Christi adventum. Etenim haec tribus in eo differt ab aliis, quod numquam dissoluta fuit, sed unum semper, ut ita dicam, corpus constituit licet diversas vices ac regiminis diversas formas subierit, diversosque duces ac principes nacta sit.11 Haec porro expositio magis conformis videtur contextui et rerum eventibus, commodior praeterea est ad judaeorum tricas dissolvendas.

Hac enim posita, jam ruit sponte sua, quod ex captivitate babylonica atque ex regno persarum et graecorum, multo vero magis ex assamonaeorum regimine secundo loco objiciebatur. In unum enim corpus semper coaluit tribus Juda, ac propriis legibus institutisque usa est, ut jure inde inferamus, supremam potestatem apud tribum Juda stetisse, quae reli-

') To *γένο Ιουδαίον.*

,0) Valcsius, in not. ad cap. 6. lib. I. *Hist. eccl.* Eusebii.

") De Incarnat, lib. XVI. cap. 8. Cf. etiam Tourneminii egregia dissertatio de jacobaeo vaticinio, ex trevolliensibus ephemeridibus mens. Mart. ann. 1705, art. XLV. qaam latinaro reddidit atque vulgavit P. Zacharias, in append, ad librum XVI. Petavii de Incarnatione.

quis tribubus, hac illae dispersis, non obtigit. Praedictiones autem Jacobi respiciebant fata domestica, ac propterca relativa erant, seu dicta per comparationem ad ceterarum tribuum eventa.12

166. Ad 3. *D.* Id est ad Christi adventum non omnino desiit, *Tr.* non ita imminutum fuit, ut ad interitum festino gradu non properaret, donec paulo post omnino desierit, A. Ut enim animadvertit Petavius, cum agitur de imperiorum regnorumque eversionibus, non uno temporis momento eas perfici necesse est, neque ita intelligenda esse vaticinia, quae eas praenuntiant, sed morali quadam latitudine ac per quaedam intervalla et per gradus, prout in casu nostro accidit. Ablatio enim illa aliquanto ante Christi ortum inchoata tempore, ac deinde progressa, tandem in templi et urbis excidio, Vespasiano imperatore, perfectum habuit exitum.13

167. In data expositione patet, parum referre ad jacobaei vaticinii veritatem, criticam disquisitionem, utrum Herodes inquilinus fuerit, an alienigena. Exploratum tamen est apud eruditos, Herodem origine idumaeum fuisse, neque ulla jam contentio est. Wrba citata non sunt historici Josephi, sed judaeorum cum syris altercantium, uter populus prior et potior haberetur in civitate Caesarea. Josephus enim iterum iterumque affirmat. Herodem idumaeum esse, immo confutat Nicolaum damascenum, qui ex assentatione Herodem judaeorum genere satum asserebat. l*

'*) Cf. Petavius, *Rationarium temp.* part. IT. lib. TIL cap. 16.

'') CT. loc. cit. *De Incarn.* cap. 6. §. 5 et seq. ubi inter cetera illud recte animadvertit cl. vir: «Non esse patriarchici illius oraculi mentem, ut tempus praecise designet, quo Messus affuturus est, ut eodem momento, quo illud evenerit, quidquid tandem est, quod futurum ante praedicit, Messias accedat. Hoc enim in nulla prorsus vaticinii illius interpretatione constat. Verum ita inlelligendum hoc est, ut cum illa, quocumque tandem interpretere modo, praecurrentis signa extare videris, tum scias, Messiam jam in mundum venisse, ut a posteriori sumptum indicium, antecedentis rei faciat fidem. Prius enim Messias venturus dicitur, quam ab Juda sceptrum recedat. Simul illud repetendum est, quod alibi monui : prophetiarum eventa non una aliqua temporis particula circumscribi, sed paulatim evoluta compleri. Sic istud ipsum, quod Jacob edidit, de auferendo sceptro, pedetentim est impletum. Ac quemadmodum homo, quamdiu spirat, et cum morte luctans sensim deficientem trahit animam, vel mori vel vivere dicitur, sic ablatio sceptri, et judaicae communitatis, ac *πολιτεία* extinctio paulatim est expleta."

'') Sic enim ex propria sententia de Herodis origine scribit Josephus, *Archaeol.* lib. XIV. c. 1. p. 683: *Ιδουμαιο Αντίπατρο .... Νικόλαο μέντοι φηϋίν ὁ δαμασκηνό , τούτον είναι γένο εκ των πρώτων ίουδαίων, των εκ Βαβυλώνο ει την Ιουδαίαν άφικομενων ταύτα δέ λέγει χαρισάμενο Ηρώδη τώ παιδί αυτού βαΟιλεϊ Των ίουδαίων εκ τύχη τίνο γενομένω.* Id est: «Idumaeus Antipater, quamvis Nicolaus damascenus hujus genus deducat a primariis judaeorum, qui a Babylonia in Judaeam reversi sunt. Sed hoc dicit gratificans Herodi ejus filio quem fortuna ad judaeorum regnum evexit." Recte propterea Eusebius, *Hist. eccl.* lib. VI. cap. 6. affirmat, idque auctore Josepho, Herodem fuisse *gentis* judaicae alienigenam, *τό γένο αλλόφυλον.* Plura vid. in *Chronico* et *Demonst. evang.* lib. VHI. cap. 1. Cf. Christ. Noldii, *Historia Idumaea, seu de vita et gestis*

168. II. Obj. Omnia incerta sunt in vaticinio Danielis. 1. Christiani ipsi mirifice inter se disceptant circa initium perinde ac circa exitum harum hebdomadum. 2. Quia propterca sibi persuadeat, Jesum Nazarenum in medio septuagesimae postremae hebdomadis mortem obiisse, prout contingere debuisset juxta Danielis vaticinium? 3. Sed neque adimpleta sunt, quae in eodem oraculo de Messia praenunciantur. 4. Nam neque in dimidio hebdomadis defecit hostia et sacrificium; neque sub ipso deletum peccatum est, et sublata iniquitas, vel adducta justitia sempiterna, cum tam late hodie pateat iniquitas ac ante Jesu adventum. 5. Nuspiam praeterea legitur, Jesum aliquando inunctum fuisse. Cum igitur hebdomadarum exitus cum eventu non collineet, adjuncta vero vaticinii minime adimpleta esse constet, jure infertur, Danielis vaticinium in Jesu Nazareno haud esse completum.

169. Reap. *Neg. Ant.* ad 1. probat. *D.* Ita tamen ut omnes consentiant, duos terminos *a quo,* et *ad quem* intra utriusque templi destructionem in vaticinio contineri atque concludi, perinde ac judaei ipsi fatentur15, *C.* in supputationibus chronologicis, Tr. Circa duos recensitos terminos vix ulla est controversia. Tota propterea disceptatio versatur circa determinationem horum terminorum, prout subjiciuntur supputationibus chronologicis. Jam vero communi calculo nunc probatur, *terminum a quo* prophetiae Danielis initium capere ab edicto, quod Artaxerxes dedit anno regni sui, de reaedificanda urbe, Nehem. II. 8, 18; collât. Dan. IX. 25; nam usque ad id temporis murus Jerusalem dissipatus erat et portae ejus iorni combustae, Nehem. I. 3. Praeterea omnes chronologi concordes in eo sunt, quod Xerxes, Artaxerxis pater, regnare coeperit anno 485. ante Christum, Artaxerxes vero mortuus sit anno ante Christum 423; igitur ab initio regni Xerxis ad mortem Artaxerxis fluxerunt anni 62; si ab his annis demas annos 11, quibus regnavit Xerxes, patet regnum Artaxerxis durasse annis 51, et hunc regnare coepisse anno ante Christum 474. Datum est autem edictum ab Artaxerxe anno XX. regni sui. Ergo hebdomades Danielis decurrere coeperunt anno 455. ante Christum. Porro hic annus incidit in annum 299- Urbis conditae. Hinc si ineamus calculum LXX hebdomadarum ab anno XX. Artaxerxis et Urbis conditae 229, habebimus finem hebdomadis LXIX, nempe anno 483, et initium hebdomadae septuagesimae anno Urbis conditae 782, qui est Tiberii imp. annus 15; sed hic

Herodum diatribe, ad calccm II. volum. operum Joscphi, pag. 333. edit. Havercamp. Adversus Scaligerum et Vaiesium vid. Petav. in *Rationar. temp.* part. I. pag. 193. nec non Nic. Serarius S. J. adversus Scaligerum in diss. *Herodes,* in *Thesauro antiq. juti.* Ugolini, tom. XXIV. pag. 898 et seqq.

,J) Cf. Raym. Martini, pag. 282 et seqq. De Rossi, op. cit. cap. 3; recolantur superius dicta.

annus ex Lue. ГП. 1. est annus publicae manifestationis Christi, ac propterea. quod consequens est, anno tertio cum dimidio, seu in medio septuagesimae hebdomadis occisus est Christus, defecit hostia ct sacrificiuni, deletum est peccatum, et adducta justitia sempiterna per ejus mortem.16

170. Ad 2. **Resp.** Immo facile hoc est ostendere ex modo dictis; etenim si ab anno XX. Artaxerxis, in quo constituimus terminum *a quo,* ad publicam Christi apparitionem, quae ex Luc. III. 1. incidit in annum XV. Tiberii, seu annum ab Urbe condita 782. numeremus annos 483, patet hanc apparitionem dissitam esse ab anno XX. Artaxerxis spatio LXIX hebdomadum. Porro Christus, ut colligitur ex Joanne, qui quatuor a Christo celebrata paschata commemorat17, evangelium suum praedicavit per annos

'*) In hac supputatione assumitur, Artaxerxem regnare coepisse anno ante Christum 474. et Xerxem ejus patrem regnasse annos 11. Plura autem sunt argumenta tum directa tum indirecta, quae id suadent, quaeque nos vix innuimus, ne prolixiores simus.

Directa sunt: 1*. Ab anno 11. regni Xerxis nihil habetur in Scripturis et historicis de ipso. Ctesias, cap. 28. refert exiguum aliquod factum, quod accidit paulo post bellum graecum. 2°. Duplex habemus testimonium, quo reditus ejus ex Graecia et mors arctissime conjunguntur. Aelianus, Far. *hist.* lib. XIIL cap. 3; et Justinus, lib. III. cap. 1—3. Cum 11 annis regni Xerxis convenit aetas Artaxerxis, quam ei assignat Justinus, loc. cit. nempe 68 annorum, cum mortuus est. Juxta plura et gravia testimonia pax problcmatica cimonica post praelium ad Eurymedonem 470. anno ante Christum inita est. Ast haec pax inita est cum Artaxerxe; ergo initium ejus regni ante 470. ponendum est

Argumenta indirecta: 1°. Initium regni Artaxerxis juxta Thucydidem incidit in tempus brevi praecedens fugam Themistoclis in Asiam; cf. *Hist.* cap. 137. et Charon e Lampsaco apud Plutarchum in vita Themistoclis, cap. 27. Annum vero fugae Themistoclis dat nobis Cicero, *Lael.* cap. 12. scribens: *Themistocles fecit idem quod* 20 *annis ante apud nos fecerat Coriolanus;* atqui Coriolanus fugit ad Vokcos anno 263. ü. C. nempe anno 492. ante Christum; ergo fuga Themistoclis anno 472. contigit. Themistocles autem venit ad Artaxerxem. Ergo. 2°. Diodorus siculus, lib. XL cap. 55. fugam Themistoclis ponit in Olymp. 77- 2. scii. 471. ante Christum; Eusebius eam ponit ad Olymp. 77. 1; ergo fere coincidunt. 3°. Tota series rerum a Thucydide relata nos cogit, ut ejus fugae tempus statuamus non infra annum 473 etc.

Haec aliaque argumenta non pauca quisque recolere poterit apud Hengstenberg, op. cit. tom. IL part. 1 et 2. pag. 541 et seqq. Petavius tamen, *De doctr. temp.* lib. X. cap. 26 et seqq. aliam inivit viam ad conciliandos historicos, contendens annis 10 Artaxerxem regnasse cum Xerxe ejus patre. In hac vero hypolhesi eumdem finem obtinemus. Cf. ibid, et lib. XII. cap. 32 et seq. Cf. etiam *Hist, de l'Acad. des Inscriptions,* tom. XXXI. *Eclaircissemens sur les règnes de quelques rois de Babylone et de Perse,* par M. Gibert, pag. 29 et suiv. turn pag. 51. *Nouvelles observations sur Γannée des anciens Perses,* ejusdem auctoris, qui in eo convenit cum Petavio, ut tribuat Xerxi regnum 20 vel 21 annorum.

'') Primum quidem cap. II. 13, fere statim ac Christus Dominus in publicum prodiit; alterum cap. V. 1, ubi probaticae piscinae meminit. Sub nomine quidem *festi diei* tantum illud designat; verum *festus dies,* Matlh. XXVI. 5; Marc. XV. 6; Luc. XXIП. 17, per antonomasiam pascha nuncupatur. Praeterea cum Galilaeam petens, Samariam venisset, quatuor mensium intervallo messes aberant, Joann. IV. 35. Profectus inde in Galilaeam, Hierosolymam ad

tre.s cum dimidii», donoc scilicet in dimidio septuagesimae hebdomadis neci traditus est. Mac autem hebdomada septuagesima confirmatum est pactum inultis, tum Chriiti Jcsu praedicatione et rnorte, tum praedicatione apostolorum in tota Judaea; ac propterea omnia ad amussim completa cernuntur, quae de Messia praedixerat Daniel.

171. Ad 3. *D.* Facto, *C.* jure, *N.* Cum enim levitiens cultus non esset nisi figura cultus inducendi per Messiam, et sacrificia levitica non essent nisi adumbratio sacrificii a Messia per mortem suam offerendi ac consummandi, apertum est, quod veniente *figurato,* sive *re,* figurae et umbrae cessare debuerint. Cum vero mors Christi, ut ex dictis patet, in medio septuagesimae hebdomadis contigerit, hoc ipso foedus antiquum per mortem Filii Dei abrogatum est, et cessavit sacrificii levitici cultus quoad suum *esse intrinsecum,* in dimidio ipsius hebdomadis. Parum vero interest, quamdiu adhuc duraverint sacrificia illa quoad actionem externam, quae tamen paulo post et ipsa omnino desiit. Haec abrogatio legitima per veli scissuram manifestata satis fuit.

172. Ad 4. *Dist.* Si Daniel loqueretur de ablatione peccati subjectiva, *Tr.* vel *C.* si de objectiva, A. Porro Daniel hic loquitur de remissione peccatorum omnimoda concedenda per Dei misericordiam, tamquam de dono Dei ob mortem Christi, cum qua ejusmodi remissio connectitur, perinde ac justitia sempiterna adducenda velut fructus ejusdem mortis. Nempe causa patefit tum remissionis, seu veniae peccatorum humani generis, tum sanctitatis adipiscendae ab ipsis hominibus per Christi mortem eodem sensu, quo Is. LIII. praenunciata fuerant. Quanam autem ratione homines singuli subjective bona haec consequi debeant, hic non exponitur, sed aliunde peti debet·. Nec enim, adveniente Messia, aut tollenda ratio meriti in bonis operibus, aut peccandi potentia erant, quod nullibi legitur, quin potius contrarium supponitur Is. LXV. 20. et alibi passim, quod nec ipsi judaei diffitentur.18

.fl ›u h:r· Hit ton <»:. .ıιηκπi .1 H üil»

festum reversus est; nullum hoc temporis intervallo, praeter-pascha, festum occurrit; quare Irenaeus de paschale sermonem esse docet, lib. II. cap. 22. n. 3. edit. Massueti. Tertium pascha cap. 6. 4, non mullo post celebratum a Christo est, quo ingentem multitudinem paucis, qui praesto erant, panibus ac piscibus multiplicatis aluerat. Ultimum cap. 13. 1, pridie mortis suae.

Is) Cf. Schôttgenius, *De Messia,* lib. VII. cap. 2. §. 15 et seqq. Unum vel alterum speciminis gratia, testimonium afferamus: *Targum* Is. LIII. 4, 5, 6, ubi vi verborum cap. LIII. 13, expresse de servo Dei Messia sermo esi: ..Pro peccatis nostris ille deprecabitur, et delicta nostra in ipsum immissa sunt ... et ille vulneratus est pro peccatis nostris, traditus pro iniquitatibus nosiris; et per castigationem ejus pax multa erit super nos, -et, si audiamus verbum ejus, peccata nostra nobis remittuntur... et coram Deo beneplacitum est, ut remittat peccata propter eum.“ In *Jalkut Rubeni,* ibi. 30.4; et *Alschech,* adIs.LII. 13. ITuTJ 7|Γ)1&Π nfoty /ΣΤΟ, *Messias portat peccata'israelitarum.* In *Schemoth rabbà,* fol. 112. 3: *Dixit Deus, sit benedictus, ad israelitas:* Vos *fecistis mihi oper-*

173- Ad ά. *D.* Unctione materiali, C. spirituali et mystica, A. De spirituali autem Messiae unctione, quae consistat in effusione donorum Spiritus Sancti ipsi facta, ut suum mimus impleret, loqui Dnniclem, planum fit ex Psal. XLIV. 8: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae*, et Is. LXI. 1: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me*·, *ad annuntiandum mansuetis misit me* etc. Quae cum de Messia exponant ipsi judaei, patet, qua ratione accipi debeat Messiae unctio, et in quo praecise consistat. Cf. etiam Is. XI. 1 et seqq. Haec autem unctio in Jesu contigit in ipsa Incarnatione per assumptionem humanitatis in consortium divinae personae, ut suo loco exponemus, ac denuo manifestata est publice in ipsius baptismo.

174. III. Obj. Saltem Aggaei et Malachiae oracula in Christo Jesu adimpleta non sunt. 1. Uterque enim propheta loquitur de adventu Messiae ad secundum templum, nempe zorobabelicum; Christus vero non venit nisi ad tertium ab Herode extractum, quodque propterea herodianum dictum fuit. Herodes siquidem illud e fundamentis erexit, sublatis prioris templi fundamentis, prout refert Josephus, *Antiquit.* lib. XV. cap. XJ. η. 1. ubi scribit: *Tunc igitur decimo octavo anno regni Herodis post ea facta, quae superius dicta sunt, arduum opus aggressus est., ut Dei templum sua opera aedificatum iret, eique ampliorem ambitum daret, et in altitudinem magnificentissimam erigeret. Itaque biennio postquam materiam praeparasset* (prosequitur n. 3.)j *sublatis veteribus fundamentis, et jactis aliis, super eis templum erexit.* 19 2. Deinde juxta eosdem prophetas Messias, venturus in secundum templum, *Desideratus* dicitur *cunctis gentibus:* at vero omnes gentes insurrexerunt adversus Jesum. 3. Denique intra *modicum* tempus ac *statim* venturus promittitur; quingentorum porro annorum spatium fluxit a zorobabelici templi constructione ad Christum Jesum; nemo autem talem annorum

culum, expiabo peccata vestra, nempe tempore Messiae etc. Non omnes autem fruituros esse hac peccatorum expiatione, sed eos solum, qui Messiae adbaercbuut, ei obediendu, liquet ex *Sanhedrin,* fol. 38. 2, ubi legitur: *sic est, colito illum, seu, ne rebelles ei, vel etiam, ne rebelles mihi in eo,* EX fcttir kS p· Si enim sic est, non auferet peccatum vestrum. Respondit rabbiuus: Fides est in manibus, sed tamen cum tamquam legatum suscipere noluimus.- Cf. etiam Raym. Martini, in *Pugione fidei,* part. III. dist. 1. cap. 3. §- 5.

Ex his porro aliisquè prope innumeris judaeorum testimoniis, quae afferri possent, patet, non alio sensu a Messia peccata fuisse delenda, et adducendam justitiam, quam quod per mortem ac merita sua obtinere debuerit hominibus eorum remissionem, tum quoad culpam, tum quoad poenam, ea tamen lege, ut per fidem et bona opera eadem merita sibi applicent, quod suo loco ostendunt theologi.

19) *Tore γούν όκτωκαιδεκάτου τή Ιρόôου βαΟιλεία γεγονότο ενιαυτού, μετά τά προειρημένα πράίει, έργον ού τό τυχόν έπεβάλετο, τον νέων τού &εού ‹ϛι αυτού καταΟκευάϋαϋΟ-αι. μείζω τε τόν περίβολον, καί προ ύψο άξιοπρεπεϋτατον έγείρειν... άνελών τού αρχαίου θεμελίου, καταβαλόμενο ετέρου, επ' αυτών τον ναόν ήγειρε.* Pag. 777. edit. Havercampi.

eeriem dicct *modicum* aut imminentem eventum. 4. Adde, nullam, adveniente Jesu, coeli terraeque commotionem contigisse, qualis ab Aggaeo praenunciatur. Ergo.

175. Reap. A. *A.* Ad 1. probat., *N.* Etsi enim daremus, quod tamen non pauci eruditi negant[20], herodianum aedificium novam fuisse templi molitionem, attamen neque spectata rei natura, neque in sensu religioso ac populari *tertium* templum vocari potest, quod ab Herode excitatum est Ac 1°. quidem spectata rei natura; etenim Herodes nonnisi destructo per partes veteri aedificio novum molitus est, ideoque juge semper perseveravit sacrificium. Ipsa Herodis intentio postulavit identitatem templi sui cum zorobabelico; hinc per partes singulares diruebat et aedificabat.[21] 2°. Ex consuetudine loquendi historica, ~omninoque populari, templum illud *secundum* et fuit et recte appellatum est, ac propterea ab ipso Josepho saepe saepius herodianum opus *instauratio* templi nuncupatur. 3°. Templi *novi* nomen in sensu religioso (non architectonico) tale templum requirit, cujus aedificatio incidat in novam periodum historiae theocraticae, ita ut haec nova periodus per novum templum exterius repraesentetur; quare receptum est apud hebraeos, ut templum secundum vocetur totum illud aevum, quod a Zorobabele ad Vespasianum protenditur. Hinc pariter rabbini templum, a Messia juxta ipsos excitandum sub mundi finem, *tertium* appellant, et secundum templum decennio diutius quam salomonicum stetisse contendunt.[22] Demum exploratum est illis temporibus omnes in expectatione Messiae fuisse. Quacumque ex parte propterea res ista spectetur, patet, in Christo Jesu haec vaticinia fuisse completa.[23]

176. Ad 2. *D.* Quamdiu ipsaS latuit, quinam fuerit, C. cum ipsis innotuit, *N.* Nam, ubi primum Christus Jesus praedicari coeptus est, non modo innumeri prope homines in ipsum crediderunt, ut constat ex celerrima evangelii propagatione per universum terrarum orbem, verum etiam

[19]) Cf. Salianus S. J. *Annales ecclesiastici* V. *T.* tom. VI. fol. ad annum 4035. π. 5 et seqq. nec non Harduinus, *J)e nummis Herodiadum,* in notis ad annum U. C. 734. Inter *Opera selecta,* Amslelod. 1709.

[20]) Cf. L A. Ernesti, *Progr. de templo Herodis M. ad Agg.* II. 10, *et Josephs Antiqq. judd.* lib- XV. cap. 9. in *Opuscnl, philology, critt.;* pag. 347 et seqq. edit, sec. Lugd. Batav. 1776, qui, etsi contendat Herodem, destructo per partes veteri templo, illud cx integro ab ipsis fundamentis reaedificasse, attamen, ut componat vaticiniam Aggaei cum Messiae adventu ad templum herodianum, animadvertit, in consuetudine loquendi historica ac populari, templum, ab Herode per partes destructum restilutumque a priori non distingui, quod judaei a Chaldaea reduces extruxerant, sed nomine atque appellatione cum eo confundi. Cf. etiam Hengslenberg, *Christologia* V. *T.* etc. part. III. pag. 367 el seqq. Berol. 1835.

[21]) Cf. Th. Goodwini, *Moses et Aaron, cum notis Hottingeri,* in *Thesauro* Ugolini, tom. III. pag. 168. not. 19.

[22]) Cf. Raym. Martini, part. II. cap. 9. §. 12 et seqq.

eo amore erga ipsum exarsere, ut non dubitaverint pro eodem sanguinem ac vitam profundere, ut suo loco ostendimus.24

177. Ad 3. *D.* In se, *Tr.* relative, seu respectu totius praeteriti temporis, quo expectants est Messias, A. Saepissime autem prophetae de brevi temporis spatio usque ad adventum Messiae loquuntur, ut Is. X. 25; XL et seqq.; Jerem. XXX. 3; quo sensu pariter Malachias usurpavit illud *statini,* hebr. quod vatum hebraeorum, non nostro more, sed prophetico, dictum fuisse, ex Dan. VII; Ezecli. IV. 3; Pe. LXXXIX. 4. patet.25

178. Ad 4. *D.* Qualem sibi judaei fingunt, *C.* in sensu prophetae, A' Sensus enim verborum Aggaei non aliud prae se fert nisi ingentem universitatis rerum mutationem, seu immutationem totius naturae, quae in adventu Christi reipsa contigit per tot miracula in Christi nativitate, ac vitae ipsius serie et morte, in descensu Spiritus Sancti sub visibili symbolo, tum in religionis christianae promulgatione patrata, per reipublicae judaicae interitum ceterasque innovationes ex religione Christiana in mundum inductas20; quo sensu Deus, Is. LXV. 17, et LXVI. 22. dicit, *se novam terram producturum.*

179. IV. Obj, 1. Intelligi nequit, qui factum fuerit, ut in tanta

N) Tract. *De vera relig.* part. I. n. 369 et seqq.

“) Cf. Scheibel, *Observait, critt. et exegett. ad vaticinia /faggaei et Malach.* pag. 36.

M) Dan. Tobenz, opera omnia, torn. 7. in nota ad locum ad Hebr. XII. 26: *Verba ista,* inquit, *leguntur Agg.* II. 7. (Hebr. VI.) Ast haec citatio est secundum LXX. In hebraico habetur: *Adhuc unum modicum, et ego commovebo* etc. Sed textus hebraicus potest quoque sic verti: »Adhuc semel (seu modicum durabit) ct ego commovebo. Per commotionem coeli et terrae hic innui videntur regnorum subversiones, quae inter hanc prophetiam Aggaei et adventum Messiae evenerunt: videlicet imperii persici destructio per graecos, regni graecorum per romanos, reipublicae romanae per Augustum. Ast scopus Pauli manifeste exigit, per hanc commotionem coeli et terrae intelligi naturae totius immutationem, hoc est, miracula in promulgatione rehgionis christianae facta, idololatriae eversionem, status judaici interitum, Christianorum persecutiones, eorumque constantiam, ceteras-

que innovationes per religionem Christianam mundo inductas. Facit enim oppositionem, dicens, in promulgatione veteris legis tantum terram, hoc est, montem Sina, motam fuisse : in promulgatione vero novae, non terram tantum, sed coelum quoque concutiendum, hoc est, majorem rerum conversionem inducendam esse, ac tunc fuerit. Unum igitur de tribus dicendum, *vel,* quod iste solus sit verus horum verborum seusus, adeoque per hanc commotionem non inlelligantur regnorum subversiones Messiae adventum praecedentes, *vel* quod utrumque iis designetur .. . *vel* quod textum Aggaei Paulus scopo suo accommodant* Hoc postremum membrum systemati protestantico *accommodationis* relinquendum est. Eodem enim sensu, quo Paulus exponit Aggaei vaticinium, illud accepisse veteres hebraeos ostendit Du Voisin, in *Observe. in prooemium Pug. fidei,* pag, 166. quem consule. Sic pariter falsitatis arguit Rosenmùlleri interpretationem R. Abarbanel, *Comment, in Hagg.* quaesi. IV. cujus integer textus prostat loc. cit. Th. Goodwini, seu potius Hottingeri.

vaticiniorum luce, qualem christiani comminiscuntur, judaeorum primores atque doctores, synedrium universum atque pontifices messianam dignitatem in Jesu minime agnoverint, sed ipsum repudiaverint ac morte multaverint. Magnum sane praejudicium hoc esse contra Christi causam, nemo est qui non agnoscat. 2. Quod si illi, quos vehemens incendebat Messiae desiderium, qui euin summopere exoptabant, quibus longe melius perspectus erat divinorum oraculorum sensus, ante quorum oculos omnia illius aetatis adjuncta et Clu-isti facta obversabantur, diversum adeo judicium tulerunt, concludamus neccsse est, in Christo Jesu messiana vaticinia nullo modo esse adimpleta. Quod vel ipsa sua agendi ratione christiani patefaciunt 3. Etenim, ut Messiae dignitatem in Jesiun conferant, quaecumque in antiquis oraculis dc humillima et afflicta futuri Messiae conditione dici videntur, litterali sensu accipienda esse contendunt; in universum vero quae de Messiae gloria ac triumphis in iisdem exhibentur, sensu mystico, ut ajunt, et spirituali, seu improprie et allegorice exponere coguntur. 27 4. Porro contraria omnino ratione rem se habere, vel levis oraculorum messianorum inspectio et veteris synagogae sensus traditionalis cuilibet suadebunt. 5. Ubicumque enim, sive in Psalmis sive in prophetarum libris, de Messia agitur, semper nobis proponitur imago potentissimi regis, felicissimi herois, gloriosissimi reipublicae restitutoris, coloribus ab imperii davidici aut salomonici flore regumque orientalium pompa sumptis, depicta, varieque et mirifice ornata. Si jampridem de Messia passuro et morituro constiterat inter prophetas, qui tandem factum est, prout scite advertit Rosenmüller aliique cum ipso28, ut omnes altum de eo silentium servarent, et, quum toties ejus gloriam cecinissent, vix obscure in uno vel altero loco prioris humilitatis ejus ac miseriarum mentionem facerent? 6. Ponamus autem, rere in quibusdam oraculis antiquis Messiam patientem et moriturum clare

w) Ita fere Orobius in II et III *ad Limborchium Scripto,* §. 4 et seqq.

") Praenotat, ad cap. 52. *Isaiae,* part. III. vol. III. edit. sec. pag. 329 et seq. et cum ipso De Wette, *Comment. De morte Christi,* IV. pag. 29 et seqq., Berol. 1813; Eckermann, *Theologische Beitriige,* seu *Collationes theolog.* vol. I. fasc. 1. pag. 192 el seqq. Dr. Georg Paulus, *Memorabil.* III. pag. 175—192, et in sua *Clavi in Isaiam,* ad hunc locum; Doderlein, *Praef. et not.* ad edit. 3 vers. Isaiae; Schuster, *Comment, in Is.* LIL 7; LIU. 12; Bertholdt, *Christolog.;* Gesenius, aliique rationalistae passim. Qui tamen diversas vias inierunt; alii siquidem existimant, in utroque capite agi de universo populo judaico, tamquam persona morali; alii de meliori tantum et proba populi parte pejoribus et improbis oppositа; alii censent quidem singularem personam esse sermonis objectum, sed banc vel Mosem esse, vel regem Oziam, vel Josiam aut prophetam ipsum Isaiam aut Jeremiam. In hisce interpretationibus plures jam praeiverant judaei interpretes ex iis, qui post Solymorum excidium scripserunt, quorum antiquissimus occurrit apud Origenem, *Contr. Cels.* lib. I. n. 55. pag. 370. tom. I. opp. edit, maurin. Cf. Danz, *De Lytro redempt. human.* §. 4. in Meuscheni .V. *T. ex Thalmude illust.* pag. 838.

et perspicue; tum vero haud intelligitur, cur aetate Christi judaei et apostoli ejus rei tam parum meminissent, ut apud eos, spei Messiae cum gloria et potentia regnantis unice deditos, ejus humilitas et miseria haberet maximam offensionem. 7. Post ejus mortem demum evimgelistae et apostoli nonnulla ejusmodi vaticiniorum dicta ad Jesum retulerunt, 8. quae tamen proprie non spectant nisi ad integrum populum judaicum, quem passim prophetae per prosopopoeiam velut personam moralem exhibent patientem, afflictam, morti traditam, ut Isaiae LUI et seq. Ergo.

180. **Resp.** Ad 1. *D.* Nisi perspecta esset illius populi indoles ac perpetua agendi ratio cum viris sanctis atque prophetis suis, *C.* hac supposita, xV. Jam vero tempus deficeret ei, qui vellet cuncta recensere, quae de rebelli et contumaci illius populi indole et agendi ratione cum Deo ejusque ministris refert historia, eique exprobrant prophetae. Non solum enim vocatur populus incircumcisus auribus et corde, Deum exteriori rituum apparatu colens, dum corde ab eo alienissimus est; sed praeterea constat, in Mosem liberatorem et thaumaturgum saepius eum insurrexisse, et adversus Davidem mitissimum regem facta rebellione arma sumpsisse; vexationibus, injuriis, contumeliis prophetas passim lacessisse, notissimum est. Quare Jeremias Π. 30: *Devoravit,* inquit, *gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator;* qui praeterea conqueritur cap. XI. 19. quod se ipsum ejusmodi populus, quasi agnum mansuetum, ad victimam duceret; innocentem se acerbissima quaeque ab eo pati profitetur, XV. 10, 21; judicio iniquo plus semel condemnatum fuisse, cap. XVIU. 18 et XXXVH. 15 et seqq., XXXVIII. A Manasse eo numero interfecti prophetae exhibentur, ut eorum sanguine publica civitatis loca redundarent, IV. Reg. XXI. 16. Nehemias inter peccata, ob quae judaei e terra sua ejecti fuerant, cap. IX. 26. et illud numerat, quod vates a Deo missos, a quibus ut resipiscerent, admonebantur, interfecissent Quid mirum igitur, si populus iste, si ipsius pontifices, qui Jeremiae falso crimine mortem machinati sunt, si synedrium, quod praesertim Christi aetate ex hominibus constabat nutu potentium delectis et cooptatis, quid mirum, inquam, si homines ejusmodi, arrogantia tumidi, ambitione et avaritia insatiabiles, in furorem acti fuerint conspecto homine, qui sanctissima praecepta adferens, vitam ipsis suam sola diversa vivendi ratione exprobrabat, et, majorum suorum exempla sectati, ipsorum mensuram impleverint? Hinc patet non majus praejudicium causae Christi inferri ex judaeorum ipsorumque pontificum repudio, quam quod tot sanctissimis viris attulerint machinationes et neces ipsis ab illorum majoribus illatae.29

M) Cf. Grotius, *De verit. relig christ.* lib. V. Hoc idem argumentum plene evolvit De Rossi, op. cit. cap. 8. §· 28 et seqq. atque in clarissimo lumine collocat causas omnes, quae inflnere debuerunt ex rerum adjunctis ad repudiandum Christum Jesnm;

181. Ad 2. *D.* Si anticipata judicia non obstitissent, *C.* si haec et pessimi eorum inores aliud ferrent, *N.* Tenebat profecto omnes judaeos aetate Christi Jesu vehemens desiderium et expectatio adventus Messiae, ut omnia illius aetatis documenta ostendunt; at in Messia ex adventitiis ac superinductis opinionibus temporalem liberatorem praestolabantur, qui ipsos e gravi romanorum jugo eriperet, nec nisi carnalia ac mundanam gloriam sibi ex ejus adventu promittebant; humilis propterea Jesu conditio eos graviter offendit, nec induci poterant ad agnoscendam in ipso Messiae dignitatem adeo contrariam praeconceptis opinionibus. Accedebat etiam, quod in Christi Jesu vita et doctrina reprehensionem vitiorum suorum habebant molestissimam, quod tum ille tum ejus discipuli a Galilaea erant; galilaei enim apud judaeos in summo contemptu habebantur. Corruptissimos judaeorum ipsorumque procerum mores illius aetatis Flav. Josephus testatur, qui propterea censet Hierosolymam aut terrae hiatu aut igne fuisse absumendam, nisi eam romani evertissent.30 Hinc Deus ipse per prophetas suos praedixerat, fore ut Messias ipsis cederet in ruinam et in scandalum, reprobandus et occidendus; adeo ut rejectio Christi Jesu novum suppeditet ipsius dignitatis messianae argumentum, ut mox evincemus.

182. Ad 3. *D.* Ita exposcente oraculorum ipsa natura et factorum serie, *C.* pro libito, A. Certum est messiana vaticinia in nonnullis sibimet ipsis prima fronte contraria videri. Alia scilicet ipsum pauperem, despectum, novissimum virorum, doloribus ac infirmitatibus obnoxium, ignominiae, contemptui, ac morti denique ipsi violentae objiciendum fore praenunciant31;

qualia sunt expectatio polentissinii regis qui eos e romanorum jugo eriperet; odium doctorum in homines vulgares et illiterates; contemptus, quem in galilaeos illius aetatis homines profitebantur; libertas, qua Christus Jesus vitia et mores pharisaeorum et sacerdotum insectabatur etc.

30) Integri septem libri *De bello Judaico* legendi essent, ex quibus luculenter patet, quibus moribus, qua feritate non-solum *sicarii, zelotae, latrones* praediti essent, sed ipsi sacerdotes ac summi pontifices, qui fuerunt causa potior extremae cladis Solymorum ac templi. Sane concludit Josephus, lib. VL cap. 8. n. 5. pag. 397. edit. Haverc.: *Φλεγομένοι δ' επανέτειλεν ϊερο-Οολϋμοι ημέρα γορπιαιου μηνά όγάόη,* .toZii *τοϋαύται χρηϋαμένη Ουμφοραΐ κατά τήν πολιορκίαν, όϋοι άπο τή κτΐϋεω άγα-9οΐ κεχρημένη πάντω αν επίφθονο έόο-ξεν, ού μήν άξια κατ' άλλο τι τών τηλικούτων ατυχημάτων, ή το γενεάν τοιαύτην ένεγκεΐν, ϋφ' ή άνετράπη.* Id est: »Ardentibus autem Hierosolymis illuxit dies gorpiaei mensis octavus, ubi quidem tot calamitates, cum obsideretur, expertae, quot bonis si floruisset, ex quo fuerat condita, plane invidenda ipsa esset; non tamen alias tantis infelicitatibus digna, quam quod talem progeniem edidit, a qua subversa est.u Sic in Thalmude, Tract. *Sanhedrin, Ketuboth* et *Sota* R. Scelomoh ad cit. tit. *Sanhedrin,* cap. *Halec;* in Thalmud rursum, tit. *De ponderibus,* ubi traditio R. Jehuda in masorctha ad eumdem tit. *Sanhedrin,* cap. *Halec,* refertur: *Ono tempore adveniet filius David, domus institutionis divinae fiet lupanar;* aliaque ejusmodi traduntur, qnae perhibent mores illius aetatis corruptissimos, hominesque impudentia canino, asinaria contumacia, ferina crudelitate donatos. Cf. hi tract, in *Thesauro* Ugolini, tom. XXV. pag. 956 et seqq.

3‘) Psal. XXI; LXVIH; Is. LUI; Dan.

alia vero eumdom gloria ac triumphis clarum, gentium dominatorem praedicant. Via ad haec concilianda prolecto subesae debet. Omnia porro in Christo Jesu sub duplici ejusdem vitae periodo, ante et post obitum, ac regno ab ipso instituto apprime conveniunt. Facta ipsa patefaciunt rationem ejusmodi conciliationis, immo eam necessario exposcunt; alioquin transactae omnes fuissent cpochae a prophetis determinatae pro Messiae adventu, quas vidimus omnes omnino desinere in urbis ac templi eversionem, non adimpletis iis, quae de ipso Messia pracnunciata fuerant. Hoc ipsum viderunt veteres hebraei. qui utrumque vaticiniorum genus, quae sive humilitatem sive gloriam futuri Messiae praenunciant, de Messia exposuerunt 33, tum hebraeorum quidam posteriores, dum duos Messias commenti sunt, quorum alterum vocant Josephi filium, qui mala multa ac mortem cruentam pateretur, alterum Davidis filium, cui cuncta prospere succederent33; cum tamen sacrae litterae ac universa judaici populi traditio nonnisi de imo eodemque Messia loquantur, qui per adversa et mortem ad regnum esset perventurus, ut in Ps. CLX. 7, et Is. LUI. 10, 11. expresse dicitur.

183. Ad 4. *Neg.* juxta modo dicta. Praeconceptae enim huic opinioni neque Scriptura, neque sensus traditionalis ullo modo favent, immo adversantur; nec illa nisi serioribus judaicae reipublicae temporibus superinducta est ex perperam intellectis varum oraculis. Quare Christus Jesus omni ratione eam destruere aggressus est, et ad saniora principia mentes judaeorum

IX; Zacch. XLL 10 etc. Sed quod caput est, neque judaei antiquiores dubitarunt de Messia exponere Scripturarum oracula, in quibus sermo fit de ipsius doloribus, afflictionibus, morte denique violenta juxta expositionem Christianorum. Brevitatis gratia nos unum vel alterum locum adducemus. In Tr. *Sanhedrin,* fol. 98. 2, legitur: nUla dixit: veniet Messias, sed nolo ipsum videre. Et sic quoque dixit Rabba. Abai dixit Rabba: quaenam est causa? Ille respondit: propter dolores Messiae; *et postea:* R. Jochanan dixit; veniet Messias, sed nolo ipsum videre. Risch Lakisch causam quaesivit; cui ille respondit: propterea quia scriptum est, AmosV. 19: Quemadmodum si fugiat homo a facie leonis etc." Simeon Jochaida in *Sohar exod.* fol. 3. coi. 2. β· *Simeon sustulit manus, flevitque et dixit: Vae ilii, qui ad hoc ipsum tempus* (Messiae) *destinatus est* etc. .*Dolorum Messiae,* ÎTiiO crebra in scriptis judaeorum est mentio. In *MechiIta,* in *Jalkut Rubeni,* IL fol. 90. 1,2. legitur: *R. Hunne dixit nomine R. Acha: in tres partes divisae sunt omnes castigationes et poenae, unam sustinuerunt David et patriarchae, alteram generatio nostra, tertiam rex Messias, quod dicitur* Is. LILI. 5: *Et ipse vulneratus est* etc. In *Sohar Genes,* fol. 29. coi. 113: *Supremus inter illos, qui in hoc mundo castigationes et dolores sustinuerunt, est Messias* etc. Qui plura cupit consulat Schottgenium, op. cit. lib. VL cap.3; Raym. Martini, *Pug. fid.* part. III. disk 3. cap. 16.

w) Cf. ib. Schôttg. cap. 5; Martini, cap. 18. cum observ. Du Voisin.

n) Cf. Petri Cunaei, *De republ. hebraeor.* lib. I. cap. 17. cum not. Job. Nicolai, in *Thes.* Ugolini, tom. III. pag. 639. n. 2; Raym. Martini, part. IL cap. 11. §. 10 et seqq.

immo et ipsorum apostolorum, qui ea pariter imbuti erant, revocare curavit. 31

184. Ad 5. *N.* Haec enim non sunt nisi biblicorum ac judaizantium protestandum recentiorum commenta, qui, cum omnem impenderint operam, ut iu alium detorquerent sensum oracula illa, quae apertis verbis et crebro futuram Christi passionem praenunciant, et contra ipsius Christi Domini effata ac testimonia, Matth. XXVI. 24, 54; Marc. XIV. 21, 49; Luc. XXIV, 25 et seqq. 4G. et alibi passim, non verentur affirmare, altum esse in Scripturis silentium de Messia passuro et morituro ' Oportet profecto eoa omnem exuisse pudorem ad talia effutienda pro judaeorum causa adversus Christum Jesum. Quod si interdum, sive in Psalmis sive in prophetarum libris, Messias proponitur sub imagine potentissimi regis, aut alia hujusmodi de ipso praedicantur, non aliud evincitur, nisi orientalium more per ejusmodi emblemata ac symbola, quae in sensus incurrunt et indoli illius populi maxime erant accommodata, spiritualem Messiae gloriam ejusque regni obumbrasse veteres vates. Hunc vero sensum facta ipsa postulant, prout animadvertimus; et adversarii biblici admittere debent, nisi forte velint cliristianismo nuncium remittere, cum non alia ratione antiqua illa oracula adimpleta sint. 35

185. Ad 6. **Resp.** I. contra facta nullam prorsus vim conjecturas nostras aut ignorantiam habere.

Resp. II. ex nativa hominum indole facile intelligi, quomodo in praeposteram ejusmodi sententiam judaei prolabi potuerint Oraculorum cortici inhaerere pronum erat populo carnali, qui nonnisi temporalibus commodis et gloriae initiabat, et oculos avertere ab iis, quae iisdem adversantur, prout et nos nobismetipsis saepe adblandimur, cum gravibus praesertim ac praesentibus malis urgemur. Exemplum hujus agendi rationis in seipsis apostoli exhibuere, qui, quoties Jesum Christum de regno suo disserentem audiebant, patulas totie? aures praebebant; at cum ipsis loqueretur de adversitatibus aut de sua passione, nihil horum intelligebant, et absconditum erat ab eis hoc verbum. 36

186. Ad 7. *D.* Juxta nativum ipsorum dictorum sensum, quem a Christo et Spiritu Sancto edocti acceperant, *C.* per accommodationem, ut contendunt neoterici biblici, A; Apostolis enim Christus *aperiat sensum, ut*

M) Cf. Jahn, loc. cit. pag. 7 et seqq.

3i) Talis sane est ecclesiae Christi trinmphus, dilatatio et gloria, ut societas nulla ei comparari possit, quae per universum terrarum orbem excrevit, ac potentissimos principes ac ilorentissimos populos in sinum suum collegit, et fructus sanctitatis uberrimos quovis tempore protulit ac profert. Recolantur quae in hanc rem scripsimus Tract. *Üe vera relig.* part. I. n. 369 et seqq.

36) Matth. XVI. 22; XVH. 22; Lue. XVIII. 34 etc.

inteUigerent Scripturas, ut legitur Luc. XXIV. 45, et Spiritum S. ipsis misit, qui doceret eos omnem veritatem. Si vero cum Judaeis res sit, reponimus, *et* ipsorum majores de Messia prophetarum oracula intellexisse, quae ipsius passionem et mortem praenunciabant, ut ex dictis patet.

187. Ad 8. A. Etenim messianae hujus loci expositioni favet 1°. traditio vetustiorum judaeorum 3', cujus quidem traditionis auctoritas eo pluris facienda est, quod messiana explicatio opponeretur populi conceptui, ex quo facile explicatur ortus tardioris non messianae expositionis. 2°. Allegatio hujus prophetiae in N. T., quae non solum confirmat, messianam hujus loci expositionem tunc temporis riguisse, sed praeterea certo eam unam ostendit esse rectam; haec enim fulcitur verbis s. Lucae XXII. 37. ubi Christus dicit vaticinia, quae ipsum respiciebant, complenda esse, et ad finem properare adeoque et adimplendum illud: *Inter iniquos deputatus est* 39j Christus igitur hoc vaticinium iis adnumerat, quae de sua passione agebant, ideoque tam certe hoc est messianum, quam certum est Dominum nostrum veritatem scire potuisse ac dicere voluisse. Nec improbabiliter asserueris, Christum, cum dicit *secundum Scripturas* se pati ac mori debere, praesertim hunc locum innuere. Nam et adversarii concedunt, de patiente ac poenas luente Messia doctrinam, si alicubi in V. T. habetur, hoc loco contineri. 3°. Philippus Act. VIII. 33—35. quum interrogaret eunuchus de sensu hujus prophetiae, de Christo eam explicat, ac totam instructionem suam super illam extrait. 4°. Apostolus Petrus verbatim loca praecipua hujus vaticinii de morte expiatoria Christi affert *°, quod et alii scriptores N. T. passim praestant 41; inserviebat enim hic textus themati apostolicae relationi

”) Auctores, qui vetustiorum testimonia in hanc rem collegerunt, superius jam citavimus; quibus addi possunt L H. Michaelis, Hulsius, *Theol. Jud:;* Grabe, *Notae ad Spicileg. Patrum,* tom. I. pag. 362; Hulsius, *Nucleus prophetiae,* Lugd. 1683. pag. 668 et seqq.; Danz in Meuschenii *N. T. ex Thalmud. iUust.* pag. 836; Eisenmenger, *Judaismus detectus,* part. II. pag. 758; Calovius, *Idibl. III.* part. II. pag. 249 et seqq.; Hornbeck, *Contra Judaeos,* pag. 249,536: Raym. Mart *Pugio fid.* part. П. cap. 9, 11, 12. Cf. etiam dissert, ejusdem cit. Danzii, cui titulus: *Judaei proprio gladio jugulati,* in *Thesaur. Disserit, theologico- philolog.* tom. L pag. 779. Amst 1701; tum Pauli Slevogti, *De morbis et doloribus Messiae,* ad cap. LILL Isaiae, ibid. pag. 774.

M) Hat γάο rà -Tipi *ίμον τϊϊο εχει.* Id est: *Etenim ea, quae sunt de me, finem habent,* et attulerat illud Isaiae LI1L 11: *Et cum iniquis deputatus est.*

”) Ut autem pateat, quo devenerint biblici rationalisée circa scriptorum sacrorum inspirationem, juvat animadvertere, quod Gesenius opponat, Marcum haec verba prophetae, tamquam de Christo dicta, non ponere in ore Christi, sed afferre quasi *ex se* in alia occasione, XV. 28- Quasi nempe Marcus non potuerit etiam ex se illa afferre, quae prius Christus ipse attulit.

,0) Cf. 1. Petr. IL 21 — 25; ibid. L19.

‹›) Cf.Marc.IX.il; Rom.IV.23; LCor. XV. 3; IT. Cor. V. 21; I. Joann. ILI. 5. in quibus omnibus locis aperta fit allusio ad cap. LILL Isaiae. Adeo enim hoc ipsis et lectoribus suis notum erat, ut illud vel innuisse ipsis satis fuerit.

de morte Christi. 42 5°. Id postulant characteres subjecti ejusdem vaticinii, qui nemini nisi Messiae personae convenire possunt, cujusmodi e. *gr.* est expiatoria ipsius mors et redemptio, quam propheta tamquam effectum et fructum passionis Messiae exhibet, et quidem passionis hujus circumstantias describens sub forma sacrificii. 43 Subjectum prophetiae vice nostra infirmitates suas suscipit *libere* (v. 10.); aliena peccata *innocens* perfert (v.4—6,9.); passione sua evadit *efficiens* seu *meritoria causa* justitiae populi (v. 11.); *tacitus* item ac *patiens* ejusmodi dolores tolerat, nec in amaritudinem contra auctores dolorum suorum exurgit (v. 7.).

Quae quidem notae tales sunt, ut neque coetui prophetarum, multo minus judaicae integrae nationi, prout adversarii autumant, ullo modo convenire possint; ut omittam violentum omnino esse continuam allegoriam adeo protrahi, lectoribus non admonitis, et cujus nullum exemplum suppeditat hebraica litteratura; quaeque potius excluditur, eo quod huic subjecto tribuantur omnia, quae singulari individuo competunt, vocatur enim ttfr, eidemque adseribitur *anima,* et mors ac sepulchrum. 44

PROPOSITIO II.

Judicium in causa Christi Jesu a judaeis latum fuit iniquum in se, illégale in formis judiciariis, saevum in executions, novumque suppeditat divinae Christi missionis ac messianae ejus dignitatis argumentum.

188. Haec propositio est adversus Salvador, qui, ut praemonuimus, ex Orobio praecipua sua argumenta deprompsit ad judaeorum causam propugnandam, in judicio adversus Christum lato, nec de suo adjecit nisi fricata aliquot argumenta, ad hujusmodi paradoxum incautis facilius persuadendum. Tria igitur statuit: *primo* judicium istud aequissimum in se fuisse, eo quod judices Jesu applicaverint codicis articulos Dent. IV. 15, XIII. 1, et XVin. 20, quibus morti addicitur quicumque ausus fuerit vel annunciare deos alienos, vel loqui ex nomine deorum alienorum; *rursum* latam in Jesum sententiam esse contendit juxta formas judiciarias tunc

n) Quod tandem Gesenius ipse non sibi constans alibi fatetur, scribens: ..Plurimi hebraei lectores, ideis de sacrificiis et substitutionibus assueti, necessario ita hunc locum (cap. LUI. Is.) inlelligcbant, nec dubium est, apostolicum conceptum de morte expiatoria Christi praesertim huic loco inniti.·*

°) Sic cap. LII. 15. exhibet vocem flp, *asperget,* et cap. LUI. 10- B'N, *delictum,* seu victimam expiationis pro delicto. Cf. C. B. Winer, *Lexicon hebr.* Lips. 1828, ad voces " τ et ΠΩ.

4<) De toto hoc vaticinio cf. Hengstenberg, *Christologia V. T.* part. I. sect. 2. pag. 364 et seqq. Berol. 1829. ubi ipsum egregie defendit adversus omnes anti-messianos interpretes recentiores. Vid. etiam Jahn, *Appendix hermeneut.,* fasc. 2- pag. 40 et seqq.

vigentes; *tertio* demum judaeos ab omni saevitiae et crudelitatis nota purgare satagi eam in milites refundendo, qui ex arbitrio ac praeter judicum mentem, in sententiae executione modum excesserunt. [1]

Tria pariter sunt propterea a nobis probanda: I. citatos articulos ex Deuteronomio Jesum non afficere; II. non solum neglectas, sed proculcatas prorsus fuisse in Christi causa formas judiciarias, quae tunc obtinebant; III. demum judaeorum proceres ac judices causam praecipuam extitisse crudelitatis, quam Christus sustinuit. Sic enim non modo adversarium pessimae causae patrocinatorem fuisse ostendemus, sed IV. novum praeterea argumentum inde eruemus ad vindicandam Jesu Nazareno Messiae dignitatem.

189. I. Judicium autem istud in primis in se spectatum fuisse penitus iniquum, eo ipso evincitur, quod legis articuli ex Deuteronomio adducti casum nostrum minime spectent, nec nisi injuste Christo Jesu applicatae fuerint poenae in eis statutae. Quod ut probe intelligatur, juverit eos, prout jacent, integros praemittere, quales ab ipso adversario proferuntur.

Sic igitur legitur Deut. IV. 15: *Custodite sollicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est voltis Dominus in Horeb de medio ignis.* Ac rursum, ibid. XIII. 1 et seqq.: *Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, et praedixerit signum atque portentum, et evenerit quod locutus est, et dixerit tibi: eamus et sequamur deos alienos, quos ignoras, et serviamus eis, non audies verba prophetae illius aut somniatoris: quia tentât vos Dominus Deus vester . . . propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est, ut vos averteret a Domino Deo vestro.* Tum demum, ibid. XVIII. 20: *Propheta, qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, quae ego non praecepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur.*

Ex his liquet, duo interdici, idololatriam in primo textu, polytheismum in duobus reliquis, mortique addicendum euin, qui populum judaeum ad utrumque, vel alterutrum saltem crimen pellicere ausus fuerit, et a monotheismo abducere.

190. Jam vero qua fronte quave conscientia Orobius aut Salvador affirmare audebunt, Christum Jesum ad ejusmodi crimina judaeos propulisse, ut jure merito ei poenae in citatis articulis decretae infligi potuerint? Etenim Christus Jesus monotheismum totius doctrinae suae basin et fundamentum constituit, nec alium Deum constanter praedicavit quam Deum

[1]) Cf. Orobius in *Amica collât, ad Limb.* cit. in *Tertio scripto,* n. 7 et seqq. et Salvador, */list, des Institut.* dr *Moise,* tom. IL liv. IV. chap. 3. *Jugement et condamnation de Jésus.*

Abraham, Deum Isaac et Deum Jacob; ab hoc Deo se missum constanter professus est; ad ejus sincerum cultum et amorem homines perpetuo excitavit, quem eis exhibuit ut amantissimum patrem: *JIaec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum* (Joann. XVII. 3.). *Nemo bonus nisi unus Deus* (Marc. X. 18.). *Unus est Pater vester, qui in coelis est* (Matth. XXIII. 9.). *Spiritus est Deus: et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare* (Joann. IV. 24.); aliaque ejusmodi sexcenta Christi oracula, quibus referta est evangelica historia, aperte evincunt, tam longe cum fuisse ab idololatriae aut polytheismi insinuando perverso dogmate, ut nemo unquam puriorem et augustiorem de summo Numine doctrinam exhibuerit.

191. Equidem non inficior Christum Jesum semetipsum verum Dei Filium praedicasse, id est, naturalem ac proprium, ejusdemque cum Patre substantiae, non autem latiori aliquo sensu; mysterium praeterea Trinitatis modo obscurius modo apertius, prout ferebat auditorum indoles, proposuisse; attamen non propterea Deum carneum praedicabat, ut perperam supponit Salvador2; multo minus inducebat aut pluralitatem deorum, aut Deum diversum ab eo, quem judaei colebant; cum ex Christi doctrina, quam semper ecclesia catholica ab eo edocta, professa est, pluralitas personarum nulla ratione unitati divinae naturae officiat, aut summae ipsius simplicitati. Quo spectant illa Christi ipsius verba: *Ego et Pater unum sumus3; Pater in me est et Ego in Patre*\ aliaque ejusmodi, quae arcanam quidem doctrinam ipsius fuisse ostendunt, at institutioni mosaicae ac monotheismo minime adversantem. Immo nec nova judaeis ejus doctrina videri poterat, cum in mosaicis libris et scriptis propheticis nec pauca neque obscura occurrant pluralitatis personarum in Deo vestigia5, praesertim vero identitatis naturae futuri Messiae cum Deo, prout constat ex omnibus illis V. T. locis, in quibus Messiae nomina divina, praedicata et officia proponuntur. 6 Accedit doctrina traditionalis antiquissima hebraeorum de Metatron et Schechina, manifestatore De et mediatore inter ipsum et mundum, qui cum Deo, a quo emanant, ita idcntificantur, ut a se invicem tamen

') «Mais Jésus, *inquit toc. çit.* pag. 82, en présentant des idées nouvelles, en donnant de nouvelles formes à des idées déjà répandues, parle de lui-même comme d'un Dieu; ses disciples le répètent, et la suite des événements prouve, avec la dernière évidence, qu'ils l'entendaient ainsi *(audiant àoeiniani et rationalist* c'était un horrible blasphème aux yeux des citoyens; la loi commande de ne s'attacher qu'a Jéhovah, Tunique; de ne croire jamais à des dieux de chair et d'os, ayant ressemblance d'homme ou de femme etc.·

3) *Έγώ χαι ό πατήρ τν tOuev.* Joann. X. 30.

(?rt εν εμοι ό πατήρ, χα'γώ εν αντιό. Ib. 38.

5) Gen. I. 26; III. 22; XL 7; Ps. IL 7; XLIV. 8, 12; Ps. CIX. 1; Is. VII. 14; IX. 6; XI. 2 et seqq. etc.

6) Cf. loci citai, turn Mich. V. 2; Dan. VIL 14, 27; Malach. III. 1.

distinguantur.7 De quibus fuse agitur in lib. *Sohar*,* aliisque vetustissimis hebraeorum libris; nunc vero apud eruditos hoc exploratum est adeo, ut in dubium revocari nequeat.9 Hinc est quod Evangelium judaeos passim exhibeat loquentes et audientes modo de una, modo de altera Trinitatis persona tamquam de re cognita, ut Matth. 1. 18, 20; Luc. I. 32, 35, et alibi passim. Christus igitur solum clarius evolvit, quod in libris legis et prophetarum velut in semine includebatur, et judaeorum traditio antiquissima ac receptissima tenebat. Hanc suam doctrinam ingentibus, frequentissimis, quibusque obviis miraculis confirmavit, quae nec ab infensissimis quidem hostibus ejus negabantur.10

Cum igitur citati articuli Deuteronomii non decernant poenam nisi ia idololatriae ac polytheismi satores, Christus vero purum monotheismum, eumque simplicissimum praedicaverit, immo tum idololatriae tum polythéisme bellum per se suosque discipulos indixerit, evidens est, eos articulos Christum nulla ratione afficere, nec propterea eidem applicati potuisse poenas in monotheism! violatores latas. Hinc, quod consequens est, patet, iniquum prorsus fuisse judicium, huic falsae suppositioni juxta adversarios nostros innixum, latum in causa Christi Jesu.

192. II. Verum et illégale praeterea fuit illud judicium in formis

▮*) Nonnulla testimonia hujus judaicae traditionis jam superius cap. 1. indicavimus, quibus placet ad majorem hujus oppido gravissimae quaestionis confirmationem, unum vel alterum adjicere documentum; sic in lib. *Tik/fuiie Sohar,* apud Glâsener, *Theol. Soharica,* pag. 87. legitur: *Melatron est ipsissima Schechina, et Schechina Metatron Jehovae vocatur, quia corona est decem Sephirarum.* Paria occurrunt apud x\nd. Danzium, in *Meuschenii N. T. ex Thalmud illustr.* pag. 733. Edzardi tract. *Berachot,* pag. 232. Attamen alia loca ostendunt, quod Metatron et Schechina sub alia relatione distinguebantur, et quod Metatron eatenus cum Schechina identificabatur, quatenus haec in illo se recepit, eumque personaliter repraesentabat. Ita in lib. *JEschel Abraham,* apud Danzium, op. cit. pag. 735: *Columna medietatis est Aleta-Iron, in quo apparet Sanctus ille in Schechina sua;* et alibi apud Sommer, pag. 36: *Deus Opt. Max. ejusque Schechina sunt intra Aletatronem, quippe qui vocatur Schaddai.* Ibid. pag. 37. R. Moses Corduero ait:]TÛ ΓιώΊΩΠ *Schechina est inclusa JIetatron,* Cf. Knorr a Rosenroth, *Kabbala denudata,* Sulzbaci 1677. part. I. pag. 578. ad vocem p“)ClOD· Cf. etiam Schôtlgen. *De Messia,* lib. III. thes. 3 et seqq. ubi luculentissima ex theologia veterum judaeorum testimonia proferuntur, quibus constat juxta receptam traditionem antiquissimam judaeos non omnino latuisse Messiae personam Deum esse, a Patre ab aeterno genitam, tum duplici constare debuisse natura in una persona, ceteraque omnia, quae de Christo Jesu docent Christiani. Verum levissimus auctor, quem impugnamus, longe probabilius ejusmodi libros penitus ignorat.

8) De hoc libro *Sohar.* vid. cit. *Kabhala denudata,* lib. IV. vol. 4.

·) Praeter auctores cit. cf. Hengstenberg, *Christologia* V. *T.* in diss. *De Divinitate Messiae in V. T.* part. I. cap. 3. pag. 215 et seqq.; cl. Drach, *Deuxième lettre d'un rabbin converti,* Paris 1827; Grotius, *De verit. relig. Christ,* lib. V.

’·) Cf. inter ceteros impurissimus auctor libri *Toledolh Jesciù,* seu *Generationum Jesu,* apud Wagenseilium, in opere, cui titulus: *Tela ignea satanae.*

judicial*!id. Ἰὼ recenset ipsemet Salvador, casque et nos ex ipso exponemus. Itaque 1°. tria exigebantur tribunalia, quae in negotium aliquod, ac praesertim in reum praesumptum inquirerent; 2°, accusatus detinebatur usque ad horam discussionis; nulli interea occultae aut subdolae interrogationi subjici poterat, ne innocens in mentis consternatione arma adversus se subministraret; inquisitiones circa probitatem testium illico institui debebant; 3°. accusato facultas erat concedenda se ab impacta criminatione defendendi; 4°. differri seu protrahi debebat sententiae exeeutio in sequentem diem, immo usque in diem tertium; 5θ. suffragiorum pluralitas requirebatur ad rei condemnationem; 6°. duorum magistratuum comitatus ad supplicii locum, ut reo faverent, si quid forte vel in ipsa via offerretur, quo reus absolvi posset, prout contigit in facto Susannae; 7°. omnibus demum exhaustis, quae reo quoquomodo suppetias ferre possent, praesides reum exhortabantur ad proprii criminis confessionem, post quam sic eum magistratus alloquebatur: *Quid turbasti nos? Turbabit te Dominus in hac die, hac die turbaberis, non in futuro saeculo.* Haec quidem-Salvador, ut summam extollat judaicarum poenalium institutionum lenitatem ac moderationem in sontem.[1]

193. Inquirendum jam superest, num ejusmodi lenitas ac moderatio in Christi judicio locum habuerint, seu num servatae fuerint judiciariae formae modo recensitae. Porro ex evangelica historia, ex qua profitetur adversarius noster promere probationes suas, ne vel unam servatam fuisse constat, sed ad imam omnes prorsus proculcatas, et omnia contra ejusmodi formas gesta esse.

Etenim patet ex ea, 1°. neque religionis causa, nec societatis bono permotos fuisse pharisaeos ac sacerdotes ad Christum accusandum, sed ex solo livore et invidia, adeo ut vel ipsi praesidi hoc innotuerit, Matth. XXVU. 18, et alibi passim; 2°. longe antequam in Christum manus injicerent, eosdem ipsius mortem ac perditionem machinatos esse, Matth. XII. 14; Mare. ΠΙ. 6; Luc. VI. 11; Joann. VH. 25, et quidem *dolo,* Matth. XXVI. 4; 3°. plures eidem struxisse insidias ad eum capiendum in sermone, et accusandum, Matth. XXΠ. 15, 23, 34; Mare. XΠ. 13. et alibi; 4°. in conciliabulis ad hoc institutis, communi consilio ipsius mortem decrevisse, Mattii. XXVI. 3, 4; Joann. XI. 47 *et* seqq.; 5°. corrupisse pecunia ipsius discipulum, ut eum proderet, Matth. *XX*VE. 15. et alibi; 6°. vix capto Jesu, inter se consuluisse seniores circa modum, quo possent eum morti addicere, Matth. XXVH. 1; 7°. ipsius judices fuisse ejusdem acerrimos hostes et accusatores, Joann. XVIH. 13 et seqq.; 8°. omnia tumultuarie gesta esse intra paucarum horarum spatium, id est, intra mediam circiter

*9 Op. cit. liv. IV. chap. 2. *Administration de la justice.*

noctem et mane subsequens, ibid.; religionem non fuisse nisi praetextum sen pallium, quo se tegerent; ceterum eos Christum apud praesidem accusasse tamquam malefactorem, ibid. v. 30. postea vero de crimine religionis, Joann. XIX. 7, ac demum de crimine politico, ibid. v. 12. at absque testibus; 9°. vim minis et clamoribus praesidi intulisse, ut ab ipso quoquomodo extorquerent mortis sententiam, ibid.

Jam vero nunc sciscitamur ab adversario, an in his omnibus vestigium reperiat illarum judicialium formarum, quas ipse tam ambitioso apparatu ac verborum lenocinio recensuit et exposuit; an non potius contrariam deprehendat plane iniisse viam pharisaeos aliosque judaeorum primores in Christi causa, omnesque juris formas posthabuisse et conculcasse? Patet igitur, non solum in se iniquum, sed illégale praeterea in formis judiciariis, ab adversario ipso expositis, fuisse judicium in causa Christi institutum.

194. III. Reliquum est, ut **crudele** demum **in executione** ejusmodi judicium fuisse evincamus; quod operosum profecto non est, si attendamus ad s gula Christi passionis adjuncta. Ex his enim deprehendimus, non solum milites et carnifices ex arbitrio sese gessisse in illusionibus et cruciatibus, quos ipsi Christo intulerunt, sed insuper ipsos pharisaeos et sacerdotes immanem, qua agebantur, rabiem exeruisse.

Nam 1°. ipsis nulla cura fuit de alapa Christo contra omne fas ac jus a ministro impacta, Joann. XVUI. 22 et seqq. 2°. Totam noctem Jesum dimiserunt ministrorum insolentiae ac voluntati, qui, ut heris suis gratificarentur, indigna quaeque in Christum excogitarunt ac moliti sunt, secus ac leges postularent, Luc. XXII. 63 et seqq. 3°. lidem pontifices supplicium crucis adversus Jesum a Pilato petierunt, Joann. XIX. 6, 15. 4°. Principes sacerdotum cum scribis et senioribus Jesu jam supplicio affecto insultabant ac illudebant, eumque amarissime deridebant, Matth. XXVII. 41; Luc. XXIII. 35; quae omnia si saevam crudelitatem non sapiunt, quid tandem HUT anitatem sapiat, me plane ignorare profiteor. Etenim aemulo morienti, et animam inter acerbissimos cruciatus agenti, dicteriis, ironiis, subsannationibus insultare, extremum crudelitatis argumentum apud gentes omnes, non modo cultiores, verum etiam barbaras semper habitum est. Concludendum propterea, judicium in causa Christi Jesu et iniquum in se, et illégale in suis formis ac crudele in executione fuisse, prout probandum assumpsimus.

195. IV. Novum vero jam inde exurgere argumentum pro divina Christi missione ac messiana ipsius dignitate, constat ex eo, quod adimpleta fuerint vaticinia, quibus antiqui vates ejusmodi necem Messiae inferendam praedixerant, Ps. XXI. 17; LXV111; Dan. IX. 26; Zachar. XII. 10; prout pariter adimpletae sunt saepius iteratae praedictiones Christi ipsius, qui distincte adjuncta singula suae passionis jampridem patefecerat, Matth.

XVI. 21 et seqq.; XVII. 21,22; XX. 18; Marc. IX.30; X.33; Luc.IX.44; XVIII. 31. Hinc, quod consequens est, judaeorum reprobatio ac per orbem dispersio ut poena reprobati Meesiae (Luc. XXL 24.) spectari unico debent. Cujus quidem miserandae captivitatis, per XVIII saecula perdurantis, testes nos ipsi sumus; ac ita sanguis interfecti Servatoris in eorum, qui illum interfecerunt, caput recidit, ut sibi ipsi (Matth. XXVII. 25.) fuerant imprecati.

DIFFICULTATES.

196. **I. Obj.** 1. Quamdiu Jesus intra praestitutos sibi limites se continuit publici depravatorum morum censoris, a nemine molestiam sustinuit; cum vero hos praetergressus est, tum quoad religionem tum quoad quietem publicam, legum severitatem experiri debuit. 2. Etenim ipse coepit de se tamquam de Deo loqui; ejus discipuli eadem repetunt, ac rerum exitus evidenter ostendit, sic eos sensisse. Jam vero judaeorum lex morti addicebat eum, qui novitatem in hoc articulo machinatus esset. Sane, cum quadam die dixisset Jesus: *Ego de coelo descendi,* murmurabant judaei de illo, et dicebant: *Nonne hic est Jesus -(Ilius Joseph, cujus nos novimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit hic: quia de coelo descendi* (Joann, λ7!. 41.)? Cum iterum, de se loquens, dixisset: *Ego et Pater unum sumus: sustulerunt lapides judaei, ut lapidarent eum,* addentes: *Ee bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; et quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum* (ib. X. a v. 30 ad 33.), atque hoc quidem ex legis praescripto. 3. Si enim se prophetam tantum aut inspiratum exliibuisset, omnes eum suspexissent, prout jus publicum ferebat.12 Ergo.

197. **Resp.** Ad 1. A Immo haec princeps causa extitit, ob quam in ipsum scribae ac pharisaei commoti sunt, ac pessime ab ipsis Jesus exceptus est. Invidia enim ac superbia tumidi, statim ab ejus praedicationis initio, coeperunt in singula ejus dicta et facta inquirere, **ut**, si possent, eum perderent; atque in hoc iniquo consilio eo magis confirmabantur, quo Christi fama in dies augebatur, et quo ipse eorum vitia liberius increpabat.

alibi passim. Quod tamen adversarius dissimulat, atque alto silentio premit.

198. Ad 2. *D.* Id est, coepit de se tamquam de Dei Filio loqui, *C.* de ee tamquam de Deo diverso ab eo, a quo missus fuerat, A. Nam Christus, ita exposcente ipsa rei natura et ordine, coepit miraculis divinam suam missionem ostendere, deinde suam a Patre originem declarare, et communem cum Patre, a quo missus erat naturam. Non autem ejusmodi doctrinam illico ut impiam ac mosaicis institutionibus contrariam respuere debuissent judaei, sed expendere motiva, quibus Jesus suam divinam mis-

,α) Op. et loc. cit cap. IV. pag. 83 et seq.

sionem confirmabat; deinde prona aure debuissent doctrinam ejus excipere, eatnque, animo anticipatis judiciis vacuo, cum iis conferre, quae de proprietatibus ac natura futuri Messiae non obscure tum Moyses tum prophetae in suis scriptis tradiderunt, et quae judaeorum recepta traditio ferebat. Hoc sane nou pauci neque obscuri nominis homines praestiterunt, Jairus, Nicodemus, Zachaeus, Lazarus, Joseph Arimatheusis, multi ex principibus viris ac sacerdotali ordine, Joann. NIL 42; Act. VI. 7.

199. Atque hinc responsio patet ad ea, quae Salvador adjecit de lege mosaica morti addicente eum, qui novitatem circa hunc articulum machinatus esset; ex dictis enim constat, Christum monotheismum constanter praedicasse, damnasse praeterea polytheismum atque idololatriam, prout ecclesia catholica juxta Christi doctrinam monotheismum praedicat ac respuit polytheismum et idololatriam, etsi dogmata Trinitatis et Incarnationis profiteatur; ex quo patet, ejusmodi articulos apte simul consistere posse, nec unum alteri adversari. Quod si judaei ad haec non attendentes praecipiti judicio in Christum talia docentem exarserunt, ipsi viderint; ipsi soli extrierunt causa patrati dcicidii, cujus adhuc poenas luunt. Debuissent enim omnia accurate perpendere atque examinare, quae supra rationis captum credenda ipsis proponebantur; debuissent saltem suspicari, arcanum aliquod sub tali doctrina latere.

200. Ad 3. Resp. I. *Trans.* Compertum siquidem est, ex judaeorum historia, ut suo loco ostendimus, vix aliquem inter ipsos extitisse prophetam, quem persecuti non fuerint nec morti tradiderint; eosque eadem ratione statim excepisse Christum ipso suae praedicationis exordio, nuper vidimus. Nec aliter scribae, pharisaei ac sacerdotes exceperunt Joannem Baptistam, etsi ut prophetam tantum ac praecursorem Christi se patefecerit, Matth. XI. 18; XXI. 25 et seqq., Luc. VII. 30 et 33.

201. Resp. II. *D.* Si talis fuisset ipsius missio, Tr. si longe sublimior, A Tenebatur enim Jesus ea patefacere, ad quae missus erat, ad complendam nempe legem mosaicam in iis, quae portendebat de futuro Messia, ad ingerendam augustiorem dc Deo ideam, ad ferventiorem in eum excitandum amorem, ad praebenda validissima motiva detestationis peccatorum, cujusmodi habentur in mysteriis Trinitatis, Incarnationis ac Redemptionis, ad extendendum et amplificandum Dei cultum apud universas gentes, aliaque ejusmodi, quae expendere adversarius neglexit.

202. II. Obj. Saltem ut in perturbatorem quietis publicae in Jesum animadvertere judaei eorumque magistratus jure potuerunt. 1. Ipse enim dissensiones in populo serebat, Joann. VII. 43; Luc. XXIII. 5. 2. Plures homines perditae vitae euin sequebantur, Matth. IX. 10; Marc. II. 15; Luc. XV. 1, quos ipse quidem ad bonam frugem adducere contendebat; sed qui timores ingerebant concilio nationali. 3. Concionibus suis eo magis

Jésus ejusmodi homines fovebat, quod anathemata in divites injiceret, Matth. XXIII. 13 et seqq. 4. In ejusmodi porro rerum statu consilium deliberat; nonnulli censent, ipsum ceu insanum spectandum, Joann. X. 20; alii dicunt, eum turbas seducere, Joann. VH. 12; Caiphas, summus sacerdos, ad quem ex officio spectabat legis litteram tueri, animadvertit ejusmodi dissidia motivum romanis praebitura Judaeam opprimendi, ac totius geutis bonum unius hominis bono esse praeferendum; quare se ipsum ejus accusatorem constituit, Joann. IX. 47 et 50. 5. Huic tamen *judicio comprehensionis* aliud praecesserat *admonitionis,* Luc. XX. 1 et seqq.; Joann. VII. 38; Matth. XXI. 21, cum sibi arrogasset auctoritatem juri communi contrariam. 6. Duplicis propterea criminis incusatus est, religiosi ac politici, atque ob utrumque damnatus.13 Ergo.

203. **Resp.** *Neg. ant.* Ad 1. prob. *N.* Sed cum ageretur de homine extraordinario, cujus fama longe lateque diffundebatur ob tot praesertim prodigia quae patrabat, in ejusmodi casu, ut fit, de eo diversa ratione opinabantur judaei ac disserebant ob contemptum potissime et odium, quod adversus Jesum ostendebant sacerdotum principes et pharisaei, quorum hypocrisis detegebatur. Ejusmodi autem dissensiones nullo modo afficiebant publicam quietem, ut ex loco citato s. Joannis evidens est.

204. Ad 2. *Neg.* ejusmodi homines, qui Christum interdum sequebantiu·, timorem injecisse concilio nationali, ut mentitur adversarius; siquidem hujus concepti timoris nullum extat in historia evangelica vestigium. Sed, cum repellerentur a tumidis pharisaeis, qui in se confidebant tamquam justi, ac despectui haberentur·, benigne excipiebantur a Christo Jesu, qui in eis totidem infirmos spectabat, qui sanatione indigebant, totidem oves deperditas, quas ad ovile reducebat, totidem filios, quos ut pater amantissimus solabatur, prout parabolae ipsae declarant ab Jesu prolatae, occasione querelarum, quas superbi pharisaei movebant, benignam ac mitem ejus agendi rationem carpentes. Sane non magistratus, sed pharisaei querebantur de Christo, quod virtutem amabilem prae se ferret, non autem rudem, qualem ipsi ostentabant.14 Ceterum Christus constanter obedientiam legitimae auctoritati ipsis inculcabat (Matth. XXIII.) ac humilitatem, patientiam, ceterasque virtutes, quae non minus verum Dei cultorem, quam optimum civem constituunt. 15

205. Ad 3. AT. Sed anathemata, ad quae adversarius provocat (Matth. XXIII. 13·), non in divites, sed in scribas et pharisaeos protulit, qui ab-

n) Ibid. pag. 84 et scq.

u) Cf. Matth. XVII. 12 et seqq.; Luc. XV; XVIII. 9 et seqq.

Matth. XI. 29; V, VI, VII etc. Cf. Bossuet, *Politique tirée des propres paroles de ï'Ecriture S.* liv. I. art. 6. *De l amour de la patrie,* IL propos. *J. C. établit par sa doctrine et par ses exemples l'amour (pie les citoyens doivent avoir pour leur patrie. Oeuvres* etc. tom. VIIL pag. 34G et suiv. édit, de Liège 1767.

utentes favore quo apud plebem fruebantur, fucata exterioris austeritatis specie eamdem ad extremam perniciem ducebant. Quod si alicubi in divites aliquot avaros invehitur, cum aliis comiter agit, corumque fidem extollit atque commendat, Matth. VILI, a v. 5 ad 13: Luc. VII. 1 et seqq.; XIX. a v. 2 ad 10; Joann. ILE. a v. 1 ad 21 ; IV. 46 et seqq. ac alibi. Propterea non *conditionem,* sed *mares* carpit; uti longe acrius praestiterunt antiqui prophetae, Is. V. 8; XXXII. 9; Jerem. XV. 13; Amos VI. 1 ; VIII. 4; Hab. II. 5 etc.

206. Ad 4. X. Nam non his de causis concilium deliberat ; sed quia Christus Lazarum e mortuis excitarat, multique propterca in eum crederent. Simul ac enim ad pharisaeorum et pontificum notitiam pervenit ejusmodi prodigium, confestim concilio coacto dixerunt (Joann. XI. 47.): *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* En veram causam, propter quam pharisaei decreverunt ejus mortem. Falsa igitur est adversarii assertio; sed falsa praeterea sunt, quae huic intexuit, nempe in concilio, ut ipse insinuat, aliquos Jesum ut insanum traduxisse, aliosque dixisse, ipsum turbas seducere. Haec enim nonnulli tantum de turba in diversis plane rerum adjunctis protulerunt, Joann. X. 20; VII. 12.

207. Sed falsum insuper est, Caipham ab ejusmodi dissidiis adductum fuisse, ut se Jesu accusatorem constitueret. Etenim loco cit. nec verbum de dissensionibus est aut de periculo inde toti genti judaeorum imminente: sed cum pharisaei ac sacerdotes dixissent: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum; et venient romani, ct tollent nostrum locum et gentem* (Joann. XI. 48j, Caiphas in horum dictorum confirmationem addidit: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus manatur homo pro populo, et non tota gens pereat,* ibid. w. 49 et 50. Quibus verbis, etsi ipse id nec sciret nec suspicaretur, Caiphas prophetiam edidit, sed contrario omnino sensu ab eo, quo ipse verba protulerat, ut patefecit eventus. Quare non se Christi accusatorem constituit, ut autumat Salvador, sed auctorem praecipuum se constituit interfectionis Christi. Etenim *ab illo die,* ut addit s. Joannes, *cogitaverunt ut interficerent eum,* ibid. v. 53. Itaque adversarii nostri assertio est mendaciorum ac falsitatum congeries, quae malae causae patrocinatorem pessimum patefacit.

208. Ad 5. *N.* Neutrum enim judicium institutum fuit, *capturae* scilicet et *admonitionis.* Non prius, quia, ut patet ex dictis, actum haud est in illo concilio de quopiam judicio, sed de conspiratione in Christum Jesum ob tot signa quae patrabat, in qua sacerdotes illi malignitati, invidiae et odio inveterato, quo adversus Jesum exaestuabant, culmen posuerunt (Joann. XΠ. 10 et 19.); eo magis, quod *concilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent et occiderent* (Matth. XXVI. 4; Marc. XIV. 1.). Improba plane malitia et nequitia, qua sibi non minus quam universae genti extremam

perniciem consciverunt! Sed neque judicium *admonitionis* praecessit; nam Luc. XX. 1. perhibentur principes sacerdotum et scribae cum senioribus a Jesu sciscitantes, unde acceperit potestatem docendi et ea patrandi, quae faciebat, seu argumenta suae missionis; quos Christus ad silentium adegit proposita quaestione de missione Joannis Baptistae. Verum neque ibi neque alibi uspiam ullius admonitionis occurrit mentio. In aliis vero locis ab adversario adductis agitur de potestate miraculorum edendorum, quam sibi Christus attribuit, ac in se credentibus promittit in aliis prorsus temporis, loci ac personanun adjunctis; haec cum judicio, quod vocatur *admonitionis,* quid tandem commune habeant, plane non rideo.

209. Ad 6. *D.* Accusatus absque tabulis ac testibus, *C.* damnatus, *N.* Utroque hoc crimine tamquam praetextu ac pallio usi sunt pharisaei ac sacerdotes ad juridice cohonestandum finem, quem sibi proposuerant, ut patet ex toto processu. Attamen non sibi constiterant; nam prius accusarunt Jesum de crimine politico; quam quidem deinceps accusationem deserentes, intentarunt accusationem de crimine religioso; verum et hanc pariter dimittentes iterum redierunt ad crimen politicum Joann. XVIII, XIX. Princeps autem sacerdotum in privato conventu non criminis politici, sed criminis tantum religiosi reum esse Jesum declaravit, Matth. XXVI. 65. Ob neutrum tamen crimen damnatus est; non quidem ob crimen religionis; quod parvipendit Pilatus; non ob crimen politicum, a quo innocens iterum iterumque declaratus est ab eo, ad quem spectabat de tali crimine cognoscere, nempe a provinciae praeside, qui nonnisi clamoribus, minis, tumultu judaeorum perterritus eorum cessit voluntati, sic Deo providente, ut Cliristi accusatorum et hostiiun livor, malitia et hypocrisis in propatulo ponerentur.16

210. III. Obj. 1. Sacerdotes ct seniores se ad supplicii locum contulerunt; quoniam vero sententia huic facto innitebatur, quod nempe Jesus illegaliter sibi titulum Filii Dei, immo et Dei ipsius arrogasset, sic ipsum interpellabant: *Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere; si rex Israel est, descendat nunc de cruce, ei credimus ei; confidit in Deo, liberet nunc, si vult, eum; dixit enim: quia Filius Dei sum* (Matth. XXVH. 42.). Juxta cvangelistam haec verba prae se ferebant illusionem et contemptum;

16) Cf. Jahn, *Archaeol. biblica,* 246. ubi et ipse ostendit, quae thalmudici in Sanhedrin IV. statuunt circa judiciorum tempus, formam etc. omnia in tumultuario de Jesu judicio neglecta fuisse. Sed juvat percurrere conditiones et formas judiciales (*procedural* nunc vulgo nominant), quas circa testes et rationem judicandi in foro judaico exhibet Sauliedrin, tam in judiciis pecuniariis quam in judiciis capitalibus cap. 4 et 5, easque comparare cum historia cvangelica, ut evidenter omnibus constet, eas in judicio Jesu non solum neglectas, sed plane conculcatas fuisse. Extat porro tractatus de synedriis in *Thesauro* Ugolini, tom. XXV. capp. citt. pag. 98 et seqq.

ast personarum, quae illa proferebant, natura, dignitas, aetas, ordo quem in Christi judicio secuti fuerant, evincunt bonam ipsorum fidem. 2. Miraculum ea ipsa hora nonne decisivum fuisset? 17 3. Non proprie judaei, sed vaticinia Christum interfecerunt; Jesus saepe praedixerat mortem suam; hinc, sive judaei eum interfecissent sive non, semper deicidae fuissent. Etenim eum occidendo fuissent deicidae, ut patet; non interficiendo tanto magis deicidae fuissent, falsitatis arguendo ipsius vaticinia. 13 Ergo.

211. Resp. Ad 1. *Neg.* Christi damnationem huic facto inniti; vidimus enim, Pilatum nullam rationem hujus impacti criminis habuisse, sacerdotes vero et pharisaei, longe ante Christi confessionem de filiatione sua divina decreverant ipsius mortem; ergo Christi declaratio qua se Filium Dei profitebatur, non fuit nisi praetextus, ut saepe monuimus, quo ipsi usi sunt ad Christum sub specie legali condemnandum. Ex his recte colligitur, in verbis relatis veram subsannationem, irrisionem, ironiam denique amarulentam contineri, quam et factis ostenderunt, *moventes capita sua,* et *dicentes ad alterutrum, cum scribis: Alios salvos fecit* etc. In quo concordes sunt tres evangelistae, qui sacerdotum verba referunt, Marc. XV. 29—31; Luc. XXIII. 35; Matth. XXVII. 39—-il; quos propterea si adversarius adducit pro se, debet pariter recipere testantes contra se. Adde et in hac agendi et loquendi ratione, etsi non adverterint, ad verbum omnino eos adimplevisse prophetiam, quam longe ante protulerat David, Ps. XXI. 8 et 9. Quid propterea contra facta possunt conjecturae ex dignitate, gradu etc. deductae, cum cupiditate obcaecati hi Christi hostes omnes fines transilierint, ut patet ex tota serie rerum gestarum?

212. Ad 2. Resp. I. *Tr.* Quos enim cetera miracula non moverunt, neque aliud mortis tempore patratum pervicaces atque in sententia sua obfirmatos profecto movisset.

Resp. II. Nec defuisse ejusmodi miracula, quae Christi mortem aut comitata sunt aut subsecuta, solis videlicet obtenebrationem, terrae concussionem, veli discissionem, Matth. XXVII. 45, 51 seqq.; Marc. XV. 33, 38; Luc. XXIII. 44, 45; denique, quod caput est, gloriosam Christi a mortuis resurrectionem post triduum, de qua suo loco egimus.19

213. Ad 3. Resp. Dedecere ejusmodi argutiam in re tanti momenti, eamque non prodere nisi stultitiam eorum incredulorum, qui se philosophos jactant. Vaticinia enim logice, ut ajunt, sive ordine seu ratione subsequuntur liberam hominum deliberationem, ut suo loco monuimus20, quae ordine ac ratione anterior est ipsa praevisione, cujus objectum est, ac proinde praedictione. Adeo miseri sunt increduli, dum adversus religionem chri-

17) Salvador, ibid. paç. 87 et seq.

,s) Ibid. pag. 85. *noie.*

**) Tract. *De vera rel'uj.* part. I. n. 243 et seqq.

20) Tract. *De Deo,* n. 394 et 398.

ütianam pugnant! Ut enim ex hucusque disputatis compertum fit, eo adiguntur, ut vel aperte mentiantur, vel veris falsa commisceant, vel denique ad scurrilia descendant. 21

CONCLUSIO.

214. Quae cum ita sc habeant, juvent paucis perstringere, quae fusiori calamo tum adversus judaeos tum adversus biblicos et incredulos prosecuti sumus, ut argumentonun nexus appareat, ex quo exurgit instituta demonstratio dc adventu ac persona Messiae.

215. Ex dictis igitur certum est: I. Messiam aliquem vel ab ipso mundi exordio humano generi a Deo fuisse promissum; Dei promissiones successu tempons ita fuisse saepius iteratas; ut, quo magis promissionum implendarum tempus instabat, eo illustriores fuerint; fidem in venturum hunc liberatorem quavis aetate plus minus viguisse apud omnes gentes, praesertim vero apud israeliticiun populum, quem Deus constituit harum promissionum depositarium atque custodem. Certum est II. promissi hujus Messiae determinata esse in Scripturis munia et characteres, atque adeo cpocham ipsam adventus ejus, ita ut retardari non posset. IU. Messiam propterea hunc peculiare esse determinatumque individuum. IV. Elapsas esse epochas omnes promissi Messiae, completaque omnia, quae ab eodem gerenda erant; neque haec suo tempore praestitisse nisi imum Jesum Nazarenum, in quem omnia quadrant prophetarum vaticinia, epochae, characteres et cetera, quae aut praecedere aut comitari aut subsequi adventum Messiae debebant, et in eo complenda erant; ideoque certum est V. Messiam advenisse, neque hunc alium esse aut esse posse nisi Jesum, prout nobis demonstrandum proposuimus.

216. Ex his autem non modo adversus hebraeos colligitur, inani ipsos ac fallaci prorsus spe duci, dum adhuc praestolantur venturum eum, qui jamdiu venit, verum etiam eo adductos esse, ut absoluta impotentia detineantur ostendendi alium quempiam praeter Jesum esse Messiam. Ejus enim naturae simt pleraque vaticinia, quae Messiam praenunciant, ut nonnisi semel compleri potuerint. Eum in censum veniunt, quae epocham determinant sub finem judaicae reipublicae, stantibus adhuc et paulo post evertendis urbe ac templo; quae dispersionem judaeorum et vocationem gentium, mosaici pacti abolitionem, novique foederis pangendi ac novi cultus suffectionem portendunt. Alia praeterea vaticinia reperiuntur, quae, si simul sumas, ita tali individuo adnexa sunt, ut alii convenire nequeant;

3I) Cf. Opuscul. cui tit. *Jésus devant Caiphe et Pilate, réfutation du chapitre de M. Salvador, intitulé: Jugement et condamnation de Jésus,* par M. Dupin aîné, Paris 1828.

cujusmodi sunt characteres, quos vocant personales, circa originem, nativitatem, vitae rationem, passionem, violentam necem sustinendam, gloriam inde subsecuturam, una cum consectariis, quae ab iis dependent. Alia denique habentur vaticinia, quae, spectatis politicis rerum eventibus, impossibile efficitur judaeis ostendere, in alio quopiam jam adimpleta esse, seu unquam adimplenda. Nam ex omnium veterum consensu, juxta prophetias ex tribu Juda ac praeciae ex familia David descendere debet seu nasci promissus Messias; jam vero ita omnem censum tribuum et familiarum post universalem dispersionem judaei amiserunt, atque ita tribus omnes ac familiae permixtae sunt, ut omnino nequeant determinare ad quamnam tribum, multo minus ad quam familiam quispiam pertineat. Posteri autem David a romanis ita omnes sunt deleti, ut nemo superstes manserit.[1] Patet proinde, non solum nullam superesse posse judaeis spem futuri Messiae, sed omnem iis ademptam ac praeclusam viam esse ad alium praeter Jesum Nazarenum agnoscendum.

217. Atque hinc novum exurgit pro veritate religionis Christianae ejusque divina origine argumentum. Si quis enim secum animo reputet admirabilem plane divinae providentiae dispositionem erga singularem hunc populum, factorum seriem ac vicissitudines, quas eadem gens subiit sive ante sive post Christi adventum, easque comparet cum vaticiniis, in quibus haec omnia praenunciata sunt, non poterit non agnoscere ac deprehendere tum vim divinae praescientiae tum ceteros characteres divinae ac supernatandis revelationis.

[1]) Cf. W. Schikardi, *Jus regium judaeor.* problema XX. apud Ugolini, in *Thesauro,* par. 794.

PARS II.

218. Christologia Christianorum, ut vocant, complectitur germanam dominicae Incarnationis mysterii doctrinam, quam veteres passim *οικονομίαν, oeconomiam* aut *dispensationem* nominant. Definiri autem solet Incarnatio: *Assumptio naturae humanae a Verbo divino facta in unitate personae, ad humanum genus redimendum.* Christus vero est ipsum Dei Verbum homo factum.

219. Ex qua definitione deprehendimus ad adstruendam plenam dominicae Incarnationis doctrinam a nobis exigi, ut vindicemus 1°. in Christo naturam divinam; 2°. naturam humanam; 3°. unitionem seu unionem ambarum naturarum in ima divini Verbi persona; 4°. integritatem utriusque naturae post unionem; 5°. utriusque pariter naturae operationem et voluntatem; 6°. idiomatum, ut vocant, communionem, theandricas actiones ex hypostatica conjunctione provenientes et adorationem Christo debitam; 7°. Christi titulos, munia et excellentiam; 8°. meritum actionum Christi; 9°. exhibitam ab eo satisfactionem pro peccatis nostris et redemptionem.

220. In his igitur singillatim enucleandis catholicae doctrinae capitibus cum consectariis ab iisdem profluentibus atque iis adnexis operam nostram impendemus; recensentes haereticos tum antiquos tum recentiores, qui catholicam doctrinam subruere aut quoquo modo labefactare adnisi sunt, quin etiam, eos qui a recto tramite deflexerunt.

CAPUT I.

DE DIVINA CHRISTI NATURA.

221. Directe impetunt divinam Christi naturam sociniani, haeresim renovantes jamdiu protritam photinianorum, Pauli samosateni aliorumque

obscuriorem sectariorum. [8] Socinianos cum suis surculis pleriquo protestantes recentiores sequuntur, ex quibus orti sunt rationalistae, qui impietate omnes praedecessores haereticos facile superant, ita ut cum ipsis vix comparari possint. Ex istorum sensu et sententia Christus conferri debet cum Pythagora, Socrate, Platone, Zenone, Seneca, Marco Aurelio aliisque antiquitatis philosophis graecis atque latinis, aut etiam cum orientalibus, Zoroastro, Confucio atque Mahomete, quos, ut ipsi autumant, Deus excitavit, ut dictis factisque populares suos edocerent, vel etiam institutis politicis et religiosis ad posteros transmissis a vitiis pravisque moribus arcerent. * Nervos proinde omnes in hoc praecipuo Christianae seu catholicae religionis dogmate adstruendo intendere debemus.

222. Quum vero satis prolixe egerimus de divinitate Verbi in Tract. de Trinitate adversus arianos, hoc ipso ostendimus, saltem indirecte, divinitatem Christi, quae ab illa pendet. Ut igitur omnes probationes illuc productas tum ex Scriptura, tum ex constanti ecclesiae sensu, traditione et doctrina ad rem praesentem transferamus, satis nobis hic erit evincere, Verbum illud ipsum, quod Deum Deique Filium seu secundam sanctissimae Trinitatis personam, consubstantialem Patri esse demonstravimus, idem esse ac Christum seu Verbum humana carne indutum, id est, humanae naturae hypostatice conjunctum. Hoc autem tum ex sacris litteris tum ex perpetua traditione et ecclesiae doctrina adstruemus, alias praeterea adjicientes probationes ad divinitatem Christi directe magis magisque confirmandam. Quae omnia generali sequenti propositione complectimur.

PROPOSITIO.

Vera et proprie dicta divinitas seu natura divina in Christo Jesu agnoscenda est et profitenda.

223. De fide est haec propositio, prout constat ex perpetua ecclesiae doctrina et professione in symbolis expressa. Addidimus autem, *veram et*

') Cf- Pelavius, *De Ineam.* cap. 2 et 3. Ex censu tamen haereticorum, qui inficiat! sunt divini Verbi Incarnationem juxta Petaviuni, subducendi sunt nazaraei, prout ostendimus in tract. *De SS. Trinit.* num. 218 et seqq.

') Ita aperte Wegscheider, §. 120- *a.* Nec aliter sentit Baur, ut patet ex ejus systemate, de quo diximus in tract. *De Deo creatore,* part. III. num. 491. not adj. Sic pariter Richter, *Das Christenthum von den altesten Religionen des Orients:* seu *Christianismus ex antiquissimis religionibus Orientis,* Lips. 1819, et Carol. Hase, profess. Jenens. qui in op. *Das Leben Jesu* etc. seu *Vita Jesu.* Lips. 1829, scribit: -Jesus homo Dei, non per mirabilem divinae in humanam naturam ingressum sed per perfectam humanae naturae eruditionem, quippe quae hominem divinum reddidit. Jesus itaque Dei Filius per apotheosim, non per incarnationem/' Deinde subdit nullam Christum duxisse uxorem, quod nullam invenerit dignam se. Ita progrediuntur protestantes.

proprie dictam divinitatem, seu naturam divinam in Christo esse agnoscendam, ad omne effugium praecludendum adversariis nostris, qui divinitatem lato sensu acceptam in Cliristo ultro admittunt et agnoscunt.

224. Ita vero ex praemissis enunciatam veritatem ostendimus: Verbum, dc quo loquitur Joannes initio Evangelii sui, verus Deus est, omniumque rerum conditor ac Patri coaeternus; atqui hoc Evangelii Jo-annis initium: *In principio erat Verbum* etc. nequit ad alium quam ad Christum referri; ergo ex Joanne vera et proprie dicta divinitas, seu natura divina in Christo est agnoscenda. Jam vero minor propositi syllogismi neque ab adversariis ipsis in dubium vocatur, cum de hoc ipso Verbo scribat Joannes v. 14: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus quasi Unigeniti a Patre.* Ideo vero magnificum illud prooemium praemisit Joannes, ut ex eo lucem suam mutuarentur, quae in toto Evangelii decursu de Christo erat relaturus, scilicet ipsum e coelo venisse, Filium Dei esse, antequam mundus fieret, ipsum apud Patrem extitisse, ipsum e Patre ct ex Deo processisse, ipsum esse in coelo, dum loqueretur in terra, aliaque ejusmodi, quae facile omnia intelliguntur, illo prooemio praemisso, illo sublato totidem aenigmata inexplicabilia penitus evadunt. 1

225. Praeterea non aliud de Clmsto credere aut sentire possumus, quam quod I. Christus de se ipso praedicavit judaeis, H. commisit discipulis suis; III. nec alio sensu ab eo, quo ipsum tum evangclistae tum judaei sumpserunt; IV. denique ab eo quem scriptores reliqui de eo docuerant. Porro singula haec capita percurrentes non possumus veram ac proprie dictam divinitatem in Christo non agnoscere. Etenim

226. I. Christus non solum se Dei Filium esse clare et aperte docuit, sed ita docuit, ut posuerit fundamentum praecipuum religionis suae et spem omnis salutis in hac divinitatis suae fide. Etenim 1°. Joann. HI, 16: *Sic Deus,* inquit, *dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam... qui non credit jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.* 2°. Cum dixisset judaeis Joann. VHI. 32: *Veritas liberabit vos,* responderunt superbe judaei: *Nos nemini servivimus unquam;* tum Clu-istus rursum: *Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in aeternum; filius autem manet in aeternum. Si ergo vos Filius liberaverit, vere liberi eritis,* ibid. 34. Quibus verbis Christus sibi potestatem tribuit Patris, et Filii naturalis, qui quos vult adsciscit in domum Patris sui, et eos ex servitute in libertatem vindicat. 3°. Christus velut filius in domo *sua* Joann. П. 16. templi profanatores ejicit, dicens:

*) Cf. tract. *De SS. Trin.* n. 163.

Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, vel ut iMnttli. XXL 13. loquitur: *Domus mea domus orationis rorabitur.* 4°. Docet tamquam auctoritatem habens, id est, potestate legislative suprema ex nomine suo: *Scriptum est,* vel *dictum est antiquis...,· Ego autem dico vobis* (Mattii. VII. 21.); *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine.....*(XXIV. 35.); *Coelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt.* 2 Et Joann. VOL 51: *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in aeternum.* 5°. Docebat ut Sapientia ante saecula ab aeterno genita, et hanc Sapientiam se esse declarat; nam pro eo quod Matth. XXTIT. 34, dicitur: *Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes,* Luc. XI. 49; VII. 35. ait: *Propterea et sapientia Dei dixit: mittam ad vos* etc. . . . *justificata est sapientia ab omnibus filiis suis.* 6°. Christus insuper omnes alienos sensus a vera ac naturali filiatione divina removet, dum Joann. XV. 18. Deum vocat patrem *proprium, ἰδιον3;* immo vel sub ipsa parabolarum caligine idipsum docebat: sic Marc. XII. 6: *Adhuc unum habens filium carissimum, et illum misit ad eos novissimum, dicens: Quia verebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad invicem, hic est haeres, venite* etc.; ubi instituit clarissimam antithesim inter servos, quos antea Deus miserat, et Filium suum. 7°. Docet Christus ante Abraham se esse; pluribus in locis se e coelo descendisse declarat; Joann. VIII. 58: *Amen, amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sum;* quibus suam patefacit aeternitatem, dicens *sum:* docet, se esse in coelo, dum est in terra, Joann. III. 13: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius hominis, qui est in coelo;* rursum: *Descendi de coelo. . . Hic est panis de coelo descendens. . . Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. . . Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? . . . Scio unde veni, et quo vado.* T'os *de deorsum estis, ego de supernis sum.** Haec omnia, supposita aeterni Verbi Incarnatione, plana sunt; nullum vero sensum habent, si illa tollatur. 8°. Sed neque his contentus, clarius etiam sibi tribuit naturalem Filii Dei notionem; postulat enim haec, ut, cum Deus Filium generando totam ei substantiam tradiderit, Filius in Patre sit, et Pater in Filio, et uterque unum sint. Haec autem de se Christus praedicavit, dicens: *Pater in me est, et ego in Patre. . . . Ego et Pater unum sumus,* Joann. X. 38 et 30. Hinc, cum neuter ab ulla creata re comprehendi possit, Pater comprehendit

2) Porro hoc ipsum vidit subtilis judaeus Orobius, qui in tertio Scripto, HI. quaesito, num.7. concludit: «Igitur qui propheta venerit et dicat in nomine suo haec facienda vel credenda, homines in nomine suo salvandos, miracula in nomine suo facienda, in seipsum fidem exegerit ad salutem aeternam, in nomine suo et a se peccata hominibus condonanda; iste non est Dei minister, non est propheta, sed Deus ipse.* Cf. *Amie. Collât,* pag. 108.

3) In Vulgata editione: *Suum.*

<) Cf. Joann. VI. 38, 41, 50 et 63; VIII. 14 et 23 etc.

Filium, Filius vero comprehendit Patrem: *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius,* Matth. XI. 27. 9°. Nihil denique de divina majestate cogitare possumus, quod sibi Christus non attribuerit. *Dominum* siquidem se perpetuo praedicat eo prorsus sensu, quo judaei hunc titulum Deo tribuebant; ut, ceteris omissis, constat ex iis, quae affert Luc. VI. 46: *Quid autem vocatis me, Domine, Domine, et non facitis, quae dico?* Quae simillima sunt iis, quae apud Malach. I. 6. leguntur: *Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Deum* se etiam declarat, Matth. XI. 5. sibi applicans vaticinium Isaiae XXXV. 4: *Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit vos. Tunc aperientur oculi coecorum;* et Matth. CI. 4: *Euntes renuntiate. . . Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te,* ad se referens oraculum Malachiae: *Ecce ego mitto angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam.*[10] *Omnipotentem* se exhibet in corporibus animisque curandis, immo et mortuis ad vitam excitandis; siquidem non alieno nomine, ut Petrus, Act. III. 6, sed proprio edebat miracula, ac potestate sibi insita. Leproso enim dicenti sibi: *Domine, si vis, potes me mundare,* respondit Christus: *Volo,* Matth. VTH. 3; laudat centurionis fidem, qui ex suo in milites imperio summum Christi in res creatas omnes dominium et potestatem spectabat, ibid. 9 et seqq.; declarat, se miracula operari, et mortuos a se vivificari, ut vivificantur a Patre, Joann. V. 17. Eamdem ostendit potentiam in animis curandis, dum se auctorem gratiae perhibet: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem Filius hominis dabit vobis,* Joann. VI. 27. Hinc mulier peccatrix ab eo animi salutem postulat eadem fiducia ac alii salutem corporis; eique Christus eam impertitur. Quin immo utitur exemplo creditoris, a quo debitum omne gratuito dimittitur duobus debitoribus, et hunc se esse creditorem ostendit ac declarat, dicens: *Vides hanc mulierem?* etc. Luc. VH. 44 et seqq. Utramque potestatem in corpus et animam egregie demonstravit, cum sanum fecit paralyticum; etenim, cum ei dixisset: *Confide, fili, dimittuntur tibi peccata tua,* murmurabant pharisaei intra se, dicentes: *Hic blasphemat. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Assentitur Christus, peccata a solo Deo dimitti, sed hac ipsa de causa hanc potestatem sibi vindicat; nam, ut probet se tali pollere potestate, ideoque et Deiun esse, *ait paralytico: Tibi dico, surge,* Matth. IX. 2 et seqq. *Supremum* se exhibet *judicem,* qui vel praemia vel poenas decernat; praemium quidem, cum de ovibus suis dicit: *Et ego vitam aeternam do eis, et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea,* Joann. X. 28; supplicia vero, dum ait: *Mittet filius hominis angelos suos ... et mittent eos in cami-*

J) Cf. quae de hoc oraculo scripsimus, part. I. n. 41. not. 7. pag. 22.

num ignis, Mattii. XIII. 41. Demum Christus in sermonibus suis, quos coram judaeis habuit; non semel testatus est, debitum sibi esse triplex officium, quo erga Deum obstricti sumus, fidei, spei et caritatis; fidei quidem illis verbis: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Qui credit in me, habet vitam aeternam,* Joann. VI. 29 et 47; spei: *Si ergo Filius vos liberaverit, vere liberi eritis,* Joaim. VIII. 36, alioquin nulla inde evadendi ratio et spes suppetit; caritatis: *Demittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum,* Luc. VU. 47. Et haec Christus dixit de se, quibus sibi proprie dictam divinitatem, Dei scilicet nomen, nativitatem, naturam, potestatem, professionem6 ceteraque omnia vindicavit, quae nonnisi in euin, qui natura Deus sit, cadere possunt.

227. H. Neque aliter se **patefecit discipulis**; etenim sibi semper constans, dicebat caeco nato, quem sanaverat: *Tu credis in Filium Dei?... ct dixit ei Jesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine; et procidens adoravit eum,* Joann. IX. 35 et seqq. Item Marthae: *Ego sum,* inquit, *resurrectio et vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, et omnis, qtd credit in me, non morietur in aeternum: credis hoc?* Respondit autem Martha cohaerenter ad Christi expostulationem: *Etique Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti,* Joann. XI. a 25 ad 27. Apostolis vero ante passionem suam: *Creditis in Deum, et in me credite,* Joann. XIV. 1. Nec qualemcumque fidem exigit, sed eam, quae per caritatem operatur; postulat enim, ut eum super omnia diligamus, et ejus mandata custodiamus: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus,* Mattii. X. 37; et rursum: *Qui habet mandala mea et servat ea, ille est, qui diligit me,* Joann. XIV. 21: *quis diligit me, sermonem meum servabit,* ibid. v. 23. Discipulorum mentem ad divinitatis suae fidem erigit; dat enim eis *potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici,* Luc. X. 19; promittit eis *os et sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarii ejus,* Luc. XXL 15; *Quodcumque,* ait iterum, *petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam,* Joann. XIV. 13; promittit *se* missurum Spiritum veritatis: *Et ego mittam eum ad vos,* Joann. XV. 26; neque ut Moyses aut prophetae mandata annunciat, sed ea in cordibus nostris insculpit, et dat virtutem ea exeeutioni mandandi: *Ego sum vitis vera, vos palmites; manete in me,* ibid. v. 5 et seqq.; suam pariter omnipotentiam et immensitatem luculenter commendat, dum Matth. XVHI. 20.

*) Ad haec praecipua capita s. Hilarius revocavit argumenta omnia, quibus veram ct proprie dictam Jesu Christi divinitatem adversus arianos aliosque illius aetatis haereticos vindicavit. Sic enim disserit s. Doctor, *De Trin.* lib. VII. num. 9: *Deum igitur Dominum nostrum Jesum Christum his modis novimus, nomine, nativitate, natura, potestate, professione.* Haec vero singillatim toto libro fuse prosequitur.

eisdem pollicetur: *Ubi enim sunt duo aut 1res congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorumj* et XXVIII. 20: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sacculi:* et alibi: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit; ct Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus,* Joann. XIV. 23.

228. III. Videndum superest, quonam sensu verba Christi intellexerint judaei et Christi discipuli. Porro judaei illa sensu obvio acceperunt, et Christus hunc ipsum sensum confirmavit Primum autem evincunt judaeorum querelae, Joann. VI. 42: *Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos novimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit hic: quia de coelo descendi?* Non igitur ut sociniani de dono coelesti Christi verba intellexerimt, quod evincit ipsorum furor, Joann. V. Cum enim pro certo haberent, Christum vocasse Deum patrem *proprium . . . propterea magis quaerebant eum interficerej* ipsum accusarunt blasphemiae, voluerimtque lapidare, *quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum,* Joann. X. 33. Si igitur Christus non fuisset vere Deus ac proprius et naturalis Dei Filius, debuisset omni modo vel ipsam hujus rei suspicionem e judaeorum animis evellere, sive ut eorum furorem compesceret, sive ut scandalum amoveret, prout ipsius veracitas et caritas exposcebant; porro Jesus non solum ea verba non emollivit ac temperavit, quibus de sua divinitate opinionem ingesserat judaeis, sed constanter eamdem sibi vindicavit, quo magis illi exardescebant. Nam Joann. VIII. 26: *Qui me misit,* inquit, *verax est, et ego quae audivi ab eo, haec loquor in mundo . . .* v. 38: *Ego, quae vidi apud Patrem meum, loquor.*

Utitur quadruplici argumentorum genere: 1°. Joannis Baptistae testimonio, qui eum Filium Dei et e coelo venisse testatus fuerat, Joann. III. 31; 2°. ipsius etiam Patiis testimonio, cujus haec vox audita est: *Hic est Filius meus dilectus,* Matth. III. 17; 3°. ipsa etiam miraculorum voce ad frangendam judaeorum improbitatem aptissima, Joann. X. 25; 4°. Scripturarum auctoritate. Quae quidem argumenta collecta exhibet, Joann. V. 33 et seqq. dicens: *Vos misistis ad Joannem, et testimonium perhibuit veritati . . . ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim, quae dedit mihi Pater, ut faciam ea, ipsa opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me ... ct qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me .... scrutamini Scripturas ... et illae sunt, quae testimonium perhibent de me.* Hoc autem dixit, cum ipsum vellent judaei interficere, eo quod *proprium* patrem diceret Deum et traducerent blasphemiae reum, eo quod aequalem se faceret Deo. Christus demum hoc ipsum jurejurando ct sanguine confirmavit; interrogatus enim: *Tu es Filius Dei?* Respondit: *Ego sum,* Marc. XIV. 62; quod dictum ut blasphemiam judaei acceperunt: *Quid adhuc egemus testibus,* inquiunt, *vos audistis blasphemiam. Omnes*

clamarunt; reus est mortis7; ac coram Pilato hoc crimen ipsi intulerunt: *Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei sc fecit,* Joann. XIX. 7; ca ratione, propter quam paulo ante voluerunt eum lapidare, eo quod dixerat: *Filius Dei sum.*

Ergo patet, non solum Christum suam divinitatem proprie dictam praedicasse, sed judaeos ita eum intellexisse, et Christum eam confirmasse omni argumentorum genere. Quod nisi admittatur, concludi deberet, totam controversiam, ob quam Christum judaei voluerunt lapidare, interficere, et propter quam accusarunt blasphemiae, et reum ex lege declararunt et morti addixerunt, in eo fuisse, quod se hominem praestantissimum diceret, et judaei noluerint credere. Consequeretur praeterea, rem totam stetisse in verborum logomachia, quam cum Christus dirimere paucis voculis potuisset totamque solvere, voluerit potius in falsa hac opinione obstinate eos relinquere. Quis ejusmodi absiu-da in animum inducat suum?

229. Sed de divinitate proprie dicta verba Christi intellexerunt insuper discipuli ejus; quod triplici ex capite eruitur: 1°. ex eo quod numquam lenierint aliqua interpretatione, quae Christus tam magnifice de sua divinitate protulit; 2°. ex eo quod ejus effata mirifice confirmaverint; 3°. ex eorum proposito in scribenda magistri vita. Ad primum enim quod attinet, nonnulla obscure dicta, summa semper diligentia explanant, e. gr. cum dixit: *Solvite templum hoc: Inde ememus panes? Lazarus amicus noster dormit,* aliaque ejusmodi; jam vero, admissa contorta unitariorum explicatione, longe obscurius Christus locutus fuisset, cum de praestantia sua sermonem instituit, quam in adductis locis, quae ab evangelistis explanata sunt; attamen numquam exponunt, quin potius arguunt interdum judaeos, quod non intellexerint verba Christi, cum de sua loqueretur divinitate. Nam, cum Joann. VLLT. 27. interrogassent judaei Christum: *Tu quis es?* ac respondisset Christus: *Principium, qui et loquor vobis:* addit: *Non cognoverunt, quia patrem ejus dicebat Deum.* Ex Joanne igitur non errabant judaei, dum Christi effata accipiebant de eo, quod sibi tribueret Deum Patrem suum naturalem; verum idem adnotat, eos potius errasse, cum Christum non intellexerunt dicentem, patrem suum esse Deum.

230. Hinc est quod evangelistae singuli exordiantur· Evangelium ab aliquo praeclaro Jesu Christi divinitatis testimonio. Matthaeus enim, referens Christi conceptionem, ei applicat verba Isaiae VII. 14: *Ecce virgo concipiet.....et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus,* Mattii. 1.23; Marcus vero incipit: *Initium Evangelii J. C. Filii Dei; sicut scriptum est in Isaia propheta: ecce ego mitto angelum meum* etc. Marc. I. 1; sic Lucas inducit angelum dicentem Zachariae:

*) Marc. XIV. 63 et seq. Matth. XXVI, 65 et 66; Luc. XXII. 70 et 71.

Multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum, et ipse praecedet ante illum (Dominum Deum) *in spiritu et virtute Eliae,* Luc. I. 16 et 17. Sed prae ceteris s. Joannes, de quo supra dictum est

231. IV. Sed non minus splendide certatim **scriptores reliqui sacri** divinitatem Christi praedicant; ex quibus nova lux accedit iis, quae in evangeliis habentur.

Paulus enim in epist. ad Hebr. III. 5 et 6- eum vocat Dominum domus suae, ut illimi distinguat a Moyse, qui fidelis famulus tantum in eadem domo fuit; cap. 1. *Filius Dei* ab eo dicitur, splendor gloriae et figura substantiae Patris; eum exhibet Deum creatorem omnium tum ibi tum cap. III. 4: *Qui autem creavit omnia, Deus est;* aeternitatem, immutabilitatem, omnipotentiam ei tribuit: *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula,* Hebr. XIII. 8. *Tu in principio, Domine, terram fundasti; et opera manuum tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis* etc. ibid. I. 10; Rom. VIH. 32. eum vocat Filium Dei *proprium;* Coloss. I. 16: *Omnia,* inquit, *per ipsum, et in ipso creata sunt; et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant;* I. Tim. HI. 16. vocatur *Deus manifestatus in carne;* et Rom. LX. 5: *Deus benedictus in saecula;* ad Tit. H. 13. eum dicit *magnum Deum;* ad Philipp. П. 6: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo.*

Sic etiam apostolus **Petrus** diserte declarat, Christum esse cum Patre summum illum Deum, qui *Jehovah* in Scripturis vocatui·; ad illum enim refert illud Ps. XXXIH: *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* (hebr. ΠϊϊT), inquiens: *Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus, ad quem accedentes lapidem vivum* etc. I. Petr. П. 3; sic, quod legitur Is. VIH. 13: *Dominum exercituum ipsum sanctificate,* ad Christum refert, scribens ibid. III. 15: *Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.*[8]

S. **Judas** egregiis coloribus pingit haereticos, *Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum dominatorem et D. N. J. C. negantes*[9]; et v. 5. inducit Christum Jesum praeexistentem et supremam exercentem potestatem: *Quoniam Jesus populum de terra Aegypti salvans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit) Angelos vero, qui noti servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei vinculis aeternis sub caligine reservavit.*

S. **Joannes** passim id ipsum inculcat, vocans J. C. *vitam aeternam,*

®) *Κύριον ύ'ε τον 3εόν άγιάβατε εν ται χαρόίαι υμών.* Ubi animadvertendum, conceptis verbis Christum vocari *Dominum Deum,* juxta text, graecum.

9) V. 4. *Την τον &εού ημών χάριν μετατι&εντε ει άοέλγειαν, καί τόν μόνον όεϋπό>Γην 9εόν καί κύριον ημών Ίηϋούν Χριϋτόν άρνονμενοι.* Hic rursum palet, Christum vocari pariter Deum, in gr. te.xL *Dominum Deum.*

quae erat apud Patrem et apparuit nobis, verbum vitae, verum Deum, I. epist, 1.2: V. 20; in Apocalypsi emn dicit *Alpha et Omega, principium et finem, Dominum dominantium, verbum Dei,* 1.8; XIX. 13, 16. apostolus item Incarnationem vocat *magnum mysterium, mysterium absconditum a saeculis in Deo* etc. Coloss. I. 26.

232. Quibus praemissis, istud jam exurgit ineluctabile argumentum, a quo numquam se poterunt sociniani, unitarii ac rationalistae subducere: Christus se ipsum Filium Dei proprium multiplici ratione dixit et declaravit; ad hanc inculcandam veritatem direxit miracula sua, eamdem sanguine ac morte obsignavit; hanc inculcavit judaeis et discipulis suis; de vera ac proprie dicta divinitate Christi verba intellexerunt judaei et discipuli; hanc ei vindicarunt evangelistae, et scriptores omnes inspirati, qui hujus articuli professionem veluti praecipuum fundamentum constituunt fidei a se praedicatae. Ergo vel in Christo Jesu vera ac proprie dicta divinitas agnoscenda est, vel nuncius remittendus universo christianismo, qui totus illi articulo innititur.

233. Dixi: *Vel nuncius remittendus universo christianismo;* quia tota, qua late patet Christiana religio, hunc articulum supponit ac necessario postulat; postulat reconciliatio Dei cum genere humano lapso ac redintegrato: postulat officium mediationis et satisfactionis a Christo praestitae: postulat oeconomia gratiae et sacramentorum, praesertim Eucharistiae: postulat ipsa futura e mortuis excitatio.10 Sane dogmata ista omnia sociniani et rationalistae omnino e medio sustulerunt. Omnis spes nostra corruit: corruunt praecipua incitamenta ad Deum colendum ac diligendum. Hinc non immerito ariani, sociniani ae rationalistae passim deistae aut semideistae audiunt, cum vix umbram christianismi reliquerint.11

234. Urgenda hic esset perpetua **ecclesiae traditio** unanimis et constans circa hunc ipsum articulum; verum, cum praecipua capita fuse jam prosecuti simus in tract. *De ss. Trinitate12,* ubi ex publica fidei professione, institutione catechumenorum, fidei nostrae symbolis, ex confessionibus martyrum, ex consensu ipso ac testimonio omnium haereticorum, judaeorum atque ethnicorum, luculentissima documenta in medium protulimus, ad eum locum nostros auditores remittimus, ne eadem rursus repetamus,

10) Cf. quae diximus in tract. *De Deo creatore,* num. 869 et seqq.

“) Iu istorum systemale Christiana religio non evasit nisi religio naturalis mythis ac formis biblicis involuta, prout polylheismus atque idololatria ipsa juxta eosdem non fuerunt aut sunt nisi religio naturalis mythis poeticis vestita. Totum propterea discrimen inter religionem Christianam et polytheismum atque idololatriam unice pendet a diversitate mythorum atque formarum sive symbolorum, quibus ejusmodi religiones obvolutae sunt.

,a) Num. 203 et seqq.

cum praesertim haec propositio aliquanto longius excurrerit, quam instituti nostri ratio postulabat.13

I) IFFICULTATES.

235. I. Obj. Christus in terris legati Dei munus sustinuit, ac Dei personam proinde retulit; nomine Dei propterea loquebatur; sibi Dei nomen ac dignitatem vindicavit ac Dei proprietates; atque in se officia omnia fidei, spei et caritatis exegit; adorari voluit tamquam Deus longe potiori jure quam angeli, qui apparebant in V. T., quum multo illustrius ac dignius illis Dei personam repraesentaverit. Hoc vero canone semel constituto, jam sponte sua concidunt, quae a catholicis ad adstruendam Christi divinitatem congeruntur. 2. Etenim, si angelus in rubo dicere potuit: *Ego sum qui sum,* si potuit affirmare: *Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob,* si cultum supremum sibi deferri jussit, si Dei proprietates sibi vindicare potuit, etsi nec reipsa Deus esset, nec duplex in ipso natura fingenda sit, multo magis Christus, utpote Dei vicarius et legatus, haec potuit de se praedicare, judaeis et discipulis credenda proponere et scriptores sacri litteris commendare, etsi ipse revera Deus non esset Ergo.

236. Resp. iV. *A.* Etenim 1°. numquam Christus se ut merum Dei legatum aut Dei personam referentem perhibet; sed constanter ut Dei Filium unigenitum ac proprium se exhibet, *a Patre* in hunc mundum missum ad eum illuminandum ac salvandum; nec aliter de ipso scriptores sacri loquuntur. 2°. Numquam Scripturae Christum ut Deiun *ingenitum* describunt, sed semper ut Filium Dei et Deum de Deo. 3°. Tribuunt ei immensitatem, omnipotentiam, aeternitatem ac reliquas divinitatis notas, sed ut a Patre omnia accipientem. 4°. Dicimt eum ubique esse; sed cum Patre venientem ad eos, qui ipsum diligunt. 5°. Coelum et terram creasse referunt; sed ut Verbum, per quod creata sunt, ante mundi constitutionem fuisse, scilicet apud Patrem. Jam vero, si Dei nomen et proprietates sibi tribuisset Christus ea tantum de causa, quod Dei legatus esset et personam sustineret, absolute debuisset haec sibi vindicare, et numquam se a Deo seu Patre distinguere. Haec sola animadversio totum labefactat systema socinianorum et rationalistarum. Sed addendum, praeterea talia in Scripturis de Christo affirmari, quae nonnisi summa impietate de Patre, quem solum Deum summum adversarii autumant, dici possent, et tamen divinitatem Christi mirifice confirmant; e. gr. cum descendisse de coelo et ascendisse in coelum, *per eum* omnia creata esse, et eum, cum in forma Dei

**) Cl. Prud. Maran, *Divinitas D.* V. *J. C. manifesta in Scripturis et Traditione,* lib. I. part. II. cap. 1 et seqq. Paris. 1746, in quibus collegit et illustravit omnia N. T. testimonia, quibus Christi Domini divinitas adstruitur; tum lib- II, III et IV, in quibus late id ipsum praestat quoad universam traditionem.

esset et aequalis Deo, formam servi assumpsisse, et habitu inventum ut hominem. Sed neque in Patrem conveniunt Christi dicta: *Ego in Paire et Pater in me est: Ego et Pater unum sumus: Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem: Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris,* aliaque ejusmodi. Non igitur ut angelus personam Dei repraesentans, ejusque nomine cum hominibus disserens, ita Christus loqui censendus est, sed ut aequalis Deo ingenito et ab eo genitus.l*

237. Ad 2. seu ad confirmat. Dato etiam, quod adversarii pro certo sumunt, quod alii vehementer negant, numquam Filium, sed semper angelum patribus in V. T. apparuisse ac visum fuisse, non tamen inde sequitur, quod ipsi volunt.15 Ex dictis enim ingens patet discrimen inter angelum Dei legatum et Christum, et quidem multiplex. Nusquam enim in his angelorum ministeriis ulla unio exhibetur angelicae naturae cum divina, nec angelo proprietates divinae tribuuntur, nec Deo angelicae. Etsi angelus, cum Dei personam repraesentat, creatorem se dicat coeli et terrae, nusquam coelum et terra a Deo per angelum creata dicuntur; nuspiam duae naturae in ima persona de angelo praedicantur, prout praedicantur de Christo, quem Scripturae Deum manifestatum in carne, Verbum carnem factum et habitans in nobis, Deum qui sanguine suo ecclesiam acquisivit, aliaque non pauca annunciant, quae in magno Incarnationis mysterio occurrunt. Qnaquaversum igitur spectetur socinianorum commentum, patet illud absurdum esse, neque cum biblicis fundamentis, multo minus cum traditionalibus componi posse.16

M) Cf. Maran. op. cit. loc. cit. cap. XX.

,J) Cf. Hengstenberg, *Christologia* F. *T.* part. L sect. 1. cap. 3. pag. 219 ct seqq. etsi non omnes opiniones auctoris admittamus; siquidem ipse, utpote protestons, ex generali thesi, quod per *angelum Jehora* aut *foederis* semper secunda Trinitatis persona significetur, vult inferre, catholicis deesse fundamentum biblicum ad cultum angelorum adstruendum. Porro hanc sententiam expendemus in tract. *De cultu Sanctorum.*

Ceterum Verbum ipsum Patris apparuisse passim in V. T. patriarchis, communis fuit veterum sententia; ut constat ex synodo I. antioch. in epist. ad Paulum samosaten. apud Colet. *Cone, collect.* Vend. vol. I. pag. 866 — 870; Justino M. *Dial, cum Tryph.* num. 126. edit. Mar. turn *Apol.I.* num. 63; Auctore *Constit. Apostolic,* lib. V. cap. 20. apud Coteler. tom. I. pag. 325 et seq. ; Irenaeo, *Cont. haeres,* lib. IV. cap. 7. §. 4. edit. Mass.; Theophilo, lib. II. num. 22. *Bibl. Patrum,* edit. Ven. tom. II; Clem, alex. *Paedag.* lib. I. cap. 7. edit. Potteri, tom. I. pag. 131 et seqq.; Tertullian. *Cont. Prax.* cap. 16. edit. Rig.; Cypriano, *Cont. judaeos,* lib. II. capp. 5 et 6; Hilario, *De Trin.* lib. IV. §. 31 et seqq. edit, maur.; Euseb. *Demonst. erang.* lib. V. cap. 10; Cyriil. hierosolym. *Catech.* XII. num. 13. edit. Touttée; Cyriil. alcx. *In Exod.* lib. I. opp. edit. Auberli, tom. I. pag. 262; Joann. Chrysost. *Hom.* LVIIL *in Genes,* num. 3; Ainbros. *De fide ad Gratianum,* opp. edit, maur. tom. II. pag. 460; Theodoreto, *In Exod.* interrog. V. opp. edit. Sirmondi, tom. I. pag. 78, aliisque passim usque ad s. Augustinum. Hinc sublatum est praecipuum socinianorum fundamentum.

,6) Cf. Maran, loc. cit.

238. **II. Obj.** Causam, ob quam Filii Dei nomen assecutus est Christus, non in ejusdem naturae divinae identitate cum Patris natura assignant Scripturae; sed eam vel ab admirabili ipsius e Virgine conceptione, vel ab ejus resurrectione et gloria repetunt. 1. Etenim Luc. I. 35. alloquens angelus Mariam, ait: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Prima ergo causa, inquit Crellius, cur Jesus Dei Filius extiterit, ea est, quod non ex viro, sed ex Deo, virtute atque efficacia ipsius interveniente, conceptus ac generatus fuerit, et sic nullum alium praeter Deum habuerit Patrem 17; eo nempe sensu, subdit Kuinoel, quo Adamus quoque Luc. III. 38. *Filius Dei* dicitur.18 2. Alteram causam appellationis Filii Dei Christo attributae aperit apostolus, tum Act. XIII. 33. ubi resurrectionem his verbis praedictam fuisse declarat: *Filius meus es tu; ego hodie genui te;* tum initio epist. ad Rom. I. 3 et 4. scribens: *De Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem; qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum J. C. D. N.* 3. Tertiam etiam causam hujus denominationis attulit Christus ipse Joann. X., missionem scilicet suam a Patre ac sanctificationem. Cum enim judaei, pergit Crellius, blasphemiae crimen ipsi objecissent, quod, homo cum esset, Deum se ipsum faceret, ita eis respondit: *Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura, quem Pater sanctifl-cavit et misit in mundum, vos dicitis: quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?* Ubi apparet, hanc Christum afferre rationem, ob quam longe majori jure Filium Dei sese appellaverit, quam judices illi olim *dii* fuerint appellati, quod a Patre sanctificatus et in mundum missus fuerit Profecto, si Christus summus ille Deus fuisset, si fuisset ex essentia Patris ab aeterno genitus, et eam ob causam Dei Filius; qui fieri potuisset, ut id hoc loco reticeret? Nam si ullus erat locus, ubi id esset exprimendum, hic profecto erat.19 Ergo.

239. **Resp.** *N. A.* Ad 1. prob. *D.* Si particula *ideoque* usurpata ab angelo esset ad significandam causam denominationis *Filii Dei, C.* si usurpata fuit ad 'significandam causam, qua sic decebat Filium Dei concipi ac nasci, *N.* Dato enim, quod hic particula *ideoque* sit causalis20, expendendum superest, cujusnam rei causam exprimat. Jam vero, cum angelus

,T) *De uno Deo Patre,* lib. I. cap. 31. in *Bibliotheca fratrum polonorum,* tom. IV. Irenopoli, 1656.

'·) *Comment, in lib. hist. N. T.* tom. II. in hunc loc.

*') Crell. loc. cit.

20) Nam plerique interpretes jure negant hic particulam *ideoque* esse causalem; sed asserunt, eam esso cxplicativam, prout contextus exigit; quod neque inficiatur Crcllius loc. cit. qui ultro dat posse verti graecam vocem J/ὸ, *etiam.*

jam dixerit Mariae Luc. I. 31 et seqq.: *Ecce concipies in utero et paria Filium d vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur* (id est, *erit*[1]*); et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, d regnabit in domo Jacob* in *aeternum, et regni ejus non erit finis:* patet angelum denunciasse b. Virgini tempus advenisse implendorum vaticiniorum Isaiae VH. et IX, quibus praedicebatur, nasciturum ex Virgine *Emmanuelem,* qui vocandus erat *Admirabilis, Deus, fortis* etc. seu Messiam Filium Dei, qui propterea ex Virgine nasci debebat. Cum utrumque pro certo teneret beatissima Virgo Maria, tum se Filium Dei parituram, tum virginem se permansuram, sciscitatur ab angelo modum, quo haec perficerentur. De hoc modo eam angelus instruit, per obumbrationem scilicet Spiritus S. id perficiendum declarans; deinde redit ad illud, quod de hoc filio nascituro praemiserat, concludens: *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur* (seu *erit) Filius Dei;* ac si diceret: talis est ortus, qui juxta vaticinia decet Filium Dei. Alioquin, si post magnificum illud exordium deduxisset angelus totam rationem et causam filiationis divinae ad modum seu rationem, qua perficienda erat conceptio filii nascituri, Mariam a praeclara illa notione, quam ei injecerat, ad exilem plane ac jejunam revocasset.[22]

240. Hinc exploditur quoque Kuinoelii commentum, quo contendit, eodem sensu hic vocari Christum Filium Dei, quo Filius Dei dicitur Adam (Luc. III. 38.), utpote immediato Dei interventu procreatus. Diversa enim substrata materia diversum sensum postulat; nec ea militant pro Adamo argumenta, quae pro natura Christi divina faciunt, ut ex dictis constat; perperam igitur verba Lucae cap. HI. huc adducuntur, cum nulla intercedat inter utrumque locum necessitudo seu relatio.

241. Ad 2. iV. Etenim, ut duobus prioribus textibus insistamus, non ex resurrectione aut sacerdotio colligit apostolus, Christum esse Filium Dei, et a Deo Patre genitum, neque in hoc sensu applicat ipsi verba Ps. II: *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* sed contra potius ex eo, quod Christus sit Filius Dei, colligit, debita ei fuisse resurrectionem et sacerdotium. Sane apostolus Hebr. I. 5. independenter tum a resurrectione tum a sacerdotio absolute interrogat: *Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Non igitur ad resurrectionem aut sacerdotium tamquam causam refert apostolus denominationem Filii Dei, sed ad aeternam generationem; alioquin minime ostendisset, quod sibi ostendendum proposuit, nempe Christi

[21]) Est enim hebraismus: *vocabitur* pro *erit;* ut pluribus exemplis ostendit Maldonatus ad hunc loc. cujus tamen auctoritate abutitur Crellius.

[22]) Cf. quae superius diximus de traditione et sensu judaeorum ex illis oraculis circa divinitatem futari Messiae. Certe patres, ut adnotavimus in tract. *De Trin.* ex hac conceptione colligebant adversus arianos divinitatem Christi. Cf. Maran, loc. cit. pag. 184 et seqq.

excellentiam super angelos. Absurdum enim esset asserere, Christum angelis praestare eo, quod ille excitatus sit a mortuis, angeli vero non item.

242. Quare in utroque textu disjungi debent priora illa verba: *Filius meus es tu,* a posterioribus: *Ego hodie genui te,* ita ut sensus sit: ideo, quia filius meus es tu aeterna generatione, constitui te sacerdotem, et postea excitavi te, seu *genui te,* quia resurrectio veluti nova generatio spectari debet ex ipso usu loquendi sacrarum Scripturarum.[23]

243. Verba autem ejusdem apostoli Rom. I. duplicem sensum admittunt. Referuntur primo ad declarationem sive manifestationem divinae Christi naturae juxta graecam lectionem [24] ut postulare etiam videntur quae sequuntur, in quibus sermo est de natura Christi divina; hoc autem sensu apostolus significat adductis verbis, ex divina Dei omnipotentia, quae emicuit per effusionem Spiritus Sancti, quae est fructus resurrectionis, declaratam esse divinam Christi naturam. Juxta vero latinam Vulgatam referuntur verba apostoli ad Christi humanitatem; ac sensus iste tunc exurgeret: Christi humanitas fuit praedestinata, seu decreta fuit a Deo Incarnatio, ut adoptionem filiorum reciperemus, juxta illud, quod idem apostolus scribit Gal. IV. 4. ubi hoc ipsimi dogma traditur, nempe Filium Dei natum esse ex muliere, ut Spiritum Sanctum in corda nostra diffunderet, ac in loc. cit ep. ad Rom. ubi edocemur, Christi humanitatem praedestinatam a Deo esse, ut conjungeretur hypostatice cum Verbo *in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum J. C. D. N.* id est, ad effundendum Spiritum S. quem ex Jesu Christi resurrectione accepimus.[25] Neuter autem sensus officit catholicae veritati.

244. Ad 3. AT. Siquidem Christus missionem ac sanctificationem, id est, destinationem ad mimus suum messianum implendum attulit tantum, ut a se amoveret blasphemiae crimen, sibi a judaeis impactum, eo quod se Filium Dei appellasset, argumentum instituendo a minori ad majus. Ceterum non solum denominationem Filii Dei, sed rem ipsam sibi vindicat; et aperte declarat, ita se esse natura Deum, ut ipse *in Patre et Pater in se sit;* nec dubium esse potest, quin Dei verus et aeternus sit Filius, qui in Patre et in quo Pater est. Idem perinde sonant verba illa: *Ego in Patre et Pater in me est,* ac *Filius Dei sum.* Ut hoc vero probet, provocat judaeos ad miracula sua. *Si non facio,* inquit, *opera Patris mei, nolite credere mihi; et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis,*

u) Cf. Matth. XIX. 28. ubi resurrectio vocatur *regeneratio;* Christus vero ab apostolo, Coloss. L 18., dicitur *primogenitus ex mortuis,* et Apoc. I. 5. *primogenitus mortuorum.* Cf. Maran, part. I. cap. 5. §. 3.

’*) Etenim *τού àgioâévroç vìoü $eov* apte reddi possunt: *Qui declaratus est et demonstratus Dei Filius.* Cf. Tirinus, in hunc loc./

as) Cf. Maran, op. cit. lib. I. part. II. cap. 21. §. 7.

quia Pater in me est et ego in Patre. Quod cum probe intellexissent judaei, ideo voluerunt ipsum lapidare. Falsum igitur est, quod assumit Crellius, Christum hic minime declarasse, se nempe esse summum illum Deum, atque ex Patris essentia genitum. 26

245. I. Inst. Apostolus I. Cor. XV. 24. ea habet, quae cum natura divina in Christo componi nullatenus possunt. Ait enim: *Deinde finis; cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum et potestatem et virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus..... Cum autem dicat: omnia subjecta sunt ei; sine dubio praeter eum, qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Ex quibus patet Christum non esse summum Deum: 1. quidem quia regnum suum Patri tradet, quo pacto, inquit Crellius, potestatem suam dux, a rege bello alicui gerendo praefectus, bello confecto regi tradet; 2. quia ipse Dei Filius subjicietur aliquando ei, qui subjecerat sibi omnia, nempe Patri. Ergo.

246. Resp. X. A. Ad 1. illationem *nego* juxta apostolum traditurum esse Christum potestatem suam Patri ut ducem, qui bello confecto, regi, a quo praefectus bello est, imperium resignat. Christus enim tradet regnum ut Filius Patri, quocum, et cum Spiritu Sancto unum prorsus habet imperium. In sensu enim Crellii finem haberet resmum Christi; at angelus, alloquens b. Virginem, testatur illud fore perpetuum: *Et regni ejus non erit finis.* Quare apostoli verba: *Donec ponat inimicos* etc., confirmant et asseverant, quod nonnullis fortasse dubium videri potuisset, Christum nempe regnaturum in medio inimicorum, ac potestates omnes et principatus subacturum. At necesse non fuit asseverare, eum post debellatos hostes regnaturum, cum manifestum sit, midto majorem tunc regni ejus splendorem fore.

247. Ad 2. *D.* Filius subjicietur Patri ut caput ecclesiae cum integro corpore mystico, completo scilicet electorum numero, *C.* in sua persona, *N.* Ex futura enim illa subjectione Filii sequitur, eum nondum esse subjectum Patri; ex modo autem, quo nunc dicitur non subjectus, colligimus, quonam modo aliquando subjiciendus sit. Jam vero non aliam ob causam Filius nondum subjectus est Patri, quam quod nondum omnia illius membra subjecta sunt. Adhuc enim illud corpus *crescit in augmentum Dei* (Coloss. II. 19.); adhuc opus est pastoribus et doctoribus *ad consummationem sanctorum .... in aedificationem corporis Christi* (Ephes. IV. 12.).

248. II. Inst. Atqui ex apostolo Hebr. I. 4 et seqq. quidquid de Christo praedicatur, ei essentiale non est, sed communicatum a Deo summo.

*·) Cf. Maran, loc. cit. §■ 6.

Etenim cum docuisset, Christum, purgatione peccatorum nostrorum per semetipsum facta, consedisse ad dexteram Dei in excelsis, addit. *Tanto melior angelis effectus, quanto differentius* (hoc est praestantius seu excellentius) *prae illis nomen haereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Et rursum: *Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium.* Jam vero 1. quod haereditate obtinetur, a generatione proprie dicta seu divina repeti nequit; quod confirmatur ex verbis sequentibus: *Ego ero illi in Patrem* etc.; quae verba, cum in futuro proferantur, evincunt, non agi de re ejusmodi, quae Dei summi sit propria; eo magis quod verba illa primo seu litterali sensu de Salomone Christi typo prolata fuerint, ut ex II. Reg. VII. 14. aliisque locis constat; Salomon autem nequit typus esse Christi quoad aeternam generationem.[27] 2. Nec obest ibidem dici: *Per quem fecit et saecula;* ut enim Grotius animadvertit, illud *per quem* tantumdem valet ac *propter quem,* et exprimit causam finalem; recepta enim erat apud veteres rabbinos sententia, Deum mundum condidisse propter Messiam.[28] 3. Hinc ibid, apostolus vocat Christum *splendorem gloriae et figuram* (seu *characterem) substantiae Dei,* ut alibi vocavit *imaginem Dei invisibilis;* porro splendor, seu ille in quo refulget Dei gloria, et imago Dei ejusdem numero substantiae cum Deo esse non possimt, alioquin sui ipsius splendor et imago foret.[29] Ergo.

249. Resp. *D. A.* In natura humana, *C.* in natura divina, *N.*

250. Ad 1. prob. *D.* Sub imo eodemque respectu seu in natura divina, *C.* in natura humana, A. Ideo autem haereditavit Christus in natura humana, quia ab aeterno genitus est in natura divina. Duplici propterea titulo eidem talis haereditas seu exaltatio competit, tum nempe ob filiationem ejus naturalem, tum ob ea, quae in natura assumpta passus est. Hac ratione omnia optime cohaerent, quae de utraque natura hic Paulus disserit; et componuntur praeterea cum doctrina catholica sive adducta testimonia sive quae de Salomone tamquam Christi typo proferuntur.

251. Ad 2. A. Falsam autem esse Grotii interpretationem, ostendunt 1°. omnes interpretationis regulae, quas ipse pessumdat, dum contendit, *per quem, δι' ον,* idem valere ac *δἰ ον, propter quem;* quum tot locis Scriptura testetur, omnia per Christum creata[30], seu per Verbum.[31] 2°. Idem ostendit contextus. Scribit enim apostolus ibi de Christo: initio terram fundavit, et opera manuum ejus sunt coeli. Deinde quomodo portare potuisset omnia verbo virtutis suae, qui non omnia creasset? 3°. Ipsimet biblici rationalistae ejusmodi commentum rejiciunt.[32]

”) Ita Crellius, op. cit. cap. XXX. pag. 58.

M) Cf. in *Crit. sacr.* tom. VIII. in hunc loc.

M) Crell. op. cit. cap. XXX. pag. 51.

30) Coloss. I. 16; Apoc. IV. 11.

31) Joann. I. 3.

3·) Cf. Rosenmuller, in hunc loc.

252 Ad 3. A. Sed vocat splendorem gloriae et figuram substantiae *Patris,* non *Dei.* Ejusmodi autem voces nihil aliud exprimunt quam nominis *Filii* explicationem. Necesse est enim, ut Filius coaetemus sit et consubstantialis Patri. Utrumque autem his verbis mirifice adstruitur. Nam *splendor* ejusdem naturae et gloriae est, et aeque aeternus ac lumen, a quo emanat; *figura* vero seu, ut graece dicitur, *character substantiae* Filium ipsum designat, in quo tamquam in sigillo tota Patris impressa est substantia, ita ut sit perfectissima imago Patris. Haec autem ut necessaria sunt ad veri Filii notionem, ita omnino abhorrent a rei creatae natura et conditione. 33

253. Quod si Coloss. I. 15. Paulus Christum dicit *imaginem Dei invisibilis,* vocat etiam *primogenitum omnis creaturae,* quatenus nempe, ut subdit, *in ipso condita sunt universa, in coelis et in terra, visibilia et invisibilia ... ; omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant* (v. 16 et seqq.). Quibus verbis evidenter adstruit eamdem in Filio naturam ac in Deo summo; ac propterea patet, nomen Dei usurpari hic ab apostolo eodem sensu, quo illud tribuit *Patri,* a quo Filius sola generatione distinguitur. Euit propterea Crellii cavillatio.34

DE NATURA CHRISTI HUMANA.

254. Qui humanam Christi naturam impugnarunt, anteriores iis sunt, qui ejusdem divinitatem sunt inficiati1, indignum Deo esse autumantes, eum adeo sese demittere, ut infirmam et imbecillem naturam nostram sibi copulaverit. Non ima tamen eademque ratione veteres illi haeretici in hoc articulo a veritatis tramite deflexerunt. Alii siquidem circa Christi carnem, alii circa animam, alii circa utriusque originem et proprietates gravissimos errores sectati sunt.

255. Qui adversus Christi carnem ejusque originem insurrexerunt, communi **docetarum**2 nomine sunt nuncupati. Ex his docetis alii veritatem ipsam carnis impugnarunt, *phantasma* verae carni substituentes, alii *qualitates* camis *proprias* tantum ei detraxerunt.3 *Docctismus* communis fuit

”) Cf. Maran, loc. cit. cap. 10. §. 2.

34) Reliquae difficultates saltem praecipuae cf. in tract. *De Trinit.* num. 43 et seqq. tum num. 166 et seqq. ubi de trinitate personarum ac de Verbi divinitate egimus. Cf. etiam Petav. *De Incarnat.* lib. XVI. cap. 1—5, nec non *De Trinit.* toto libro III. adversus Crellium.

*) S. Joannes evangelista hos refellendos praecipue sibi assumpsit in duabus prioribus suis epistolis. S. Irenaeus ejusmodi haeresin repetit a Simone mago; cf. *Cont. haer.* lib. I. cap. 12 et seq. edit Mass. Cf. etiam lib. V. cap. 18.

') Sic dicti a *δοκέω, videor, speciem praefero.*

3) Quod jam adnotaverat Terlull. *De resurr. cam.* cap. 2: »In ipsa prius carne

omnibus gnosticôrum familiis, qui pariter errarunt tum circa carnis Christi naturam aut qualitatem, tum circa ejus originem; nam Christo hi tribuebant carnem seu corpus aethereuni e sideribus et superioribus mundi substantiis desumptum, quod transiit per Mariam ut aqua per fistulam aut tubum. Itaque solam corporis aut carnis speciem Christo tribuerunt *phantasiadocetae, phantasiastae, manichaei, prisci!lianistae;* corpus coeleste per Mariam editum commenti sunt Bardesanes, Basilides, Apelles, paulieiani.[4] Recentiori aetate anabaptistae, quackeri, Borignonia, Poiretus aliique fere cum gnosticis insanierunt, nescio quid coeleste Christi corpori tribuentes.[5]

256. Alii vero haeretici contrarium iter arripientes, Christo vel solam carnem sine anima dederunt, ut **ari an orum** plerique; alii animam, sed ratione seu mente carentem, Verbum assumpsisse autumarunt, ut **Apollinaris** ejusque asseclae; de quibus merito scribebat s. Augustinus: *Videte absurditatem et insaniam non ferendam. Animam irrationalem eum habere voluerunt, rationalem negaverunt[6] dederunt ei animam pecoris, subtraxerunt hominis.*[6] Huic alios errores postea apollinaristae ad**texuerunt**[7]

257. Rursum circa humanam Christi naturam, seu potius circa ejus originem a vero descivere haeretici illi, qui Jesum ex Josepho prognatum fuisse contenderunt; adeoque ceterorum hominum more ex Maria progressum. Sic **Cerinthus, Carpocrâtes, ebionitae** eorumque surculi.

Hoc commentum e suis cineribus excusserunt ac denuo instaurarunt **rationalistae,** qui Christi nativitatem ex Virgine pro mytho sacro habent, ex judaeorum opinionibus quibusdam et prophetarum oraculis aevo sequiore demum composito, aut ex eventis quibusdam miraculorum speciem prae se ferentibus exorto.[8]

ejus (Christi) erraverunt; aut nullius veritatis contendentes eam, secundum Marcionem et Basilidcin; aut propriae qualitatis, secundum haereses Valentini ct Apellem."

4) *Cf.* Pelavius, *De Incarn.* lib. I. cap. 4. ubi omnium istorum haereses describit.

s) De quibus Cotta ad Gerhurdum, *Loc. theol* tom. III. pag. 406. diss. 1. p. 13 et seqq., IV. 17 et seqq.

*) *Tract.* XLVII. *in Joann,* num. 8. De apollinaristarum haeresi agit s. Epiph. *Haer.* LXXVII. edit. Petav. ubi refert §. 23· ipsos dedisse quidem Christo nempe *animam,* non autem νουν, id est *mentem.*

7) Ex Epiphanio autem et ex Theodoreto aliisque veteribus Petavius, lib. I. cap. 6. apollinaristarum errores prosequitur. Attamen Nat. Alex. *Hist. Eccl.* saec. IV. cap. 3. art. 14. si demas praecipuum errorem, quo Verbum in Christo vices animae supplevisse effutiebat Apollinaris, reliquos errores non tam ipsius Apollinaris quam ejus discipulorum fuisse contendit.

8) Ita Wcgscheider, §. 123. Sic pariter De Wette, *De relig. et theolog.* pag. 186, qui quod dicitur de Christo concepto de Spiritu S. et nato ex Virgine Maria, exponit velut formulam symbolicam, qua significetur, religionem ex Deo esse, atque ut symbolum characteris divini Christi Jesu; cum ratio refugiat ab admittendo omnium hominum perfectissimo, nempe Jesu, realiier producto ope supernaluralis conceptionis diversae a communi ceterorum hominum. Georgio Pauiusio, *Commentar, in IV. Evang.* non aliud est, Christum ex

258. Cum vero permolestum sit singillatim recensitas haeresee ac magna ex parte prorsus obsoletas refellere, duo nobis praestituimus generatim vindicanda. Alterum est integritas humanae naturae in Christo, ex quo tamquam generali principio velut totidem corollaria deducemus veritates singulas adversus singulares errores illius integritatem quoquomodo labefactantes; alterum vero est supernaturalis Christi conceptio, ex qua intemerata b. Mariae virginitas salva consistit. Sit igitur

PROPOSITIO L

Verbum divinum naturam humanam nobis consubstantialem assumpsit integram atque perfectam.

259. De fide est haec propositio, ut constat ex concilio chalcedonensi definiente: Christum *perfectum in humanitate, Deum verum et hominem verum, eumdem ex anima rationali et corpore, consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato 1;* tum etiam ex symbolo athanasiano, in quo Christus dicitur *perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens.* Quem quidem fidei articulum ita evincimus:

260. **Divinae litterae** non modo saepissime Christum *hominem* et *filium hominis* appellant, verum etiam ea perpetuo ac constantissime eidem tribuunt, quae veritatem humanae naturae procul dubio demonstrant. Etenim de illius loquuntur conceptione, nativitate, genealogia, deque ejus universa mortalis vitae ratione, morte, sepultura atque resurrectione. Quae omnia profecto veri hominis sunt.

Neque alia est sanctorum **patrum** sententia, qui non solum veritatem catholicam confirmant adversus quoslibet ejusdem impugnatores, sed praeterea argumenta congerunt ad eam constabiliendam. Quam 1°. quidem ex eo probant, quod si alterutra pars humanitatis in Christo deesset, non esset verus homo; 2°. ex fine Incarnationis Deique consilio, qui voluit, ut homo per hominem redimeretur; 3°. ex eo, quod mediator esse Christus debuit, adeoque verus homo verusque Deus, et utrique consubstantialis; 4°. denique ex eo, quod totum et integrum hominem liberari oportuit, unde et assumi. Horum testimonia copiose profert et evolvit Petavius. 2

Maria matre Virgine conceptum atque natum virtute Spiritus Sancti, quam quod haec, nempe Maria, se ad notitiam praebuerit juveni, qui se mentitus sit esse angelum, promissione accepta, futurum ut pariat Messiam. Sic ceteri passim rationalistae protestantes in Germania. Cf.Alber, op. cit. tom. L prol. §. 14.

') Actione V. in *Collect, cone.* Hard, tom. IL col. 455.

') *De Incarn.* 1. V. c. 2- §. 7 et seqq.

Huc accedunt **symbola, fidei professiones** et **conciliorum definitiones,** quas vel exhibuimus, vel commemorabimus, cum adversus nestorianos atque eutychianos unam Christi personam in duplici natura ostendemus. In eo igitur sacrae litterae cum divina traditione consentiunt, quod Verbum divinum humanam naturam assumpserit nobis consubstantialem, integram atque perfectam.

Ex his vero ita generatim constitutis sequitur

COROLLARIUM L

Christi caro est vera, solida et expressa, non autem ficta neque umbratilis neque apparens aut phantastica.

261. Nisi enim ejusmodi carnem Verbum assumpsisset, Christus nullo modo vel esse vel dici posset consubstantialis nobis. Sane carnis suae veritatem luculentissima plane ratione comprobavit ipse Christus, cum discipulis suis dicebat Luc. XXIV. 39: *Videte manus meas et pedes, quia ego ipse sum: palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere.* Jam vero, ut recte argumentabatur s. Augustinus: *Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus; et si fefellit, veritas non est. Est autem veritas Christus. Non igitur phantasma fuit coipus ejus.* [1] Eidem jam praeiverant in hoc argumento Lenaeus, *Contra haereses* lib. III. cap. XVHL et XX; Tertullianus, *De came Christi,* cap. V; Epiphanius, *Haeres.* LXXVH. n. 25 et alibi, aliique patres.

DIFFICULTATES.

262. Obj. Scripturae excludunt veritatem carnis Christi; etenim 1. affirmant, non habuisse Christum nisi hominis et carnis similitudinem; ait enim apostolus Phil. H. 7: *Semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo;* etRom. VIH.3: *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati.* Quod 2. congruit cum iis, quae idem apostolus scribit I. Cor. XV. 50: *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt,* ideoque neque Christi caro. 3. Quare sibi semper constans, П. Cor. V. 16. scribit: *Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem; et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus;* resipiscens scilicet ab absurdo illo errore, in quem rudis adhuc in apostolatu inciderat, veram credendo Christi carnem. 4. Sane Verbum, licet in V. T. vere apparuerit carne indutum, veram tamen carnem minime prae se ferebat, sicut nec angeli, etsi omnia officia praestiterint

[1]) Lib. ***LXXXIII.*** *Ouaestion.* quaest. XIV.

hominis propria. 5. Demum ratio ipsa clamat, minime decere, carnem immundam, corruptibilem, mortalem, phuimisque imperfectionibus scatentem divinae naturae consociari. Ergo,

263. Resp. *Neg. aniec.* Ad. 1. prob. *D.* Referunt, Christum non habuisse nisi hominis et carnis similitudinem *speciei, C. naturae, N.* Apostolus igitur in priori textu nil aliud significat, nisi Christum speciem prae se tulisse ceterorum hominum, neque in aliqua re quoad naturam a ceteris absimilem extitisse, prout contextus postulat, alioquin nec Deus fuisset. In altero textu similitudo refertur ad *carnem peccati,* non autem ad carnem absolute; adeo ut juxta apostolum Christus habuerit quidem carnem corruptibilem et passibilem, cujusmodi nostra eat, immaculatam tamen et a quavis peccati labe immunem.

264. Ad 2. *D.* Prout caro et sanguis spiritui seu sanctitati opponuntur, *C.* prout in se seu naturi sua sunt, A' Quod contextus pariter ostendit.

26ὺ. Ad 3. *D.* Id est, affectu carnali ratione ejusdem communis originis ex Abraham, *C.* secus, *N.* Alioquin non solum Christus, sed omnes homines vera carne destituti essent.

266. Ad 4. *D.* Vere apparuit per apparitionem symbolicam, *C.* per apparitionem realem quoad externam specieni, rV. Nondum enim Verbum carnem nostram induerat. xAtque hoc in hypothesi quod Verbum reipsa gemper apparuerit.

267. Eadem ratione intelligenda sunt quae de apparitionibus angelorum sub humana specie in Scripturis referuntur; quod Scripturae ipsae identidem monent, ut Tob. XII. 18. De Christo vero non solum nullibi hoc declaratur, sed contrarium prorsus ubique Scripturae testantur.

268. Ad 5. Λ'. Nihil enim Deo immundum est in creaturis suis atque indecens, pro effusa sua in homines caritate.

..tin

COROLLARIUM II.

Christi corpus non e coelo delapsum est, neque ex c substantia consistens, sed est humanum atque ex Virgine matre susceptum.

269. Etenim veteribus patriarchis promissus est Messias, nempe Jesus, nascit,urus ex eorum semine, Abraham scilicet, Isaac et Jacob, postea vero David, ut suo loco ostendimus. Divinas porro has promissiones- omnino fuisse completas, evangelica testatur historia. Lucae siquidem I. 31. dixit

*) Cf. Estius in hunc loc. Cf. Terlull. et s. Epiph. locis citatis.

angelus Mariae: *Ecce concipies in utero et paries filium;* Matthaeus vero I. 1 et seqq. cum texuisset Christi genealogiam ab Abraham usque ad Joseph et Mariam, addidit v. 25: *Peperit* (Maria) *Filium suum primogenitum.* Quare apostolus Rom. I. 3. de Christo loquens, ait: *Qui factus est ex semine David secundum carnem;* atque alibi Gal. IV. 4: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.* [*]) Neque enim ex muliere *factus* dici potuisset, nisi corpus ex ea suscepisset, prout patres omnes adversus valentinianos disputabant.

270. Atque hinc refelluntur pariter anabaptistae illi ceterique protestantes superius recensiti, affirmantes, vel Christi corpus coeleste quid praese tulisse, vel coeleste saltem quidpiam eidem adjectum. Certe neque divinae litterae, neque patres coeleste hujusmodi corpus commemorant, immo vero rejiciunt; neque ad Incarnationis sive mysterium sive oeconomiam coelesti eo corpore opus erat, ut liberiores ejusmodi homines evulgarunt, nova semper paradoxa ex sectae suae principio sibi cudentes.

DIFFICULTATES.

271. **Obj.** Quanam carne aut corpore Christus praeditus esset, ipsemet non semel declarat; ac 1. dum Joann. III. 6. affirmat: *Quod natum est ex carne, caro est; quod natum est ex spiritu, spiritus est;* repugnat autem dicere, Christum carnem fuisse; 2. dum praeterea clarius subdit ibid. v. 13: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in coelo.* Jam vero ipse non descendit de coelo in natura divina, quae ubique est; ergo in natura assumpta, quae pariter in coelum conscendit; de coelo igitur ipsam detulit. Hinc Joann. VI. 41. loquens de corpore seu carne sua sub panis metaphora, ait: *Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi.* 3. Accurate propterea angelus apud Matth. I. 20. loquens de b. Virgine, non dixit: *Quod ex ea natum est,* sed: *Quod in ea natum est, de Spiritu S. est;* quia Verbum non ex b. Virginis carne sibi carnem adseivit, sed secum e coelo detulit. 4. Nusquam propterea Christus b. Virginem matrem compellat, sed eam constanter *mulierem* vocat. 5. Immo se prorsus nullam terrenam matrem agnoscere velle professus est Matth. XII. 47; ubi cum quidam ei dixisset: *Ecce mater tua et fratres tui,* respondit illico Christus: *Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei?* 6. Ex his mutuatus est apostolus doctrinam suam, dum I. Cor. XV. 47. diserte scribit de Christo, quem cum Adam confert: *Primus homo de terra terrenus; secundus homo de coelo coelestis.* Ergo.

272. **Resp.** ad 1. *D.* Id est, generatione carnali quatenus opponitur regenerationi spirituali, quae confertur per baptisma, de quo hic loquitur

*) Cf. apud Petav. *De Incarn.* lib. V. cap. 2.

Christus, *C.* hic agitur de carne quatenus opposita est spiritui seu substantiae spirituali, *N.* 2

273. Ad 2. *D.* Ratione personae divinae et quidem *effectu, C.* ratione naturae assumptae ac motu locali, A. Eodem sensu accipienda sunt quae sub panis metaphora de se protulit Christus. 3

274. Ad 3. *D. In ea* et *ex ea.* ut aperte dicitur Luc. I. 35: *Quod nascetur ex te sanctum:* et Galat. IV. 4: *Factum ex muliere, C. in ea,* in sensu adversariorum, V.

275. Ad 4. *D.* 1°. Prudenti oeconomia cui suppleverunt evangelistae sexcentis in locis, *matrem Jesu* b. Virginem appellantes, *C.* ad insinuandum vere Mariam matrem suam non esse, V. 2°. Vocat *mulierem* in sensu exclusivo *matris, N.* in sensu inclusive, *C.* Sime, ceteris omissis, Joann. XIX. 26. legitur: *Cum vidisset Jesus matrem . . . dicit matri suae: mulier ecce filius tuus.* 4

276. Ad 5. *D.* Praeferendo spiritualem cognationem cognationi carnali, *C.* excludendo carnalem, Λ. Patet ex contextu.

277. Ad 6. *D. Coelestis* ratione personae divinae, vel admirabilis ipsius conceptionis, vel coelestis plane vitae, quam Christus duxit, *C.* ratione materiae seu substantiae, qua coagmentatum fuit ipsius corpus, A Apostolus porro ibid, opponit hominem coelestem terreno seu terrena cupienti atque sapienti; fideles propterea hortatur, ut, quoniam portaverunt imaginem terreni, coelestis jam exinde imaginem portare studeant, spiritualia nempe et coelestia cogitantes et consectantes. 5

COROLLARTCAI UI.

Animam eamque rationis participem Verbum divinum assumpsit.

278. Profecto, si anima ad humanae naturae essentiam spectat, eam Verbum divinum assumpsisse necesse est. Etenim *non est homo perfectus,* ut arguebat s. Augustinus, *si vel anima cami, vel animae ipsi mens humana defuerit.* 1 Propterea juxta veteres patres 1°. Verbum corpus mediante anima assumpsit; 2°. id omne assumpsit, quod reparavit ac sanavit; sanavit autem animam praecipue.

Accedit, certissimum in sacris litteris, patribus ac fidei symbolis catholicum dogma esse, Christum post mortem ad inferos descendisse; jam vero

2) Cf. Maldonat. in hunc locum.

») Ibid.

4) *Ἰηϋού ἰδών την μητέρα ... λέγει rij μητοί αυτού· γύναι, ιδού ο υιό σου.*

5) Cf. Bernard, a Piconio in hunc locum.

') Ep. CLXXXVII. *ad Dard.* num. 4. edit. maur.

nec corpore descendit, quod in sepulcro depositum est; neque divinitate, quae utpote immensa ubique est; neque figurate de Christo id dictum esse admitti potest, cum ex communi patrum et ecclesiae sententia de vero et proprie dicto descensu ad inferos symbolum apostolicum loquatur; restat igitur, ut anima Christum ad inferos descendisse credamus post mortem suam; quae quidem mors sine anima nec est nec intelligi potest[2]

279. Verum non minus evidens argumentum sacrae litterae suppeditant, ad animam et quidem rationalem in Christo adstruendam in attributis seu proprietatibus et affectionibus, quas eidem adseribunt. Etenim Christi humanam voluntatem et operationem commemorant, ut inferius ostendemus, animae tristitiam, pavorem, metum, atque doloris sensum, quae sane omnia evidenter ostendunt Dei Verbum, praeter humanum corpus, humanam sibi animam eamque rationis participem copulasse.

DIFFICULTATES.

280. **Obj.** Tum Scriptura tum recta ratio animam, eamque rationis participem, Christum minime habuisse suadent. 1. Aperte enim Joann. I. 14. dicitur: *Et Verbum caro factum est:* solam igitur carnem Verbum assumpsit; 2. idque merito, divinitas enim tum animae tum mentis vices gerere poterat; eo vel maxime, 3. quod *duo perfecta,* ut ajebat Apollinaris, *non capiebat Christus,* id est, duas naturas perfectas in ima persona, 4. alioquin quaternitas in Deo pro Trinitate constitueretur. His accedit necessario in mente humana carnales esse cogitationes camisque prudentiam, quam reprobat apostolus Rom. λHII. 6. Ergo.

281. **Resp.** *N.* A. Ad 1. prob. *D.* Id est, homo, *C.* caro sine anima, *N.* Sic enim patres unanimiter, juxta perpetuum ecclesiae sensum, citata verba exposuerunt, qui plures praeterea ejusmodi locutionis rationes afferunt.[3] Sane voces *carnis* et *animae* passim in Scripturis occurrunt ad totum hominem significandum, e. *gr.* Gen. VI. 12: *Omnis caro corruperat viam suam.*

282. Ad 2. *D.* Ad vivendum et intelligendum, *Tr.* ad perfectum seu verum hominem constituendum, *N.*

283. Ad 3. *D.* Perfecta sub ratione personae, *C.* naturarum, *N.* ut inferius ostendemus.

284. Ad 4. *N.* Neque enim humana natura peculiarem quamdam constituit personam; sed eam Verbum adseivit in unitate personae divinae, ut

*) Protestantes passim, quos secuti sunt jansenistae, articulum de Christi descensu ad inferos, quoad animam scilicet, expungunt; et contra sensum totius antiquitatis et ecclesiae universae de corporis Christi sepultura articulum illum intelligunt; etsi huic violentae expositioni obstet quod legitur I. Petr. III. 19 et 20. Cf. Pclav. lib. XIII. capp. 15 et seqq.

'I Cf. Petav. lib. IV. cap. 2.

idoneo loco exponemus et vindicabimus. Sic negamus, necessario inesse in humana mente carnales cogitationes, ut patet ex statu Adae innocentis; in Christo vero mens regebatur a Verbi persona. 4 Idem dicatur de prudentia carnali, ne diutius in ejusmodi nugis refellendis immoremur.

COROLLARIUM IV.

Christus humanis affectibus, doloribus et corruptioni obnoxius fuit ex naturae suae coditione.

285. Prior pars ad fidem spectat; altera vero, qua nempe dicitur «· *naturae suae conditione,* est tantum fidei proxima, ut ex dicendis patebit. Ad priorem itaque partem quod attinet, de ejus veritate omnia fidei nostrae symbola nos dubitare non simmt quae nobis exhibent Christum passum ac mortuum, ideoque ante suam resurrectionem passibilem ac corruptibilem. Sane hujus rei non obscura argumenta sacrae litterae suppeditant, quae Christum testantur identidem esurientem, sitientem, flentem, ex itinere fatigatum, et prae doloris acerbitate clamantem. Quare Is. LUI. idem Christus appellatur *vir dolorum d sciens infirmitatem, vulneratus, attritus,* atque haec quoad corpus.

Quoad animam vero idipsum Christus expressit, cum Luc. XXII. 42. ait: *Pater, si vis, transfer a me calicem istum;* ubi idem evangelista subdit: *Apparuit illi angelus de coelo confortans eum, et factus in agonia prolixius orabat;* quae locum non haberent, nisi doloris magnitudinem atque acerbitatem persensisset. Quod etiam ostenditur ex Matth. XXVI. 38. cum Christus, discipulos suos alloquens, dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem;* hinc reipsa *coepit pavere et taedere,* ut legitur Marc. XIV. 33.

fl

286. De hoc fidei articulo nemo unquam catholicorum dubitavit; sed utrum ejusmodi affectiones Christus ex naturae conditione, seu insita naturae humanae infirmitate passus fuerit, an vero non naturaliter, sed extraordinaria quadam lege, ac velut per miraculum eas sit expertus, magna olim extitit contentio· inter Philippum abbatem Bonae Spei et Joannem quemdam monachum ac praepositiun, aetate S. Bernardi. Partem negantem suscepit Philippus, qui acrius contendit, Christi carnem, quia sine peccato concepta fuerat, nullis poenis obstrictam et obligatam fuisse, adeoque nihil naturaliter pati potuisse. Contra vero Joannes praepositus Christum asserebat necessitate naturali, sed sponte tamen adseita et voluntaria omnia pertulisse.

Haec posterior sententia communis evasit, cui adstipulantur satis aperte

O Vid. Pelav. lib. V. cap. 13. 6.

Soripturac atque ecclesiae patres. Apoetolus enim Hcbr. II. 17. affirmat, Christum debuisse *per omnia fratribus similari, ut misericors fleret, fi fidelis pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicia populi. In eo enim, in quo passus est ipse cl tentâtus, potens est et cis, qui lentantur, auxiliari;* tum cap. IV. 15: Aon *enim,* inquit, *habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, lentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Quae inepte ad solatium nostrum dicta viderentur, si quae Christus passus eat, non humano more modoque suscepisset; quod magis confirmatur ex argumento, quod idem apostolus instituit, ibid. V. 2 et seqq. Patres vero in eo pariter omues consentiunt', etsi fateantur, quod et a nobis constitutum est, haec omnia in Christi humanitate ad nutum divinitatis tamquam moderatricis, administrata esse ac propterea non invite, sed libere nostri causa Christum passiones pertulisse. 2

') Cf. apud Petav. lib. X. cap. 4. §. 5 et seqq.

') Coronidis gratia hic juvat accuratam animadversionem afferre, quam Boetius circa finem libri, *f)e duabus naturis et una persona Christi,* instituit, quaeque non modice confert tum ad eulychianorum commenta diluenda, tum ad hanc quaestionem, quam excutimus, explanandam. Etenim, si dicatur Christus carnem habuisse, qualem Adam habuit post peccatum, inferebant eulychiani, peccato eam obnoxiam fuisse; sin aulem ejusmodi carnem suscepit, qualis anle lapsum illius extilit, concludebant, eam neque pati neque mori potuisse. Boetius igitur lres status distinguit in Adam, duos extremos et alterum inter illos medium. *Primus status est* «ante delictum, in quo tamelsi ab eo mors aberat, nec adhuc ullo se delicto polluerat, poterat tamen in eo voluntas esse peccandi." *Secundus status est* »iri quem mutari potuisset, si firmiter in Dei praeceptis manere voluisset. Tunc enim id addendum foret, ut non modo non peccaret, aut peccare vellet, sed ne posset quidem aut peccare aul velle delinquere." *Tertius status* „est post delictura, in quo mors illum necessario subsecuta est, et peccatum ipsum voluntasque peccati." Horum statuum extremi duo sunl secundus et tertius; etenim in secundo, qui tantum fuit possibilis, adfuisset *impeccantia,* in tertio *peccatum et peccandi voluntas.* Primus aulem est medius inter hos extremos, in quo adfuit *possibilitas peccandi el moriendi.* Ex iis igitur statibus singulis proprium quiddam Christum assumpsisse Boetius observat. nNam quod mortale corpus assumpsit, ut mortem a genere humano fugaret, in eo statu ponendum est, qui post Adae praevaricationem poenaliter inflictus est *(ac tertius est ex recensitis}.* Quod vero non fuit in eo voluntas ulla peccati, ex eo sumptum est statu, qui esse potuisset, nisi voluntatem insidianlis fraudibus applicasset *(qui secundus est status}.** Restat igitur medius status, qui primus est positus, »ille scilicet, qui eo tempore fuit, cum nec mors aderat, et adesse poterat delinquendi voluntas. In hoc igitur Adam talis fuit, ut manducaret ac biberet, ut accepta digereret, ut laberelur in somnum, et alia, quae ei non defecerunt *(alias* defuerunt), humana quidem, sed concessa, et quae nullam poenam mortis inferrent; quae omnia habuisse Christum dubium non est. Nam el manducavit, et bibit, et humani corporis offleio functus est. Neque enim tanta indigentia in Adam fuisse credenda est, ut, nisi manducasset, vivere non potuisset. Sed, si ex omni quidem liguo escam sumeret, semper vivere potuisset, hisque *(forte* sicque) non mori. Idcirco paradisi fructibus indigentiam explebat. Quam indigentiam fuisse in Christo, nullus ignorat, sed potestate, non necessitate.

DIFFICULTATES.

287. I. Obj. Patres passim docent Christum nullo umquam dolore aut tristitia affectum fuisse: 1. tum quia passiones affectionesque ejusmodi Deo indignas censebant, tum quia imperfectionem redolere atque arguere arbitrabantur. 2. Insignis inter cetera est locus Hilarii pictaviensis, *De Trinit.* lib. X. nr. 23. ubi aperte negat, quidpiam poenae aut doloris Christi corpus pertulisse, scribens: *In quo* (Christo) *quamvis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent aut suspensio elecaret afferrent quidem haec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent: ut telum aliquod aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aera vulnerans . . . passus quidem est Dominus Jesus Christus, dum caeditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur: sed in corpus Domini irruens passio, nec non fuit passio, nec tamen naturam passionis extrait; dum et poenali ministerio illa desaevit, et virtus corporis sine sensu poenae vim poenae in se desaevientis excepit.* Qui praeterea addit, Christum nullum metum aut mortis dolorem sensisse; in quo conveniunt etiam aliqui patres, qui negant Christum de impendente morte contristatum fuisse aut perturbatum.

288. Resp. Ad 1. *D.* In natura divina, *C.* in humana, *subd.* passiones, quae ex humanae naturae vitio, vel ex prava hominis voluntate procedunt, *C.* quae sunt innoxiae congenitaeque ipsi naturae, 2V. Illas porro a Christo patres excludunt, non istas, quae Deo indignae censeri amplius non debent, ex quo humanam naturam induere Deus dignatus est, nullamque arguunt imperfectionem.[3]

289. Ad 2. *D.* Et s. Hilarius, prout patet ex ipsius scopo, loquitur de divina Christi natura, *C.* de humana, *subd.* quasi vere ab ea omnem dolorem et infirmitatem abigat, A. ut ostendat Christi passiones *et* infirmitâtes voluntarias esse ejusque imperio dominioque subjectas ac temperatas, C. Etenim ipse, *De Trin.* lib. I. n. 32. declarat, se librum decimum instituisse adversus haereticos, *qui, divinae professionis naturaeque immemores, ad impietatis suae argumentum dispensationis gesta dictaque tenuerunt,* seu ut planius loquitur, lib. XI. n. 5. qui, *quae ab eo* (Citristo) *secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturae divinae infirmitatem mentiuntur.* Hos igitur refellit, ostendens passiones non ad divinam, sed ad humanam Christi naturam esse referendas. Ostendit praeterea s. Hilarius, Christi

[3]) Humanarum enim passionum duae sunt species: quaedam^nalurales sunt, et vitii expertes; ut sunt fames, sitis, lassitudo ac ceterae ejusmodi. Aliae macula quadam turpitudinis infectae, ut est concupiscentiae morbus, ct quae proprie passionum vocabulo censentur. His caruit Christus; ast priores, quamdiu vixit, habuit, ut patres omnes graeci atque latini unanimiter tradunt. Cf. Petav. lib. VILI et IX.

infirmitates a nostris quadruplici ratione differre. Nostrae enim sunt coactae, promeritae, in nos dominantur, nec quidquam in nobis est, quod non eis subjaceat; contra vero cx s. Hilario infirmitates in Christo fuerunt volumariae, propter nos susceptae, ad nutum voluntatis illius temperatae, nec naturam divinam, sed solum humanam attingentes. .*

290. Eodem sensu tum ipse tum reliqui patres negant, aut ullum metum aut mortis dolorem Christum sensisse aut de morte contristatum; de metu enim, dolore aut perturbatione loquuntur, quae in Christum dominarentiu·, aut invitum nolentemque possent commovere. 5

291. II. Obj. Saltem intelligi nequit, quomodo ejusmodi affectiones tristitiae et taedii quoad animam, doloris quoad corpus, naturales potuerint in Christo esse, cujus anima visione beatifica ob unionem hypostaticam fruebatur, ex qua profluebat gaudium, quo vel ipsius corpus perfundebatur. Tristitia enim aut dolor cum gaudio beatifico simul naturali ratione componi nequeunt, ut ex comprehensoribus patet, qui miseri esse non possunt Si igitur Christus tum in anima tum in corpore passus est, non conditione naturae sed praeter naturam, seu per miraculum talia ipsum fuisse perpessum dicendum est. Ergo.

292. Resp. Cum Verbum humanam naturam una cum insita naturali infirmitate in eum finem assumpserit, ut pateretur ac moreretur, ita attemperavit gaudium, quod ex visione beatifica profluebat, ut non impedierit affectiones proprias humanae naturae. Utrumque enim certum est, tum Christi animam visione beatifica ab ejus creatione donatam esse, tum humanis affectionibus metus, tristitiae ac taedii obnoxiam fuisse, ut et Christi corpus doloribus affectum ex naturali infirmitate et conditione; reliquum proinde est, ut haec componantur per divinam dispensationem juxta exposita. 6 Nec omittendum, gaudium et tristitiam, cum ex diverso objecto et motivo oriuntur, prout in Christo oriebantur, optime inter se consistere posse in uno eodemque individup.7 Neque propterea obstat exemplum comprehensorum; etenim ipsis in termino constitutis nulla subesse potest tristitiae aut doloris affectio; Christus autem simul fuit viator. Sed de his consulantur scholastici.8

«) Cf. P. Constant, in praefatione ad novam a se curatam ejusdem s. Patris editionem anno 1693, ad n. 160. seu lota §.3. ubi nihil desiderandum reliquit circa germanam s. Hilarii mentem.

5) Cf. Petav. lib. X. cap. 5. §. 9 et seqq.

e) Cf. Estius in *Hl. Sent.* dist. XV. §. 4. S. Augustinus, *De peccat, merit,* lib. II. cap. 24. η. 48: »Quia in co (Christo), inquit, erat similitudo carnis peccati, mutationes aetatum perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia, ut ad mortem videatur etiam senescendo illa caro pervenire potuisse, nisi juvenis fuisset occisus. Quae tamen mors in carne peccati inobedienliae debita redditur, in similitudine autem carnis peccati obedienliac voluntate suscepta est." Cf. etiam *Catech. rom.* part. L art. 4- n. 2.

7) Cf. Suarez, in ***III. part. s. Thom.*** disp. 38. sect. 2.

8) Cf. Platelius S. J. *Synopsis totius cursus theolog.* pari. 4- n. 288 et seqq.

PROPOSITIO II.

Christus Dominus de Spiritu Sancto conceptus est, atque r.r *Maria Virgine salva ipsius integritate natus.*

293- Propositio haec est de fide, ut omnia fidei nostrae symbola expresse tradunt; sic in symbolo apostolico de Christo dicitur: *Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.* Eadem habent symbola nicaenum et constantinopolitanum.

294. Cum vero admirabilem ac supernaturalem hanc Christi Jesu conceptionem ac nativitatem duae hostium classes adoriantur, judaei scilicet et haeretici, et ex recentioribus rationalistae nonnullique biblici protestantes, ut praemisimus, ad eos propterea refellendos ejus generis argumentis uti debemus, quibus omnes simul perstringamus. Ex utroque propterea foedere, atque ex constanti antiquiorum judaeorum et Christianorum traditione, tum ex critica et exegesi argumenta promere cogimur ad rem nostram conficiendam.

295. Celebre est **vaticinium**, quod Isaias VII. 14. edidit, cum Achaz rex Juda propositum sibi a propheta signum rejecit, de imminente liberatione Jerusalem a Rasin rege Syriae, et Phacee rege Israel, eam obsidentibus, dicens: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet et pariet filium, ei vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Ejusmodi autem oraculum de Virgine concipiente et paviente, Spiritus Sancti operante virtute, interpretatus est s. Matthaeus I. 22 et seqq. **ubi**, cum retulisset supernaturalem b. Virginis conceptionem, addidit: *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem: Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium: et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.* Ad hoc ipsum oraculum manifeste alludit angelus b. Virginem alloquens, Luc. I. 31; iisdem enim pene verbis utitur, quibus Isaias. Exploratum igitur est apud christianos, tum vaticinium Isaiae ad Christi conceptionem ac nativitatem pertinere, tum de virgine matre esse intelligendum.

296. Sed praeterea adversus judaeos et rationalistas patet, Matthaeum ac Lucam secutos esse verum Isaiae sensum ac receptam veteris synagogae interpretationem, 1°. ex eo quod messiana explicatio jam coaevis prophetae ipsius fuerit communis; etenim Michaeae V. 2, 3. tum illud *parturiens pariet,* tum *egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis,* supponunt jam Messiae nativitatem absque viri opera. Michaeas enim ostendit divinam Messiae originem, Isaias vero mirum **ejusuativitatis** modum. 2°. Patet ex ipso Lsaiae proposito, vocibus et contextu: propositum enim Isaiae erat, dare

seu exhibere signum certum et extraordinarium promissae liberationis; exhibet autem ejusmodi signum in extraordinaria Messiae nativitate ex virgine, quae hoc ipso quod futura esset ex progenie David, ostendebat hanc non fore per illam obsidionem extirpandam. Utitur autem voce ΠθϽΡΓΤ cum articulo, indicans se loqui de re jam cognita dicens: *Ecce virgo illa concipiet et pariet;* promittit vocandum hujus virginis filium nomine symbolice *Nobiscum Deus.* Capite vero seq. nempe VIII. 8. exhibet propheta hunc Emmanuelem Dominum totius Judaeae; nam loquens de assyriorum rege, ait: *Et erit extensio alarum ejus implens latitudinem terrae tuae, o Emmanuel.* Demum cap. IX. 6 et seqq. de hoc ipso virginis parvulo agens, Deum simul et hominem eum exhibet, ejus regni naturam ac perpetuitatem magnifice describit, prout rursum idipsum praestat cap. XI. 1 et seqq. 3°. Patet ex consensu veteris synagogae et antiquiorum rabbinorum, apud quos viguit antiqua traditio de supernatiu-ali Messiae conceptione ac nativitate ex virgine 1; cujus vestigium occurrit Joann. VU. 27; et sane nulla erat ratio evangelistis referendi Jesu Christi nativitatem ex virgine, nisi receptum apud omnes tunc temporis fuisset, talem fore ortum promissi Messiae. 4°. Demum constat ex hujus traditionis propagatione apud omnes gentes, inter quas pervulgatum erat, praeter naturae legem e virgine matre nasciturum, qui salutem, justitiam, sapientiam laturus esset in terras, hanc opinionem accommodantes suis heroibus ac magistris; ut apud graecos, qui Minervam e capite Jovis, Plutonem e phantasmate Apollinis oppressa matre finxerunt atque e partu virginis editum; apud romanos, qui auctores urbis et gentis suae Ilia virgine et Marte genitos arbitrati sunt2; apud indos, qui Budham principem religionis indicae e latere virginis procreatum esse cenaverunt3, quae opinio adhuc apud ipsos perseverat4; apud sinenses, qui

‘) Cf. Du Voisin, *Observat, in prooem. Pugionis fidei,* pag. 154. edit. Carpzov. item Raym. Martini, part. III. dist. III. cap. 7; cl. Drach, *Troisième lettre,* première partie, *Prophétie d'Isaie* VIL 14. chap. 1 et 2, Romae 1833.

2) Apud s. Hieronym. *Adv. Jovinian.* lib. I. n. 42. edit. Vallars. opp. tom. II.

3) Ibid.

4) Quae s. Hieronymus de indorum Budha scribit, confirmantur a recontioribus, qui regiones illas perlustrando nuper inviserunt. Ita Paulinus a s. Barlholomaeo Malabariae missionarius, in *Systemate brahmanico liturgico, mytholoyico, civili* etc. Romae 1791, brahmanam doctrinam de Budha exponens, pag. 158. haec habet: «Natus est ex Maya, quae imaginationis dea est, ex mente, ex voluntate *Virgine,* et sine complexu carnali, quemadmodum filii pandavarum apud brahmanes per auriculam ex sole, ope orationis magicae, et sine complexu virili nati fuisse scribuntur in libro Sambhavam et Yndhishlria.·· Ct etiam Klaproth, *Asiat. Maga-z.* seu *Repertorium asiaticum,* part. III. Weimar 1802, *Von der Incarnation des Vischnou.* hoc est, *De incarnatione Vischnou.* De Zoroastre refert Tavernier, *Voyage en Perse,* tom. I. pag. 480: *Otte sa mère eut une vision pur un ange, et que, s'étant éveillée, elle connut qu'elle était grosse.* De Simone mago, in *Hist, apostolica,* lib. I. de Petro, cap. I. apud Fabric. *Cod. apocryph. N. T.* tom. II. pag. 416. legitur eum dixisse: ..Ego *(Simon}* sum prima virtus,

id ipsum tradunt de Foehi, seu Xaca.[5] Verum hoc propius attingunt, quae poetae de virgine Justitia seu Astraea cecinerunt[6], quo spectant quae de reversura aurea aetate Virgilius, *Ecloga IV.* v. 4 et seqq. scribit, ubi plura cum Isaiae vaticiuio, quae de nascituro puero in suo carmine exornat, plane congruunt.[7]

297. Cum igitur vaticinii Isaiae natura et adjuncta omnia manifestent, ibi de Messia e virgine matre nascituro praedictionem contineri; cum huic congruant prophetae ceteri, qui id tamquam notum assumunt, sensus ac traditio veteris synagogae, traditio apud omnes fere populos vulgata ac indidem orta; cum evangelistae juxta receptum hunc sensum oraculum exponant et adimpletum in Christo Jesu ejusque Virgine matre perhibeant;

qui semper et sine initio sum. Ingressus autem sum in uternm Rachel *(matris meae), natus sum ex* ea ut homo, ut ab hominibus videri possim.· Huc spectant quae de *vίoΐ 5εών. de filiis deorum χαράενογένεδι* seu *virgine procreatis* referuntur apud graccos antiquiores, de quibus Wetstein, .V. *T.* tom. L pag. 236, et Godl. Paulus, *Commentar, über das* .V. *T.* seu *Commentarius in N. T.* tom. I. pag. 136. egerunt. Quae de Aegyptiis referuntur, qui, teste Pomponio Mela, *De situ Orbis,* lib. I. cap. 2. §. 7. autumarunt Apim divinitus et coelesti igne conceptum, cf. Tzschucke, *Comment, exeget.* vol. HL part. I. pag. 300, qui ex Herodoto, III. 28, et Aeliano, *Hist. anim.* lib. XI. 10, haec affert: *Γίνεται εκ βοό , ει rv ουράνιον ΟéÀaç ïμχεϋόν Οποοά αίτιόν εϋτι. . .* Id est: *Nascitur autem* (Apis) *ex vacca, in quam incidens coelestis fulgor conceptionis causa fit praedicto* (Apidi). Addantur Ovidius. *Aietamorph.* lib. XV. v. 760 et seqq. et Varro, apud s. Augustinum, *De civ. Dei.* lib. HI. cap. 4. dicens: -Utile est civitatibus, ut viri fortes se ex diis genitos esse credant, ut animus humanus, divinae stirpis fiduciam gerens, res magnas adgrediendas praesumat audacius.· Aegyptii statuebant, ut refert Plutarchus in *Numa,* cap. 4: 'f2c *γυναικί μεν ουκ àJôvarov. πνεύμα ττληϋιάοαι Ζεού, καί τινα ένεγκείν αρχά γενέαεω* . Id est: -Nihil prohibere, quin halitus (seu spiritus) Dei appulsus mulieri principia infundat generationis.· Haec quidem aliaque ejusmodi ostendunt pervulgatam ex primigenia traditione persuasionem de supernatural! quadam ex Virgine conceptione et nativitate apud ipsos ethnicos; qui tamen ea abusi sunt, dum eam transtulerunt ad deos atque heroas suos, ut in plerisque aliis.

Hoc interim lucri habemus: 1°. has easdem mythologicas ethnicorum narrationes testes esse antiquioris veritatis originariae; 2°. neque incredibilem, neque absurdum ejusmodi conceptum paganos ipsos existimasse, ut adversus eos arguebant jam antiquissimi patres: cf. Origen. *Adv. Celsum,* lib. I. π. 37; Clem. alex. *Strom,* lib. I. pag. 321,24- edit. Sylburgii; Justin. *.Dial, cum Tryph.* n. 67 etc. 3°. Colligitur, perperam rationalistas, ut Wegscheider, Bauer, praesertim vero Ammon in *Comment, de primordiorum J. C. fontibus, incrementis et nexu cum religione Christiana,* in opp. noviss. Getting. 1803, undique corradere ex profana antiquitate ejusmodi dicta aut facta, ut inferant conceptionem ex Virgine referendam esse ad mythos paganorum. Neque omittendum, non pauca ex ejusmodi, quae circumferuntur factis, si ad amussim revocarentur, sensum prae se ferre longe diversum ab eo, quem eisdem rationalistae affingunt.

Cf Langlet, Not. ad versionem gallicam *Thunbergiani itinerarii,* torn. Π. pag. 162.

e) Vid. *Arati Foenom.* v. 96 et seqq. Manilius, *Astronomic,* v. 545 et seqq.

') Analogiam inter Isaiae vaticinium et virgilianum carmen ostendit Rosenmuller, in hunc locum, ad finem tamen suum, de quo postea.

cum denique universa Christiana ecclesia id constanter tenuerit ac professa sit, sequitur, tum argumenta interna tum argumenta externa adversus Judaeos ac rationalistae evincere quod proposuimus, nempe Christum Dominum de Spiritu Sancto fuisse conceptum, atque ex Maria Virgine, salva ipsius integritate, natum esse.

DIFFICULTATES.

298. I. **Obj.** 1. Etymologia ipsa vocis quae est a *titavit, absconditum* aut *occultum fuit,* ostendit, ejusdem conceptum neque fixum esse pro virginitate, neque pro matrimonio inito vel non inito, sed conditionem indicare aetatis. 2. Quare judaei virginem illibatam indicant per **rfêina**; inverosimile porro est, duo omnino synonyma illos habuisse. Immo **nbin**; Joel I. 8. significat virginem juvenem. 3. Praeterea usus loquendi excludit sensum virginis illibatae a voce **nabi**?· Nam, etsi hic sensus non necessario excludatur Ps. LXV1L 26, et Cant. VI. 7, excluditur tamen Prov. XXX. 19. 4. Hinc etiam veteres interpretes vocem **nobv** pro juvene seu puella verterunt, ut Aquila, Theodotion,* Symmachus, qui habent *νεάνι , juvenis.* Ergo.

299. **Resp.** ad 1. Esto, etymologiam per se non postulare conceptum *virginis,* cum non denotet nisi *puellam nubilem,* attamen, ut usuvenit, conceptus *τον virgo illibata* et. *τον puella nondum nupta* apud hebraeos confundebantur et promiscue usurpabantur; hinc optime s. Hieronymus adnotat cohaerenter ad usum simul et etymologiam, non *virginem* generatim significare, sed *virginem in primis juventutis annis.* 8

300. Ad 2. *D.* Virginem illibatam tum juvenem tum aetate provectam, *C.* juvenem tantum, seu *non nuptam, N.* Hinc negamus voces istas synonymas esse. Incertum porro est, utrum Joel loc. cit. loquatur de juvene nupta, quae mortem mariti, an vero de virgine sponsa, quae amissum sponsum deploret9; quod verisimilius ex contextu videtur.

301. Ad 3. iV. Etenim in universa sacra scriptura non occurrit nisi sexies, Gen. XXIV. 43; Exod. H. 8; Ps. LXVH. 26; Cant. I. 3;

®) *Alma,* scribit in hunc locum, *non solum* **puella** vel **virgo** sed cum *ἐχιτά-Gti,* **virgo abscondita dicitur et secreta,** *quae numquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit.* Melius comparatur arab.

Ac. *adolescere,* hinc et foem. , *adolescens,* perinde ac syriacum *adolescere,* hinc , *virgo.*

·) Cf. Hengslenberg, *Christologia,* V. *T.* part. I. sect. 2. *De vaticiniis messionis Isaiae,* pag. 70 et seqq.

VI. 7: Prov. XXX. 19, et numquam de nupta, sed ubique de innupta foc-mina sumitur. In quinque autem primis locis citatis certissime sumi de *virgine* thori nescia, illa inspicienti patebit. Quod vero attinet ad illum Prov. XXX. 19. si quis eum attente perpendat, deprehendet profecto, ibi vocem illam usurpari ad denotandam virginem, quae talis saltem est es communi fama, judicio et opinione aliorum 10; quod satis est ad concluden-dum usum loquendi apud judaeos receptum invicte ostendere, de *puella innupta* seu *virgine nubili* usurpari. Hinc in arabico et sÿriaco nuin-quam citata loca de nupta accipiuntur. f Denique advertit s. Hieronymus: *Lingua quoque punica proprie virgo appellatur.* ll

302. Ad 4. 7). Judaizantes et ad eripiendum christiania hoc vatici-nium, C. vetustiores, A'. Etenim LXX interpretes verterunt *πύρ&ενοξ, virgo.*

303. II. Obj. Natura er adjuncta Isaiae vaticinii excludunt mes-sianam interpretationem. 1. Scopus enim erat praebere incredulo Achaz signum aliquod, quod cito adimpleretur, et quasi ob oculos poneretur. Ast promissio mirabilis Messiae nativitatis, multa post saectda subsecuturae, talis esse non poterat. Nam quomodo potuisset iVchaz promissionem multo serius adimplendam pro vadimonio aut pignore antecedentis eventus ac-cipere? Nec refert, Messiae promissionem consolatoriam esse potuisse uni-verso populo, seu saltem hominibus piis, qui certi sic reddebantur, nec domum Achaz, nec rempublicam destructum iri; 2. etenim in oratione pro-phetae agitur de signo dando, non autem de promissione in memoriam revocanda; 3. hinc si de Messia ibi sermo esset, domui David nihil novi dictum fuisset, adeoque neque prophetia neque signum haberetur, sed me-rum motivum oratorium; 4. praeterea motivum ejusmodi consolatorium in omnes aeque circumstantias quadrat et nimis generale est. Messias nasci poterat ex familia Achaz, etsi respublica in suo praesenti statu non con-servaretur, nec Achaz in throno permaneret. Sane babylonicam exilium contigit, attamen Messias natus est. Isaias igitur in tali hypothesi falsa ac sophistica argumentandi ratione usus esset. Ergo.

304. Resp. *Neg. antec.* Ad 1. prob. *D.* Confirmando majoris et illu-strioris beneficii promissione levioris beneficii promissum, *C.* exhibendo novum signum, quod praecedat promissi beneficii adimplementum, *N.* Con-juratis enim Syriae atque Israelis regibus, genti davidicae regiae totique

”) «Locus agit, *scribit RoseniniiUer,* de furtivis ct clandestinis amoribus, et con-gressu, quem vir cum *puella innupta* exer-cet, nemine praeter amantes conscio, dum interea illa pro virgine habetur, et quid vitii sibi haereat, ita dissimulat, ut ab aliis id frustra pervestigetur." Hinc palet, hanc adolescentem ab aactore Proverbiorum di-stingui a *toemina adultera.* DDNjC “2% de qua versu proximo loquitur, secus ac contendunt hebraei.

ll) Loc. cil.

regno judaico interitus tum imminere videbatur; hinc anxios demissosque animos vates erigit spe nascituri divini illius magnoque desiderio expectati principis, quem virgo modo prodigioso esset paritura. 12 Ejusmodi porro nativitatem omnium ore pervulgatam, ut ostendimus, exhibet propheta ut *argumentum, pignus* et *arrhabonem* certitudinis promissae imminentis liberationis, non vero tamquam *portentum* mox subsecuturum ac praecedens ipsam liberationem, quod nuspiam ex contextu apparet. Hinc nihil refert, sive citius sive serius prodigiosa Messiae nativitas eventura esset; satis enim erat ad Isaiac scopum, non interituram nec subversum penitus iri judaicam rempublicam ante ejusmodi eventum, quo propheta judaeorum animos afHictos moercntesque recrearet?]

305. Ad 2. A. Etenim, ut modo dictum est, agebatur de signo renientorativo, ut vocant, expectationis, quae secum ferebat promissam liberationem, quodque tum in memoriam revocabatur, tum nova promissione confirmabatur.

306. Ad 3. *Tr.* et *Neg.* sequelam; etenim, etsi nihil novi intulerit Isaias, nihilo secius in ejus oracido tum prophetia tum signum continebatur. Vaticinium est quaelibet divinitus communicata notitia de rebus futuris; nec interest, utrum hae jam notae fuerint nec ne; alioquin con-

”) Hic autem approbare nequeo, quod Rosenmuller autumat, Isaiam censuisse hunc partum imminere; nam nihil est, quod talem mentem prophetae fuisse innuat; neque id supponi posse, evidens est. Fatente enim Rosenmüllero, hoc vaticinium ad Messiam refertur; jam vero non poterat Isaiam latere vaticinium Jacobi, quo Messiae adventus futurus praedicitur, cum judaeorum respublica jamjam ad interitum vergeret; ut omittam, cum divina inspiratione prophetae hanc hypothesim componi non posse. Porro animadvertendum est, hunc auctorem ubique se rationalistam, immo ct judaizantem exhibere, etiam in iis, in quibus videtur veram sententiam tueri, prout accidit in argumento, in quo versamur. Etenim non solum detrahit prophetae inspirationi, ut diximus, sed praeterea suae insistens praeconceptae sententiae de Messia rege potentissimo, pro judaeorum more Messiae adventum nihil aliud inlelligit quam regnum florentissimum, aetatem auream prae se ferens a poêtis graccis el latinis passim celebratam. Neque senior factus sententiam mutavit, sed quasi ipsum poenilueritеorum, quae hoc loc. scripserat de Isaiae vaticinio, in novissima, quam dedit, scholiorum suorum editione anno 1835, in medium profert, quin ea improbet, verba Luzzali professoris in collegio rabbinico patavino, quae ita se habent: «Quant au mot HOpJl, je le prends comme dans la cantique 7, 8, une maîtresse, une favorite du roi, qui n’était pas sa femme légitime. Je ne sais pas quels caractères distinguaient une HD*?!/ d'une *pellice).* Cependant ce texte de la cantique suppose, sans doute, que ce fussent deux conditions différentes." (Rosenmuller, *SchoL in V. T.* tom. IL part. 8.) Debuisset saltem perpendere ea, quae de hac voce egregie adnotaverat in illustratione nostri vaticinii Isaiae cl. Drach, in citata epistola ad suos contribules, data anno 1833. Haec admonere voluimus, quia hic auctor eo periculosior est, quod ad incautos fallendos hic illic boni aliquid interseruerit, ut sic facilius venenum propinct. Celerum nec latum unguem a rationalistarum placitis discessit, ut ex iis, quae suis locis refutavimus, planum fit.

cideret magna vaticiniorum, praesertim messianorum pare; signum vero est quidquid inservit ad hoc, ut fides de futuro eventu firmetur. Utroque hoc modo inserviebat promissio Messiae, non tantum in memoriam revocata, sed denuo divina confirmata auctoritate, saltem quoad illam populi partem, quae prophetam ut divinum legatum habebat, ad quam praecipue hic sermo dirigitur.

307. Ad 4. *D.* Ita tamen ut idoneum esset ad populi animum erigendum a proxima, quam metuebat, internecione, *C.* secus, A. Utique hoc motivum generale esse debuit; et sicut propheta versiculis praecedentibus, priusquam annunciaret liberationem a praesenti discrimine, occurrit timori de totali excidio, secura ducens filium sutun Jasub, etsi non excluderet temporariam incolarum abductionem, ita et animos parat ad nuncium (v. 15 et 16.) de proxima ex instanti periculo liberatione, ostendendo inanem esse de pleno interitu timorem; populus namque, cui quamvis remote futurus liberator divinus est mittendus, etiam in praesentiarum singulari Dei providentia perfruitur.13

308. II. Obj. Conceptus biblicus *signi* ΓΤἹΝ, alias usitatus, in messiana ejusmodi explicatione omnino negligitur: 1. nam juxta eam ΓΠΝ, *signum,* referretur ad eventum futurum; at ex usu loquendi HIX, *signum,* est eventus praedictus, qui, cum adimpletus jam fuerit, certitudinem praebet de adimplendo futuro eventu posteriori. 2. Insuper splendido adeo nuncio minime conveniunt descriptiones infortunii, quas subdit Isaias v. 17 et seqq. 3. Praeterea narratio cap. VIII. adeo similis est ei, quae exhibetur cap. VII. 14 et seqq. ut vix credas hic messianam explicationem convenire posse, si ea illic locum non habeat (non haberi autem cap. VHI. omnes fatentur); nomen enim et nativitas pueri in utroque capite pro signo exhibentur liberationis a dominio syrorum; porro si cap. VIII. mater illa pueri et puer ipse non sunt nisi uxor prophetae et ejus filius, eadem profecto in cap. VII. adhibenda est explicatio. 4. Et sane, de filio prophetae VII. et seqq. sermonem esse, declarat aperte ipse Isaias VHI. 17. dicens: *Ecce ego et* ***pueri mei,*** *quos dedit mihi Dominus in signum, et in portentum Israel.* 5. Concludendum est igitur, *signum* de quo Isaias loquitur VII. 14. esse filium nasciturum ex uxore, quam ipse propheta virginem post priorem jam defunctam duxerat[1]*; vel si magis placet cum antiquis hebraeis, esse filium Achaz, nempe Ezechiam; vel denique dicendum, loqui Isaiam de ideali aut possibili aliqua virgine, quae concepto semine paritura esset filium, qui lacte et meile esset nutriendus, cum campi inculti jacerent. Non alia propterea ratione ad Christum referri potest ejusmodi oraculum, nisi qua-

**) Cf. Hengstenberg, loc. cit. pag. 79.

H) Nempe Gesenius hic supponit, priorem prophetae uxorem mortuam esse, aliamque virginem ipsi fuisse desponsatam.

teniw inntfiny eventue, quem proxime propheta respexit, fuit signum et figura Christi nascitur!; quapropter, Deo dirigente, iis utitur phrasibus, loquens de puero mox «ascituro, quae multo rectius Christo conveniunt, quam puero illi, in quem nonnisi sensu valde improprio quadrabant. *' Ergo.

309. **Resp.** *N. A.* Ad 1. prob. *N.* ut patet ex Exod. III. 12, et Is. XXXVII. 30. ubi missio Moysis divina et excidium regno Judaico frustra ab assyriis intentatum ut signa adstruuntur, quae utrumque eventum subsequerentur. Huc accedit, quod eventus futurus, cui innititur certitudo eventus imminentis, hoc in loco, apud populum omnino firmissimus esset (quod tamen non accidit Exod. III. 2; Is. XXXVII. 30.), ita ut aeque valeret pro testimonio appellatio ad illum futurum eventum ac ad signum coram patratum. 1165

310. Ad 2. *I).* Nisi ita ferret consueta prophetarum agendi ratio, *Tr.* secus, A. Cf. porro Is. capp. IV, IX, XI, tum Mich. capp. II, V etc., ubi inveniuntur hujusmodi abruptae transitiones.

311. Ad 3. *jV.* Immo contrarium potius evincit haec ipsa prophetae agendi ratio; inverisimile enim est, prophetam dedisse duobus filiis suis nomiua symbolic», quae ad idem prorsus objectum referrentur. Ast in expositione de Messia recte res procedit, si signo invisibili et in promissis tantum posito visibile aliquod ac praesens adjungeretur. Item narratio ipsa discrimen ostendit, quod intercedit inter ea quae in utroque capite proponuntur: etenim cap. VII. mater pueri vocatur quo nomine puella innupta seu virgo tantum designari potest, ut patet ex dictis; cap. vero VIII. vocatur ΠΝΏΟι *prophetissa,* seu *uxor* prophetae; cap. VII. nuncium tantum pueri nascituri habetur, ast cap. VIII. fusior narratio cum apparatu testium, instrumenti etc.; cap. VIL mater nomen dat filio17, cap. autem VUI. 3. nomen imponit pater. Constat igitur in cap. VHL confirmari promissum factum capite praecedenti, novo signo a priori omnino diverso. 18

312. Ad 4. *N.* Alioquin filius prophetae, nempe Emmanuel, dominus Judaeae foret (λTII. 8.); quod falsum esse nemo non videt. Itaque filii

15) Haec posterior expositio jamdiu excogitata fuerat ab anonymo, de quo s. Hieronymus scribit: ..Quidam de nostris Isaiam prophetam duos filios habuisse contendit, Jasub et Emmanuel; el Emmanuel de prophetissa uxore ejus esse generatum, in typum Domini Salvatoris." *Comment. in is.* lib. III. edit. Vallars. part. III. Eamdem postea adoptarunt Grotius, Richardus Simon, Clericus, aliique.

16) Ut observat ipse Rnsenmfdler in hunc loc. saepe majoris et illustrioris beneficii promissum, ut tunc *siijnum* idem valet ac *arguinehhiin,* ut patet ex citatis exemplis.

17) Etenim in hebraico textu legitur faiy' ΠΝΠριι, *et vocabit (Virgo) nomen ejus* etc.; nomina revera filiis imponere solebant matres, veluti Eva, Genes. IV. 1, 25; filiae Loth, Genes. XIX. 37 et seqq.; Lia, Gen. XXIX. 32; XXX. 18 et scq.; Rachel, cap. cit. 24.

18) Cf. Rosenmüller, ad cap. 8. v. 1.

Isaiae, (lati in signum, sunt *Schear-Jaschub,* vatis filius natu major (VII. 3.) et natu minor, *Maherschalal - C'haschbas,* (VILI. 3.) ob ipsorum symbolica nomina; nomen enim prioris filii convertendas esse denotat populi reliquias; posterioris filii vero nomine brevi liberandam esse Judaeam a duobus regibus hostilibus indicatur.19

313. Ad 5. Λ. Nam, ut ex tota orationis serie patet, praesertim vero v. 11. agitur in nostro vaticinio de signo, ex quo manifeste cognosci possit, adesse Dei numen seu protectionem, ratumque haberi vatis effatum, ut infra XXXVIII. 7; Exod. III. 12; IV. Reg. XIX. 29, ideoque exhiberi rem inauditam, mirandam, insolitam, uti vis latinae vocis *signi* postulat, quae de *portento* ac *prodigio* intelligi debet.-° Jam vero quoçlnam *signum, portentum, prodigium* esset in eo, quod virgo suscepto semine aliarum more conciperet et pareret?21 Addatur, hebraicam lectionem ejusmodi expositionem excludere, cum habeat: *Ecce virgo illa concipietis et pariens*22, quae

**) Hinc s. Hieronymus, *Commentar.* pag. 125. edit Vallars. modo cit. ita sensum prophetae enarrat: -Expectabo Dominum meum, et non solum ego, sed ct pueri, quos mihi dedit Dominus, alii videlicet prophetae et filii prophetarum, qui non ex voluntate carnis et sanguinis, sed ex Deo nati sunt. De quibus et apostolus (Galat. IV. 19.) loquebatur: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in robis.* Isti autem pueri, id est, prophetae in signa dati sunt et in portenta Israeli, juxta illud, quod in Ezecbiele (XXIV. 24.) legimus: *Et erit Ezechiel vobis in signum.* In Zacharia quoque (III. 9.) sancti viri prophelaruinque discipuli *τιοατοΟχόποι,* id est, portentorum signorumque spectatores appellantur, eo quod semper prophetae in signum praecesserint futurorum.'·

”) Dixerat enim Isaias regi Achaz v. 11. «Pete tibi signum a Domino Deo luo in profundum inferni sive in excelsum supra;*· seu ut exponit s. Hieronymus: ..Vis, inquit *(propheta),* ut scindatur terra, et grandi hiatu inferi pateant, qui in corde terrae esse dicuntur; an ut aperiantur coeli?'· Loc. cit. pag. 106. Cf. Drach *Epist.* cit. pag. 84 et seqq.

’*) «Nisi enim partum miraculosum intelligas, *apposite scribit Rosenmüller.* quem Deus ipse signum non interiturae domus davidicac constituat, nemo dixerit, quid illud sit in hac prophetia, quod sustineat locum et vicem signi. Par est credere, prophetam hac voce eodem sensu uti, quo eam usurpaverat v. 11. ubi manifeste sumitur de signo aliquo *prodigiali,* non memoriali, sive verbali, vel qualicumque alio. Quis vero *signi prodigialis* aut miraculi loco habeat, si ex congressu viri evadit gravida, quae virgo esse desiit?-

Hoc ipsum argumentum jam urgebant patres antiquissimi adversus hebraeos, ut Tertullianus, *Adu. judaeos,* cap. EX: «Signum autem a Deo, nisi novitas aliqua monstrosa fuisset, signum non videretur... Nihil signi videri possit res quotidiana, juvenculae scilicet praegnatus et partus.*· Cf. Irenaeus, *Contra haeres,* lib. HI. cap. 21. n. 6; Justinus, *Dial cum Tryph.* num. 84; Theodorelus, *Comment,* in hunc loc.; Hieronymus, loc. cit. Quare interpretes nonmessiani, qui DD/p de *nupta foemina* exponunt, hic haerent, nec, quomodo se se expediant, facile inveniunt.

’’) Nam in hebraico textu duobus participiis dicitur r r : » , *concipiens et pariens;* seu ut exponit R. David Kimchi: *ipsa* (virgo) *est actualiter concipiens et actualiter pariens;* vel etiam, ut addit R. Salomon Jarchi : *Participium praesens* FHF1 *habet significationem futuram : Ipsa* r t *erit actu concipiens.* Cf. Drach, pag. 89 et seq.

I·? · Γ :

indicant virginem illibata virginitate *concipientem* et *parientem;* gratuitam praeterea esse adversariorum supponi donem de nova uxore a propheta ducta vel ducenda; nec lilium prophetae exhiberi posse ut dominum regionis Palaestinae, cujusmodi esse perhibetur Emmanuel, ut ex superius dictis liquet; nec alii cuipiam posse aptari, quae de eodem puero praedicantur cap. IX. 5, G; XI et seqq. ipsa rei natura clamat.

314. Ex his praeterea plane concidunt omnes illae violentae et gratuitae expositiones, quibus interpretes antimessiani mire se torquent ad inveniendum istud signum seu prodigium, sive in uxore prophetae, sive in uxore Achaz, sive in virgine ideali et possibili. Omittam, uxorem Achaz •virginem non fuisse, et Ezechiam novem annos natum fuisse, cum hoc vaticinium editum est.23 Alia vero ejusmodi, quae liberiores hi homines commenti sunt, quae nec referre vacat, omnino ipsis vaticinii verbis excluduntur.

315. Concidit pariter aliorum expositio de sensu figurato seu duplici sensu, proximo et remoto; haec enim expositio ferme nata est ex apparentibus difficultatibus messianae explicationi inhaerentibus, et ex impotentia eas solvendi, atque ex desiderio simul tuendi s. Matthaei auctoritatem. Porro, si vere et proprie adimpletum est Isaiae oraculum tempore Achaz, nulla jam ratio habetur supponendi in textu illo sublimiorem relationem ad Messiam; immo omnis similitudo penitus evanescit. Nam verba in utraque explicatione diverso omnino sensu sumuntur. In expositione enim messiana est virgo, quae post conceptum talis permanet; in non-messiana vero aliqua est, quae virgo quondam fuit, sed talis postea esse desiit; in priori Emmanuel est *Nobiscum Deus,* in posteriori est *divinum auxilium.* Si ergo hanc adversariorum expositionis partem tenemus, nullam amplius habemus ad tempus Messiae applicationem; sensus verborum est prorsus exhaustus ; nec nota remanet aliqua, quae ad Messiam quoquomodo alludat.24

316. IV. Obj. Non defuerunt, recentiore potissimum aetate, qui conceptionem illam miraculosam testimoniis satis idoneis confirmari negarent, rationibus usi criticis, exegeticis et historicis. Monuerunt 1. critici homines, priora duo capita Evangelii secundum Matthaeum in archetypo hujus Evangelii aramaeo, Epiphanio teste25, sicut in Tatiani Evangelio nondum adfuisse; itemque Marcionis Evangelium, quod, si non e Lucae Evangelio decerptum, tamen ejusdem simillimum fuisse videtur, nec initium nec finem

**) Cf. Rosenmiiller, loc. cil.

’⧫) Cf. Hengstcnberg loc. cit. pag. 90 et seqq. ubi refellit etiam Isenbiehl, qui quamvis catholicus eam interpretationem vaticinii hujus amplexus est, quam postea Gesenius suam fecit, nec veritus est de fdio prophetae hoc oraculum exponere ; a Pio λ'I. propterea damnatus, ab episcopo suo in carcerem conjectus est, donec ad saniora consilia se recipiens, suam expositionem retractavit.

hujus habuisse. 26 2. Verum gravioribus premuntur difficultatibus *exegelicis,* oriundis praecipue ex dissensu manifesto ipsius argumenti, maximeque duplicis genealogiae Josephi, qui tamen pater Jesu fuisse negatur, a Matthaeo L 1. et seqq. et Luca III. 23 et seqq. exhibitae. 3. Accedit, quod neque Jesus unquam, neque Joannes, qui quidem certissimam hujus rei notitiam afferre poterat (Joann. XIX. 27.), neque alius apostolus ad originem illam miraculosam provocavit. 4. Immo Maria Josephum patrem Jesu appellavit (Luc. II. 48.); quod Jesus quoque data opportunitate minime denegavit (Joann. VII. 27.); et Paulus, ipsum *ἐχ σπέρματο χ/αβιδ (ex semine David)* genitum esse, diserte affirmat, Rom. I. 3; II. Tim. II. 8, collât. Rom. IX. 5; Gal. IV. 4, 29. Adde 5. quod fratres ejus ipsi fidem non habuerunt (Joann. VIL 3 et seqq.) et, comite ipsa matre, Jesum aliquando, tamquam mentis non compotem, prehendendum curarunt (Marc. III. 21, 31.). Deinde 6. effatis angeli, ad vulgarem judaeorum opinionem accommodatis, de Jesu thronum Davidis occupaturo (Luc. I. 32.), neque Jesu ipsius consilium (Luc. XVIL 20, 21; Joann. XλTII. 36.), neque eventus unquam respondit. 7. Quod si vero *historiae* luce narrationes istae collustratae fuerint, dubitare non licet, quin jam prioribus saeculis plmres extiterim, qui, praeeuntibus Cerintho, Carpocrate, ebionitis aliisque, Jesum Josephi filium fuisse contenderent, et quin apud omnes fere populos incultiores (quippe qui humana miscendo divinis, primordia civitatum vel religionum augustiora facere, ideoque fata resque gestas virorum insignium ad numinis auxilium referre conati sint), similia de incarnationibus deorum et de hominibus a natura quadam coelesti progenitis reperiantur commenta. Ita Wegscheider27, qui inde concludit, tum Christi primordia inter mythos esse referenda, tum universalem illam sententiam, quae apud omnes fere populos viguit, qualis et in Christo Jesu reperitur, eminentiore quodam sensu esse accipiendam, de eo quod Deo probatum eoque dignum est, et ab eo repetimus auctore ac moderatore sapientissimo.

317. Resp. *D. A.* Non defuerunt recentiore aetate, qui protestantismi progressus sequuti eo impietatis delapsi sunt, ut omnem respuentes divinarum Scripturarum inspirationem et veritatem, quique omnibus reclamantibus hermeneuticae, exegeseos et historiae principiis, pro lubito religionem omnem sus deque verterint, *C.* qui omnem adhuc pudorem non amiserint, et in rationalismum nondum deflexerint, 1Y. Haec enim pessima rationalism! labes protestantismi principio accepta referri debet, cui reservatum erat christianam religionem e fundamentis convellere, si tamen fieri posset, causam suam protegente Deo.

M) S. Iren. *Ado. haeres,* lib. L cap. 29. 2T) §. 123.

318. Ad 1. *D.* Monuerunt pseudo-critici ex systemate arbitrario, immo et falso, (Λ veri nominis critici et aliquo fundamento innixi, *N.*

Nam 1°. arbitrarium est systema de quodam communi archetypo Evangelio aramaeo seu syro-chaldaico, ex quo suas narrationes hauserint tres evangelistae Matthaeus, Marcus et Lucas, a nonnullis divinando excogitatum sine ullo vel levi fundamento, atque ab ipsis non paucis recentioribus biblicis repudiatum.[28]

2°. S. Epiphanius loquitur loc. cit. de Evangelio hebraico s. Matthaei, quo utebantur ebionitae, ab ipsis conciso et depravato[29]; sane ibid. n. 14. refert s. Epiphanius, a cerinthianis integrum hoc ipsum Evangelium cum duobus prioribus capitibus, ac propterea cum genealogia fuisse retentum; in hypothesi praeterea adversarii de archetypo aramaeo, mendacii ipse convincitur, dum asserit, Epiphanio teste, his capitibus archetypum destitutum fuisse[30]; idipsum dicatur de nazaraeis, qui ebionitis aut anteriores fuerunt aut coaevi, quique, ipso Epiphanio testante, *Ilaeresi XXIX.* n. 9. eodem Evangelio integro utebantur.[31]

3°. Sic mentitus pariter est Wegscheider, dum scribit, a Tatiani Evangelio duo priora Matthaei capita abfuisse. Etenim, ut ex Theodoreto

Hoc systema de communi evangelistarum fonte in archetypo aramaeo sive syro-chaldaico primus insinuavit Clericus, */list. eccl. duor. prim, saecul.* Amstel. 1716; confirmavit Semlerus ad *Towson, Abhandlungen Uber die vier Evangelien,* seu *Tractatus in quatuor evangelia,* part. L pag. 221 —290; Lessing, *Theolog. Nachlass,* pag. 45 et seqq.; Niemeyerus, *Conjecturae ad illustrandum plurimorum* JV. *T. scriptorum silentium de primordiis vitae J. C.* Halae 1790; Godl. Paulus, *Introductio in N. T. capita selectiora,* Jenae 1799. Illud demum vario' modo exornarunt Eichhorn, *Allgem. Biblioth. der bibi. Litterator,* seu *Bibliotheca universalis litteraturae biblicae;* Marsh, *Anmerk. and Zusatze* etc., seu *Notae et appendices;* Gratz, *Neuer Vcrsuc/ι* etc. id est, *Novum tentamen* etc.; Bertholdt, *Theol. Einleit.* seu *Introductio theologica;* postremo vero Kuinoel, in *Proleg. ad Comm. in libros hist. N. T.* pag. 16 et seqq. secutus Marshium et Eichhornium. Verum nondum convenit inter ipsos, quid sit ejusmodi archetypon, utrum unumidemque cum evangelio, quod inscriptum erat *Secundum hebraeos,* an diversum. Hanc opinionem evertit Rosenmüller senior, *Schol. in N. T.* argumentis internis et externis; et ejusmodi archetypum merito vocat *fictiltuni,* quod nemo veterum novit et vidit. Cf. tom. I. edit, sexta, pag. 5 et seqq.

«) N. 13.

30) Scribit enim : *Ο μεν γάρ Ιίήριν$ο χαί Ιίαρποκρά τώ αύτώ χρώμενοι δή&εν παρ' αυτοΐ εύαγγελίω, από τή αρχή τού κατά ΛΙατ&αΐον εναγγελίου, διά τή γενεαλογία βούλονται παριΟτάν εκ σπέρματο Ίωϋήφ καί Μαρία είναι τόν ΧριΟτον.* Id est: ^Cerinthus enim et Carpocrates eodem Matthaei, ut quidam volunt, Evangelio freti, ex ejus initio Christique genealogia probare nituntur, Christum et Josephi et Mariae semine ess? procreatum."

31) *Έχουϋι δέ τό κατά Ματθαίον εναγγελίαν πληρέστατον εβραϊϋτΐ. Παρ' αύτοί γάρ Οαφώ τούτο, κα&ώ εξ αρχή έγράφη εβραίκοϊ γράμμαΟιν, ετι σώζεται.* Æst vero penes illos *(nazaraeos)* Evangelium secundum Matthaeum, hebraice scriptum, et quidem absolutissimum. Hoc enim certissime, prout hebraicis litteris **initio scriptum est,** in hodiernum tempus usque conservant."

discimus. *Haeret, fabul.* lib. I. cap. XX. non amputaverat ille nisi genealogias et alia omnia, *quae Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt.*32 Reliqua retinuit, ita ut non advertentes fraudem pluies catholici decepti fuerint, eodem auctore teste.33 Si quid igitur evincit illa amputatio Tatiani, probat praecise quod nollet adversarius, nempe Jesum non esse ex Joseph progenitum. Et sic rursum mentita est iniquitas sibi.

319. Marcion utique s. Lucae Evangelium *decurtatum* exhibet, ut veteres loquuntur, Irenaeus, *Adv. haeres,* lib. III. cap. XIV. η. 4; *Contra Marcionem,* turn lib. I. cap. II, turn lib. IV. cap. VI; Epiphanius, *Haer. XLH.* n. 11. At sero nimis prodiit sacrilegus hic evangeliorum mutilator; jam enim apud omnes ecclesias integrum Evangelium extabat, iisdem testibus, cum Marcion sacrilegum facinus aggressus est; hinc Tertullianus Marcionem provocat ad codices, qui apud ecclesias Marcione vetustiores asservabantur, immo ad communem consensum et publicum testimonium.3f‘ Quid igitur evincit haec Marcionis evangeliorum corrasio? Lex critices est, cum aliqua clausula vel redundat vel desideratur in eorum codicibus, quorum partibus aut favet aut adversatur, ab iis eam additam vel detractam censeri, qui tempore sunt posteriores, auctoritate minores, et quorum causa iis additionibus vel detractionibus juvatur. Judicet nunc Wegscheider, quid de suis criticis censendum sit, ac de eorum monito.

320. Ad 2. X Graviores enim dici nequeunt difficultates exegeticae, si *criticae,* ut vidimus, *nullae* sunt. Nego praeterea ejusmodi exegeticas difficultates oriundas esse *ex manifesto dissensu ipsius argumenti.* Quare ’T·· adversarius saltem non innuit, in quo iste manifestus dissensus positus sit? Uterque evangelista Christum de Spiritu Sancto ex Maria Virgine conceptum et natum docet, uterque vel expresse vel tacite provocat ad Isaiae vaticinium, uterque eum natum in Bethlehem refert. In quo igitur est *manifestus dissensus argumenti?*

321. Sed neque obstant binae genealogiae, quas ambas Josephi esse *4 pro certo sumit adversarius, nec pauci tamen nec infimi subsellii interpretes negant.35 Verum et hoc transmisso, prorsus inficior, quod ipse dedu-

31) *Rai τά άλλα οβα εκ βπέρματο? daβΙΛ κατα βάρκα γεγεννημενον rpv κύριον όξίκννβιν.*

34) Cf. *Cont. Marc.* lib. IV. cap. 5, et *De Praescript.* cap. 36. Cf. I. D. Michaelis, *introduction au Nouveau Testament,* tom. I. chap. 2. sect 7. Geneve 1822, circa finem, ubi ostendit, ejusmodi haereticorum interpolationes novum argumentum praebere *authentiae* librorum N. T.

M) Non pauci praesertim ex recentioribus interpretibus, sive catholicis sive potissimum protestantibus, longe probabilius esse censent, Matthaeum texuisse genealogiam Josephi, Lucam vero genealogiam b. Virginis. Longum esset nimis, velle istorum omnium catalogum exhibere. Satis itaque sit auctorem adversariis non suspectum adducere, nempe Georg. Rosenmiillerum. Hic autem, *Schol. in Matth.* cap. I. v. 17. scribit: «Difficultates non quidem

cere inde contendit; dissensus enim genealogiarum, etiamsi supponeretur adesse, quod minime fatemur, non evincit Christum esse filium naturalem Josephi. Hoc autem ut pateat, satis est in medium afferre adversarii argumentum: genealogiae Josephi dissentiunt inter se; ergo Jesus est filius naturalis Josephi. Praeclara dialectica! Praeterea juxta adversarium in archetypo aramaeo, in *Evangelio* seu *Diateeseron Taliani* et in *Evangelio Marcionis* utraque haec genealogia desiderabatur, dein vero addita est; nullam igitur earum dissensus ad probandum vim habet. Nempe mendacem oportet esse memorem. Qua vero ratione bene inter se componantur hac genealogiae, docent interpretes. 36

322. Ad 3. *D.* Quia Joannis consilium id non ferebat, *C.* quia aliter ipse sensit, iV. Joannis consilium, ut alias animadvertimus, potissimum fuit, supplere ceteris evangelistis, et ea fusius prosequi, quae spectant ad Christi divinitatem adstruendam. Hinc, cum Matthaeus ac Lucas abunde, quae ad prodigiosam Christi humanitatis conceptionem spectant, retulerint, hac praetermissa, Joannes solam aeternam ejusdem generationem exponit. Adde Joannem, ut communi consensu veteres tradunt, quales sunt Clemens alex.37, Eusebius 38, Hieronymus 39, Epiphanius tria priora evangelia, quae in omnium jam erant notitia, legisse et probasse, et veritatem scriptorum suo testimonio confirmasse, antequam manum appulisset ad suum Evangelium exarandum. Quid si Joannes, immo et Christus ipse aperte idipsum tradidissent, num iis fidem adhiberent rationalistae? Nihil minus, prout vidimus eos se gessisse, cum ageretur de divinitate Verbi a Joanne praedicata, de Jesu ac futura corporum resurrectione, de extremo judicio, toties a Christo inculcatis, et non solum a reliquis tribus evangelistis, sed et a Joanne, a Paulo, ac reliquis apostolis omnibus praedicatis.41

323. Ad 4. *D.* Id est, prout vulgo putabatur, *C.* reipsa, *N.* Nondum enim divina Christi missione comprobata, imprudenter omnino ejus-

plane tolluntur, minuuntur tamen, si, quod verisimile est, statuamus, eam, quam Matthaeus habet genealogiam, esse Josephi, quam Lucas, Mariae. A Matthaeo recenseri genealogiam Josephi, a Salomone ducentis genus, palet ex commate 16. coli. 6,7; Mariam vero genus duxisse ab alio filio Davidis, Nathano, discimus ex Luc. III. 31." . Rosenmüller praeterea citat pro hac sententia Velhuscnium, ex Godl. Paulusio, quibus addi potest Kuinoel, *Proleg.* §. 4. qui plures alios recenset, siquidem est haec sententia apud ipsos communis. Plura tamen vetant, quominus hanc sententiam admittamus atque probemus.

36J Cf. Maldonatus, *Comm, in s. Matth.* cap. I. v. 16. ubi fuse de hoc argumento disserit; vid. etiam dissertationes duas de *Genealogia Jesu Christi,* Joann. Jac. Hottingen , in *Novo thesauro theol. philolog. sive sglloge disserit,* p. 73 ct seqq. tom. IL Lugd. Batav. 1732, in quibus confirmatur sententia de duplici genealogia Josephi et Mariae.

37) Apud Euseb. lib. VI. cap. 14.

3S) Lib. III. cap. 24.

39) *De viris illustrib.* cap. 9.

Daeres. LI. n. 19.

Cf. Tract. *De Deo creat,* n. 850 et seqq.

modi mysterium patefactam fuisset, cui nemo fidem adhibuisset. Adeo stolidi sunt rationalisme, dum haec effutiunt! Sic praepostera fuisset, neque opportuna hujus rei manifestatio Joann. VII. 27; non obscure tamen veritatem hanc innuit, dum v. 28 et seqq. divinam suam originem Christus judaeis inculcavit, ostendendo, reipsa eos nescivisse, *unde esset,* ut illi fidenter asserebant. Dum vero Paulus *ex semine David secundum carnem* Christum natum affirmat, perinde est ac si diceret: *ex stirpe David,* et hoc necesse erat, ut adimpleretur id, quod Deus patriarchis et Davidi promiserat, nasciturum scilicet Messiam ex eorum semine. Aliud porro est dicere de semine David, aliud vero de semine Joseph!; beata enim Virgo ex semine David orta est; cum vero ex ejus sanguine Spiritus Sancti virtute Christi corpus efformatum sit, hinc Christus filius David est, nou autem Josephi; quod perpetuo innuit apostolus, toties repetens, Christum *factum ex muliere.*

324. Ad 5. *D.* Id est *cognati* seu propinqui, *C.* fratres uterini, iY. Hujus rei vadem habemus totam antiquitatem[42], quod et usus loquendi biblicus ostendit.[43] Mendacem porro jam tertio se prodit adversarius noster, dum addit, *comite ipsa matre* Christi, propinquos eum ut insanum prehendere voluisse. Nam in primo loco, nempe Marci III. 21. de matre ne verbum quidem legitur; sed erant fratres illi, quos refert Joannes loc. cit. in Jesum non credidisse; versu autem 31: *Et veniunt,* inquit, *mate)' ejus et fratres; et foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum.* Quod quidem est factum a primo omnino diversum.[44]

325. Ad 6. *D.* Sensu materiali, *C.* spirituali, A7. Nam angelus non opinionibus vulgi, sed spiritui seu vero sensui Scripturarum effata sua accommodavit, qui sub verborum cortice latebat, prout Christus patefecit, et eventus ostendit, ac nos suo loco probavimus. Quid autem hoc commune habeat cum consilio adversarii, scilicet ostendendi Jesum Christum filium Josephi esse, non video, nisi fortasse ut proderet se non meliorem *exegetam* esse quam *criticum.*

326. Ad 7. *Neg.* narrationes illas historiae luce collustratas quidpiam efficere pro adversarii thêsi. Quid enim si Cerinthus, Carpocrates, ebionitae aliaeque obscurae, contemptae et profligatae ejusmodi pestes haereticorum, quos evangelista perstringit[45], Christum filium Josephi autumarunt?

°) Cf. Maldon. in cap. XII. Evang. s· Matth. v. 46.

41) Ibidem, innumeris prope allatis exemplis, ostendit idem auctor, talem loquendi usum esse receptum in Scripturis.

44) Immo nec desunt qui contendant, illud, quod refert s. Marcus III. 21: *Et cum audissent sui* (graece *οἱ παρ' αυτοὐ*, id est, ü *qui ab ipso erant,* seu qui *ad eum pertinebant), exierunt tenere eum; dicebant enim: quoniam in furorem versus est,* non de propinquis Christi esse inlelligendum, sed accipiendum impersonaliter: *Fama erat, dicebant homines* etc. Alii illud *dicebant* referunt ad pharisaeos. Cf. Rosenmuller ad hunc loc.

”) Cf. S. Hieronym. loc. cit

Vere testes dignos se adversarius appellat. Non magis illorum perditorum hominum impietas officit veritati, quam officiant rationalistae, dum falsitatis arguunt evangclistas, apostolos et Christum ipsum.

327. Tantum denique abest, ut vulgata opinio apud gentes de hominibus coelesti natura progenitis causae obsit, quam tuemur, ut rem nostram mirifice confirmet, quod ex dictis apertissime constat. Omnium enim ejusmodi opinionum originaria seu primigenia idea in vera religione reperitur, quam postea suis commentis gentes plus minus depravarunt, ut in aliis similibus casibus facturn esse animadvertimus.46 Ex his patet, quid sentiendum sit de conclusione istius rationalistae, qui nempe se pessimum criticum, exegetam et historicum praebet, sacramque Scripturam ut mythographiam traducit; nec operae pretium est diutius in hisce commentis refellendis immorari.

328. **In st.** 1. Repugnat tamen Mariae virginitati, quod legitur Luc. II. 22, 23: *Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus . . . sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.* Quare 2. Apostolus Gal. IV. 4. dicit Christum *factum muliere.* Ergo.

329. **Resp.** Ad 1. A. Sola enim prudenti oeconomia b. Virgo se purificationis legi ultro subjecit, quemadmodum et Christus subjecerat se legi circumcisionis, cum neuter ejusmodi legibus teneretur; quod ex admirabili conceptionis modo, hucusque vindicato, abunde constat. Recitans autem evangelista verba legis, non insinuat Christum nativitate sua vere matris vulvam adaperuisse, sed solum fecunditatem beatae Virginis ortu suo ostendisse, prout phrasis illa *primogeniti* ei accommodata ex usu biblico accipitm·, ac veteres exposuerunt. 47

330. Ad 2. *D.* Dicit apostolus Christum factum ex *muliere,* denotando sexum, *C.* conditionem, A. Nempe docet ibi, Filium Dei, qui est ab aeterno, factum esse ex substantia mulieris, ab eaque natum secundum humanitatem in tempore; propterea hoc ipso ostendit, mulierem illam, ex cujus substantia factus est Christus secundum carnem, virginem fuisse; alioquin dixisset, factum ex virili semine. 48

331. Reliquas difficultates, quae peti solent vel ex voce *primogeniti,*

4β) Tract. *De Deo creat,* n. 317 et seqq. et alibi. Haec scilicet fraus est rationalistarum, quod biblicas narrationes ad paganam mylhologiam referant, ut ex hac illas exponant, cum e converso paganam mythologiam ad Scripturam, quae illis anterior est, exigere deberent, ut constanter apologetae religionis christianae, adversus philosophos disputantes, se se gesserunt, cos adigentes, ut faterentur, nullum ruylhuni esse in pagana religione, qui originem non habuerit ex sacris litteris atque ex primaeva traditione, neque aliud esse eorum mythos nisi corruptionem veritatis.

‹T) Cf. Maldon. *Comment, in Luc.* IL 22 et seqq.

19J Cf. Bernardus a Piconio, *Tripl. expos.* in hune loc.

vel ex Matth. L 25. utpote ad praesentem thcsim non spectantes, missae facimus.

CAPUT III.

DE UTRIÜSQUE CHRISTI NATURAE HYPOSTATICA CONJUNCTIONE.

332. Christum verum Deum ac verum hominem esse, seu in Christo tum divinam tum humanam naturam integram atque perfectam inesse, ostendimus. Qua autem ratione ambae naturae simul consistant atque conjunctae sint, ad catholicae veritatis normam inquirendum superest.

333. Qui alterutram in Christo negant naturam, hoc ipso omnem prorsus proprie dictam conjunctionem ejusmodi naturarum eliminant ac funditus mysterium Incarnationis evertunt. Verum non minus idem mysterium labefactant, qui, utraque in Christo admissa natura, nonnisi accidentalem aut moralem inter utramque naturam unionem intercessisse contendunt.

Doctrina igitur ecclesiae catholicae est, hypostaticam seu personalem et substantialem in Christo intercedere utriusque naturae conjunctionem, in qua sola integrum Incarnationis mysterium consistere potest, et in hoc conjunctionis modo nucleus, ut ita dicam, seu ratio formalis ejusdem mysterii continetur.

334. Quandoquidem vero ex germana unionis hypostaticae notione maxime pendet dicendorum intelligentia, juverit ejusdem praemittere definitionem, eamque per partes, maxima qua fieri poterit perspicuitate, explanare, et praecipua consectaria deducere.

335. Est igitur hypostatica unio sive unitio conjunctio illa, qua duae naturae, divina et humana, integrae, inconfusae, impermixtae, ac suis proprietatibus et operationibus praeditae, in se permanentes, subsistunt in una divini Verbi persona.

336. Ex hac porro definitione, I. patet ejusmodi conjunctionem duarum naturarum factam esse, saltem immediate, *in persona}* qua fit ut una eademque sit ambarum naturarum subsistentia et personalitas, sive ratio suppositi; ac propterea *hypostaticae* seu *personalis* unionis nomen sortita sit.*

II. Cum hypostasis seu persona divini Verbi jam extiterit ante unionem seu assumptionem humanae naturae, patet humanam naturam non concurrere tamquam partem ad constituendam personam, prout nomen personae (quae simplicissima est) *formaliter,* ut ajunt, accipitur; sed eatenus, peracta Incarnatione, *composita* persona dicitur, quatenus totum suppositum, quod est Christus, ex utraque natura coalescit 2, atque idcirco quatenus *materialiter* persona sumitur.

') Cf. Petav. *De Incam.* lib. LIL cap. 4. 2 et seqq.

') Ibid. cap. 12. §. 4 et seq.

III. Cum nonnisi ratione ejusdem subsistentiae divina et humana natura unum sint, patet subsistentiam sive personam Verbi non esse respectu humanitatis instar *subjecti,* quod humanitatem sustentet velut accidens, sed instar *termini,* quatenus ejusmodi conjunctio in unam subsistentiam ac personam desiit.3

IV. Cum subsistentia humanae Christi naturae eadem sit ac subsistentia Verbi, constat ejusmodi humanam naturam factam esse *propriam* personae Verbi, quae, peracta Incarnatione, coepit operari per hanc humanitatem, et in assumpta humanitate eadem ratione ac ante Incarnationem, vel etiam ea peracta, distincte operata est, vel operatur, prout est *principium quod,* ut loquuntur scholae, in divina natura; utraque porro natura in persona Verbi subsistens operatur, seu exerit proprios actus realiter distinctos ut principium *quo,* ut vocant. Peracta enim Incarnatione, realiter semper inter se distinctae sunt hae duae naturae.

V. Cum igitur inter subsistentiam et naturam in concreto tam arcta conjunctio intercedat, ut nonnisi *ratione* seu *cogitatione* altera ab altera distinguatur, hinc fit ut natura in sua existentia pendeat a subsistentia, a qua terminatur ac regitur. Hinc nec ante nec post Incarnationem vel uno temporis instanti supponi aut concipi potest humanitas Christi existens nisi in persona Verbi. Si enim seorsum haec humanitas ab illa subsistentia aut persona spectetur, jam non esset amplius humanitas Christi, id est, Verbi incarnati, sed mera abstractio, seu ens rationis. 4

VI. Cum hacc conjunctio facta sit immediate in persona, ut diximus, non autem in naturis, sequitur has naturas realiter inter se distingui, quarum unaquaeque naturales suas proprietates retinet ac proprias operationes et actus uniuscujusque proprios; cum tamen, ut diximus, natura nonnisi ratione ac virtualiter distinguatur a persona, sequitur *mediate* factam esse conjunctionem inter naturas. Hinc haec unio sub hoc respectu *physica* et *substantialis* pariter appellatur. 5

337. Atque haec de unionis hypostaticae notione innuisse ad rem nostram sufficiat. Reliqua pro opportunitate attingemus. Interea ex dictis inferimus, unicam in Christo esse personam eamque divinam: hanc personam subsistentem in duabus naturis, seu Christum Deum hominem esse Filium Dei naturalem: post duarum naturarum unitionem duas integras, perfectas atque impermixtas permansisse naturas, inter se realiter distinctas: unamquamque propterea naturam suas conservare proprietates naturales suasque operationes.

Singulis his veritatibus fidei nostrae vindicandis opera in hoc capite

3) Petav. l. c. cap. 3. §. 16.
4) Ibid. lib. XII. cap. 4. §. 6.
5) Ibid. lib. III. cap. 4. §. 17.

impendenda nobis erit. Quod ut facilius assequamur, rem totam in suos articulos dispertiemur, in quibus singulorum haereticorum commenta veritati hactenus expositae adversantia refelletnus.

ARTICULUS !.

DE UNICA CHRISTI PERSONA.

338. Nestorius Germaniciae in Syriae oppidulo natus, prius monachus antiochenus et presbyter, Theodori autem mopsuesteni discipulus, anno 428. episcopus constantinopolitanus renunciatus, vix in ea sede confirmatus fuit, cum haustam a Theodoro haeresin disseminare coepit. Primum vero vocem *&εοτόκο$* sive *Deipara* insectandam sibi proposuit, tum per alios a se submissos 1, tum aperte per se ipsum, beatam Virginem *χηιστοτόκον* sive *Chrisliparam* vocandam esse contendens, quippe quae non Deum, sed hominem peperisset. Ipse enim contendebat, inter divinam humanamque naturam in Christo non intercessisse nisi *moralem* seu habitudinis, *σχετικήν* et externam conjunctionem. Hinc duas personas in Christo profitebatur. Incarnationem non aliud esse affirmabat nisi *ένοίκησιν, habitationem* Dei in homine, velut in domicilio suo, vel in templo, quemadmodum in Moyse ac prophetis reliquis habitasse dicitur. Hinc Christum *&εοφ0οον* seu *deiferum* appellabat et possessorem divinitatis, non vere Deum, nec sustinebat dici *Deum bimestrem aut trimestrem.* Ex ejus enim sententia non antea Deus conjunctus est cum Christo, quam cum demum is formatus fuerit in utero virginis homo integer atque perfectus, atque ex ista conjunctione, quam *συνάφειαν* seu *connexionem* vocabat, Christus homo nominari Deus coepit, quemadmodum et Moyses Deus appellatus est.

339. Hoc latiori sensu non dubitavit Nestorius interdum Christum Deum appellare, ac b. Virginem Deiparam, et hac ratione, ut moris haereticorum est, sub larva catholica haereticam impietatem tegere satagebat. \Teriun ei larvam detraxit s. Cyrillus episcopus alexandrinus, qui erroribus Nestorii duodecim opposuit capitula, quae vocavit *anathematismos,* quos ei subscribendos dedit, si catholicus esse ac dici vellet. Tantum vero abfuit, ut haeresiarcha eis subscriberet, ut totidem anathematismos ad Cyrillum miserit, in quibus impium totius haereseos suae systema majori in lumine collocavit.2 Quare in concilio oecumenico ephesino anno 431. Nestorius depositus est ab episcopali sede, et una cum haeresi sua damnatus3; a

*) Petav. lib. I. cap. 7. §. 4 et seqq.

') Vid. *Epistola synod s. Cyrilli ad Nestorium* cum XII anathematismis in *Actis Condii* Harduini, tom. I. col. 1283 et seqq. et ibid. coll. 1298 et seqq. Anathematismi Nestorii oppositi anathematismis s. Cyrilli. Vid. etiam Petav. *De Ineam.* lib. VI. cap. 17.

ł *Acta Concit.* cit. col. 1422.

Theodosio autem imperatore Antiochiam primum, deinde quadriennio post Oasim relegatus est, ubi aerumnis calamitatibusque confectus, vermibus exesa ejus lingua, supremum diem obiit.4

340. Ex hac porro catholica ad speciem'loquendi ratione, qua Nestorius usus identidem est, sive ad invidiam innovationis declinandam, sive ad propria sensa magis tegenda, factum est, ut audaciores nonnulli critici inter protestantes totam illam nestorianam controversiam traduxerint ut puram logomachiam.5 Ast perperam. Si enim recte atque orthodoxe Nestorius sentiebat, nec nisi in verbis erat discrepantia inter ipsum et Cyrillum ac catholicos reliquos, quare exortis tot commotionibus sententiam suam catholicam apertis verbis nunquam ipse patefecit? Nestorius unam personam reipsa fatebatur in Christo, eumque Deum simul et hominem admittebat, ac beatam Virginem vere Deiparam esse censebat, quare ejus discipuli nestoriani utrumque inficiati sunt atque adhuc inficiantur? Itaque mala prorsus fide egit Nestorius, ac merito anathemate percussus et depositus est. Hae solae observationes, quae aeque quadrant in eos omnes, quos iidem imprudentes critici, ut videbimus, ab haeresis aut erroneae doctrinae crimine vindicare satagunt, ut invidiam in ecclesiam catholicam ejusque doctores conflent, abunde sufficiunt ad s. Cyrillum. et ecclesiam vindicandam; et propterea non opus est in ceteris persequendis immorari.

341. Interim ex iis, quae de haeresis nestorianae indole ac natura exposuimus, colligitur, duo a nobis esse praestanda; tum unicam scilicet asserere et vindicare debemus in Christo personam, eamque divinam, tum ostendere beatam Virginem, ex qua haec unica divina persona secundum carnem in tempore edita est, vere vocandam et esse Deiparam ; in his enim ceterae veritates, quae ad hoc argumentum spectant, includuntur, atque ex iis pendent. Huc pariter referimus, quae adversus felicianos disputari solent de Christi *filiatione* ut vocant, naturali, non autem adoptiva, quam isti in Christo commenti sunt. Hic enim error tantum habet cum nestoriana haeresi necessitudinem, ut ab ea separari nequeat, quod ex dicendis constabit. Sit icitur

4) Cf. Joann. Garnerii *Dissert, de haeresi et libris Nestorii.* α. praeterea de Neslorio ejusque haercsi scriptores, quos recenset Fabricius *Bibliothecae grace.* tom. IX. pag. 286 et seqq. et, qui post eum scripsit, Joseph Simonius Assemanus, *Biblioth. orientalis,* tom. III. part. 2. Hic enim prae ceteris uberius et accuratius haec est persecutus.

4) Inter ceteros David Derodon calvinista, in lib. *De supposito;* Elias Saurin, pariter Calvini assecla, in *Apologia contra Jurieti;* Albertinas, in *Tract, de Eucharistia:* Christ. Aug. Salig. in lib. cui titulus *Eutychianismus ante Eutychen;* Matliurinus Veyssère la Croze, in *Hist. Christianismi Indorum;* Paul. Ern. Jablonski; *Exercit. hislor. cedes.;* Sam. Basnagius, *Annal, politico- eccles.* ad annum Christi 430 el seqq.; Bayle, *Diet. hist. crit.* art. *Nestorius;* a quibus non abhorruit Elias Dupin celebris jansenista, *Nouvelle Bibliothèque des auteurs ecclesiastiques,* loin. III. part. 2-

PROPOSITIO I.

Unica in Christo est admittenda eaque divina persona.

342. Propositio haec est de fide, quam tradit symbolum athanasianum, dicens: *Non duo tamen, sed unus est Christus.* Qui quidem Christus, ut definitur in concilio oecumenico constantinopolitano IL can. VII et VIII. est w *duabus naturis in una subsistentia et in una Verbi persona.*l

343. Sic vero ejusdem veritatem adstruimus: Ibi unica eaque divina persona agnosci debet, ubi uni eidemque divino supposito attribuuntur, quae in duabus naturis gesta sunt, ac de uno eodemque individuo, eoque divino, subsistente in duabus naturis, constanter praedicantur; atqui talia tribuuntur Christo, et ita praedicantur de Christo.

344. Etenim **apostolus** Philipp. II. 6 et seqq. ita de Christo scribit: *Qui cum in farma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.* Quibus verbis ille idem dicitur accepisse formam servi, qui erat in forma Dei; atque idem praedicatur aequalis Patri propter formam Dei, qui minor est Patre propter formam servi; ille idem, qui, cum esset in forma Der, formam servi accepit, dicitur exinanitus. Atqui haec omnia de Christo praedicare ea ratione non potuisset apostolus, si duplex in Christo esset persona sive suppositum, ac Verbum nonnisi moraliter et externe» se humanae Christi personae ac jam in se subsistenti junxisset Paulus igitur unam dumtaxat, eamque divinam personam in Christo praedicavit.

345. Id ipsum praedicavit **Joannes** his verbis: *Verbum caro factum est.* Neque enim Verbum factum est caro conversione diyinitatis in carnem, quod repugnat, atque ex dicendis patebit; neque unione tantum morali et externa, quam licet in sanctis suis operetur Deus, attamen dici nequit Deum factum esse aliquem sanctum; ergo Verbum caro factum est unione naturali, substantiali, intima, hypostatica; ideoque ima est in Christo persona, eaque divina.

346. Praedicant denique **divinae litterae,** ubicumque unum eumdemque declarant esse Filium Dei et Filium hominis; velut cum Dominum gloriae crucifixum memorant, I. Cor. II. 8; auctorem vitae interfectum, Act. III. 15; Deum ecclesiam proprio sanguine sibi acquisivisse, ibid. XX. 28; Filium hominis existentem, antequam Abraham esset, Joann. VIII. 58; Filium Dei factum ex muliere, Gal. IV. 4; atque item Filium hominis existentem in coelo, dum loqueretur in terris, Joann. III. 13. Ibi enim unica

Collai. VIII. Cf. *Acta Cone.* Hard. tom. III. col. 198. vid. etiam ib. coi. 195. can. V.

adstruitur persona, ubi unum idemque individuum Deus et homo dicitur, et ubi uni eidemque tribuuntur ea, quae sunt Dei et hominis, quemadmodum ea in allatis aliisque divinarum Scripturarum oraculis tributa esse luce clarius apparet. Ergo.

347. Huc accedunt fidei nostrae **symbola, apostolicum** nempe, nicaenum et **constantinopolitanum,** in quibus constanter imus idemque exhibetur Christus, qui Filius Patris, Deus de Deo, descendisse de coelo, incarnatus et homo factus in utero b. Virginis, passus et crucifixus dicitur. Unus autem idemque non est ratione naturae, ut ostendemus; ergo unus idemque est ratione suppositi, subsistentiae et personae.

348. Neque alia unquam fuit **doctrina patrum** sive graecorum sive latinorum, quorum longam seriem profert Petavius2; nos unum aut alterum proferemus. S. **Ignatius** Ep. *ad Ephes: Unus,* inquit, *medicus est, carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus* (seu *factus et non factus), in carne genitus Deus ... et ex Maria ct ex Deo, primo passibilis et tunc impassibilis Jesus Christus Dominus noster3;* et postea: *In uno Jesu Christo secundum carnem ex genere David, Filio hominis et Filio Dei.** Ergo ex Ignatio unus idemque est Jesus Christus, non factus secundum naturam divinam, factus secundum carnem seu naturam humanam, unus idemque pro diversa natura passibilis atque impassibilis, Filius Dei et Filius hominis, ex Deo et Maria genitus.

Nec minus luculenta sunt, quae pro catholico dogmate scripsit s. **Augustinus** in *Enchiridio,* cap. XXXV. ante exortam nestorianam haeresim5: *Christus Jesus, Dei Filius, est et Deus et homo. Deus ante omnia saecula, homo in ?iostro saeculo. Deus, quia Dei Verbum, **Deus enim erat Verbum;** homo autem, quia in unitatem personae accessit Verbo anima rationalis et caro.* Et iterum ibid, concludit. *Unus Dei Filius, idemque hominis Filius; unus hominis Filius, idemque Dei Filius; non duo filii Dei, Deus et homo, sed unus Dei Filius; Deus sine initio, homo a certo initio, Dominus noster Jesus Christus.*

349. **Ratio** demum **theologica** id ipsum evincit. Posita enim quacumque morali unione, etsi in summo gradu, jam non unus sed duplex Christus esset; a quo dogmate abhorrent aures Christianae, quod totum labefactaret Incarnationis mysterium, ac everteret redemptionis oeconomiam;

*) Lib. III. cap. 11.

*) Cap. VII: *Ει ιατρό èony, Οαρκικό τε καί πνευματικό , γενητό καί άγένητο , εν Οαρκί γινόμενο $εό . . . καί έκ Μαρία καί εκ Ζεοϋ, πρώτον πατητό , καί τότε απαθή , ΊηΟού ΧριΟτό ό κύριο ημών.* Apud Galland. *liibl. Patrum min.* tom. I. pag. 266.

4) Εν ΊηΟού Χριστώ, τώ κατά οâρχα έκ γένου Λαβίδ, τώ ιίώ ανθρώπου, καί ιίώ Ζεοϋ, ibid. cap. 20. pag. 270.

*) Nam hic liber auno 421. aut paulo post conscriptus est; haercsis autem nestoriana exorta est anno 430.

neque amplius de uno eodemque praedicari possent, prout in universa Scriptura et traditione fit, diversae Christi actiones, quandoquidem non ad unum, sed ad duo distincta supposita spectarent in hypothesi nestoriana; actum praeterea esset de Christi divinitate.6

DIFFICULTATES.

350. I. Obj. 1. Quoties Scripturae generationem Christi ex b. Virgine, vel Christi mortem commemorant, eum nusquam Deum appellant, sed aut *Christum* nominant aut *Jesum* aut *Dominum.* Ergo eadem non est persona Christi hominis et Verbi Dei. 2. Joannes praeterea I. 14. tradit, bl Christum *habitasse* in carne; et II. 19. Christum ipsum 3. corpus suum seu humanitatem vocasse *templum;* item apostolus Hebr. λΓIII. 2. et IX. 11. eamdem Christi humanitatem dicit *tabernaculum·,* Philipp, vero II. 7. *habitum.* Jam vero nulla personalis et intima unio intercedit inter templum et tabernaculum, atque habitantem in eis, inter habitum seu vestimentum et cum, qui eo induitur. Moralis igitur et externa est unio, quae inter Deum et hominem in Christo intercessit, quae in *voluntatum* consensione et gratia consistit, 4. prout declarat ipsemet Christus, Joann. VIII. 29. dicens: *Qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum, quia ego, quae placita sunt ei, facio semper.* 5. Quare Christus in sacris litteris modo hominis, modo Dei Filius dicitur. Non ergo unus filius neque una persona.

351. Resp. Ad 1. Λ7 Paulus enim Gal. IV. 4. de Christi humana generatione loquens, ait: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere;* ac rursum, Philipp. Π. Christum dicit in *forma Dei* fuisse *aequalem Deo;* et Act XX. 28. affirmat, *Deum acquisivisse ecclesiam sanguine suo.7*

352. Ad 2. A". Sed Verbum, carnem factum, *in nobis,* id est, inter homines habitasse affirmat; quo solo nestoriana evertitur impietas.

353. Ad 3. *D.* Christi humanitas, seu potius Christi corpus vocatum fuit templum, tabernaculum, habitus, improprie seu sensu figurato, *C.* proprie, xV. Alioquin, ciun et corpus nostrum ab apostolo Paulo (II. Cor. V. 1 et seqq.) *domus, habitatio et tabernaculum* vocetur, prout etiam vocatur ab apostolo Petro (II. Epist. I. 13.); sequeretur, inter animam et corpus nostrum non intercedere nisi moralem conjunctionem; eo magis quod ita fuerit nuncupatum Christi corpus relate ad animam, non autem ad ejus divinitatem, uti ex contextu apparet. Apostolus autem, Philipp. II. tantum significat, Christum· externa specie purum hominem apparuisse, etsi Deus pariter esset; et hinc rursum labefactatur nestorianus error.

354. Ad 4. iV. Nec enim particula *quia* hic causalis est, sed *signum*

*) Cf. S. Thom. *Cont. gent.* lib. IV. cap. 34.

D Cf. etiam Rom. I. 3; Joann. III. 16.

exprimit ct effectum missionis suae, vehit si Christus diceret: ex hoc poteritis cognoscere divinam missionem meam, quia Ego quae placita sunt ei, facio semper, prout clarius v. 42. exponit, dicens: *Ego ex Deo processi et veni.* 8

355. Ad 5. *D.* Tamquam unum idcmque suppositum, *C.* tamquam diversum suppositum, Ar.

356. II. Obj. Sancti ecclesiae patres eadem qua Nestorius ratione de Christo et Incarnatione locuti sunt. Nam 1. quidam Deum assumpsisse *hominem* affirmant, ut s. Ambrosius9 et s. Augustinus‘°, qui praeterea, *Enchir.* cap. XXXV. dicit, Christum *esse* ***aliud*** *propter Verbum, et* ***aliud*** *propter hominem.* 2. Nonnulli Christum dixere hominem *deiferum,* ut s. Basilius passim.11 Alii eum vocarunt hominem *dominicum,* ut s. Athanasius12, s. Epiphanius 13, s. Augustinus. 14 3. Alii denique Christi humanitatem aut *organum* aut *templum* aut *vestem* divinitatis dixerunt, immo et *sponsam.*15 4. Sed inter ceteros eminet s. Joann. Chrysostomus, qui *Uomil. HI. in cap. 1. Epist. ad Hebr.* η. 1. exponens verba psalmi XLIV. relata ab apostolo: ***Propterea unxit te Deus, Deus tuus,*** scribit: *Hic* (apostolus) *ct judaeos et Pauli samosateni asseclas et arianos, Marcellumque et Sabellium feriit et Marcionem. Quomodo ? Judaeos quidem, ostendens* ***unum esse duo*** 16 *et* ***Deum et hominem ....*** *adversus Marcellum et alios* ***quod sint duae personae*** *divisae per hypostasin. Adversus Marcionistas autem, quod divinitas non ungatur, sed humanitas.*17 Ergo tum

*) Cf. Maldonalus in hunc loc.

9) *De Fide,* lib. V. cap. 8. n. 108. edit, maur. tom. II.

,0) *De Civ. Dei,* lib. XL cap. 2.

“) Lib. *De Spiritu S.* cap. 5, et in Ps. LXI. n. 4; in Ps. XLV, in Ps. LIX, Hom. XXV. *De Nativ.* etc. Quare Theodorelus Cyrillum incusat, quod anathemate feriendos existimaverit eos, qui Christum dicunt *&εοφό^ον ἀνΟρωπον,* quum tamen a plurimis patribus, maxime vero a M. Basilio eam vocem usurpatam noverimus. Apud s. Cyrill. *Defens. anath.* V. tom. VI. pag. 220.

,J) Tom. I. pag. 394. *D.*

,3) In *Ancoralo,* §. XCV.

H) *Lib.* LXXXni *Quaesi, qu. XXXN1.*

*4) Ita s. Athanas. lib. *De Ineam.* pag. 70. *C.* et alibi, Euseb. caesar. *Demonst. Evang.* lib. IV. cap. 13. pag. 107; Epiphan. *Haer.* LIX. §. 11. pag. 763; Cyrillus alex. *Dial, de Ineam.* pag. 692. tom. V. *C. vestem* vocarunt. Fulgentius ivocavit humanam naturam *trabeam. Serm. de s. Stéphane; sponsam* vocavit s. Augustinus, *Tract.* VIII. *in Joann.* Horum omnium aliorumque ss. patrum in hanc rem testimonia exhibet Petavius, *De Incani,* lib. VII. capp. 10, 11, 12, 13.

,s) Haec verba: zfuo *τόν αυτόν âeixvvç, καί 3εον καί ἀνθρωπον,* a Mutiano sçholaslico interprete sic vertuntur: *Duas per·sonas el unum Deum.*

,7) *Ενταύθα καί Ιουδαίου , καί τού Παύλου τού Σαμοϋατίω , καί ἀρειανού καί Μάρκελλον καί Σαβέλλιον ίβαλε καί Λίαρκιωνα. Πώ ; Ιουδαίου μεν, δύο τόν αύτόν δεικνύ , καί $εον καί ἀνθρωπον. . . Πρό δε Μάρκελλον καί τού ἄλλου , orc δύο ἐοτί ταύτα πρό ωπα διηρημενα κανά την vnôoraOcv. Πρό δε μαρκιωνιΟτά , orc η ἀεότη ού χρίεται, ἀλλ' η ἀν&ρω.τοτη .* Pag. 26. tom. XII. opp. edit, maun

patres reliqui, tum praesertim Chrysostomus duas agnoverunt in Christo personas.

357. Resp. *D.* .4. At sensu longe diverso, C. eodem quo Nestorius, *V. Nondum enim exorta nestoriana haeresi, liberius quandoque patres loquebantur, praesertim cum de oeconomia potius mysterii, quam de mysterii theologia agebatur. Verumtamen errore detecto cautiores fuerunt in delectu verborum, ut in epistola ad Valerianum scribebat s. Cyrillus. Ceterum ss. patres interdum vocabula haec usurpasse sensu plane diverso ab eo, quem postea Nestorius protulit, diversa in utrisque adjuncta, contextus ac fidei professio omnino declarant.

358. Sic igitur distinguendum: 1°. asserunt Deum assumpsisse *hominem,* id est, humanitatem, *C.* personam seu individuum humanum, *N.* Qua significatione tum ecclesiae patres ac primi de schola theologi, Anselmus et Hugo Victorious, tum ecclesia ipsa in suis precibus, illa loquendi ratione usi sunt, absque ulla labis nestorianae suspicione, concretum pro abstracto usurpantes.18 Dum vero s. Augustinus asserit, Christum esse *aliud* propter Verbum, *aliud* propter hominem, de *natura* id affirmat, non de *persona:* alioquiu dixisset *alium* et *alium,* atque in eodem capite conceptis verbis unam Filii Dei et Filii hominis personam et unum Filium esse non affirmasset.19

359. 2°. Alii Christum dixerunt hominem *deiferum, dominicum,* aut etiam *déification,* ratione hypostatici nexus inter utramque naturam, *C.* ratione moralis unionis inter utramque personam, V. Sic enim explicant has voces s. Maximus martyr et Theodoretus ipse.20 Minus tamen castigatae ejusmodi locutiones videntur, cum Christus non praecise *dcifer* sed *Deus,*

le) Cf. Petav. lib. IV. cap. 12. §. 6, 7.

”) Quo spectat illud monitum Vincenti! lirinensis : .Quomodo in Trinitate *alius* atque *alius,* non *aliud* atque *aliud?* Quia scilicet alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti; sed tamen Patris et Filii et Spiritus Sancti non alia et alia, sed una eademque natura. Quomodo in Salvatore *aliud* atque *aliud,* non *alius* atque *alius?* Quia videlicet altera substantia divinitatis, altera humanitatis; sed tamen deitas et humanitas non alter atque alter, sed unus idemque Christus, unus idemque Filius Dei, et unius ejusdemque Christi et Filii Dei una eademque persona.» (Corn-*nionit.* cap. XIII.)

îî0) Eo tantum sensu de Christo vox *deiferi* usurpari potest, quatenus caro Christi, seu potius humanitas, Deum et suum habet ac proprium, hoc est, intime ac substantive conjunctum, et unum eumdemque secnm factum. Cf. IVIaximus mart, in *Schol. ad cap.* 7. *Dionysii De coelesti hierarch.;* Theodoretus, in *Conftut. Analh.* v. Neque omittendum, s. Basilium, in lib. *De Spiritu S.* loc. cit. n. 12. et *in Psal. L.* minime vocasse Christum *&εοφόρον άνθρωπον, hominem deiferum;* sed solum ab ipso sic Christi caro vocata fuit, tum locis citatis, tum *Hom. in Ps. XXXIX. et Comment. in cap. II. Isaiae, θεοφόρο οάρξ, caro deifera.* Hinc merito doctus P. Fronto Ducaeus observat, Theodoretum graviter hallucinatum fuisse in reprehensione anathematismi quinti, ubi ait a s. Basilio Christum vocatum esse *θεοφόρον άνθρωπον.* Non enim parum interest inter hominem deiferum et carnem deiferam.

neque *dominicus* sed *Dominus* sit; quod ipse advertit s. Augustinus se corrigens. 21

360. 3°. Alii dixerunt Christi humanitatem *organum, instrumentum, templum* divinitatis , cum Verbo iis utente et in iis habitante atque hypostatice conjuncto, *C.* secus, A'. Nempe eo sensu, quo manus aut brachium dicitur hominis organum et instrumentum, corpus vero animi tabernaculum. Hinc neque Cyrillus ipse *instrumenti* vocabulum repudiabat.22 *Vestis* autem et *indumenti,* immo et *sponsae* voces adhibitae sunt ad significandam utriusque naturae distinctionem et proprietates.23

361. 4°. Nec magis nestorianae haeresi favet s. Joann. Chrysostomus, sive dum asserit *unum esse duo,* quod de duplici Christi natura apertissime usurpat, dicens et *Deum et hominem;* sive dum ait, quod sint *duae personae divisae per hypostasin.* Loquitur enim hic de duabus personis, Patre nempe et Filio, qui distinguuntur per hypostasin seu personalitatem uniuscujusque propriam, prout ejus scopus exigit. Sibi enim proposuerat evincere, sabeUianos illis verbis refelli, qui distinctionem personarum in Deo auferebant. Hunc autem finem profecto haud assecutus esset, si de distinctione inter personam Quisti divinam et humanam ejusmodi dictum usurpasset. Atque hinc factum est, ut neque Nestorius neque nestorianus aliquis unquam ad Chrysostomi patrocinium confugerit, immo et a Cyrillo et a Coelestino papa adversus nestorianos agentibus Chrysostomi orthodoxia summopere commendetur.24

362. III. Obj. 1. Naturam inter atque personam vel nulla prorsus

”) En ipsius verba, *Retract.* lib. I. cap. 19. η. 8: ».Sed non video, ulrum recte dicatur *homo dominicus,* qui est mediator Dei et hominųm, homo Christus Jesus, cum sit utique Dominus: dominicus autem homo quis in ejus sancta familia non potest dici? et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos divinorum eloquiorum. Sed ubique hoc dixi, dixisse me nollem; postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi."

”) Loc. cit.

“) Cf. Petav. lib. VII. cap. 13. §. 5 et seqq.

54) S. Cyrillus, *Epist. ad clerum constantinopolitanum: Numquid,* inquit, *qui illum* (Neslorium) *antecesserunt, doctrinae fidei operam non dederunt? Numquid eloquentior est Joanne?* etc. opp. edit. Paris. 1638. tom. V. part. 2. pag. 35. S. Caelestinus, *Epist.* XIV. pariter *Ad clerum et populum constantinopolitanum: Ut a .recentioribus,* scribit, *inchoemus, quid non animis vestris eruditio sanctae memoriae episcopi Joannis infudit, cujus sermo adstruens catholicam fidem toto orbe diffusus est?* Apud Coustant, *epist. RR. Pontificum* coi. 1134. Sed neque necesse est, ut cum nonnullis suspicemur textura hunc s. Joann. Chrysostomi fuisse corruptum. De hoc s. Joann. Chrysostomi textu duae prostant dissertationes in *Thesauro theolog.* Zachariae tom. IX. quarum altera inscribitur: *P. Gabrielis Danielis S. J. dissertatio de judiciis criticorum et nuperi interpretis yallici super loco s. Chrysostomi ex horn.* III. *in epist. ad JUebr. ubi nonnullis nesloriano more loqui visus est;* altera vero: *De sententia b. Joann. Chrysostomi quoad duas in Christo personas, dissertatio Ignatii Tentscher e S. Jesu.*

vel metaphorica tantum distinctio intercedit, quae ex diversis atque in infinitum variantibus philosophorum notionibus pendet. Quis autem notionibus tam ambiguis, tam variis, tam inter se oppositis innixum dogma constituat? 2. Eo vel magis quod nullum ex creatis rebus desumi possit exemplum, quo catholicorum doctrina explicetur. 3. Certe si, amotis pld-losophorum subtilitatibus, rem discutiamus, perspicuum esse videtur ad hominis constituendam personam hoc imum requiri, ut mens et corpus una jungantur, 4. alioquin dubitare semper liceret, utrum nobis insit persona hominis, etsi animo praediti simus et corpore. -5 5. Quod si divina virtute fieri potuit, ut in Christo esset natura humana sine persona, atque in divini Verbi persona subsisteret, cur divinae ejusdem omnipotentiae virtute fieri non potuit, ut in Christo persona humana cum divini Verbi persona substantialiter conjungeretur? Utrumque sane miraculum est, sed hoc posterius valde convenientius, tum quia tunc revera Christus esset perfectus Deus et homo perfectus, 6. tum quia mysterium rectissime explicaretur, simulque absurda omnia vitarentur, quibus catholicorum sententia urgetur, atque illud in primis, quod de una eademque persona enuntientur ea, quae inter se pugnant. 7. Quis demum neget, personalitatem ad naturae nostrae dignitatem ac perfectionem spectare? Si eadem caruisset Christus, dignitate ac perfectione humanae naturae propria caruisset, quod nefas est dicere. Ergo.

363. Reap. Ad 1. *D.* Et ejusmodi notiones dogmati declarando, quod in divina revelatione continetur atque fundatur, accommodatae sunt, C. his notionibus philosophicis dogma catholicum innititur, A'. Hallucinatin' itaque Bayle, dum pro certo assumit, dogm? catholicum ab ejusmodi pliilosophicis notionibus pendere, cum contra certum sit, nonnisi serius accommodatas esse dogmati a Deo revelato ejusmodi notiones. Quemadmodt iir enim ex revelatione scimus, Deum unum ac simplicissimu n esse, ac simul in Deo esse Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, ita ex eadem revelatione novimus, unum eumdemque esse Christum, qui est Deus et homo. Haec semper professa est ecclesia catholica a Deo edocta. Insurgentibus vero haereticis sabellianis, qui realem Patris et Filii et Spiritus Sancti distinctionem negarunt, coepit Patrem, Filium et Spiritum S. vocare hypostases seu *personas;* quod vero iisdem commune est, seu quod unum de Deo praedicatur, vocavit *naturam,* analogia ducta ex iis, quae de natura et personis philosophi de rebus naturalibus, praesertim humanis, disserentes tradebant. Sic, cum novatores alii, quae in revelatione de uno eodemque Christo diversa praedicantur, dispescerent, ut nestoriani, vel quae eidem tribuuntur, confunderent, ut eutychiani, ecclesia ipsis sese opponens, quod

At '

) Ita quidem Bayle, *Diet,* art *Pyrrhon.* rem. B.

unum de Christo dicitur, vocavit *hypostasin, personam* aut *suppositum;* quae distincte de eo enunciantur, vocavit *naturas.* Metaphysici postea, in ejusmodi voces et notiones subtilius et accuratius inquirentes, theorias suas de natura, substantia, subsistentia, persona et supposito tradiderunt juxta id, quod Christiana religio ex revelatione divina de Trinitate et Incarnatione jam docebat. Quare non religio Christiana a philosophia, sed a religione accuratiores suas theorias mutuata est philosophia.[26]

364. Ad 2. Esto; frustra enim exemplum quaeritur ex iis, quae in creatarum rerum ambitu continentur, cum agitur de eo, quod creata omnia transcendit. Apposite huc quadrant, quae scripsit s. Augustinus, *Epist. CXXXVJI. ad Volusianum,* n. 8: *Si ratio quaeritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare; demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis.*

365. Ad 3. Al. Ut enim suo loco exposuimus, ad personam constituendam requiritur praeterea, ut sui juris natura sit, in se subsistat, neque cum alio veluti persona sive supposito conjungatur, a quo regatur; seu requiritur, nt habeat propriam subsistentiam, scilicet proprium existendi modum.

366. Ad 4. *Neg. sequelam,* nempe nos inde incertos esse, utrum propriam, an vero alterius cujuspiam personam geramus; intimo enim sensu intelligimus, nos in nobis subsistere, neque cum alia natura conjungi, quae rationem personae vindicet sibi ac nobis eripiat. Qua in re si falleremur, error certe refunderetur in Deum, qui non solum nos perpetuo decipi pateretur, sed invincibiliter nos in errorem impelleret, quod alienum maxime est a sapientia et bonitate divina.

367. Ad 5. Resp. 1°. Fides ab auctoritate pendet; hinc non quod nobis magis minusve consonum ridetur, sed quod a Deo revelatum esse constat, tenendum est 2°. In adversariorum hypothesi, tum Incarnationis mysterium tum redemptionis oeconomia destrueretur, prout supra animadvertimus. 3°. Demum implicat ejusmodi hypothesis; siquidem, ea constituta, idem simul esset et non esset *Persona* enim dicit naturam in se subsistentem suique juris. Ergo qui affirmat duas personas esse inter se hypostatico nexu conjunctas, idem asserit duas naturas esse alteram ab altera independentes suique juris, et simul dependentes et alieni juris, quod manifeste contradictionem involvit Tantum igitur abest, ut in adversariorum systemate Deus perfectus et homo perfectus habeatur, aut mysterium rectius explicetur, ut utrumque potius penitus subruatur.[27]

M) Ex his patet, tantum abesse ut religio scientiis noceat, ut potius eas perficiat; certe veteres philosophi nec suspicati quidem sunt distinctionem inter subsistentiam et naturam.

27) Cf. Petav. lib. V. cap. 9. praesertim §. 4.

368. Ad 6. absurda, quae in doctrina catholica de Incarnatione adversarii inesse comminiscuntur, in ea contineri; apprime enim semper omnia conciliata sunt. Profecto, si pro diversis substantiis, quibus homo constat, hic recte dicitur spiritualis et immortalis secundum animam, materialis et mortalis secundum corpus, quae sibi contradicentia dici nequeunt, quia licet de eodem, sub diverso tamen respectu enunciantur; sic recte Christus dicitur aeternus, impassibilis, immensus secundum divinitatem, creatus, passibilis, limitibus circumscriptus secundum humanitatem, mediator et redemptor secundum utramque.

369. Ad 7. *D.* Ceteris paribus, *C.* si a longe superiore ac perfectiore suppleatur, ut in casu nostro, A. Subsistentia enim in suo conceptu nil aliud dicit nisi existendi modum alicujus substantiae. Etsi vero substantia fingi non possit in concreto, seu in rerum natura absque *aliquo* modo existendi, cum tamen liic modus varius ac multiplex esse possit, patet nullum peculiarem ac determinatum ei essentialem esse[28]; potest propterea esse hic vel ille, proprius vel alienus, seu ei esse ab intrinseco aut supervenire ab extrinseco. Porro, quamvis naturalis existendi modus sit naturae perfectio, longe nobilior haec eadem evadet, si divina virtute existât natura modo naturae excellentioris proprio, ab eaque compleatur. Jam vero in mysterio Incarnationis divina omnipotentia factum est, ut humanae naturae in ipso ejus creationis instanti communicaretur modus existendi divinae Verbi personae proprius, ita ut coeperit illa existere in Verbo, ab eo compleri ac regi. Hinc ex illo instanti persona Verbi, quae a tota aeternitate subsistebat in sola natura divina, eam sub suo peculiari respectu complebat atque regebat, coepit in tempore complere, regere ac moderari etiam naturam humanam, quae facta est ei propria, utpote quae in ea et per eam subsistat. Quis autem non videat, longe perfectius esse, naturam humanam subsistere modo divinae personae proprio quam suo, regi a persona Verbi quam a sua, ab eaque dirigi et compleri? Quot inde decora ac perfectiones, quantam sublimitatem consecuta est? Haec admirari quidem, at assequi mente non possumus. Ergo Christus non solum perfectus homo est ratione integrae naturae humanae, sed perfectissimus plane ratione personalitatis seu subsistentiae divinae, qua existit, completur et regitur.

370. IV. Obj. 1. Quamquam negari nequeat, Scripturarum effatis ad litteram intellectis semina quaedam doctrinae ecclesiasticae (nempe *catholicae)* vere inesse, et unione naturarum in Christo posita, facillime communicationem etiam idiomatum inde deduci potuisse; attamen universa haec doctrina, qualis a theologis per tot discrimina rerum sensim stabilita est,

[28]) Nempe *in creatis;* in Deo enim proprietates personales determinatae omnino ac essentiales sunt, ideoque necessariae.

nullius est frugis ad veram virtutem consequendam; 2. immo exempli Jesu Christi, ad imitandum nobis propositi, vim quam maxime debilitat; 3. praeterea repugnat et sanae rationi et aliis quibusdam »Scripturae effatis certissimis, quibus monotheismus commendatur; 4. quamobrem integrae Christianorum familiae et singuli multi, recentioribus praesertim temporibus, ab ea deflexerunt. 5. Subsistamus igitur in simpliciore illo doctrinae typo, qui in ipsa Scriptura sacra nobis exhibitus est; atque hoc potissimum agamus, ut Jesum Christum pia mente colamus tamquam legatum vere divinum (Joann. XVII. 3.), per quem tot ac tanta beneficia in genus humanum collata sunt, qui vere divinae voluntatis interpres regnique divini conditor est, et ipse plenus numine (τὼ &εἰω), non sine Deo talis tantusque nobis propositus.29

371. **Resp.** Ad 1. Id est, quamquam doctrina catholica in Scripturis contineatur (cum enim fatentur rationalistae ejusmodi doctrinae *semina vere inesse,* argumento est indubio reipsa in Scripturis eam reperiri), juxta adversarios rejici tamen debet ut inutilis, perniciosa ac rectae rationi contraria. Talis est idea, quam de sacris Scripturis ingerunt novi ejusmodi increduli, biblico velamine obducti. Ast falsum est, doctrinam catholicam de Incarnatione nullius frugis esse ad consequendam virtutem. Validiores enim stimuli addi non possunt ad virtutem consequendam, quam ii, quos dogma catholicum suppeditat, quo docemur peccata nostra Dei hominis facti sanguine esse expiata, ac Deum ipsum, humana came indutum, nobis magistrum ac morum institutorem extitisse, prout colligit apostolus Hebr.

372. Ad 2. *N.* Quin potius vehementer exempli Jesu Christi vim promovet catholicum dogma, juxta quod, cum Christus *esset Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, obedientiam: et consummatus, factus est obtemperantibus sibi causa salutis aeternae . . . qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta,* Hebr. V. 8, 9, et XII. 2. Cum scilicet esset Deus et Filius Dei, ultro ac sponte sibi vitam pauperem, aerumnis, contemptui doloribusque obnoxiam atque refertam eligere dignatus est, mortemque denique atrocissimam obire, ut nobis in se exemplar virtutum omnium absolutissimum praeberet, quod imitaremur; ut praeteream gratias uberrimas, quas nobis passione ac morte promeruit ad id efficiendum. Profecto omnes scriptores sacri, ut vidimus suo loco, atque in primis Joannes, fatentibus adversariis, Christi divinitatem unanimiter praedicarunt; attamen ad unum omnes Christi exemplum sequendum proponunt. Argumento igitur est, dogma catholicum, nedum vim exempli Christi nobis propositi imminuat, ipsum potius commendare, atque ad ipsum imitandum vehementius accendere.

v) Ita Wegscheider, §.128.

373. Ad 3. A*. Nam satis non est affirmare, sed praeterea ostendere adversarii deberent doctrinam catholicam rectae rationi adversari, quod pro fecto numquam eificere poterunt. Recolantur modo dicta in responsione ad 7. Scripturarum insuper effatis, quibus monotheismus adstruitur, neque Trinitatis neque Incarnationis dogmata adversari abunde constat ex iis, quae suo loco disseruimus.30

374. Ad 4. *D.* Id est, sociniani, deistae ac rationalistae, C. qui adhuc revelationi credunt, Λ.

375. Ad 5. *Xeg.* eum. quem supponunt adversarii simpliciorem doctrinae typum, qui non in Scripturis, sed in sola rationalistarum seu incredulorum mente residet; quo semel constituto, Christus non extitisset nisi vaferrimus veterator, qui non solum nulla bona in genus humanum contulisset, sed innumera mala, deceptionem, idololatriam, superstitionem abjectissimam invexisset. Nec aliam sane Salvatoris nostri, sub verborum lenocinio, ejusmodi scriptores ideam seu conceptum ingerunt. En pauca auctoris, quem impugnamus, verba: *Quum adstantibus nere expirasse* (in cruce) *visus, paucis horis post, e cruce sublatus et sedulae amicorum curae traditus, m novo sepulcro repositus esset; tamen, Deo providente, tertio die in vitam rediit, et postquam discipulos aliquoties convenerat, eosque de consilio suo, novum religionis institutum condendi atque propagandi, denuo certiores fecerat, ab iis secessit, nec unquam postea ab illis conspectus est.*31 Ex ungue leonem.

PROPOSITIO Π

Beata Virgo vere et proprie &εοτ07.οζ seu Deipara vocatur et est.

376. Propositio haec est de fide, ut patet ex concilio oecumenico constantinopolitano II. collât. VIII. anathematismo VI. definiente, quod b. Virgo *proprie et veraciter Dei genitrix estf'*

Sic vero ejus veritatem propugnamus: Hia vere et proprie mater Dei vocatur et est, quae, licet divinitatem minime genuerit, illum tamen concepit et peperitj qui ex sacris litteris Deus et Filius Dei vocatur et est; atqui talis est, quem genuit b. Virgo.

Tract. *De Trinit.* η. 131 cl seqq.

a') §. 121. ubi et illud addit: *Jesum, nonnullis* V. *T. effutis potissimum adductum,* firmissime sibi persuasisse, *sibi concessam messianam dignitatem, ac munus doctoris divini a Deo fuisse demandatum, et quidem ad sensum aequalium suorum accommodate.* Seu paucis: eum traducit uti vaferrimum seductorem. Profdclo est nova ars, uti Scripturis ad Christianam religionem destruendam.

Ubi concilium illud subdit: -Si *quis abusive, sed non vere Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semper Virginem Mariam . . . anathema sit.* In *Act. Cone.* Harduini, tom. III. col. 195.

Etenim in Scripturi fl Luc. I. 35. dicitur: *Quod nascetur ex te sanetuni, vocabitur Filius Dei;* apostolus item Rom. IX. 5: *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super amnia. Deus benedictus in saecula;* tum Gal. IV. 4: *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere*

Huc pariter referuntur omnia illa Scripturarum loca, in quibus Christus Deus et Filius Dei dicitur, quae prope innumera sunt. 2

377. Atque hinc factum est, ut a remotissima antiquitate, seu ab apostolica **traditione** denominatio ista b. Virgini tributa fuerit, cujus rei testes locupletissimos habemus duos Nestorii fautores. **Joannes** enim **antiochenus** in epistola ad Nestorium data, qua eum hortatur, ut, posita contentione, *nomen* illud impugnare desinat, *quod a permultis patribus compositum, scriptum et pronuntiatum est* subdit: *Hoc enim nemo doctarum ecclesiasticorum repudiavit. Eam et plures eo usi sunt, iique celebres; et qui usi non sunt, utentes non reprehenderunt.*^ **Theodoretus** item, in *Haeresi nestoriana,* testatur: *Antiquissimos catholicae fidei praecones, ex apostolica traditione, docuisse, matrem Domini memorandam, colendamque esse ut Dei genitricem.5*

Sane alii nominatim b. Virginem -*δεοτόζον* appellant, ut Origenes, Dionysius alex., Alexander item alexandrinus, Athanasius, Basilius, Gregorius nazianzenus, apud Petavium6; alii .aeduivalentibus verbis id ipsum tradiderunt, docentes Filium Dei, semel ex Patre genitum, rursus ex Maria Virgine altera generatione prodiisse; quos iterum longo agmine recenset laudatus auctor aliique post ipsum non solum inter catholicos, verum etiam inter protestantes.7

Sed quod communem et translatitiam apud christianos vocem illam extitisse maxime ostendit, est amara irrisio, qua impius apostata Julianus christianos exagitabat, quod Christi matrem Dei genitricem nominarent: *Atqui vos,* inquit, *Mariam non cessatis vocare ϋεοτόζον, id est, Dei genitricem.* 8 Constat igitur, tum receptam tum universalem hanc vocem fuisse, et cum vocabulo fidem per ipsum significatam de vera ac proprie dicta

*) Cf. Petav. lib. V. cap. 17.

3) *'Ονομα πολλοί των πατέρων καί συν· τε9έν^ καί γραφέν^ καί ρη9έν.*

4) *Τούτο γάρ τό δνομα ονδεί των εκκλησιαστικών διδασκάλων παρητηται9 οι τε γάρ χρησάμενοι αύτω πολλοί καί επίσημοι9 οι τε μη χρησάμενοι ούκ έπελάβοττο των χρησαμενων.* In *Act. Concit.* Harduini, tom. I. col. 1329.

5) *De Haer.* lib. IV. cap. 12. tom. IV. pag. 245: *Των πάλαι καί πρόπαλαι τη ορθοδόξου πίστεω κηρύκων, κατά την* ίχ.το- *Οτολιχήν παράδοΟιν, Θεοτόκον διδαξάντων όνομάζειν, και .τιϋτεύειν τήν τον κυρίου μητέρά.*

6) Lib. V. cap. 15.

τ) Inter ceteros eminent Suicerus in *Thesauro,* verbo *Θεοτόκο* , Pearsonius, in *Expositione symboli apostolici,* et Joann. Ernestus Grabius, tom. ult. edit. LXX interpretum.

8) Cyriil. opp. tom. VI. pag. 262: *Θεοτόκον δέ υμεί ου .-ταόε0&ε Μαρίαν καλοϋντε .*

(Inina b. Virginis raatermtote, antequam Ncstorius novam doctrinam inveheret

378. His accedit **ratio theologica**, et quidem multiplex, qua idem dogma adstruitur. Terminus generationis est persona, seu totum et integrum suppositum; haec autem, ut demonstravimus, in Christo, quem genuit b. Virgo, unica est, eaque divina, regens utramque naturam; ergo b. Alrgo, quae genuit personam divinam, seu Deum in assumpta carne, Dei genitrix vere et proprie est, ac talis est nuncupanda. / Rursum : Dei et hominis Filius unus idemque est Christus; hunc autem, latente Nestorio, beata Virgo genuit; ergo, hoc ipso quod Virgo Christum genuerit, vere Filium Dei genuit, adeoque Dei genitrix jure meritoque nuncupatur et esij Alioquin in duos filios secare Christum deberemus, quod absurdum est, atque, ut ex dictis patet, constanti ecclesiae catholicae fidei et Scripturarum effatis repugnat.| Nec dissimilis est ratio hujus appellationis, quae petitur ex eo, quod in utent Virginis Verbum carnem sibi assumpserit, feceritque sibi propriam, ex quo Deus homo esse coepit; quas quidem rationes patres attulerunt et illustrarunt. 9

379. Dogmate porro vindicato, ad praecavendas difficultates, quibus illud tum nestoriani tum increduli impetere solent, animadvertenda haec sunt: Alicujus pater aut mater naturalis esse quis potest duplici ex_capite ; vel *generatione,* quae definiri solet : *Origo viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem naturae;* vel *unione hypostatica* duplicis substantiae , uti esset animae et corporis, cum sermo est de homine, aut etiam naturae divinae et humanae, cum sermo est de Christo. Jam vero ratione *generationis* prima divinarum personarum est Pater Verbi, quod communicatione suae propriae substantiae ab aeterno gignit, et b. Virgo est mater Christi, cui propriam substantiam communicavit, prout homo est; ratione vero *suppositi* seu *unionis hypostaticae* eadem’prima Trinitatis persona est Pater Christi, etiam prout homo est, et b. Virgo est mater Christi, prout ipse Deus est Quare Christus, qui est Verbum caro factum, consubstantialis est Patri secundum divinitatem, consubstantialis est matri secundum humanitatem, ratione duplicis generationis et originis, aeternae scilicet ac temporalis; cum vero utraque natura propria sit ejusdem personae divinae seu suppositi, ratione ejusdem personae est filius utriusque. ’°

’) Cf. Petav. lib. V. cap. 17.

‘°) Cf. Petav. lib. VII. cap. 5. §. 5. ubi proposito sibi dubio: Λon *videtur Filius esse naturalis Dei Patris homo Christus, quoniam non de illius substantia, qua tenus est homo, genitus est,* respondet, quidpiam nobis per Incarnationis mysterium innotescere, quod humana numquam consequi sapientia, ac ne suspicari quidem potuisset. Atque illud primo constituit, in *filii* notione duo quaedam contineri, sine quibus intelligi non potest: alterum, ut sit aliqua communicatio substantiae naturaeve, vera generatione facta: alterum est. proprietas ipsa, sive forma relativa termini producti, quae originis principium respicit.

380. Exinde colligimus L latius patere terminum *filiationis* quam *generationis,* quia *filiatio,* ut cum schola loquamur, se porrigit etiam ad eum, cui quis non dedit originem ex eadem substantia; *generatio* vero non item.

Colligimus II. quo sensu b. Virgo sit et dicatur Deipara, nempe ratione hypostaticae unionis Verbi cum humanitate, cui humanitati ipsa originem dedit, quemadmodum et Deus Pater Christi pater est, prout nempe humanitas ejus a Verbo in unitate personae assumpta est. Quae si probe teneantur, nullo negotio retundentur, quae adversus propositam thesim tela conjiciunt Deiparae osores.

DIFFICULTATES.

381. I. Obj. 1. Beata Virgo divinitatem non genuit, nec divinitati originem dedit, quod tamen ad matrem constituendam requiritur. Ergo Dei genitrix seu mater b. Virgo nec est, nec dici potest. 2. Ejusmodi praeterea denominatio eunomianorum et apollinaristarum errori favet, qui naturas in Christo miscebant, et libenter divinae Christi naturae ea adscribebant, quae abjecta quodammodo et vilia de eodem Christo in Scripturis recensentur. 3. Ceterum cum homo per se proprieque dumtaxat genitus sit, non autem Deus qua Deus est, non proprie *Dei genitrix* est Maria vocanda, quae eatenus solum Deum genuit, quatenus homo ille, qui ex ea natus est, cum Deo conjunctus erat, ac Deus per uterum Virginis solum *transiisse (παρηλ&εν)* dicendus11; 4. eo vel maxime quod implicet, duas substantias ex una substantia generari. 5. Hinc, qui Mariam vere ac pro-

Quo posito, pergit eximius theologus, duplicem ex Incarnationis mysterio didicimus esse viam ac rationem, qua utrumque, hoc est, et communicatio naturae, et forma, sive proprietas relativa, quam *filieitalem* vocant, obtinetur. Primus modus est, cum terminus ipse, qui Filius dicitur, vera et proprie dicta generatione communicatam sibi naturam illam accipit, a qua denominatur; ita ut *physice,* ut in scholis loquuntur, et *formaliler* gigni, vel ut sit habere dicatur. Sic in Trinitate Verbum vera generatione communicatam accipit essentiam a Patre, qua est hic Deus, ac *formaliter* generatur: ideoque proprie dictus est Filius, quod in omnibus etiam creatis filiis universe reperitur. Posterior modus, cujus nobis Incarnationis fides notitiam attulit, per substantivam unitionem et applicationem lit ad prioris generis terminum : cura peregrina alioqui natura, nec vera generatione transfusa, eo ipso filii proprietatem excipit, quod cum vero et naturali filio, hoc est, cum divina natura divinae itidem *filieitutis* modificata proprietate, naturaliter et substantive conjungitur in unam personam, et unum adeo eumdemque filium. Sic humana natura, non illa quidem generatione procedit vel communicatur a Patre, nequu Christus, qua homo est, gignitur a Deo; neque Dei similitudinem naturalem aut imaginem habet, quod Filii conditio postulat. Verum naturali copulatione cum Verbo conjuncta, eadem unitione communicatam sibi divinitatem obtinet ac divinitatis modum, sive proprietatem, qua Verbum constat, quae *filieitas* dicitur. Ideo proprie dictus et naturalis est Dei Filius, non generatione, sed unitione, quatenus, ut homo est, spectatur.

") Ita Nestorius apud Cyrillum lib. I. contra ipsum, tom. VI. pag. 10.

prie Dei genitricem vocandam esse contendunt, divinitatem ei adecribant ac deam faciant necesse est, cum mater debeat esse consubstantialis ei, quem gignit, quo nihil absurdius excogitari potest; atque ethnicis passim a christianis exprobratum invenimus, quod Cybelem aliasque matres deorum facerent. 6. Quare, ne Scriptura nos in ejusmodi superstitionem conjiceret, nusquam hanc vocem usurpat; 7. nec satis unquam commendari nicaeno-rum patrum prudentia potest, qui Dominum Jesum Christum quidem, non autem *Deum* ex Maria genitum dixerunt, nec Virginem *dtcnoxuv* compellare sustinuerunt. Ergo.

382. **Resp.** Ad 1. *D.* Et hac de causa b. Virginem Dei genitricem esse aut appellandam catholici contendunt, A. et eo nomine honorandam b. Virginem docent, quod eum genuerit, qui per hypostaticam unionem subsistit in Verbo, *C.* Hinc negamus, quod nestoriani assumunt, ad matrem nempe constituendam requiri, ut originem det substantiae, quae ex ea nascitur. Matres enim nostrae tales reipsa vocantur et sunt, etsi animae originem minime tribuant, attamen tales censentur, quia terminus generationis est natura subsistens, seu totum suppositum aut persona; cum vero talis persona humana sit, id est, homo, hinc ejus mater vocatur mater hominis; si autem haec persona divina, scilicet Deus sit, cujusmodi in Christo esse ostendimus, ejus mater vocanda est mater Dei. 12 erum recolantur, quae in hanc rem adnotavimus.

383. Ad 2. A. Haec enim putida calumnia est, a qua catholicae fidei professio est prorsus aliena, quae semper agnovit utriusque naturae cum suis proprietatibus et operationibus distinctionem in Christo, ut nos paulo post ostendemus. Falsum praeterea est, sive arianos, sive apollinaristas et haereticos ceteros vocem *χϊεοτύχον* vero ac legitimo sensu arripuisse.13

384. Ad 3. *D.* Homo subsistens in persona Verbi, *C.* homo aut in abstracto, aut subsistens personalitate propria, A. Haec enim hujus erroris princeps causa extitit, quod Nestorius homini Christo, jam constituto atque perfecto subsistentia propria, Deum accessisse, eique se copulasse conjunctione morali autumaverit, quare Deum *transiisse* per Mariae uterum, non autem *genitum,* modo seu ratione exposita, ab ea esse dictitabat; cum

L "

n) Cf. Petav. loc. cit. cap. XIX. §. 1 et seqq.

*3) Apollinaristae et eutychiani, autumantes naturam Christi humanam, seu potius ejus carnem e coelo delapsam, non autem ex b. Virginis substantia assumptam, non alio sensu eidem b. Virgini titulum ■Sioroxov tribuebant, quam quod ipsa pepererit Christum. Hinc non sensu catholico. a quo illi abhorrebant, nempe *gignendi.* sed tantum *pariendi* eidem Virgini nomen 5foroxov accommodabant. Ceterum graeca vox *rixrttv* non tantum *parere,* sed etiam *gignere* significat, ut notum est. Cf. Suicerus in *Thesauro eccles.* ad vocem *9to~τόκο* .

tamen non coeperit existere Christi humanitas nisi in Verbo, quod eam efformando, et, si de anima sermo sit, creando assumpsit, suamque effecit.

385. Ad 4. *D.* Separatas seu disjunctas, *C.* hypostatico nexu consociatas ratione subsistentiae divinae, *N.* Responsio patet ex dictis.

386. Ad 5. *N.* Ex praemissa enim animadversione, ut quaepiam mater sit, satis est ut originem dederit naturae, quae subsistat in tali suppositio seu persona, quae ex ea nascitur. Hinc b. Virgo consubstantialis est Christo in natura humana, quae subsistit in persona divina. Atque inde cetera corruunt, quae superextruuntur de matribus deorum, quae in systemate ethnicorum censebantur vere dedisse originem ipsi naturae divinae, a quo erroris portento longe absunt catholici.

387. Ad 6. *D.* Quoad sonum materialem, *C.* quoad rem ipsam per vocem expressam, sive aequivalenter, *N.* ut ex dictis constat.[15]

388. Ad 7. *D.* Nulla urgente causa, seu nemine suspicionem in eam vocem ingerente, *C.* rem ipsam non tradiderunt, *N.* Hoc ipso enim quod nicaeni patres unum Christum, seu unam Christi personam professi sunt, eumque dixerunt Deum de Deo, Deum verum de Deo vero, conceptum de Spiritu Sancto et natum ex Maria Virgine, hanc vere Dei genitricem esse declararunt. Quod si vocem ipsam non protulerunt, ecclesiae morem secuti sunt, quae numquam consuevit ea definire, quae in controversiam non vocantur.

389. II. Obj. 1. Etsi anima intimo quoque nexu corpori uniatur, inepte tamen mulier vocaretur animae mater, sed hominis mater dici debet; ergo, etsi natura divina hypostatico nexu cum humana jungatur, attamen b. Virgo non Dei sed Christi mater est appellanda. 2. Rursus, si illa Dei

M) Praeclare Ferrandus diaconus, cum sibi illud opposuisset ex haereticis: ..Ex una substantia generari nullatenus potuisse substantias duas;" ita respondit: ..Veraciter dicit, si separatim generatas audierit. Nunc vero in magno illo et mirabili sacramento, quod manifestatum est in carne, divina substantia secundum humanam substantiam proprie nata est, quia non separatim nata est, nec humanitatem proprie natam sibi divinitas adunavit; sed adunando eam sibi proprie nata est. . . . Proprie est nata de Patre divinitas pura, proprie est nata de matre eadem incarnata divinitas, Et hoc distat inter unius Filii Dei duas generationes, quod in divina generatione nulla fuit humanitas; in humana generatione adunata fuit humanitati proprie nascenti divinitas. Si enim dixero, vel dicere voluero: Maria semper Virgo proprie genuit humanitatem, non proprie genuit divinitatem, videbitur sub aliquo modo hominem purum genuisse, quem nullo modo ita genuit, quia Verbum caro factum propric genuit.·' *Epist. ad Anat.* §. 17. in *Dibliolh. Patrum* Galland. tom. XI. p. 353-

IS) Sane s. Elisabeth (Luc. I. 43.) vix non conceptis verbis b. Virginem Dei matrem nuncupavit, dicens: *Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Quo autem sensu hic *Domini* nomen acceperit, patet ex v. 45 : */ieala, quae credidisti, quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a Domino;* ubi *Domini* nomen pro *Dei* nomine eam usurpasse nullum dubium esse potest. Quare eodem sensu b. Virgo erupit in illa verba: *Magnificat anima mea Dominum.*

mater vocanda eat, quia ex illa natus eat Dei Filius, cur Deipater non vocetur Spiritus Sanctus, de quo eumdem conceptum fuisse in symbolo profitemur? 3. Verum his omissis, nec vere nec proprie, si strictius loqui velimus, Dei matris nomen b. Virgini competit, neque expedit tali titulo eam salutare. Nec *vere* nec *proprie,* quia, ut ratiocinatur Bayle, numquam femina vocaretur mater angeli, quae corpus humanum gigneret, cui ipso conceptionis instanti angeli persona conjuncta esset unione hypostatica. Deiparae igitur appellatio ex hypostatica unione necessario minime sequitur. 16 Quin podiis, Deiparae appelladone semel admissa, Dei quoque avum et aviam, aliosque vario conjunctionis vinculo cum Deo conjunctos agnoscamus necesse est, quod quidem quam absurdum sit nemo non videt; sane Romae proscriptus est liber Joannis Thomae a s. Cyrillo, *De laudibus b. Annae,* in quo auctor docuerat Annam Verbi incarnati esse aviam. Sed neque *(.rpedit* b. Virginem Deiparam compellare, cum hoc nomen erroris causam afferre possit, maxime vero imperitis, qui existimare facile possunt, Dei matrem divinitatem ipsam genuisse. Ergo.

390. **Resp.** Ad 1. *D.* Si generatio ad hanc vel illam seorsu;" niti partem referretur, *C.* si ad suppositum ipsum, ut saepius diximus, *N.* Jam vero una est in Christo persona, quam genuit Maria cum humana natura conjunctam; jure igitur Dei matris nomen et rem sibi vindicat, ut ceterae matres hominis matres dicuntur, etsi animam non procreent

391. A,il·2. **Resp.** Spiritui Sancto denominationem Deipatris minime competere, quia nihil de îu o contulit ad Christi conceptionem, si excipias tantum fecunditatem, quam virtute et efficacia sua Mariae tribuit.17

392. Ad 3. *Xeg.* quoad utrumque membrum. Ac *primo* quidem, si severius loqui velimus, b. Virgini potius competit titulus Deiparae, quam competat ceteris mulieribus titulus matris cujusdam hominis; quia in ceterorum hominum conceptu, ex communi sententia, prius est corpus quam anima, quae coqiori non accedit nisi organis vitae jam instructo; contra vero nec ullo temporis puncto Christi corpus sine anima in Virginis utero extitit, ac propterea antequam subsisteret integra ejus humanitas, hypostatico nexu conjuncta cum divini Verbi persona. *Secundo* maxime expedit b. Virginem Deiparae titulo honestare; quia in hac una vocula plena catholicae fidei professio continetur adversus impietatem nestorianorum, photinianorum, arianorum, sabellianorum, ac novissime socinianorum, rationalistarum, eorumque omnium, qui eamdem fidem labefactare quoquomodo

") *Diet. hist.* art. *Nestorius,* remarque A.

*') Cf. de hoc argumento Petavius, lib. VH. cap. 5. §.1—5- De obscuro s. Hilarii loco ex lib. X. *'Irin.* §. 16. ubi negare videtur b. Virginem corpori Christi originem dedisse, quo tantopere abusus est Erasmus, cf. P. Coustant, tum in nota in hunc loc. tum in *Praefatione generali,* quam praemisit novae a se adornatae editioni, n. 41 et seqq.

ausi eunt, quibus propterea odiosiw nimia et ingratus ejusmodi titulus effectus est.

393. Neque obstat quod de angeli rnatre a Bayle opponitur; nihil enim vetat, quominus in tali hypothcsi vere angeli mater illa diceretur, eum eadem rationum momenta vigeant.

394. Non obstat, quod additur de Dei avo et avia, dummodo addatur *secundum carnem;* cujus assertionis argumento sunt Christi Domini fratres et sorores, qui in Scripturis commemorantur, in quibus pariter Christus dicitur filius Abrahae ac filius David; quin et David ipse *Deipater* a veteribus interdum appellatus est. Quid igitur erit absurdi, si dicamus, Deum in assumpta carne habuisse avum et aviam et proavos et cognatos?

395. Quod si Romae proscriptus fuit liber Thomae a s. Cyrillo, non praecise ille liber proscriptus est, quod Annam Dei aviam dixerit, sed propter consectaria, quae inde deducebat, Annam videlicet esse socrum Spiritus Sancti, angelorum dominam, cognationem habere divinam, atque in ipsa hypostatica unione partem aliquam habuisse. Quae partim insolentia sunt et nimis dura, partim a veritate remota.19

396. Non obstat denique, quod opponunt de erroris causa, quam afferre posset hoc nomen, dummodo fideles catechismum edoceantur, ipsisque ejus vocis vis et sensus exponatur. Si tamen adeo bardus existât, qui in animum inducat suum, b. A'irginem originem divinitati dedisse; prout nemo est qui censeat, animam a matribus procreari, etsi illae homines gignere dicantur.

397. **Dices:** 1. saltem negari nequit, hunc titulum tributum b. Virgini principium dedisse superstitioni, quae in ecclesia catholica ex eo tempore inolevit, et eo progressa est, ut in turpem sit idololatriam delapsa. 2. Hinc melius meritus de ecclesia Nestorius fuisset, si praevalere potuisset, quam Cyrillus, qui contra jus et regulas omnes vi et machinis adversarium suum oppressit.20 Ergo.

398. **Resp.** Ad 1. *N.* 1°. Quia cultus erga b. Virginem anterior est haeresi nestoriana, ac propterea concilio ephesino, ut suo loco ostendemus; 2°. quia ex allatis documentis constat, titulum *Deiparae* delatum fuisse b. Virgini a primis ecclesiae patribus, nec superstitioni locum dedisse. 3°. Propter confessionem ipsiusmet Bayle, qui aperte fatetur, easdem consecutiones ex titillo *Matris Christi* proficisci ac ex titulo *Matris Dei.* 21 Quod

,8) Cf. Suicerus in *Thesauro ecetesiast.* ad vocem *9tojrart->p,* el ad vocem *Javiô,* n. 11. ubi plures recenset patres graecos, qai hoc nomine Davidem compellarunt.

'BJ Sane, ut patet ex Indice librorum prohibitorum, non absolute hujusmodi liber damnatus est, sed cum clausula: *donec. corrigatur.*

Ita Bayle, ari. *Nestorius, Junon* etc. et cum ipso protestantes passim.

al) En verba ipsius, art. cit. Aesi. remarque A: .,11 me semble, au reste, que les

vero additur de supposita idololatria in ecclesia romana, pariter idoneo loco diluemus.22

399. Ad 2. A'. Nestorii enim triumphus fuisset christianac religionis subversio, cum everteret haeresi sua totum Incarnationis mysterium. S. Cyrillus, ut ex certissimis ac luculentis documentis constat, omnes tentavit vias ad abducendum Nestorimn ab errore suo. Sed nec ipse, nec s. Coelestinus, nec ipsius Nestorii amici unquam ejus pervicaciam vincere potuerunt. Quare nonnisi perditae conscientiae ac nullius fidei homines ejus patrocinium suscepere.

ARTICULUS IL

DE ADOPTIANISMO.

400. Nestorianismi propago est *adoptianismus,* quem saec. VIII. labente Felix episcopus urgellitanus et Elipandus archiepiscopus toletanus in Hispaniam primum intulerunt, ac dispertitis inter se provinciis longe lateque propagare irrito conatu sategerunt Docti et eruditi viri in Galliis, Italia ac Germania obstiterunt istorum conatibus, ac plura celebrata concilia per eam aetatem fuerunt in diversis locis, a quibus unanimiter error ille proscriptus est.l

401. In eo autem adoptianismi perversitas sita erat, ut pro numero

abus par rapport au culte de la Sainte-Vierge étaient à craindre également, soit qu'on l'appelât Mère de Jésus-Christ, soit qu'on l'appelât la Mère de Dieu. Car jamais sans doute les dévots les plus outrés n'ont cru que le Verbe, en tant que tel, ait reçu de la Sainte-Vierge sa vie et sa substance, comme les enfants la reçoivent de leurs mères. Et il est sûr qu'en pressant les conséquences du titre de Mère de J.-C., comme on a pressé les conséquences du titre de Mère de Dieu, on aurait pu parvenir au culte de la Sainte-Vierge aussi promptement que l'on a fait.. Ceci réfute ceux, qui trouvent dans la conduite de Neslorius quelque chose, qui était capable de prévenir Γ idolâtrie.- Quomodo autem hic auctor sibi cohaereat, ipse viderit.

®) In tract. *De cultu Sanctorum.*

") Satis est oculos conjicere in *Acta Conciliorum,* part. I. act. concilii cphesini, ut pateat ex documentis, quae ibidem afferuntur ante concilii celebrationem, quot vias pertentaverit s. Cyrillus privatis admonitionibus, deinde publicis, ut Neslorium ab impia doctrina, quam praeconceperat, revocaret. Ibi pariter occurrunt epistolae s. Coeleslini papae, Joannis antiocheni aliorumque ad eumdem Neslorium datae. Verum adversus anonymum impugnatorem Cyrilli, cf. Petavius lib. VI. *De incarnat.* cap. 3 et seqq. Cf. etiam *Histoire du Nestorianisme,* par le P. Louis Doucin, S. J. qui egregie defendit s. Cyrillum et concilium ephesinum, ac refert praeterea Dnpinium, qui iniquior fuit in s. Cyrillum, in nova sua *Bibliotheca,* loco superius citato, de pristina sententia discessisse. Pro eodem Sancto scripserunt Thomassinus, Leo AUatius, in *Vindiciis synodi ephesinae,* et Cotelerius, tom. I; *Monum. eccles. ijraecae.*

') Cf. eruditissimi Joann. Francisci Madrisii, *De Felicis et Elipandi haeresi historico-chronologica dissertatio,* in calce opp. s. Paulini aquileiensis, Venet. 1737.

naturarum in Christo totidem filios respectu Dei Patris distingueret, alterum scilicet *naturalem* secundum naturam divinam, alterum *adoptivum* secundum naturum humanam. Cum vero terminus *filiationis,* ut vocant, sit persona, duas propterea personas in Christo cum Nestorio ab adoptianis seu felicianis, ita dictis a praecipuo haeresis auctore, admitti debuisse consequens erat.2 Quare Christum, prout homo est, *gratia* et *adoptione* filium Dei esse autumabant, et *servum* dicebant

402. Ut omnis ambiguitas tollatur, juverit in primis secernere, quae in hac controversia fidei dogma attingunt, ab iis quae, salva fide, a nonnullis disceptata sunt.

Est fidei dogma, Christum agnoscendum esse ut unicum Filium naturalem Dei, existentem in duabus naturis, divina nempe et humana, quae simul hypostatice junctae, non sunt nisi unus Christus. Idcirco Christus, prout *hic homo* est in concreto, est Filius naturalis Dei, quia ob unionem hypostaticam ejus humanitas subsistit in persona Verbi divini. Quatenus vero natura humana *in abstracto,* seu per mentis operationem, concipitur distincte a divini Verbi persona, in qua subsistit, utrum possit dici *adoptata* nec ne, haec quaestio fidem ipsam non afficit. Sane partem affirmantem Scotus, Durandus nonnullique alii scholastici tenuerunt. Ipsi viderint. Nobis plane otiosa et aleae plena videtur ea sententia, ut cuilibet rem bene perpendenti patebit.3 Verum ex his colligimus, minus accurate a nonnullis auctoribus propositionem catholicam his verbis enunciari: *Christus, qua homo, non fuit Filius Dei adoptivus, sed naturalis,* cum dici debuisset: *Christus, qua hic homo, non est Filius Dei adoptivus, sed naturalis:* alioquin permiscetur dogma fidei cum quaestione mere scholastica.

403. Arrepta occasione duplicis recensitae controversiae, dogmaticae scilicet atque scholasticae, nonnulli tum inter catholicos, tum potissimum inter protestantes contenderunt, Felicem et Elipandum cum suis asseclis

Notandum tamen est, adoptianos non docuisse duas in Christo admittendas esse personas; nimis enim aperte fidem in oecnmenicis conciliis anterioribus saepius definitam impugnassent, atque hoc ipso se haereticos esse nestorianos professi essent, quod ipsi maxime cavebant; attamen hic error ex eorum principiis profluebat; hinc videmus, ab illius aevi scriptoribus hunc errorem adoptianis perpetuo objici atque adseribi. Cf. Joann. Wesselitis in *Nestorianismo et adoptianisino redivivo,* cap. 3, tum Madrisius, diss. cit. pag. 207 et seqq.

*) Etenim, ut superius animadvertimus, humana Christi natura in abstracto et per mentis operationem distincta seu separata a divinitate spectari nequii; nam non esset amplius subsistens, siquidem tota subsistentia hujus humanitatis est persona divini Verbi; hac porro subsistentia sublata, neque exislerel in rerum natura ejusmodi humanitas. Nihil enim exislit in concreto nisi per subsistentiam. Praeterea humanitas Christi separata a divinitate non esset amplius humanitas Christi, sed alterius cujuscumque, qui non esset Christus; Christi enim notio necessario involvit notionem Verbi incarnati. Ex utroque propterea capite liquet, non solum otiosam, sed periculi plenam recensitam quaestionem esse..

non de natura Christi humana in concreto, sed solum in abstracto spectata, docuisse Christum, qua homo est, esse Filium Dei adoptivum ac servum? In hae hypothesi tota illa discrepatio, qua conturbata ecclesia est, non fuisset nisi pura logomachia. Veneratio autem, quam erga ecclesiam profitemur, et novatorum vafrities eorumque aperta confessio vetant, quominus in ejusmodi sententiam concedamus. Adde, nobiseum sentire testes coaevos, qui ab ipsorum adoptianorum ore verum illorum sensum acceperunt; recolantur quae diximus de Nestorio, quae huc pariter colliniant. Rejecta igitur istorum temeritate, atque in pleno lumine controversiae nostrae statu collocato, sit

PROPOSITIO.

Jesus Christus est Filius Dei naturalis, non autem adoptivus.

404. Propositio haec est de fide, prout definitum est in concilio francofordiensi, in epistola synodica approbata a romanis pontificibus, praesertim vero ab Hadriano I. atque ab universa ecclesia, ubi Christus in utraque subsistens natura declaratur *Filius Dei proprius et naturalis, nequaquam adoptivus.*

405. Jam vero in sacris litteris verus, proprius atque unigenitus Dei Filius vocatur ille, in quo Pater sibi complacuit Luc. III. 22; quem dedit pro mundi salute, atque pro nobis omnibus tradidit, Joann. III. 16, Rom. VIII. 32; atqui Pater complacuit sibi in Christo homine recens baptizato, emndem vero dedit et tradidit, ut ad redimendos homines crucifigerettu·, non fuit autem crucifixus nisi ut homo; ergo Christus, etiam ut hic homo est, verus, proprius, unigenitus Filius Dei est; adeoque non adoptione seu gratia, sed natura est Dei Filius.

Rursus: quem Petrus Filium Dei confessus est, Matth. XVI. 16. quem tamquam Dei Filium caecus natus adoravit, Joann. IX. 38. quem tamquam allectatae divinitatis reum Caiphas traduxit, est Christus homo; ergo Christus homo est et naturalis Filius Dei.

*) Ila Vaj-quez, *in 111. part. s. Thom.* disp. 89. cap- 1 ct seqq. ct post ipsum Juvenin, *Diss.* VI. *De lucum.* qu. 4. aliique pauci. Cum his vero catholicis auctoribus confundi non debet Walchius, qui in sua *Adoptianorum historia,* Gotling. 1755. contendit immerito s. Paulinuna aquileiensem, Alcuinum, patres francofordienses, Hadrianum papam neslorianos errores Felici et Elipando affinxisse, cum eorum mentem assecuti non fuerint. Idem dicatur de Basnagio, qui tom. Π. *Thesauri montent. eccles.* n. 5. aperte pronunciat: *Nos ingenue fatemur, meram fuisse loyomachiam, quae saepius occurrit apud theologos.* Quem passim protestantes secuti sunt, ut Dorscheus, Georg. Callixtus, Spanhemius, Moshemius, Jablonski etc. ut concilia et romanos pontifices imperitiae atque fanatismi arguerent. Cf. Madrisius, *De Felicis et Elipandi haeresi, dogmatica dissertatio* III. loc. cit.

Cf. *Acta Cone.* Harduini, tom. IV, coi. 886.

406. **Patres** unanimes sunt in hac veritate adstruenda, ut patet 1°. ex illis omnibus testimoniis, quibus Christi divinitatem adstruunt, quaeque suo loco retulimus2; 2°. ex illis omnibus, quibus tum ante tum post exortam Nestorii haeresin unam eamdemque Christi personam praedicant, unum eumdemque Dei hominisque Filium Jesum Christum esse docent, quae pariter jam retulimus; quibus addere placet verba concilii oecumenici chalcedouensis, in cujus fidei professione patres ajunt: *Sequentes igitur sanctos paires, unum et eumdem confiteri Filium et Dominum Nostrum Jesum Christum communi omnes consensu docemus.*3 3°. Huc accedunt fidei symbola, in quibus Christus perliibetur ut Filius Dei, qui natus est ex Maria Virgine. Jure propterea synodus francofordiensis auctorem haeresis adoptianae ita compellat: *Tu vero, quisquis es, qui Christum praedicas adoptivum, unde tibi iste sensus venisset, voluissem scire; ubi hoc nomen didicisses, ostende. Patriarchae nescierunt, prophetae non dixerunt, apostoli non praedicaverunt, sancti tractatores hoc nomen tacuerunt, doctores fidei nostrae non docuerunt.* 4

407. **Ratio** demum **theologica** ineluctabilis adversus adoptianos ex ipsa adoptionis natura desumitur. Adoptio enim est assumptio personae extraneae in propriam haereditatem 5; atqui Christus qua hic homo est, dici nequit persona Deo extranea, nisi duas in ipso personas Dei et hominis esse velimus. Cum. igitur Christi Dei et hominis una sit persona, Filius Dei proprius et naturalis., necessario consequitur, Christum, et qua Deum et qua hominem, sensu exposito, naturalem esse Dei Filium, neque enim Filii ratio ad naturam, sed ad personam refertur.6

408. Et hic ad praeoccupandas difficultates, quae moveri possunt adversus thesin a nobis propugnatam, revocari in mentem debent, quae adnotavimus in causa nestorianismi, praecipue vero discrimen, quod intercedit inter *filiationem* et *generationem,* quod ista scilicet communicationem ejusdem substantiae exposcat, illa vero non item, sed solam hypostaticam unionem.

DIFFICULTATES.

409. I. O bj. Apostolus de Christo homine loquens, ejusdem ac nos conditionis eum esse affirmat; 1. etenim Rom. VIII. 17. de hominibus justis, *qui sunt filii Dei,* ait: *Si autem filii, et haeredes, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi;* 2. et v. 19. Christus vocatur ab eodem apostolo

') Tradat. *De ss. Trinitate,* n. 203 el seqq.

3) *Επόμενοι τοίνυν τοΐ ἁγϊοι πατράϋϊν, τνα χαί τον αυτόν όμολογειν υιόν τόν χυριον ημών Χριϋτόν Ονμφώνω απαντε ἐχϋιόάοχομεν. Acta cone, chalced.* action. V. in *Coll.* Hard. tom. H. col. 455.

*) In cit. *Epinl. synod.* 1. c. col. 982.

s) Cf. Petav. lib. VII. cap. 1. §§· 3 et 4. in quibus dilucide adoptionis naturam et conditiones evolvit.

6) Cetera argumenta in unum collecta, quibus usi sunt adoptianismi impugnatores, vide apud Petav. loc. cit. cap. 3.

primogenitus in multis fratribus. Si igitur hominis Christi *cohaeredes* sunt justi, si ipse, qua homo, primogenitus in multis fratribus est, gratia et adoptione filius Dei Christus homo, perinde ac justi, dicendus est, non natura. 3. Quod clarius etiam apparet ex iis, quae cap. I. 4. ejusdem epistolae scribit de Christo b. apostolus: *Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis;* quae profecto praedestinatio non est nisi adoptio in filium: non autem adoptatus est Christus in filium secundum naturam divinam, ergo secundum naturam humanam, qua sola Christus vere est Filius Dei adoptivus. 4. Haec vero omnia patrum auctoritate confirmantur, qui passim Christo secundum naturam humanam tribuunt adoptionem in Filimn Dei; praesertim vero s. Hilarius, qui lib. I. *De Trin.* aperte scribit: *Ita potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoptatur.* Ergo.

410. Resp. xV. *Ant.* Ad 1. prob. *D.* Cohaeredes Christi, id est, participes effecti illius haereditatis, quae Christo competit ut naturali Filio Dei, *C.* id est, participes communis illius haereditatis, quae Christo proveniat titulo adoptionis, A. Xon solum hoc nusquam tradidit apostolus, sed oppositum plane docuit Hebr. HI. 5 et 6.

411. Ad 2. *D.* Primogenitus, quatenus Christus frater noster fieri dignatus est per *gratiam unionis,* ut loquitur s. Thomas, sibi copulans nostram naturam, *C.* per *gratiam adoptionis,* cujus est incapax, *N.* Alioquin idem apostolus, ibid. v. 32. minime vocasset Christum *Filium Dei proprium et suum;* nec s. Joannes I. 14. Christum pariter *Unigenitum a Patre* appeilasset.

412. Ad 3. *D.* Praedestinatus est ad gratiam unionis, *C.* adoptionis, xV. Ita hunc locum post s. Augustinum exponit s. Thomas, part. IU. qu. 24. art. 1. qui adnotat, aeternam praedestinationem Jesu Christi in Filium Dei respicere seu habere pro objecto gratiam unionis duarum naturarum, quae fieri debebat in tempore, et per quam Deus factus est homo, et homo Deus. Unio quippe duarum naturarum in persona Christi cadit sub aeterna praedestinatione, et ratione hujus Christus dicitur praedestinatus Filius Dei.[7]

413. Ad 4. *N.* Multiplici porro ratione et catholico sensu patres interdum adoptionem Christo tribuunt secundum humanam naturam; ac

[7]) Praestat apponere ipsius sancti Doctoris verba: «Praedestinatio proprie accepta, *inquit,* est quaedam divina praeordinalio ab aeterno de his, quae per gratiam Dei sunt ficnda in tempore. Est autem hoc in tempore factum per gratiam unionis a Deo, ut homo esset Deus, et Deus esset homo. Nec potest dici, quod Deus ab aeterno non praeordinaverit hoc se facturum in tempore; quia sequeretur quod divinae menti aliquid de novo accideret. Et ideo oportet dicere, quod ipsa unio naturarum in persona Christi cadat sub aeterna Dei praedestinatione; el ratione hujus Christus dicitur esse praedestinatus.· Cf. etiam Petav. loc. cit. cap. 4. §§. 5 et 6.

1°. improprie dictam, quatenus significant, humanam Christi naturam *susceptam* atque *assumptam* fuisse a Verbo in suae personae unitatem. Latinis quippe scriptoribus idem saepe est adoptare ac *eligere, adsciscere, suscipere* atque *assumere,* quidquid tamen illud sit quod adsciscitur, sive filius, sive quidvis aliud. Unde Cicero in Verrem: *Quem sibi illa defensorem sui juris . . . . adoptavit,* hoc est, assumpsit, destinavit, elegit Sic, ceteris omissis, Ovidius ait: *Fac ramum ramus adoptet,* id est, cum ramo jungatur.

2°. Si vero, de adoptione proprie dicta loquentes, humanae Christi naturae eam vocem patres accommodarunt, ut s. Augustinus et Facundus hermianensis, qui *gratia* hominem in Christo Filium Dei factum asseruerunt8, de causa seu ratione remota naturalis filiationis Christi hoc dixisse intelligendi sunt; quia gratia provecta est ad hoc humana natura, ut in personae cum Verbo consortium adhiberetur.9 Alterutra igitur admissa expositione hujus vocis, apte omnia patrum dicta, quae difficultatem primo intuitu facessere videntur, explicantur; quare non necesse est singillatim ea ad trutinam revocare, cum de germana eorum sententia aliunde constet. Juxta priorem autem expositionem, quam dedimus, accipiendum esse s. Hilarii effatum, ipsa ejus ratio postulat; quare opus non est, ut cum Germonio illud corruptum asseramus, ac legamus *adoratur* pro *adoptatur.*10

414. **II. Obj.** 1. Filius Dei naturalis a Patre procedit per aeternam generationem atque est ejusdem cum Patre substantiae; atqui Christus ut homo non procedit per aeternam generationem, nec est ejusdem cum Patre substantiae. 2. Hinc recepta est in catechismis ea dicendi ratio, Christum ut Deum habere patrem sine matre, ut hominem habere matrem sine patre. Quod si Christus ut homo non habet Deum tamquam patrem naturalem ejus certe filius naturalis esse non potest. 3. Quare in Christo fuit gratia habitualis quae quidem efficit homines justos et filios Dei adoptivos, seu membra adoptiva ejusdem corporis, quod est ecclesia; 4. necesse porro est, ut membra adoptiva caput adoptivum habeant, quod est Christus homo. 5. In hac doctrina illud vitatur inconveniens, quod in sen-

8) S. Augustin, lib. *De praedest. sanet.* cap. 15. num. 31. ubi inter cetera scribit: *Ea gratia fit ab initio fidei suae homo Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus.* Facundus herm. lib. IX. cap. 5. edit. Sirmondi, pag. 144. ait: *Sacramentum adoptionis suscipere dignatus est Christus* etc.: aliaque non pauca ibid, in eumdem sensum congessit.

9) Cf. Petav. lib. VII. cap. 4. 5 et 6.

10) Germon. *De veteribus haereticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus,* pag. 478; et ante ipsum Vasquez, *In 111. pari.* i. *Thom,* disp. LXXXIX. cap. 15. contendunt, tum ex auctoritate Hincmari tum ex argumentis intrinsecis, legendum esse *adoratur* potius quam *adoptatur.* Refragatur autem huic lectioni Petavius loc. cit. §. 2. el hanc lectionem praetulit D. Constant nixus codicibus ante exortam Felicis et Elipandi haeresim exaratis, in quibus legitur *adoptatur*, quae vox idem sonat in sensu Hilarii ac *assumitur;* qui quidem sensus contextui et ejus scopo congruit. Sed cf. not. *a* ejusdem eruditi editoris, pag. 43. tom. II. Veronae 1730.

tentia opposita sequeretur, posse nempe unum eumdemque hominem duos habere patres naturales; esset enim homo Christus naturalis filius David et naturalis Filius Dei. 6. Quod si denique nos possumus affirmare, Christum hominem natum, passum, mortuum, immo 7. et servum possumus illuni cum Scripturis vocare, quare non etiam filium adoptivum, 8. cum aeque relativa sint nomina «ervi et *filii?* Ergo.

415. Resp. Ad 1. *D.* Si generatio et ejusdem substantiae communicatio unica ratio esset filiationis naturalis, *Tr.* si alia praeterea sit, nempe unio hypostatica, prout exposuimus, A. Transmisimus primum distinctionis membrum, quia non desunt qui contendant, Christum etiam secundum naturam humanam generatione quoque esse Filium Dei naturalem; non quod humana ejus natura gignatur a Patre, sed quia una cum divinitate sempiterna quoque illi generatio communicatur, quae propria Verbi est, et qua a ceteris personis distinguitur. Cum vero Verbum cum sua proprietate personali, et quatenus a Patre et Spiritu Sancto distinguitur, assumpserit sibi per hypostaticam unionem humanam naturam, huic communicavit personalem hanc proprietatem generationis, qua filius est. Quare Petavius affirmat de Christo homine vere dici posse, Christum qua hic homo est, esse Filium Dei, et a Patre gigni atque procedere.[11]

416. Ad 2. *D.* Ita ut Christus qua Deus divinum patrem habeat absque matre divina, contra vero qua homo habeat matrem humanam absque humano patre, *C.* ita ut non habeat patrem divinum naturalem, prout hic homo est, et matrem humanam naturalem, prout hic Deus est, *N.* Unus enim idemque est Christus, ut iidem catechismi docent, Filius Dei et hominis ratione ejusdem suppositi, ut toties declaravimus.[12]

") Lib. VII. cap. 5. §§. 5 et 6. Juverit integra ejus verba afferre, quae lucem affundunt iis quae diximus; sic enim loquitur §. 6: »Cum autem persona divina Verbi, ut et alia quaelibet, non sit relativa sola proprietas, sed maxime ac praecipue natura ipsa, qua relativa ista forma determinatur ac modificatur, necesse est, ut humanitati Christi etiam divinitas communicetur, et quidem generatione adeoque generatio ipsa. Est enim sempiterna el numquam interrupta Verbi generatio. Sed non eodem modo, quo Verbum, per generationem formaliler, ut sic dicam, divinam illam naturam accepit, sed per unitionem cum eodem Verbo, hoc est, cum natura ejus et proprietate personali, et ipsa quoque divina Verbi generatione. Nam et ista cum tota Verbi persona communicatur. Hinc de Christo homine usurpari potest: Hic homo. Deus est, et Dei Filius, ac Verbum, et a Patre procedit, ac gignitur. Quod postremum dici non posset, nisi et generationis, uti proprietatum ceterarum, fieret communio.- Hactenus summus theologus, qui deinde §. 7 et seqq. pergit refellere Vasquezium et Suarezium, qui hac exclusa naturali proprietate Filii Dei, quam Christus ut est hic homo vel in humana natura subsistens habet, aliam quamdam introducunt ex gratia el sanctitate petitam.

") Eadem ratione explicandum est apostoli testimonium Hebr. VH. 3: *Sine patre, sine matre, sine genealogia,* quo abutitur Walchius. Apostolus enim Christum carere patre humano tantum significat, non autem divino, ibidem *Filium Dei* Christum appellans, cum subdit: *Assimilatus autem* (Melcbisedech) Filio Dei, *manet sacerdos in aeternum.*

*3) Cf. quae praeclare et accurate scribit de hoc argumento Petavius, lib. VH. cap. 4. §. 6.

H) Cf. Petav. ibid. §. 9.

417. Ad 3. *I).* Quae tamen ex unione hypostatica proveniret, *C.* quae esset causa ipsius adoptionis, *N.* Et sic refellitur, quod opponebatur de effectu gratiae habitualis, evehendi scilicet ad filios Dei adoptivos eos, qui tali gratia praediti fuerint. Ejusmodi certe eat gratiae habitualis effectus quoad eos, qui adoptionis sunt capaces; cum vero Christo, jam Filio naturali Dei per hypostaticam unionem constituto, gratia habitualis, logice saltem, supervenerit, adoptionis idoneum subjectum esse amplius non poterat. 13

418. Ad 4. *D.* Si quae sunt in membris, non adessent in capite *excellentiori modo* sive, ut ajunt, *eminenter, C.* secus, *N.* Alioquin, cmn nos redempti ac liberati simus a peccatis, Christus pariter caput nostrum redemptus ac liberatus a peccatis dicendus esset, quod absurdum est.

419. Ad 5. Vel A vel *D.* Sub eodem respectu eaderaque ratione, *C.* sub diverso respectu ac diversa ratione, A Porro Christus pro diversitate naturarum Filius naturalis Dei est ac naturalis filius David, nempe generatione quoad naturam divinam, et unione hypostatica quoad naturam humanam respectu Dei, et e converso respectu David.[*3]

420. Ad 6. *D.* Ratione humanae naturae atque in humana natura, seu secundum carnem dicere possumus Christum natum et passum, C. alias, A. Nasci enim, pati ac mori per se et primario spectant ad naturam, nec praedicantur de persona divina nisi indirecte et propter communionem idiomatum. Mirum proinde non est, si Christus ratione humanae naturae dicatur passus et mortuus; at ratio Filii est proprietas personae, ipsam directe et primario afficiens, ac propterea Christo etiam ut homini in concreto ea tantum ratio Filii potest attribui, quae personae Verbi propria est. Atqui sola ratio Filii naturalis est propria personae Verbi, minime vero ratio filii adoptivi; ergo ratio seu denominatio filii adoptivi tribui nequit Christo etiam ut homini subsistenti in eadem Verbi persona.

421. Ad 7. *D.* Latissimo sensu, spectato nempe debito humanae naturae in se ipsa, atque ratione voluntariae Christi subjectionis, *Tr.* vel *C.* rigoroso sensu et absolute, A. Nam neque legali conditione Christus servus est, neque naturali dependentia, quae in eo consistit, quod quaelibet creata natura ob id ipsum, quod ex nihilo facta est, Deo tamquam supremo opifici ac Domino subjicitur. Etsi enim humana Christi natura, utpote creata res, secundum se naturali obnoxia esset servituti, attamen, cum ipsa ne uno quidem momento sibi relicta fuerit, sed in Verbo semper substiterit, omnem propterea servitutis rationem ita amisit, ut Domini potius quam

servi natura sit appellanda, prout Dominus, Deus ac Dei Filius Christus ut homo in novo foedere constanter appellatur, et in fidei nostrae symbolis.l* Ubicumque igitur aut divini nonnulli scriptores aut patres de Christo loquentes formam servi commemorant, aut eum servum simpliciter appellant facile intelligitur eos vel naturam Christi humanam in se ipsa seu secundum essentiam considerasse, quae debitum involvit naturalis servitutis, et natura servi esse poterat, vel considerasse voluntariam Christi subjectionem et obedientiam, ejusque exinanitionem, humilemque statum, atque servilem mortem, quam pro nobis ipse volens suscepit atque sustinuit. 16

422. Ad 8. *D.* Sed diversa plane ratione, *C.* eadem ratione, *N,* Etenim nomen servi potest congruere Christo duplici illo sensu nuper exposito, nempe vel ratione humanae naturae in se spectatae, seu secundum essentiam, prout mentis operatione concipitur distincta a persona Verbi atque in *actu primo,* ut loquuntur scholae, vel ratione voluntariae subjectionis. Contra vero nomen filii ude est relativum, ut nonnisi personam aificiat, quae est terminus generationis et filiationis subjectum. Ceterum in concreto Christo Dei homini neque adoptivi filii, neque servi appellatio ullo modo competere potest; quia tam adoptio quam status ille servilis cum filii proprietate ac naturali conditione pugnant, nec in eamdem personam cadunt

DE DISTINCTIONE DUARUM NATURARUM IN CHRISTO POST UNIONEM HYPOSTATICAM.

«t

423. Odio, ut fertur, nestorianae haereseos, cui extinguendae optimam navaverat operam Eutyches, presbyter et archimandrita constantinopolitanus, in oppositum errorem dilapsus est. Occasionem nactus ex perperam intellecta Cyrilli sententia, de qua postea, docere coepit, ex duabus ante, Incarnationem naturis post Incarnationem in Christo unam esse effectam. Siquidem accitus ad synodum constantinopolitanam anno 448. a Flaviano praeside, et adactus ad mentem suam aperiendam circa accusationem in eum illatam ab Eusebio Dorylaei civitatis episcopo, in eam vocem erupit: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante unitionem, post unitionem vero unam naturam confiteor.* Cum adigi non potuerit ad stolidam et impiam ejusmodi haeresin ejurandam, sententia depositionis in eum

'*) Cf. Petav. ibid. cap. 8 el 9.

,6) Cf. Petav. ibid. cap. 9. §. 12. tum §. 17. ubi concludit: »Si proprie loqui volumus, neque Christus, neque homo subsistens in Deo, servus nominari debet; quoniam *servi* vocabulum ex usu et proprietale nominis ad personam refertur, et ad *actum* velut *secundum;* quem in Christo removet, excludilque persona Verbi in creatae ac revera servae vicem locumque succedens."

lata est, a qua frustra ad Leonem M. romanum pontificem appellavit Hic enim certior factus a Flaviano de tota rerum serie per acta synodalia ad ipsum transmissa, sententiam synodi ratam habuit et confirmavit. Attamen agente Dioscoro in latrocinio ephesino anno 449. absolutus est Eutyches, et damnatus Flavianus atque in exilium pulsus; verum hic a Dioscoro factionis coryphaeo adeo graviter percussus est, eo quod ab iniqua sententia Romam appellasset, ut triduo post in insula Delo morte praeventus animam Deo reddiderit. Interea Chalcedone anno 451. coacta oecumenica synodo, asserta est catholica fides, Eutyches iterum depositus est una cum Dioscoro episcopo alexandrin©, qui paulo post in exilium, jubente Marciano imperatore piissimo, deportati sunt.[1]

424. Ex Eutychis confessione patet, totius eutychianae perfidiae caput, et quidem praecipuum ac veluti *characteristicum* haeresis illius fuisse, quod unam tantum agnosceret in Christo naturam post unionem. Errores reliqui istius factionis primum illum vel supponunt vel sequuntur; e. gr. duas ante unitionem naturas Christi fuisse, quo Eutyches in nestorianismum, quem oppugnabat, stultorum more relapsus est[2]: tum Christi carnem ex Virgine minime esse sumptam, ac propterea Christum secundum carnem consubstantialem matri minime fuisse, nec b. Virginem esse *χϊεοτύ/.ον,* quo iterum in Nestorii impietatem, quam detestabatur, Eutychen proruisse constat.

425. In praecipuo tamen illo, quod diximus, eutychianae haereseos capite exponendo neque erroris architectus neque ejus asseclae consentiunt. Ex duabus enim naturis unam factam esse alii contendunt per quamdam utriusque naturae inter se *commixtionem,* alii per alterutrius consumptionem et in alteram *mutationem,* alii per duarum naturarum cxtinctionem et in tertiam *conversionem,* alii demum per duarum naturarum in unam coalitionem seu *compositionem* id contigisse affirmant.[3]

Nec magis cohaerent eutychiani circa tempus, quo haec naturae unitas contigerit; siquidem nonnulli in ipso conceptu id accidisse autumant; nonnulli vero post resurrectionem factum istud prorogant, immo et post ascen-

[1]) Eos, qui de Eulyche ejusque sectatoribus scripserunt, referi Fabricius, *Biblioth. yraecae,* tom. IX. pag. 310 et seqq. quibus adde erudilum P. Cacciari Ord. Carmel. *De eutychiana haeresi et historia liber primus et secundus,* qui inveniuntur in op. quod inscripsit *Exercitationes in universa S. Leonis M. opera,* fol. Romae 1751, pag. 310 et seqq. Praecipue vero cf. Joann. Sim. Assemanus, *Bibliotheca orientalis,* tom. II. dissert. *De Monophysitis.*

*) Quod insolens in haereticis non est, iisque omnibus, qui semel a fidei ac veritatis tramite deflexerunt; sic nostra aetate in janscniana synodo pistoriensi variae recensentur propositiones, quae tamquam pelagianae ac semipelagianae a Pio VI. Constit. *Auctorem fidei,* proscriptae sunt, etsi jansenislae dictitarent se ad pelagianismum ac semipelagianismum oppugnandum insurrexisse. Id ipsum jam contigerat Bajo ac postea Quesnelo.

[2]) Cf. Petav. lib. I. cap. 14.

sionem protrahunt, dum cerae instar ab igne naturam humanam a divina consumptam autumant. Nempe eadem semper haereticorum est indoles, ut non minus discordes inter se sint, quam cum veritate pugnantes.

426. Quidquid porro sit de varia ratione, qua eutychiani ex duabus naturis unam evasisse exponunt, illud certum est, una semel in Christo natura constituta, totam subverti Incarnationis veritatem et redemptionis oeconomiam; prout et nestoriana hypothesi utrumque labefactari animadvertimus. Ex catholicae igitur fidei regula, quae media inter utramque haeresin via incedit4, uti unicam in Christo personam adstruimus, sic duplicem in eodem Christo vindicare tenemur naturam, eamque integram atque perfectam Incarnatione peracta.

PROPOSITIO.

Duae sunt in Christo naturae integrae, distinctae, inconfusae atque impermixtae.

427. Propositio haec est de fide, ut constat ex definitione concilii chalcedonensis, statuentis: *Christum, Filium Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, incommutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum pott unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam personam atque subsistentiam concurrente.*

428. Cujus quidem definitionis veritatem illa omnia **Scripturarum testimonia** invicte ostendunt, quibus singillatim Christum verum Deum et Filium Dei vindicavimus, et eumdem verum hominem et filium hominis esse ostendimus, ac rursum eumdem Filium Dei et hominis esse adstruimus adversus socinianos, phantasiastas ac nestorianos, quae non sine fastidio hic denuo congereremus.

Brevitatis causa duo hic tantum urgemus, alterum ex s. Joanne collate cum evangelists reliquis, alterum ex apostolo Paulo. Joannes, loquens de

*) Duabus hisce hacresibus aptari optime possunt, quae de sabelliana et cerinthiana impietate non minus vere quam eleganter scripsit Novatianus, vetus auctor, *Lib de Trinitate,* cap. 30: -Revera quasi inter duos latrones crucifigitur Dominus, quomodo fixus aliquando est, et ita excipii haereticorum istorum ex utroque latere sacrilega convitia." In calce opp. Tertull. edit. Pamelii, pag. 1052. *E.*

*) *ΧριΟτόν, υιόν κιριον μονογενή, έκ δύο φύοεων άΰνγχντω , οατρέ.πτω , άδιαιρέτω , άχωρίβτω γνωριζόμενον ουδαμον τή των φύοεων διαφορά αντλημένη διά τήν ενωΰιν, Οωζομένη δε μάλλον τή ίδιότητο ίκατέρα: φύΰεω , καί ει εν .τρό - ω.-τον καί μίαν ύπόΰταΰιν Ονντρεχούΰη .* Action. V. in *Collect. Hard.* tom. II. col. 455. Animadvertendum tamen est, in graeco textu Harduini legi: *έκ δύο φύοεων, ex duabus naturis,* in latino autem *in duabus naturis,* prout pariter legitur in collectione labbaeana; in posteriori autem editione Binii habetur: *έν δύο φύοεΰι.* Pctavius contendit, veram lectionem esse: *έν δύο φύοείιν, in duabus naturis.* Ipse cf. lib. III. cap. 5-§§. 11 et 12.

Verbo, quod erat apud Patrem, et quod Deus erat, I. 14. ait: *Verbum caro factum est et habitavit in nobis;* hujus autem Verbi incarnati genealogiam texuerunt s. Matthaeus et *a.* Lucas, ut ostenderent, ipsum ex semine Abraham et David progenitum esse; atqui Verbum genitum non est ex Abraham et David secundum naturam divinam: ergo genitum eat secundum naturam humanam. Ergo Verbum caro factum utramque habet naturam, divinam secundum aeternam generationem ex Patre, humanam secundum temporalem generationem ex matre. Quare idem Joannes Christum verum hominem esse ostendit his verbis ab ipso prolatis: *Quaeritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum,* VIII. 40; et verum Deum praedicat, dicens: *Hic est verus Deus et vita aeterna,* I. Ep. V. 20. Et haec quidem Joannes de Christo affirmat post unitionem duarum naturarum; ergo, si Christus post unitionem verus Deus et verus homo praedicatur, utramque naturam post unitionem integram, distinctam, inconfusam atque impermixtam habuit; alioquin neque vere Deus et vere homo fuisset et esset. Non minus luculenta sunt, quae in hanc rem scribit apostolus Paulus Rom. 1.3: *De Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem;* ergo Christus et Deus est, utpote Filius Dei proprius, et homo est, utpote ex semine David procreatus; idemque recurrit argumentum modo institutum.

429. Eamdem veritatem **concilia oecumenica** ante chalcedonense celebrata professa sunt in fidei symbolis. Nicaena enim synodus, postquam definivit, Filium imius substantiae esse cum Patre, mox de humana natura haec subjicit: *Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelo, et incarnatus est ... et homo factus est: passus* etc. Duplicem igitur in Christo post unitionem naturam agnovit synodus. Hoc vero symbolum tum constantinopolitana synodus tum ephesina ad verbum recitarunt et amplexae sunt, ut de subsequentibus taceam.

430. Tot vero **patres** ejusdem veritatis assertores et testes habemus, quot vel adversus cerinthianos, ebionitas, samosateuos, paulicianos, photianos, arianos Christi divinitatem, vel adversus docetas, valentinianos, gnosticos omnes Christi humanitatem propugnarunt; tot insuper habemus, quot adversus apollinaristas utriusque naturae integritatem et distinctionem vindicarunt; tot denique, quot naturas duas in Christo unitas expresse post Incarnationem asseruerunt, qui innumeri prorsus sunt; quorum loca singillatim si quis percensere vellet, vix integro volumine complecteretur.

431. Reliquum est, ut **argumentis theologicis** rem totam absolvamus: Si ex duabus naturis ante unitionem, ut monophysitae contendunt, una post unitionem natura effecta est, id vel *commixtione* seu *mutatione,*

*) Cf. Petav. lib. III. capp. 6 et 7.

vel *conversione,* vel *compositione* contigisset. Totidem enim modos diversos factionis cutvchianae fautores ad commentum dc unica Christi natura exponendum recensuisse vidimus; atqui nullo eorum contingere id potuit.

432. Non *commixtione,* quae in elementis apparet, ex quibus mixtorum corporum substantia conflatiu*. Nam praetcrquamquod a sano sensu abhorret, excogitare divinam substantiam cum alia qualibet commisceri, ita ut amittat proprietates suas, sic commixta nova substantia nec divina nec humana foret; Christus propterea nec Deus nec homo esset, sed nova natura novo nomine appellanda. Longe aliter profecto sacrae litterae et antiquitas exposcunt, quae Christum Deiun et hominem praedicant consubstantialem Patri secundum divinitatem, consubstantialem vero matri secundum humanitatem.

433. Non *conversione,* per alterutrius nempe naturae cxtinctionem, ut aqua in vinum conversa est in nuptiis Canae, vel, ut exemplo utar eutychianorum, perinde ac gutta mellis in oceanum projecta omnem naturalem suam amittit proprietatem et in aquam vertitur. Etenim vel divina natura conversa esset in humanam, ut stolide nonnulli illius factionis homines commenti sunt; vel humana natura, quod plerique illorum dicunt, conversa esset in divinam, aut ab ea saltem fuisset absorpta et extincta. Porro primum repugnat divinae naturae immutabilitati; alterum repugnat finitae naturae conditioni; tertium denique si admitteretur, unica permanente divina natura in Christo, jam actum esset de unitione naturarum ac de Incarnationis mysterio, et divina natura passa et mortua esset; quae omnia et a fide et a ratione repudiantur.

434. Non denique *compositione,* cujusmodi reperitur in humana natura, quae ex substantia spirituali et corporea coalescit, prout jam fert communis eutychianorum sententia. Sane ideo duae substantiae concurrunt ad imam hominis naturam constituendam, (quia neutra in se perfecta est in ratione naturae, sed sunt sibi invicem coordinatae ad integram naturam efformandam.) Hinc anima non est homo, neque homo seu natura humana est corpus, et una pars altera indiget ad totum illud perfectum imumque constituendum, quod humana natura est. Contra vero utraque natura in Christo integra est, perfecta atque in ratione naturae completa, nec altera natura naturam alteram ut partem postulat, ut talis sit. Siquidem natura divina tota in se perfecta est, neque est ordinata ad aliam substantiam, ut naturam constituat; sic etiam natura humana in se perfecta est, nec alia substantia indiget, ut naturam pariter efficiat. Hinc anima et corpus inter se coire debent ad naturam, quae humana dicitur et sub hoc respectu simplex et individua est, constituendam; divinitas vero et humanitas, utpote perfectae et in ratione naturae completae, nequeunt tamquam partes inter se componi ad unam naturam efficiendam, quae in absurda accphalorum

hypothesi, nec divina nec humana foret, ac propterea Christus nec Deus nec homo esset. 3

435. Sive igitur sacras Scripturas, sive universam traditionem, sive demum theologica principia consulamus, constat, quod ab initio proposuimus, duas esse in Christo naturas integras, distinctas, inconfusas atque impermixtas.

DIFFICULTATES.

436. I. **Obj.** Totam Incarnationis oeconomiam complexus est Joannes I. 14. scribens: 1. *Verbum caro factum est,* 2. eodem scilicet sensu quo cap. II. 9. refert, *aquam vinum factam;* porro aqua vinum facta est per veram conversionem. 3. Quod pariter apostolus, Philipp. II. 7. declarat, scribens: *Qui cum in forma Dei esset . . . semetipsum exinanivit, formam servi accipiens;* nulla autem intercessit Verbi exinanitio, nisi aliqua supponatur facta conversio. Ergo.

437. **Resp.** Ad 1. *D.* Per assumptionem humanitatis in Deum, *C.* per conversionem divinitatis in carnem, Λ". Quod patet ex verbis immediate sequentibus: *Et habitavit in nobis. Hoc est,* ut ait s. **Ambrosius,** *illud Verbum, quod carnem suscepit, hoc habitavit in îiobis, hoc est, in came habitavit humana, et ideo Emmanuel dictus est Nobiscum Deus*|*: sic etiam s. **Joann.** Chrysostomus: *Subdit enim: Et habitavit in nobis, ac si diceret: nihil absurdum suspiceris ex hoc dicto, factum est. Non enim immutabilis naturae mutationem, sed habitationem dixi, Habitans autem non idipsum est quod habitaculum sed aliud. Aliud enim in alio habitat; alias non esset habitatio. . . Aliud vero dixi secundum substantiam. Nam unitate et conjunctione Deus Verbum et caro unum sunt, sine ulla confusione, vel substantiarum ablatione; sed per unionem ineffabilem inexplicabilemque.*5 Adde ex raonophysitarum expositione illud absurdum sequi, incommutabilem divinitatem in carnem esse mutatam atque conversam. Adeo stupidi sunt haeretici in suis erroribus propugnandis!

3) Cf. Petav. lib. III. capp. 8, 9 et 10; nec non S. Thom. *Cont. genl.* lib. IV. cap. 35; et III. part. qu. II. art. 1.

4) Lib. *De dom. ineam. sacramento,* cap. 4. num. 59. edit. maur.

5) *Hom.* XL (alias X.) *in Joann,* num. 2: *Ἐπήγαγε γάρ* χαί εθχήνωθεν εν ήμίν μόνον ούχί λίγων, μηδέν άτοπον ύποπτεύΟη από του, εγενε,το. Ου γάρ τροπήν είπον τή άτρέπτου φύθεω εχεϊνη, αλλά θχήνωθιν χαί κατοϊχηθιν. Τό δε θκηνούν ου ταύτόν αν εϊη τη Ο*ηνή, άλλ' ετερον* ετερον γάρ εν ετερω θχηνοϊ: έπεί άν εϊη θχήνωθι . . . . Έτερον δε είπαν χατά την ονόίαν* τη γάρ ενωθεί χαί τη θυναφεία^ εν εότιν ό Ζεό λόγο χαί η θάρξ* ου θυγχύθεω γενομενη, ούδέ άφανιθμοϋ των πύθιων άλλ' ενώθεω άρρητου τίνο χαί άφράθτου. Edit. maur. tom. VIII. Sed legi meretur integra homilia, quae tota est de hoc argumento, in qua visus est s. Doctor impugnasse eutychianos, etiam antequam orti essent.

438. Ad 2. A. *paritatem* ex diversa substrata materia; alioquin, si quoties in Scripturis occurrit vox *ê'/trero, factum est,* conversionem proprie dictam significaret, sequeretur Christum conversum esse in *maledictum,* Gal. III. 13; in *peccatum* II. Cor. V. 21; ut recte patres adversus apollinarietas colligebant, 6 Quod impium pariter ac insanum esset.

439. Ad 3. *D. Assumendo mutabilitatem nostram,* ut loquitur s. Augustinus7, *C. mutando divinitatem suam, N.* Exinanivit itaque verbum quodammodo semetipsum assumendo naturam abjectam et humilem infinitoque intervallo a divina distantem, seseque objiciens in hac assumpta natura paupertati, ludibriis ac morti denique ipsi, ut sequentibus verbis exponit idem apostolus.

440. II. **Obj.** Ex sanctis patribus 1. alii affirmant, convenisse divinitatem et humanitatem in Christo ea ratione, qua in humana natura constituenda conveniunt anima et corpus, ex quibus nonnisi una extergit natura; ita prae ceteris s. Leo M., s. Cyrillus aliique passim.8 2. Alii comparant Incarnationem cum Eucharistia, in qua panis per veram transmutationem fit corpus Christi; ita s. Justinus, Apol. I. n. 66. 3. Alii expresse docent: *Ex duabus naturis unionem esse factam, post unionem vero unam esse naturam Verbi incarnatam in Christo9',* ita s. Cyrillus, et ante ipsum s. Athanasius, immo er Julius romanus pontifex.10* 4. Sunt praeterea ex veteribus, qui admittunt naturarum *immeationem* et *circuminsessionem,* quam quidem proprietatem graeci *τκοιχώρηϋιν* vocant. 5. Sunt, qui divinitatis cum humanitate conjunctionem appellant *mixtionem, mixturam, conversionem;* quibus sane similibusque nominibus 11 satis aperte innuunt, unam ex duabus Christi naturis compositam et commixtam esse. 6. Sic inter ceteros s. Gregorius nyssenus, *Orat. IV. contra Eunomium* et *Epist. ad Theophilum,* qui talem in Christo utriusque naturae mixtionem adstruit, ut affirmet 1°. humanum corpus, cum a Verbo assumptum est, id factum esse, quod est ipsa natura divina assumens, atque naturam humanam in id, quod divinum est, esse mutatam; 2°. carnem divinitati commixtam non amplius in suis terminis et proprietatibus mansisse, sed hac mixtione divinitatis participasse virtutem, eo fere modo, inquit, quo si aceti gutta in

6) Inter ceteros s. Joann. Chrysosl. in modo cit. Homil. eodem loco.

7) *De Trinit.* lib. VII. cap. 3. n. 5.

*) Apud Petav. lib. IV. cap. 3. §§. 14 et seqq. tum cap. 6. §■ 1 et seqq.

9) jEx *δύο φύβεων γεγε^ήο^αι λέγοντε;, μετά μϊντοι rrtv ενωβιν . . . μίαν φυδιν τού Ζεού λόγου Οεϋαρκωμένην-* S. Cyr. *Epist.* I. *ad Success,* opp. edit. Paris. 1633- tom. V. part. II. pag. 137.

‘°) Apud Petav. lib. IV. cap. 6. §. 5 et seqq.

") Patres duarum naturarum unionem passim vocarunt *coagmentationem, concretionem. confibuUitionem, insertionem, temperationem, cooptationem, connexionem, copulationem, adhaesionem, cohaesionem* etc.

oceanuni projiciatur, ipsa per hanc mixtionem fit mare, suamque amittit qualitatem naturalem. 12 Ergo.

441. **Resp.** Ad 1. *D.* Ad personae seu suppositi unitatem significandam, *C.* unitatem naturae, xV. Prout luculenter exponit auctor symboli athanasiani, dicens: *Unus omnino, non confusione substantiae, sed unitate personae. Nam, sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.* Frequenter enim hac similitudine utuntur patres adversus nestorianos; ex adversariorum proinde, quos impugnabant, indole, determinatur similitudinis scopus et sensus.

442. Ad 2. *D.* Quoad praesentiam, *C.* quoad conversionem, *N.* Quemadmodum scilicet in Eucharistia est vera caro et verus Christi sanguis, ita in Incarnationis mysterio vera est natura divina et humana in unitate personae. Id patet ex integro Justini contextu; alioquin non affirmasset, ibid. n. 63. de Christo: *Qui cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est.* Sed praestat, ipsum objectum locum in medium adducere: *Quemadmodum per verbum Dei,* ait, *caro factus Jesus Christus ... et carnem et sanguinem habuit nostrae salutis causa, sic etiam* (in alimonia Eucharistiae) .... *incarnati illius Jesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus.* u

443. Ad 3. *D.* Ac propterea hoc ipso elocent, duas esse in Christo naturas, divinam et humanam, subsistentes in una divini Verbi persona, *C.* unam naturam tantum, *N.* Talem reipsa sensum hujus dicti, quod omnium primus s. Cyrillus usurpavit, exponit et declarat ipsemet s. pater. Cum enim eam ob causam in suspicionem haereseos Apollinaris apud nonnullos venisset, quasi non aliam in Christo naturam praeter divinam agnosceret, ab hac suspicione strenue semetipsum liberat, *Epist. II. ad Successum,* quae tota est de hoc argumento. Etenim n. 1. ostendit, Christum, seu potius Verbum passum esse in assumpta natura, non in divina, ut ipsi objiciebatur consequi ex sua formula; n. 2. demonstrat, duarum naturarum unitionem factam esse in eadem persona Verbi citra permixtionem, confusionem, conversionem atque imminutionem humanae naturae; n. 3. declarat, Christum post unitionem et perfectum Deum et perfectum hominem existere, consubstantialem Patri secundum divinitatem, secundum humanitatem vero consubstantialem nobis. Propius deinde accedens ad formulam a se adhibitam, addit: *Nam, si dicentes unam Verbi naturam, tacuissemus ac minime adjunxissemus* **incarnatam.** . ., *esset illorum fortasse oratio non inepta', ... sed quia et illa in humanitate perfectio, et essentiae nostrae declaratio illata*

u) Opp. edit. Paris. 1615. tom. II. pag. 144 et seqq. et pag. 697.

,x) Loc. cit. *Ον τρόπον ύια λόγον 3εον 6αρκοποιη3εί /ηϋού ΧριΟτο . . . καί βάρκα. καί αίμα νπερ βωτηρία ημών εβχεν^ . . . εκείνον τού 6αρκοποιη3εντο Ιηβού καί βαρκα καί αιμα εδιδαχ3ημεν είναι·* Cf. erudita P. Maran. *Praefat. edit. op. s. Justinij* part. II. cap. 9. §. 3 et seqq.

est, dum dicimus ***incarnatam,*** *desinant baculo inniti arundineo. ... Si in eo, quod illum incarnatum esse dicimus, perspicua et certa confessio continetur. qua etiam hominem esse factum profitemur, nihil jam intelligere prohibet, Christum, cum sit unus ac solus filius, eumdem Deum esse ct hominem, ut in deitate, ita etiam in humanitate perfectum.* 14

444. Quae quidem Cyrilli verba adeo perspicua sunt, ut ex iis obscuriora alia quaevis explicari jure optimo possint. Quamobrem, etsi Gyrillus affirmare quandoque videatur, humanitatem et divinitatem sic in Christo unitas esse, ut sola mentis cogitatione secernantur; etsi non divisionem tantum, sed veram etiam et realem distinctionem naturarum videatur inficiari; etsi denique post unitionem nonnisi unam in Christo naturam videatur adstruere15, attamen longe alia est Cyrilli et Eutychis causa. Ille enim, ut vidimus, constanter professus est, duas in Christo naturas inconfusas et impermixtas, quod Eutyches pertinacissime negavit. Cum igitur affirmat Cyrillus, duas in Christo naturas sola mentis cogitatione distingui, earumque distinctionem videtur inficiari. non de naturis ipsis in se, sed de admirabili illo nexu ac indissolubili loquitur, vi cujus utraque natura in personae unitate copulatur. Quam ob causam unam adstruit post tmionem Filii Dei naturam, verumtamen *incarnatam.* Itaque etsi unam nomine, re tamen ipsa duplicem in Christo naturam agnoscit. 16

445. Athanasii et Julii, quae proferuntur, scripta, nec non et Gregorii thaumaturgi fidei expositionem, ex qua nonnulla, quae eutychianae impietati favere videntur, opponunt adversarii, spuria omnino esse ac supposititia, jam compertum apud criticos est, vel saltem loca, in quibus s. Cyrillus Athanasio adscribit formulam de una natura incarnata, a Dioscoro fuisse corrupta. 17

*H) Ei μεν γάρ μίαν εί.τόντε την ούβιν τού λόγον? ΟεΟιγηχαμεν, ονκ επενεγχόντε τό ΟεΟαρκωμένην ... ην αύτοί τάχα που καί ούκ άπίβανο ό λόγο . . · Επειδή δε καί η εν άν$ρωπότητι τελειότη , καί τη xatl·' ημά ούβία η δηλωΟι εί κεκόμιβται διά τού λεγειν Οεΰ α ρ κ ωμ εν η ν} παυβά69ωθαν καλαμίνην ράβδον εαντοί νποΟτηΠαντε;. ... Εί δε, ω εφην, εν τω 6εδαρχώβ9αι λεγειν αυτόν9 6αφή τε καί αναμφίβολο η ομολογία τού ότι γεγονεν άνβρωπο * ούδεν ετι κωλύει νοείν, ω ει υπάρχων καί μόνο υιό ό ΧριΟτό , αυτό τέλειο , οντω καί εν ανΰρω.τόνηπ.* LoC. cit. pag. 143 et seq.

,4) Nec illud absque animadversione est dimittendum, nuspiam s. Cyrillum dixisse, ex duabus naturis *ante unitionem* unam esse effectam; quod tamen usurpavit Eutyches cum suis asseclis.

,e) Cf. Petav. lib. IV. cap. 6 et 7. in quibus accurate genuinum sensum cyrilliani dicti exponit, illudque a prava interpretatione vindicat.

”) Cf. Petav. ibid. cap. 6. §. 7. Mirum autem est, nonnullos protestantes, qui critici audire maxime contendunt, inter opera genuina accensuisse epistolam sub Julii nomine exaratam, qua abusi sunt eutychiani. Cum enim illam epistolam edidisset Muratorius in *Anecdotis gruecis,* pag. 342. addita disquisitione, qua *νοθεία* illam multis nominibus arguit, Augustus Salig, centuriatorum stultitiam aemulatus, spuriam hanc epistolam vindicare, et Julio pontifici

446. Ad 4. *D.* Ad significandum arctissimum utriusque naturae nexum et sine confusione aut mutatione distinctionem, *C.* ad inducendam confusionem et mutationem, *N.* Etenim *immeatio* esse nequit nisi duorum; nec naturae in sc invicem immeare possunt, nisi arctissime constringantur et consocientur. Atqui tota ratio Incarnationis duplici hac notione continetur *unitionis* ct *distinctionis;* aptissime igitur patres iis vocibus utebantur ad Incarnationem exponendam, ejusque rationem compendio colligendam, praesertim cum hujusmodi *perichoresi* sive mutua immeatione naturarum ilii uterentur, ut maximum illum excellentiae ac dignitatis splendorem explicarent, qui ex divina in humanam Christi naturam promanabat.

447. Ad 5. *D.* Salvis et integris manentibus utriusque naturae proprietatibus, *C.* per harum destructionem, A. Nempe mixtionem dicebant duarum naturarum unionem, qualis decet substantias incorporeas, Verbi scilicet et animae humanae, qua mediante, juxta doctrinam apud patres veteres receptissimam, Verbum suscepit corpus18; minime vero eo sensu unionem illam *mixtionem* vocabant, quae juxta eutychianum errorem novam aliquam naturam constitueret, ut in corporum mixtione contingit. Eadem vocabula a catholicis et ab haereticis usurpata sunt, at mente longe diversa. Illi ut adstruerent summam naturarum unitionem in divini Verbi persona, atque hac ratione sese opponerent nestoriano dogmati; isti ut inducerent confusionem et imminutionem naturarum. Hae voces enim utrumque sensum prae se ferre possunt. Hinc notiones a dictionibus separemus oportet,

adserere contra animadversiones Muratorii lentavit. Cf. *Acia eradit. Lipsien.* ann. 1724. pag. 420. Germanas Julii pontificis epistolas exhibet P. Coustant, *Epist. Roman. Pontif.* tom. I. pag. 50 et seqq.

*8) De trito hoc patrum axiomate, Verbum nempe *mediante anima* carnem assumpsisse, cf. Petav. lib. IV. cap. 13. ubi ostendit, mentem revera fuisse patrum, animam interponi debuisse tamquam medium, quo extrema duo, Verbum nimirum et carnem, nimium alioquin abhorrentia, conciliari et uniri inter se necesse fuerit. Hoc enim argumento seu principio patres utebantur disputantes adversus arianos illos, qui Christo homini veram animam denegabant, et adversus ethnicos, qui putabant, non decere majestatem divinam contagione carnis ac sordibus infici; quibus respondebant, quod interventu spiritus, hoc est, animae vel mentis cum carne copulatus sit Deus. Immo interdum animae ipsi, mediante mente, Verbum divinum se conjunxisse docebant; ut sic ex propriis principiis refellerent apollinaristas, qui, duce Platone, inter animam et mentem distinctionem interponentes, autumabant, Verbum animam assumpsisse, sed ratione seu mente carentem. Itaque non eo tantum sensu dixerunt patres, Verbum mediante anima carnem seu corpus sibi conjunxisse, quod anima ipsa causa sit seu finis aliquo modo carnis cum Dei Filio copulandae, ut passim cum s. Thoma, part. III. qu. 6. art. 1, et qu. 50. art.2. in scholis traditur. Hinc immerito hac de causa vapulat Feller a card. Gerdilio in *Animadversionibus in notas fellerianas,* de quibus postea. Adversus tamen eundem Feller notandum est, divinitatem non minus immediate corpori quam animae esse conjunctam, ct quod dicitur, *mediante anima vel mente,* animam aut corpus Verbum suscepisse, id non *tempore,* sed *ordine* esse intelligendum; nam Verbum uno eodemque temporis instanti totam humanitatem sibi conjunxit.

apum imitatione, ut quidam praeclare dixit, quae ad flores advolantes, inde favos colligunt, et folia relinquunt. 19

448. Ad 6. *D.* Salva natura humana, ut ipsemet declarat, et per conversionem improprie dictam, *C.* absorpta humana natura per conversionem proprie dictam, A'. Id patet ex scopo, quem sibi proposuit s. Gregorius nyssenus. Ipse enim ostendere voluit humanae naturae praestantiam et splendorem, quem obtinuit ex tam arcto cum divinitate consortio, quo vel ante mortalitatem patiendique depositam et exutam conditionem, tota in potioris, nempe divinae naturae censum translata sit, iis dumtaxat reservatis, quae humanitatis propria sunt eique congruenter annexa; qui status maxime post Christi resurrectionem obtigit.20 Ad hunc porro infinitum excellentiae ac dignitatis splendorem, qui ex divina natura tam arcte cum humana constricta in viliorem hanc inferioremque redundat, aliqua ratione adumbrandum diversis similitudinibus patres usi sunt. Alii enim ferri igniti, alii aëris luce perfusi, alii superexcedentis luminis, quo lumen minus evanescere videtur, similitudinem protulerunt.21 S. Gregorius nyssenus vero usus est ad eumdem finem similitudine aceti guttulae in mare projectae, qua adeo eutychiani abusi sunt. Ceterum apposite Anastasius sinaita in *Hodego* cap. XIII. in hanc rem scribit: *Divinus Gregorius mentionem fecit pelagi ei aceti, non ut res ipsas confunderet, sed ut exemplo aliquo tenuitatem et parvitatem nostrae naturae, cum infinito et incomprehenso illo divinitatis pelago comparatae, demonstraret.*22 Dum propterea Christi carnem asserit Gregorius non amplius in suis terminis et proprietatibus mansisse, non de proprietatibus essentialibus, sed de accidentalibus, ut vocant, locutus est, sine quibus salva et integra consistere potest humana natura. Sed praestat ex hac ipsa *Oratione IV. contra Eunomium* verum s. Gregorii sensum promere. Vix enim dixerat, quod humana natura *cum divinitate temperata non amplius in suis terminis et proprietatibus manet,* dum seipsiun explicans immediate subdidit: *Carnis tamen et divinitatis proprietatum inconfusa permanet contemplatio* 23; quod deinceps fuse prosequitur.24

”) Auctor Homil. XVIII. tom. V. opp. s. Joann. ChrysosL pag. 106.

”°) Quo spectant, quae ex ejusdem s. patris *Antirrhetico,* a Laur. Alex. Zacagnio vulgato, in *Collectaneis monumentorum veterum ecclesiae yraecae,* tom. I. Romae 1698. duriuscula objici solent, de quibus cf. idem Zacagnius, in praefat. η. XXI et seqq.

ai) De quibus cf. Pelav. lib. IV. cap. 14. §· 5 et seqq.

”) 'Ο θείο Γρηγόριο τή προ ηγορϊα τον όζου καί τή θαλάττη έχρήϋατο. τό εύτε/.ε τή ήμετέοα φνΟεω προ τό άπορον μέγεθο τού άκαταλήπτου πεέ.άγον τή θεοτητο ένδεικνυαενο . Edit. Gretseri S. J. Ingolslad. 1606. pag. 240.

u) .Διαμένει δε άύϋγχντο των τε τή ϋαρκο καί των τή θεότητο ιδιωμάτων ή θεωρία, εω αν έφ' εαυτών θεωρείται ταϋτων έκάτερον.

24) Cf. de hoc argumento praeter saepe cit auctores P. Michaelis Le Quien *Dissert.* II. *damascenica. De quibusdam auctoritatibus, quibus Eulyches aliique unius in Christo tuiturae adsertores haeresim*

ARTICU

DE DUPLICI IN CHRISTO VOLUNTATE ET OPERATIONE.

449. Ex hominibus eutychiana lue infectis prodiit monothelitarum haeresis, eorum scilicet, qui unicam in Christo voluntatem et operationem professi sunt. Hujus erroris semina jecit anno 630. et Heraclii imperii 20. jacobitarum patriarcha Athanasius, qui suis artibus imperatorem in fraudem induxit. Agentibus deinde Sergio occulto et ipso haeretico jacobita patriarcha constantinopolitano, et Cyro Phasidis primum episcopo ac postea alexandrino patriarcha, major robur ac firmitatem nova haeresis nacta est. Interea Sophronius, doctus et sanctus monachus, qui paulo post ad hierosolymitanam cathedram evectus est, Cyro, qui omnium primus publice dogma de unica in Christo voluntate proposuerat, fortiter restitit; ac celebrata synodo scripsit ad Sergium prius, deinde per Stephanum, dorensem episcopum, litteras misit ad Honorium, romanum pontificem, quibus de nova monothelitarum haeresi certiorem illum reddidit. Verum eodem anno, quo Sophronius, scripsit pariter Sergius ad Honorium, et ea, quae a Cyro et Sophronio gesta erant, exposuit; ita tamen, ut eos, qui duas in Christo voluntates adstruebant, suspectos redderet, quasi duas in Christum contranas et inter se pugnantes voluntates inducerent; quare consultius videri sibi dicebat, ut nec una nec duae in Christo nominarentur voluntates, sed unus dumtaxat operans. Ad haec respondens Honorius, illud Sergii consilium approbat retinendae concordiae gratia, unamque profitetur in Christo voluntatem, ut sic intercluderet conflictationem voluntatum inter se pugnantium, prout Sergius ab asserentibus duas voluutates induci affirmabat.

450. Oeconomicum silentium probavit pariter Heraclius, eadem Sergii fraude deceptus, in *Ecthesi* seu fidei professione, quam circa haec tempora edidit, nomine quidem suo, a Sergio tamen conscriptam, ut imperator declaravit, cum cognovit, a Severino aliisque romanis pontificibus eam rejici ac damnari. Suasione Pyrrhi, constantinopolitani patriarchae, haeretici pariter monothelitae, Constans, tertius ab Heraclio in imperio successor, aliud promulgavit edictum, quod *Typum* vocavit, quo silentium indicebatur tum imam tum duas voluntates in Christo asserentibus, quod pariter Romae proscriptum est. Sic prava haeresis dilatata est, donec sub Constantino

suam tuebantur; Thomassinus, *De Incarnat. Verbi,* lib. III. cap. 3 cl seqq. Galanus *Conciliationis ecclesiae armenae cum romana,* Romae 1658. tom. I. pari. II. pag. 175 et seqq. Consuli etiam possunt Theoriani *Disputatio cum syris jacobilis,* quam ex vaticano codice edidit, et cui versionem latinam adjecit cl. card. Maius, in *Scriptorum veterum nova collectione*, Romae 1832. tom. VI. pag. 414 et seqq., et Kat Alex. *Diss.* XXIV. *in saec.* V.

Pogonato, imperatore catholico, et Agatlione, rom. pontifice, anno 680. Constantinopoli concilium oecuiuenictuu VI. et constantinopolitanum III. celebratum est, in quo adserta est catholica veritas, ac proscripta haeresis cum suis auctoribus et fautoribus. |

401. Quod in aliis haereticis factum constanter est, ut non solum a veritate, sed et inter sese in errore profitendo dissentirent, in monothelitis etiam contigit. Valde tamen interest, illud, in quo praecise illorum haeresis constiterit, nosse; quia ex hoc quaestionis status pendet, qui nos inter et monothelitas intercedit.

452. In eo igitur omnes conveniebant monothelitae, ut unam in Christo assererent voluntatem, atque ex hoc praecipuo ipsorum dogmate nomen sortiti sunt.

453. Verum cum *voluntatis* voce tum possit significari *naturalis* volendi *facultas (ἐνεργειαν* graeci appellant), tiun ipse voluntatis *actus (&έλημα* ab iisdem vocatur), et hic rursum bifariam dividatur, in actum scilicet *physicum* et *necessarium,* et in actum *deliberatum* ex judicio, quod vocant practician, proficiscentem (graeci priorem dicunt *θέλημα φνβικόν,* posteriorem *ϋϋ.τ,μα γνωμικόν),* hinc videndum superest, in quo error monotheli-

tarum versaretur, seu quamnam voluntatem ex recensitis in Christo monothelitae negarent.

454. Porro ipsi pervicaciter infitiabantur, in Christo inesse voluntatem humanam _naturalem, sive prout *facultatem* significat, sive prout significat *actionem,* ne, si naturalis esset, ut ipsi autumabant, esset item necessaria. Hinc nonnisi voluntatem electivam in Christo admittebant, quam et *personalem* esse dicebant. Ex quo in ipsorum hypothesi consequens erat, unam voluntatem naturalem in Christo extitisse; quia si duae forent, jam essent juxta ipsos sibi mutuo contrariae, adeoque altera bona, altera mala, prout deliberationis conditio exposcit.

455. Hinc licet monothelitae voluntatem seu facultatem volendi humanam et actionem naturalem sive humanam operationem reipsa rejicerent in Christo, attamen nonnisi timide et quasi cunctanter id profitebantur, ne invidiam in se perversi dogmatis concitarent. Cum enim facultas et naturalis operatio propria naturae sive substantiae sit, perinde erat unicam adstruere in Christo naturalem operationem sive voluntatem naturalem, ac unicam in ipso praedicare naturam. Id vero cum esset aperte haereticum, et a concilio chalcedonensi damnatum, ab hac loquendi ratione summopere cavebant. Silentium potius commendabant circa unam vel duplicem ope-

*) Cf. Petav. lib. I. cap. 19 et seqq. Alios antiquos et recentiores, qui scripserunt de inonothelilarum haeresi, vide apud Fabricium, *Bibl. graec.* tom. X. pag. 204 et seqq. quibus addi potest *Apolog. pro Honorio I. Rom. Ponlif.* Joann. Bapt. Bartholi, fellriensis episcopi, vol. I. in 4. Ausugii, 1750. a cap. 1 ad 9.

rationem ; immo, ut silentium circa hunc articulum ab omnibus servaretur, per imperatorum edicta, ut vidimus, satagebant Contenti propterea erant, unicam voluntatem palam in Christo profiteri, rati ita plausibilius dogma suum fore. Cum enim haec vox ambigua sit, et tum voluntatem, prout naturalis facultas est, tum actionem deliberatam ac liberam aeque significet, sive ex judicio practice prodeuntem, dum unam adstruebant voluntatem, putabant, non aliter accipi quam si unam dicerent consentientem et concordem utriusque naturae voluntatem, nec humanam a divina dissentientem; catholicos vero duarum voluntatum assertores traducebant tamquam defensores pugnae ac dissidii voluntatum in Christo. Hac ratione fucum imperitis faciebant. Accedit, quod cum deliberata voluntas hypostasis sive personae sit (quippe vel simpliciter naturae proprietas est; *hoc autem vel illo modo* velle, personae, uti s. Maximus mart, docet), cum una sit hypostasis in Christi), eo magis concludebant, unicam esse in eo voluntatem.

456. Ceterum hanc unicam, quam monothelitae in Christo admittebant voluntatem, cum Dionysio, vulgo Areopagita, vocabant *theandricam* seu *ddvirilem,* ex divina scilicet et humana voluntate coalescentem; ita tamen, ut divina active, humaua vero omnino passive se haberet. Hinc vocabant humanam naturam, proindeque voluntatem, instrumentum divinitatis; quemadmodum vero instrumentum nihil per se agit et operatur, sed omnem actionem suam ab externo impulsu et principio mutuatur, atque uti corpus nostrum instrumentum *est* animae nostrae, nec ex se arit, sed açntur ac movetur ab anima, ita illi humanam Christi naturam omni carentem actione ac voluntate constituebant, rationalis praesertim et intelligentis propria. Quare in istorum systemate stirps et vitalis facultas et potentia in divinitate inerat, a qua deinceps in humanitatem manabat et profluebat citra principalem vim et causae agentis efficientiam. 2

457. Ex his intelligitur, nostri muneris esse adstruere in Christo voluntatem naturalem duplicem, divinam et humanam, non solum quatenus voluntas humana pro facultate accipitur, sed etiam quatenus actionem et operationem haec vox denotat; tum ostendere, ejusmodi actionem et operationem humanae naturae activam esse seu ex proprio motu profluere. Quod ut obtineamus, sit

α) Cf. Pelav. loc. cit. Ium lib. VIII. cap. 1 et seqq. Exinde palet, graviter illos scriptores ballucinari, qui censent haeresim monothcliticam constitisse in sola negatione actionis in voluntate humana.

PROPOSITIO.

Duae naturales operationes et voluntates indivisae et inconfusae in Christo sunt confitendae.

458. De fide est haec propositio; totidem enim verbis definita fuit in concilio oecumenico VI. seu constantinopolitano III. Etenim: *Et duas naturales voluntates in eo* (Christo), ajunt hujus concilii patres, *et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam adaeque praedicamus.* |

459. Jam vero **Scripturarum auctoritate** in primis ejusmodi doctrinam fulciri, duas nempe naturales operationes in Christo inesse, tot testimoniis evincitur, quot divinas et humanas Scripturae distincte Christo tribuunt actiones et operationes; quae innumera prorsus sunt.

Divinas quidem, cujusmodi sunt vaticinia et miracula, quae nonnisi divina virtute effici possunt, et tamen a Christo patrata Scripturae exhibent, ut iis sibi propriam divinitatem asserenti fidem conciliaret.

Humanas vero, cujusmodi eae sunt, quas idem Christus consulto in eum finem exercuit, ut homo crederetur, ut sunt ambulare, loqui, cibo ac potu refici, esurire, sitire, lassari, exultare gaudio, moestitia angi, lacyymari, pati, vulnerari ac per summos denique cruciatus animam profundere, quae divinitas operari aut suscipere sola in se non potest.

Has tamen singulis fere paginis sacrae Scripturae praesertim novi Testamenti recensent. Cum igitur absurdum omnino sit, quae sunt propria humanae naturae, divinae adseribere, aut quae divinae naturae et virtutis sunt, humanae tribuere naturae, consequens est, pro utraque, qua praeditus fuit Christus, distincta natura divina et humana, distincte diversas actiones et operationes eum posuisse.

460. Quod attinet ad voluntates, prout hae facultates naturales et naturales operationes sive naturae motiones sunt, duas pariter in Christo eas extitisse, ex modo dictis jam colligitur; hoc enim ipso quod facultates et operationes sint, cum ostenderimus ex sacris litteris, duplicis generis operationes distincte et inconfuse in Christo inesse scilicet divinas et humanas, constat utramque pariter voluntatem et operationem naturalem distincte et inconfuse in eodem reperiri.

461. Jam praestat, idem ostendere quoad has voluntates, prout actus elicitos sive *volitiones,* ut vocant, significant, divinam et humanam in Christo fuisse; quod proterve negabant monothclitae. Quod spectat ad divinam, non est cur de hue adstruenda solliciti simus, cum eam illi haeretici ultro in Christo es$e concederent, immo solam esse contenderent. Reliquum igitur est, ut ex sacris litteris evincamus, Christum habuisse voluntatem humanam, liberam et juris et potestatis suae.

Porro ejusmodi testimonia totidem habentur, quot illa sunt, in quibus voluntas Christo tribuitur distincta a voluntate Patris. Celebre est illud, quod legitur Matth. XXVI. 39, et Marc. XIV. 36: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu;* vel ut legitur Luc. XXII. 42: *Eon mea voluntas, sed tua fiat.* Ibi Christus perspicue ostendit, aliam sibi inesse voluntatem distinctam a voluntate Patris; atqui haec divina esse non potuit, quae una est in ambobus, ut nemo prorsus dubitat; ergo est humana. Rursum idem Christus, Joann. VI. 38. ait: *Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me;* ubi idem recurrit argumentum. Hinc apostolus, Philipp. II. 8. de Christo ait: *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem;* et ad Hebr. X. 7. de Christo exponit verba Psalmi XXXIX. 8: *Jn capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Christus igitur Deo ac Patri suo obedivit, et obedientiae suae merito liberavit ac redemit genus humanum; atqui neque obedivit nec meruit voluntate divina; ergo obedivit ac meruit voluntate humana.

Huc accedunt illa Scripturarum effata, quae de Christo referunt quae hominis sunt et humanae naturae consentanea; e. gr. ut legitur apud Marcum VI. 48. quod Christus accedens ad apostolos, *volebat praeterire eos;* et ibid. VIL 24: *Ingressus in domum, neminem voluit scire, et non potuit latere;* sic Matth. XXVII. 34: *Et dederunt ei vinum cum felle mixtum, et cum gustasset, noluit bibere.* Aliaque ejusmodi sexcenta occurrunt, quae aperte ostendunt, Christum actus elicuisse humanae voluntatis proprios.

462. Hisce ex Scriptura depromptis ad propositam thesim ostendendam adjicimus **auctoritatem sanctorum patrum** tum graecorum tum latinorum. Cum vero longum nimis esset singulorum auctoritates proferre, juverit ad certas classes eorum testimonia redigere.

Ac 1°. veniunt illi, qui ex diversis operationibus asserunt, Christum Deum et hominem esse; ita Ignatius, Justinus M., Lenaeus, Hippolytus? Tertullianus.2 2°. Id ipsum adstruunt qui adversus arianos pugnarunt, ostendentes, quae infirmitatis actiones sunt, tribui non posse divinitati; ut Athanasius, Eustathius antiochenus, Cyrillus liieros., Epiphanias, Basilius,

0 *Καί δύο φνβικά θεληΰει ήτοι, θελήματα εν αύτω, καί δύο φυΟικά ενέργεια άδιαιρέτω , άτρεπτω , άμεοώτω . άϋνγχύτω κατά την των άγιων πάτερων διδασκαλίαν ω αύτω κηρύττομεν.* In *Collecl. Cone.* Harduini, tom. III. col. 1400. E›

*) Ignat. *Epist. ad Trail,* cap. 9; Just. M. *Dial.* pag. 246 et seqq.; Iren. lib. ILL cap. 32; Hippolytus apud TheodoreL dial. 2; Terlull. *Apolog.* cap. 21. Horum omnium testimonia refert Petav. lib. VIII. cap. 8. §· 1 et seqq. ac cap. 9. §. 1.

Hilarius, Ambrosius, Augustinus aliique.3 3". Qui ex distinctione operationum colligunt adversus apollinaristas, duas esse in Christo distinctas «t inconfusas naturas; ut Basilius, uterque Gregorius, nyssenus et nazianzenus, Cyrillus alex., Theodoretus, Ambrosius, Leo M„ Gelasius, Fulgentius, ‘

463. Et haec de operationibus naturalibus, in quibus comprehenditur voluntas, prout naturalis facultas est. Prout autem haec in actus erumpit sive in volitiones, duplicem eam in Christo patres praedicasse, non minus certe constat.

Sic enim inter ceteros aperte loquitur s. **Athanasius,** qui recitatis illis Christi verbis: *Pater* si *fieri potest* etc. subdit: *Duas hic voluntates ostendit, unam vidi licet humanam, quae est carnis propria; alteram divinam. Nam humana propter carnis imbecillitatem, deprecatur passionem; divina vero ipsius prompta est.*5 Ex iisdem verbis id ipsum inferunt s. **Gregorius nyss.** dicens: *Quoniam igitur alia est voluntas humana, alia divina6;* et s. **Ch rysos torn us,** scribens: *Propriam quidem habere se voluntatem manifeste demonstrat, sed ubique paternam voluntatem anteponit suae*7, et alibi passim. Ex latinis s. **Ambrosius:** *Sedalia,* inquit, *voluntas hominis, alia Dei... Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem praedico. Mea est voluntas, quam suam dixit; quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est; et ideo ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* 8 Et haec ex multis pauca attulisse sufficiat.

464. Praestat demum rem totam concludere **argumentis theologicis,** quibus veteres usi sunt. Ac primo ex ipsa operationis notione. *Operatio,* seu ut eam graeci vocant *èvtoyeia,* nihil aliud est ex communi philosophorum doctrina nisi motio substantiva naturae ejusque nota essentialis; natura enim sine propria vi, energia et operatione nec est nec intelligi protest; ergo totidem debent esse operationes in Christo, quot sunt in ipso naturae. Atqui, ut demonstravimus, duae sunt in Christo naturae distinctae et inconfusae; ergo duae sunt distinctae in eo agnoscendae et inconfusae operationes. 9

’) Loco nuper indicato.

4) Ibid.

5) ζ/ύο *θελήματα ενταύθα δείκνυύι' το μεν ανθρώπινον, οπερ εθτϊ τή Οαρκό " τό δε θεϊκόν, οπερ θεού ' τό γαρ ανθρώπινον, διά τήν άϋθένειαν τή Οαρκό , παραιτεϊται το πάθο · τό δε θεϊκόν αυτόν, πρόθυμον. De incarn, et cont. Arian,* n. 21. edit, maur. tom. I. pag. 887.

·) *Επειδή τοίνυν άλλο τό ανθρώπινον θέλημα, καί* rô *θειον άλλο.* Apud Agath. in *Epist. ad Imp.* in Actis sextae synodi, actione IV. coll. Labb. lom. VJL coi. 652.

D *I'aï ίδιον μεν θέλημα έχειν έναργύ παρίύτηϋΓ προκρίνει δέ πανταχού rnv ίδιον τό πατρικόν θέλημα.* Cit. in VI. Syn. act.X col. 792.

8) *De fide,* lib. Π. cap. 7. η. 52 et 53. edit. maur. tom. IL pag·. 480.

9) Hoc adeo exploratum veteres patres habebant, ut ex differentibus ct distinctis operationibus colligerent, adversus apollinaristas et deinde adversus eutychianos, duas esse in Christo distinctas et diversas naturas. Cum enim actiones et operationes indicia et notae naturae sint cuiuslibet, ex

Praeterea si unica in Christo esset operatio, haec vel simplex vel composita esset; atqui neutrum dici potest: si enim esset simplex, vel divina esset vel humana: si divina, ergo Christus solum Deus esset; si humana, homo tantummodo esset. Non potest esse composita ex operationibus utriusque naturae, quia in hac hypothesi simul divina et humana foret, creata et incrcata, infinita et finita seu potius nec divina nec humana esset. His aliisque hujusmodi argumentis monotlielitas perstringebant patres, praesertim vero s. Maximus Confessor in disputatione cum Pyrrho.

465. Praeter has ambas nâturales operationes inesse in Christo humanas ac liberas voluntatis actiones seu volitiones liberas, quae ex deliberatione profluunt, ita evincitur: Verbum divinum, ut ex dictis liquet, naturam sibi assumpsit omnino perfectam: atqui ad perfectionem nostrae naturae praecipue spectat vis electiva seu libera eligendi facultas, citra imperfectionem, quae inter bonum et malum versatur; ergo in Christo homine haec reperiatur necesse est Insuper sine humana libera voluntate Christus promerere non potuit, nec propterea nos redimere, ac pro nobis satisfacere; atqui Christus utrumque praestitit, ut paulo post ostendemus; ergo tali voluntate praeditus fuit.10

466. Sive igitur Scripturas consulamus, sive patrum doctrinam ac perpetuum ecclesiae sensum, sive denique rationes ex intima rei natura petitas, constat, duas naturales voluntates et operationes in Christo esse agnoscendas ct profitendas.

DIFFICULTATES.

467. I. **Obj.** 1. Nulla est nec esse potest in Christo voluntatum pugna; jam vero, si allata Scripturarum testimonia litterali sensu admitterentur, talis insurgeret pugna; metaphorice proinde accipienda sunt, nec quidquam pro adsertoribus duarum voluntatum et operationum evincunt. Quare patres 2. natum Christum dicebant *absque carnalibus voluntatibus et cogitationibus humanis,* ut Athanasius11; vel 3. Christi *velle* fuisse totum *deificatum,* ut inter ceteros loquitur s. Gregorius naz.12; vel 4. *carnis quidem passionem fuisse, Dei autem operationem,* ut Gregorius nyss. 13; vel

his tamquam principiis magis notis procedebant ad ostendendum quod minus notum videbatur, nempe diversitatem naturarum in Christo. Quare monotlielitas, duplicem distinctam operationem in Christo negantes, illico patres apollinarismi et eutychianismi accusarunt, pro certo sortientes, perinde esse negare operationem ac ipsam auferre naturam. Cf. Petav, lib. VIII. cap. 6 et 7.

10) Ibid. lib. IX. cap. 8.

u) Λίχα Οαρκικών θελημάτων καϊ λογισμών ανθρωπίνων. Tom. I. pag. 500- *C.*

**) *Orat.* XXXVL pag. 585. A.

’’) In VI. Syn. act. XII- edit. Labb. pag. 925. *Ω είναι τή μεν βαρκό το πάθο , τού δε θεού την ενέργειαν.*

5. Christum *unam cognatam operationem per ambas naturas demonstrasse,* ut Cyrittus alex. 1‘; vel 6. denique Christum *unam quamdam theandricam* (id est, *deivirilem) operationem nobiscum conversanda exhibuisse;* ut prae ceteris Dionvsius areopagita.15 Quae omnia cum duplici Christi vohmtate et operatione componi nequeunt. Ergo.

468. Resp. ad 1. -Vtp. *min.* Etenim illis verbis, quibus postulat Christus, ut, si fieri posset, transiret a se passionis imminentis calix, ct in quibus monothelitae pravi dogmatis sui vim collocabant ad ostendendum duarum voluntatum conflictum, non exprimit nisi naturalem affectionem carnis, seu, ut dicitur, partis interioris mortem recusantis; quae quidem affectio insita nostrae naturae est, atque a Deo ipso ejusdem auctore illi ingesta. Quare, dum Christus ejus vocem expressit, ut nobis consubstantialem naturam se habere ostenderet, maxime obsecutus est auctori ipsi naturae. Haec autem naturalis affectio non est proprie dicta voluntas; dici propterea nequit, inde patefieri voluntatum contrarietatem; eo magis quod non absolute, sed sub conditione: sï *fieri potest,* ejusmodi affectionem sibi congenitam et secundum hominem patefecerit Vera et proprie dicta voluntas humana Christi ex subsequentibus verbis ostenditur: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu,* vel: *Non mea voluntas, sed tua fiat:* quibus vincens naturalem illam affectionem infirmae naturae, se paratum exhibet ad Patris voluntati obsequendum, ac plenam ostendit voluntatis suae humanae cum vohmtate divina consensionem et conformitatem. In his porro postremis verbis catholicorum argumenti vis sita est ad duas in Christo ostendendas voluntates.

469. Quod spectat ad alium textum, quem pariter objiciebant haeretici ad evincendum voluntatum conflictum, ex Joann. VI. 38: *Descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me;* ostenditur

u) Jfiav Ουγγενή δι' άμφοίν επιδεδειγμένον, τόν ΛριΟτόν δηλαδή, φήϋα . Apud Maxim. *Disput. cum Pgrrho,* pag. 701. Qui Cyrilli locus, lib. IV. *Comment, in Joann,* legitur, pag. 361. edit. cit.

n) Integer textus hujus loci, nempe *Epist.* IV. *ad Cajum monachum,* ita se habet: *fiai γάρ, ὀα Ονγελόντε εϊπωμεν, ουδέ άνθρωπο ήν, ούχ ώ μη άνθρωπο , άλλ' ω› εξ ανθρώπων, ανθρώπων επέκεινα, χαι νπίρ άνθρωπον αληθώ άνθρωπο γεγονώ . fiai rô λοιπόν, ού χαrà θεόν rà θεία δράϋα , ον rà άνθρώπεια χαrà άνθρωπον, αλ/.' άνδρωθενεο θεού, χαινην riva τήν θεανδριχήν ενέργειαν ήμίν πεπολιτενμένο .* „Nam, ut summaüm dicamus. ne homo quidem erat, non quod non esset homo, sed quod ex hominibus natus, homines longe superaret, et supra hominem vere homo factus sil. Ceterum divina non qua Deus patrabat, neque humana quatenus homo gerebat, sed quatenus erat Deus el homo; *novam* quamdam nobiscum conversando deivirilem operationem exhibebat.· Edit. Corderii S. J. opp. tom. II. pag. 75. Anlverp. 1634. De hoc Dionysio cf. Le Quien, *Dissert.* II. *damascenica,* §. X. et seqq. et Joann. Franc. Bern. Mar. De Rubeis, *De gestis et scriptis s. Thomae,* dissertai. *De fide auctoris opp. quae vulgo areopagitica dicuntur.* Venet. 1750.

quidem ex eo duplex in Christo voluntas, non autem earumdem pugna; cum voluntatem suant humanam Christus perfecte voluntati divinae seu voluntati Patris sui submissam ac plane conformem patefaciat, ita ut numquam ille, prout homo est, aliud velit, quam quod ipse vult, ut ex ipso contextu constat.16

470. Ad 2. *1).* Ad excludendam ab humana Christi natura quidquid corruptelae ex Adamo in humanam naturam et generationem transiit, *C.* ad excludendam voluntatem humanam proprie dictam, *N.*

471. Ad 3· *D.* Ita tamen ut integrum *velle* persisteret, *C.* absorptum aut confusum, *N.* Alioquin non diceretur *deificatum. Quod natura divinum est,* ut loquitur s. Agatho romanus pontifex17, *non indiget deificari; quod vero deificatur, non est profecto natura divinum.* Eadem igitur ratione dixerunt nonnulli patres deificatum Christi *velle,* qua deificatam dixerunt humanam ipsius naturam; quae tamen, ipsis monothclitis fatentibus, integra permansit

472. Ad 4. *D.* Principalem, quaeque regeret in suis motibus humanam naturam, *C.* solam, et quae excludit operationem humanam, A. Ideo autem Nyssenus carnis passionem memorat, quia omnis creata natura, ut loquitur s. Joann, damascenus18, patiendo se movet et agit; sola autem natura divina sine passione se movet, et agit sine motu. *Passio* propterea hic improprie usurpatur.

473. Ad 5. *D.* Ob indivisum utriusque naturae et operationis concursum, *C.* ob unicum operationis naturale principium, *N.* Cum enim arctissimo inter se nexu utraque natura copulata esset, hinc in Christi operationibus per modum unius semper concurrebat utriusque naturae operatio; quam propterea aptissime s. Cyrillus *cognatam* appellavit.

474. Ad 6. *D.* Id est, *novam,* prout plures legendum esse contendunt Dionysii, vulgo Areopagitae, testimonium, *C. unam* theandricam, ut aliis placet, *siibdist.* ratione praefatae cognationis juxta modo dicta, *C.* ratione unius naturalis principii, A7. 19

475. **II. Obj.** 1. Unitas operationis sequitur ex imitate personae, 2. juxta illud theologico sermone tritum effatum: *Actiones sunt suppositorum;* cum ergo unica sit in Christo persona, unica debet quoque esse ejus

*6) Cf. Calmet. in hunc loc.

*7) In *Epist. I. ad imperatores,* quae exlat in Act. IV. synodi VI. Leguntur autem recitata verba in *Coli. Concil.* Labb. tom. VI. col. 653.

**) *De fide orthod.* lib. III. cap. 15. opp. edit. Le Quien, tom. I. pag. 236.

19) De hoc pseudo-Dionysii dicto cf. s. Joann, damascenus loc. cit. cap. 19; nec non s. Maximus mart, in *Scholiis* ad hunc Dionysii locum edit. cit. Omnes enim in eo conveniunt, ut asserant, auctoris hujus mentem non aliam fuisse, quam docere, conjunctim utramque naturam in Christo ratione ejusdem suppositi cum alterius communione agere illud, quod unaquaeque proprium habet, seu unum idemque esse operatum in utraque ct pro utraque natura. Vid. etiam Petav. lib. VIII. capp. 10, 11 et 12.

operatio. 3. Nec quispiam eat, qui inficiari posait, Christum imiim esse volentem ct operantem, ideoque unam ejus voluntatem et operationem. Quod ut manifestius liat, juverit animadvertere, 1°. naturam humanam nihil ex se operari posse, sed solum ut motam a ilivina persona, ae proinde duo quidem in eo agnoscenda *operata,* non vero duas operationes; 2°. *esse* ad hvpostasim subsistentem pertinere, ac propterea etiam *operari;* 3°. si operationes tribuantur naturae, cum eadem sit natura Patris et Filii et Spiritus Sancti, illud sequi, operationes naturae divinae in Christo tribus divinis personis esse tribuendas, quod absurdum esse nemo non videt; 4°. personam λerbi usam esse humana natura tamquam instrumento quodam, ut patres passim loquuntur: una autem et eadem est operatio artificis et instrumenti, quod ab artifice adhibetur. 5°. Quare optime Honorius pontifex tum unam asseruit in Christo voluntatem in epistolis ad Sergium datis, tum ejusdem Sergii agendi rationem et consilium laudavit. Ergo.

476. **Resp.** Ad 1. A. Principium enim, vis atque *energia* operationis est natura, licet *personalitas* sive subsistentia sit conditio, sine qua natura neque existere, neque proinde operari queat; alioquin tres operationes naturales in operibus ad extra, ut vocant, essent in Deo admittendae, quod nemo sanus (fixerit.

477. Ad 2. *D.* Actiones sunt suppositi tamquam principii *quod,* ut scholae loquuntur, *C.* tamquam principii *quo* juxta modo datam explicationem, *N.*[20]

478. Ad 3. *D.* Ratione unius ejusdemque personae operantis per utramque naturam, *C.* ratione unius ejusdemque operationis, *N.* Quod declaratur exemplo gladii igniti, qui una eademque actione secat et urit, licet distincta sint principia secandi et urendi.

479. Ad confirm. 1°. *D.* Si natura humana careret propria virtute, vi ac energia, *C.* si propriam habeat, et juxta eam agat et operetur, licet mota a divina persona, A. Sicut gladius ignitus ad lignum admotus urit

20) Circa hoc scholarum usu tritum axioma: *Actiones sunt suppositorum,* cf. Peiav. lib. VILL cap. 2. ubi ostendit, facile in concordiam revocari posse tam eos, qui ejusmodi effatum admittunt, quam cos, qui rejiciunt. Cum enim suppositum sive hypostasis seu persona non aliud sit nisi natura ipsa singularis certo modo effecta, qui modus nec ad essentiam perlinet, nec *entitalem,* ut vocant, addit ullam, ideo quaecumque de supposito dicuntur, ea de natura praedicantur, non simpliciter, et ut in sc seu in abstracto consideratur, sed quatenus quodammodo modificatur. Quocirca actiones esse suppositorum, nihil aliud est, quam esse naturae subsistentis. Non enim modus ille ipse, qui *subsistentia* vulgo in scholis vocatur, origo aut fons est actionis, sed tantum conditio quaedam, sine qua non exercetur actio. Itaque si strictius loqui velimus, quod proprie agit, est natura, ipsa est principium actionis, non autem agit natura nisi subsistens sit.

vi propria; motio autem, quam natura a persona divina accipit, propriae naturae, nempe liberae, consentanea est.21

480. Ad conf. 2". *J).* At diversa ratione, *C.* eadem, *N.* Etenim *eue completum* pertinet ad personam ratione termini naturam individuantis, ut scholae loquuntur; operari vero pertinet ad personam tamquam conditionem, ut diximus, sine qua natura exerere propriam vim et facultatem non potest, sicut nec subsistere. At posito quod natura in persona subsistat, poterit et operari virtute propria. Operatio enim, ut animadvertit s. Thomas, est quidam effectus personae secundum aliquam formam vel naturam.22

481. Ad conf. 3°. *D.* Si tribuantur naturae in genere, *C.* si naturae, prout in persona subsistit, id est, affecta seu modificata peculiari sua tessera et nota personali, *N.* Porro unaquaeque personarum divinarum non solum *ad intra,* ut fertur, verum etiam in actionibus ad extra cum suo proprio personali respectu, charactere seu personali tessera operatur. Quare cum divini Verbi persona, prout distinguitur ab aliis personis, copulaverit sibi naturam humanam, sic, prout distinguitur a personis reliquis, in assumpta natura agit et operatur.23

482. Ad conf. 4°. *D.* Tamquam instrumento hypostatice sibi conjimcto, nempe rivo, intelligente, propria ri et efficacia praedito, *C.* tamquam instrumento naturali aut artificiali, inerti, passivo ac propria vi et efficacia

’*) Cf. s. Thom. part. III. qu. 19. art. 1; tum s. Joann, damasc. loc. cit.

“) Loco cit. in resp. ad 4.

M) Cum hanc sibi Petavius proposuisset difficultatem, lib. VIII. cap. 10. §. 15. eidem occurrit· animadvertendo, personam divinam ex duobus constare, *natura* et *relatione,* ad naturae vero *conceptum, rationem* sive *definitionem* magis pertinere *essentiam* quam habitudinem sive proprietatem. Hinc definitur persona *rationalis naturae individua substantia.* Porro substantiae primae magis intima est ratio ipsa substantiae quam *singularitas* sive proprius subsistendi modus. Siquidem nihil rei ulli tam insitum tamque intestinum est, quam essentia. Est autem personae essentia natura ipsamet, non personalis proprietas, quae in divinis personis est relalio. Igitur cum persona Verbi humanae naturae conjungi dicitur, non aliud intelligimus, quam naturam divinam cum ea copulari, non absolute praeciseque sumptam, sed quatenus determinata est et modificata personali Verbi proprietate. Quare ipsa quoque *ενέργεια* et operatio divina, secundum interiorem substantiam et ut est in Deo considerata et proprietate modificata Verbi, ad humanam naturam applicatur, et fit ei peculiaris, ac *&εανόρικην ένέργειαν* Christi propriam efficit, quae perinde ex operatione illa divina, per congruentem Verbo subsistendi modum definita et determinata, atque ex humana functione componitur, ut ex ulraque natura persona ipsa Christi composita est. Ut autem natura divina humanae Christi naturae conjungitur, nec ex eo sequitur, totam ipsam Trinitatem uniri, etsi tota ipsa natura Trinitatis cum illa societur, sic operatio toti communis Trinitati cum humana operatione committitur; nec tamen eodem modo operari Trinitas fveo*γείαε ϋεανόρικάζ* dicitur, quo Verbum ipsum; sed ut proprietate personali Verbi modificata est operatio ista, ad humanam *ενέργειαν* accommodatur. Cf. etiam ibid, cap. 12. §. 14; nec non De Rubeis, in dissertat. *De gestis et scriptis s. Thomae,* diss. 1. cap. 14 et 17.

destituto. X Verbum enim non tribuit naturae humanae assumptae nisi subsistentiam. Subsistens porro humana haec natura in Verbo omnia, quae propria hominis sunt, propria vi omnino operabatur; ideoque intelligebat, volebat, ambulabar, loquebatur aliaque ejusmodi operabatur proprio motu et virtute, nec a À'erbi persona dependebat nisi ad subsistendum, ac proinde ad operationes suas proprias exerendas, ut a conditione sine qua nec subsistere, nec existera, nec operari posset, ut jam saepius expositum est.24

483. Ad conf. 5°. *D.* Unam Honorius asseruit iu Christo voluntatem *humanam,* ad excludendam pugnam carnis et. spiritus, qualis in nobis repetitur, *C.* ad excludendam divinam vel humanam voluntatem proprie (.lictam, -V. Ita exponunt Honorii mentem omnes coaevi scriptores, Joannes IV. Honorii post Severinum successor25, s. Maximus mart.26, Joannes abbas romanus et Honorii amanuensis, qui ejus nomine litteras ad Sergium datas exaravit.27 Sed praestat ipsa Honorii verba in medium adducere, ex quibus, quaenam ejus mens fuerit, plane dignoscitur: *Unde,* inquit, *et unam voluntatem fatemur D. N. J. C. quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa* 28,· *illa profecto quae ante peccatum creata est, non quae post praevaricationem vitiata. . . Nam lex alia in membris, aid voluntas diversa non fuit, vel contraria Salvatori, quia supra legem natus est humanae conditionis.* 29 En quo sensu unam dixerit Honorius voluntatem in Christo.

484. Quod attinet ad *operationes,* Sergii fraude deceptus, approbavit Honorius ad novas praecavendas quaestiones, ne in posterum ima vel gemina diceretur in Christo operatio; quia scilicet spectabat hanc denominationem ut discordiarum segetem, quaeque potius ad grammaticam quam ad ecclesiastica dogmata pertineret. En rursum ejus verba: *Utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis, una an geminae operationes debeant*

2I) Cf. s. Thom. loc. ciL et in resp. ad 2- ubi inter cetera scribit: .Actio instrumenti, in quantum est instrumentum, non est alia ab actione principalis agentis: potest tamen habere aliam operationem, prout est res quaedam. Sic igitur operatio, quae est humanae naturae in Christo, in quantum est instrumentum divinitatis, non est alia ab operatione divinitatis; non enim est alia salvatio, qua salvat humanitas Christi et divinitas ejus. Habet tamen humana natura in Christo, in quantum est natura quaedam , propriam operationem praeter divinam."

“) In *Apologia pro Honorio Papa ad Constantin, imp.* apud Labb. *Coli. Concit.* tom. V, coli. 1760 et seq- *Disputat, cum Pyrrho,* opp. s. Maximi confessoris, gr. lat. edit. Combefisii, Ord. Praed. tom. II. pag. 181.

27) Ibid, apud s. Maximum. Notandum vero est, s. Maximum hujus amanuensis auctoritate et testimonio ita fregisse' audaciam Pyrrhi, ut cum ad silentium redegerit. Cf. idem s. Max. *Epist. ad Marinum presbyt.* edit Combefisii, tom. II. pag. 132. et in defloratione ex ejusd. *Epistola ad Petrum Illustrem,* ibid. pag. 75.

”) In graeco textu apud Harduinum, tom. III. coi. 1320. additur: *in illa profecto natura, qitae* etc., *tv ἐχείνη δηλαδή ἡ φνόι , ἡ, χ. τ. λ.*

”) In collect. Harduini, loc. cit.

derivatae dici vel intelligi, ad nos ista pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis, qui solent parvulis exquisita derivando nomina venditare. ™ Ceterum catholicam doctrinam quoad Christi operationes Honorium tenuisse evidenter ostendunt, quae scripsit Epist. II. ad eumdem Sergium: *Utrasque naturas,* inquit, *in uno Christo unitate naturali copulatas cum alterius communione operantes atque operatrices confiteri debemus, et divinam quidem, quae Dei sunt operantem; et humanam, quae carnis sunt exequentem, non divise, neque confuse, aut convertibiliter . . . sed naturarum differentias integras confitentes.* 31

485. Quod si nihilominus Honorii nomen inter haereticos monothelitas recensitum fuit, atque anathematis telo percussum a concilio constantinopolitano III. non ob dogmatis pravitatem id factum est, sed quia catholicam fidem *profana proditione,* ut loquitur Leo II. in *Epist. ad Constantinum Pogonatum* ejusdem concilii confirmatoria, *immaculatam maculari permisit*32; *qui,* ut rursum idem pontifex loquitur in *Epist. ad hispanos episcopos, flammam haeretici dogmatis, non ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligentia confovit.*33 Neque alio sensu concilium VI. eum ut haereticum damnavit; *utpote qui eos in his secutus est*34; *hujusmodi haereseos confirmator, qui etiam sui extitit oppugnator* 35; *horum* (monothelitarum) *haereseos in omnibus fautorem, concursorcm atque confirmatorem* se gessit36, ut legitur in actis ejusdem concilii; quatenus scilicet approbavit oeconomiam de silentio circa unam vel duplicem operationem a monothelismi fautoribus propositam ; quorum dolum et versutiam non advertens Honorius, ab iis se decipi passus est37 ; cum tamen pro munere huic haereticorum temperamento maxime obsistere debuisset, et Aiam omnem novae haeresi intereludere.38

30) Apud Harduin. loc. cit.

’*) Ibid. col. 1354.

3Î) Ibid. col. 1475.

’’) Apud Labb. lorn. VI. coi. 1247.

34) Actione XVIII. in coli. Harduini, loc. cil. coi. 1422.

31) Ibid, in *Edicto imperat· Constantini,* coi. 1447.

36) Ibid. col. 1455.

S7) Sed circa causas damnationis Honorii cf. Pagius in *Critica ad annales Baronii,* ad annum 633. ad n. 32 et seqq. ubi Honorium simul, ut par est, a monothelismo immunem apertissime ostendit non solum adversus haereticos protestantes, sed insuper adversus nonnullos catholicos, qui, nescio quo spiritu ducti, exultant, si quam labem in romanis pontificibus sibi deprehendere videntur.

38) Et haec perstrinxisse circa causam Honorii nobis salis sit, et quidem in hypolhesi, quod integrae sint epistolae Honorii, prout referuntur in actis concilii VI. et integra acta ejusdem concilii. Nemo enim ignorat, card. Baronium plurimum adlaborasse, tum ut ejusmodi documenta adulterata esse ostenderet, tum ut spurias evinceret epistolas Leonis 1L datas ad imperatorem Constantinum, ad episcopos Hispaniae et ad Ilervigium regem. Quam defensionis rationem denuo secutus est Joann. Bapt. Bartholus, episc. feltriensis, in cit. *Apologia pro Honorio,* saltem quod attinet ad epistolas Leonis II. et epistolas

DE COMMUNIONE IDIOMATUM ET ADORATIONE JESU CHRISTO DEBITA.

486. Expositis et vindicatis quae ad essentiam, ut ita dicam, mysterii dominicae Incarnationis spectant illudque constituunt, reliquum est, ut praecipua colligamus consectaria, quae ex eo profluunt. Talia porro sunt idiomatum seu proprietatum communio sive communicatio et adoratio Christo debita, quae exsurgunt ex unitate divinae personae et hypostatico duarum nexu. Ne tamen, quae expendenda suscipimus, simul collecta confusionem ingerant, ea in duos articulos dispertiemur, ut singillatim de propositis doctrinae capitibus agamus.

ARTICULUS I.

DE IDIOMATUM COMMUNIONE.

487. Quod a latinis *communio idiomatum* seu proprietatum appellari consuevit, a graecis passim *ἀντιδοβι* seu *mutua communicatio* aut etiam *permutatio* dicitur. Si rem vero spectes, communicatio idiomatum ea est, qua utraque natura et utriusque naturae proprietates sic enunciantur de Christo, ut, quae conveniunt homini, ea tribuantur Deo, et quae conveniunt Deo, de homine praedicentur.

Honorii, quas interpolatas esse contendit. Quoad epistolas Honorii, ipsis favet quod scribit s. Maximus Confessor in tomo dogmatico ad Maurinum, pag. 133. edit. cit. nempe: *Sanctissimum abbatem Joannem,* ei (Honorio) *ab epistolis adjutorem affirmantem, nullo modo in ea* (epistola) *per numerum unius prorsus voluntatis mentionem fecisse, licet hoc nunc ab eis confictum sit, qui epistolam graece reddiderunt.* Quod tamen quomodo cohaereat cum iis, quae ex cil. *Disput. cum Pyrrho* superius indicavi, non video. Haec enim ibi leguntur: *Is igitur* (abbas Joannes Honorii amanuensis) *cum ad sanctum Constantinum imperatorem, ex persona rursus sancti Joannis papae, de hac epistola scriberet, dixit: Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus et humanitatis, sed humanitatis dumtaxat. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent, respondit: Unam voluntatem diximus, Christum non duas contrarias voluntates habuisse, carnis scilicet et spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quae naturaliter ejus humanitatem insigniret.* Quod spectat ad Actorum concilii VL et epistolarum Leonis II. veritatem et integritatem, cf. quae egregie scripserunt Joann. Garnerius S. J. in op. *Liber diurnus Roman. Pontificum,* diss. 1. §. 6 et seqq.; Combefisius, *Dissert, apologetica pro actis sertae synodi;* Lupus, in dissert. *De sexta synodo* ad act. XVLLL; auctor anonymus *Historiae monothelitarum,* in scrutinio 6; Pagius in *Critice Jiaronii* ad annum 681- ad num. 31 et seqq. Quo vero sensu interdum nomen *haeretici* usurparetur, et applicatum fuerit Honorio, cf. Bolgeni S. J. in op. *Fatti dommatici* cap. 4- prop. 6. Verum de hoc argumento jam in Tract, *de Locis Theol.* part. L sect. 2. cap. 4. prop. 3.

Fundamentum ot causa proxima mutuae hujus idiomatum communicationis est hypostatica duarum naturarum unio; hac enim sublata, jam nullum locum habere posset. Tanti interest, diligenter explicare et retinere id, quod est communicatio idiomatum, cpianti custodire sinceram et rectam Incarnationis notionem.

488. Quoniam vero non modo haeresis nestoriana, quae dividebat in Christo personas, sed haeresis quoque eutychiana vitanda est, quae miscebat et confundebat naturas, magna propterca cautione opus est, ac providendum diligentissime, ne eas de Christo verborum formulas adhibeamus, quae in alterutrum errorem inducere valeant. Multiplices propterea regulas theologi subjiciunt, quas recenset Petavius.[1]

Princeps tamen et fundamentalis, ad quam ceterae reducuntur, et a qua ceterae pendent, haec est, ut quaecumque de naturis mutuo praedicantur, aut de Christo contraria proferuntur, ea ad suppositum seu personam referantur, non autem ad naturas seorsim sumptas; vel etiam, quod idem est, ut proprietates divinae et humanae de se mutuo enunciari tantum possit *concretis,* non autem *abstractis* vocabulis.

489. Nestorius priorem datae regulae partem negabat; et profitebatur, se non posse admittere Deum bimulum aut trimulum, nec b. Virginem posse deiparam nuncupari, ut suo loco -vidimus. Eutyches ex contrario principio nitebatur subruere alteram nostrae regulae partem. Utramque nos propterea defendere cogimur.

PROPOSITIO I.

Admittenda est in Christo idiomatum communicatio in concreto.

490. Haec propositio ad fidem catholicam spectat, quam perpetuo professa ecclesia est.

Hanc vero communionem seu communicationem idiomatum admittendam esse omnia illa **Scripturarum testimonia** evincunt, in quibus unus idemque Christus modo Deus et Filius Dei, modo homo et filius hominis nuncupatur. Rursum eam illa omnia loca ostendunt, in quibus Scripturae diversa plane ratione et varie de uno eodemque Christo loquuntur, ac nunc eum de coelo descendentem perhibent, nunc e muliere genitum; jam Deum anteriorem saeculis omnibus, ac rursus novissimis diebus hominem; modo Deum crucifixum, modo hominem in coelo conversantem; ut disputantes adversus Nestorium et Eutychem prolatis Scripturarum oraculis ostendimus. Unde in symbolo nicaeno-constantinopolitano idem Christus

[1]) Lib. IV. cap. 16. duodecim regulas enumerat, quas ex patribus graecis et latinis collegit.

dicitur a Patre natus ante omnia saecula, Deus de Deo; atque idem rursus dicitur propter nos homines incarnatus natus ex Alaria Virgine, passus, mortuus et sepultus.

491. **Patres** ex hac nominum permutatione ad convincendos haereticos valida identidem argumenta conficiunt; supervacaneum propterea censemus illorum singillatim verba proferre. Unus audiatur **Gregorius nyssenus,** qui ante exortam nestorianam haeresin floruit, sic Apollinarem perstringens: *Propter exactam assumptae carnis assumentisque divinitatis unitatem, mutuo nomina permutantur, ut quod humanum est divino, quod divinum est humano nuncupetur.*[1]

492. **Ratio** demum **theologica** desumitur ex ipso hujus idiomatum communionis fundamento. Cum enim duae naturae arctissimo nexu consociatae sint, et in ima eademque persona subsistant ejusque propriae sint, plane consequitur, posse pro diversitate naturarum diversa de una eademque persona enunciari, quae inter se contraria videntur.

DIFFICULTATES.

493. **Obj.** 1. Quamvis homines in una natura conveniant, falso quod imius est proprium, de altero enunciaretur; multo igitur minus in Christo, quae propria naturae divinae sunt, de humana, et vicissim quae propria sunt humanae naturae, praedicari possunt de divina, quae infinito intervallo inter se distant. 2. Sane magis conveniunt tres personae divinae inter se, quam humana et divina natura in Christo; attamen in Trinitatis mysterio una persona de altera praedicari non potest; nec enim dici potest e. gr. *Patrem esse Filium;* ergo 3. multo minus admitti id potest in mysterio Incarnationis. 4. Praeterea unio duarum naturarum in Christo comparatur unioni corporis et animae in homine, ut patet ex symbolo athanasiano; porro de homine dici nequit: *anima est corpus,* et e converso. 5. Neque omittendum, toti Trinitati singulisque personis convenire, quod de Deo praedicatur *absolute,* non autem *relative;* at nomen *homo* non est *relativum,* sed *absolutum;* si igitur quae hominis sunt, de Deo praedicantur in Incarnatione, sequitur de tota Trinitate personisque singulis illud praedicari posse. 6. Hinc si vera esset haec propositio: *Homo est Deus,* haec pariter vera foret: *Homo est Pater aeternus,* juxta syllogismum a Scoto ita institutum: *Homo est Deus; sed Deus est Pater, Filius et Spiritus Sanctus; ergo homo est Pater, Filius et Spiritus Sanctus;* quod absonum esse, nemo est

*) *Epist. ad Theophil.* episc. alexandr. *Hoi Διά την ακριβή ενότητα τή* re *προ - ληφθείδη Οαρχό , χαί τή προ λαβομένη θεόχητο) άντιμεθίθτανται τά ονόματα* ω τε καί τό ανθρώπινον τώ θειω, χαί τό θεΐον* rû *άνθρωτίνω κατονομάζϊϋθαι.* Opp. edit. Paris. 1615. tom. II. pag. 697. Reliqua patrum testimonia recole apud Petav. lib. IV. cap. 15.

qui non videat. 7. Demum falsitatis arguitur asserta propositio eo, quod ea, quae naturae humanae conveniunt, iis opponantur, quae divinae naturae propria suut. Siquidem ea, quae propria sunt humanae naturae, imperfecta sunt, finita ac limitibus circumscripta; contra vero perfectissima et infinita, quae sunt propria naturae divinae; misceri propterea deberet simulque conjungi finitum et infinitum, perfectum et imperfectum, quod repugnat; 8. praesertim curu *assumi* ita conveniat naturae humanae, ut nullatenus de divina praedicari possit. Ergo.

494. **Resp.** Ad 1. *D.* Seposita hypostatica unione, *C.* hac constituta, A. Quilibet enim homo in propria subsistit hypostasi.

495. Ad 2. *D.* Quae tamen distinguuntur secundum hypostasim, *C.* secus, *N.* In Christo autem una est persona utriusque naturae.

496. Ad 3. *D.* Ratione naturae humanae, *C.* personae, *N.*

497. Ad 4. *D. min.* In abstracto, *C.* in concreto, A.

498. Ad 5. A. *min.* Praedicatur enim nomen *homo* de Deo ratione unionis hypostaticae, ideoque relationem importat.

499. Ad 6. *D. maj.* Si Dei nomen assumeretur pro natura, C. si pro persona, A. Atque inde responsio patet ad Scoti subtilitatem.

500. Ad 7. *D.* Si praedicarentur secundum eamdem rationem, *C.* si secundum diversas rationes, duarum nempe naturarum, A.

501. Ad 8. *D. Ratione sui ipsius, C.* ratione *suppositi, N.* Consulatur s. Thom. part. III. qu. 26. art. 1 et seqq. Neque enim in his diutius nobis immorari fas est.

PROPOSITIO II.

Nullo modo admitti potest communicatio idiomatum in abstracto, nec tribui proinde Christi humanitati omnipotentia, ubiquitas, seu omnipraesentia.

502. Et haec propositio ad fidem catholicam pertinet, quam constanter professa est ecclesia. Longe aliter docuere hitherani ad adstruendam humanitatis Christi ubiquitatem, seu ut loqui malunt, *omnipraesentiam.* [1]

503. Ejusmodi enim lutheranorum commentum evertunt 1°. omnia illa **Scripturarum testimonia,** quae Christum exhibent ambulantem

') Etsi enim Luthcrus ejusque asseclae, eutychiana labe infecti, contendant, ob assumptam a divino Verbo in unitate personae humanam naturam huic divinas proprietates communicatas fuisse, praesertim vero *immensitatem,* qua Deus ubique est, *ubiquilatis* tamen et *ubiquistarum* vocabula iniquo animo ferunt, ct adversus ea reclamare solent. Excogitatum porro ab ipsis illud haereticum paradoxum est, ad tuendam realem corporis Christi praesentiam in Eucharistia, nec adverterunt, ut ostendit Bellarminus, *De Christo,* lib. III. cap. 13. ubiquitatem pugnare cum ipso sacramento Eucharistiae, ipsutnque evertere.

ac de loco in locum transeuntem, quae innumera sunt. 2°. Illa omnia, quao ita exhibent Christum in uno loco commorantem, ut negent eum alibi esse. Sic Joann. XI. 15. Christus, loquens de Lazaro, ait: *El gaudeo propter* tw, *ut credatis, quoniam non eram ibi, sed camus ad earn.* Martha quoquo ibid. v. 21: *Domine, si fuisses hie.* inquit, *frater meus non fuisset mortuus.* Tum angelus Marc. XVI. 6. ad mulieres parentandi causa venientes ait: *Surreril, non est hic: ecce locus ubi posuerunt eum.* 3°. Illa loca omnia, quae post resurrectionem gloria jam et immortalitate donatum certo loco contineri Christum referunt Sic Petrus Act. Ill. 21. de Christo ait: *Quem oportet quidem coelum suscipere, usque in tempora restitutionis omnium;* et angelus post ascensum Domini, Act. I. 11 : *Hic Jesus,* inquit, *qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum.*

504. Eidem commento adversantur pariter **fidei symbola,** quae declarant Unigenitum Dei Filium incarnatum esse, et in utero Virginis conceptum , indeque in lucem editum, descendisse ad inferos, in sepulcrum illatum, et indidem resurgentem in coelum ascendisse, illinc postea venturum ad judicium, quae quidem aliaque his similia satis aperte ostendimt Christum Dominum in humana natura definito aliquo spatio comprehensum.

505. Illud insuper respuunt **oecumenicae synodi,** cujusmodi sunt chalcedonensis, constantinopolitanae II. et III. quae statuunt, duas in Christo convenisse naturas inconfusas et impermixtas cum perfectione et differentia uniuscujusque propria; nec non generalis VII. seu nicaena II. quae proscribit iconoclastas, *incircumscriptam* asserentes in Christo humanam naturam.

506. Illud ipsum denique rejiciunt ecclesiae **patres** tum graeci tum latini, quorum testimonia longo agmine profert Petaviue. 2 Ne ea singillatim proferamus, quod hujus tractationis angustiae non patiuntur, sufficiat nobis **rationem theologicam** ab ipsis, nominarim vero a s. Athanasio adductam urgere.

507. Cum divina attributa unum sint cum divina essentia, non potest *formaliter,* ut ajunt, unum attributum sine alio, immo sine divina essentia communicari; ergo non potuit communicari humanae Christi naturae immensitas atque ubiquitas sive omnipraesentia, quin communicata ei fuerit aeternitas, immo ipsa divinitas; atqui hoc absurdum est et implicat. Ergo.3

') Lib. X. cap. 8 et 9.

3) Cf. Bellarmin. loc. cit.; Gregor. De Valentia, *De Incanuit,* quaest. 2. punct. 3. §. 1 el seqq.; Becan. *Manuale controvert.* lib. II. cap. 1. qui et originem detegunt hujus controversiae exortae inter lutheranos et sacramentarios, et innumeras prope subtilitates, quas lulherani wittembergenses invexerunt, ut se tum a catholicorum tum a sacramentariorum argumentis liberarent,

DIFFICULTATES.

508. I. **Obj.** Scriptura tria de Christo homine affirmat, quae ubiquistaruin thesim mirifice statuunt. Ac 1. quidem in ipso inhabitare *omnem plenitudinem divinitatis corporaliter,* Coloss. II. 9; quae cum iis congruunt, quae de se ipso asserit Christus, dicens Luc. X. 22: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo,* seu ut clarius apud Joann. XVI. 15. ait: *Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt;* quibus significat divinas proprietates humanae suae naturae communicatas fuisse, ideoque et ubiquitatem. 2. Affirmat praeterea Scriptura Christum hominem peculiaria attributa omniscientiae et omnipotentiae habuisse, ut liquet ex Epist. ad Coloss. II. 3: *In quo* (Christo) *sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi;* et sane ipse, ut dicitur Joann. II. 25. *noverat internas hominum cogitationes,* et *opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine;* siquidem, ut eum alloquitur Petrus, Joann. XXJ. 17: *Tu omnia nosti.* Quare de agno occiso ab origine mundi, seu de Christo secundum humanam naturam, Apoc. V. 12. dicitur: *Dignus est accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem;* id est, omnia attributa divinae naturae, ideoque et potestatem judiciariam, quae Deo soli competit, Joann. V. 27; tum mortuos vivificandi, ibid. v. 21. et remittendi peccata, Matth. IX. 6. Quidni igitur et omnipraesentiam communicaverit? Quamquam inductione opus non sit, cum et hanc ei Scriptura aperte et expresse tribuat, dum 3. de Christo affirmat, quod ubique praesens sit, ut Matth. XVIII. 20: *Ubi sunt duo vel tres congregati ---- ibi sum in medio eorum;* et ibid. XXVTLL 20: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Paulus vero, Ephes. L 22. dicit Christum datum esse *caput super omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur;* et clarius, ibid. IV. 10: *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia.* Quae omnia confirmantur ex ejus sessione ad dexteram Dei, quae ubique profecto est. * Ergo.

509. **Resp.** *Neg. antec.* Ad omnes vero probationes primae et secundae classis, *D.* In Christo, seu toto ejus supposito, *C.* in ejus humanitate formaliter sumpta, *N.* Et sic omnia allata Scripturarum testimonia accipi debent, quae manifeste de tota Christi persona loquuntur.

510. Ad prob. tertiae classis, *D.* Et adducta Scripturarum oracula

persequuntur, cosquc validissime confutant, ita ut postea illos ejusmodi doctrinae puduerit; quam ideo sensim dereliquerunt. Jam nemo lutheranorum est, qui hanc doctrinam tueatur. Supervacaneum propterea est modo velle pluribus ei insistere, ac omnes hujus controversiae sinuositates exponere; tempus enim inutiliter tereremus.

4) Ita Franc. Buddeus.

vel de adsistentia, spirituali protectione et auxilio disserunt, ut duo priores textus, *C.* de praesentia corporali, *N.*

511. Vel de Christo, prout est caput mysticum corporis mystici, quod est ecclesia, ut Ephes. I. 22, *C.* prout est caput reale realis corporis, *N.* Aut de potentia dominationis suae, ut Ephes. IV. 10, *C.* de corporali omnipraesentia, A'.

312. Ad confirmat, vero ex sessione Christi ad dexteram Patris, *D.* Batione suppositi, *C.* humanae naturae, A'. Addo de justorum animabus dici pariter. Sap. III. 1. quod *in manu Dei sunt;* eadem porro ratione subsumi posset: sed manus Dei est ubique, ergo et justorum animae; quod nemo certe contendet.

513. II. Obj. Sancti patres aperte docent, *Christum ubique esse,* inter ceteros s. Cyrillus alex. lib. XII. *In Joann,* cap. XXXII; quae patrum doctrina ipsi rationi congruit. 2. Christus enim est Verbum divinum; sed Verbum divinum est ubique; ergo et Christus ubique est. 3. Bursum: Deus omnipotens est ubique praesens: sed homo in Christo Deus factus est; igitur homo in Christo omnipotens et ubique praesens est. 4. Christi humanitas hypostatice est unita divinae naturae; ergo ubi est natura divina, ibi est natura humana; alioquin dici non posset imita toti naturae divinae, sed ejusdem parti; vel saltem alicubi esset divinitas, quae unita non esset humanae naturae; quae falsa sunt et absurda. Ergo.

514. Besp. Ad 1. A'. Sed contrarium potius ubique docent patres disputantes adversus apollinaristas, et eutychianos, qui inducebant confusionem naturarum5; dum itaque videntur Christo tribuere immensitatem, vel loquuntur de Christo ratione suppositi seu personae divinae, scilicet in concreto, vel loquuntur de ejus reali praesentia in Eucharistia, ut nominatim Cyrillus loc. cit. et tunc neque immensitatem proprie dictam, aut ubiquitatem, prout Deo competit, Christo tribuunt seu ejus corpori, sed eam praesentiam, quae communicata ei sit per divinam omnipotentiam et voluntatem, quae in replicatione corporis consistit. 6

515. Ad 2. *D. inaj.* Quatenus est persona vel suppositum, *C.* quatenus est humana natura, quo sensu in adducto paralogismo sumitur, *N.*

516. Ad 3. *D. min.* Homo in Christo Deus factus est, ratione hypostaticae unionis, *C.* formaliter, A.

517. Ad 4. *D. maj.* Sed inadaequate, *C.* adaequate, A'. Nempe

J) Cf. Petav. loc. cit.

·) Stulte propterea, qui haec effutiunt, duo permiscent, quae toto coelo inter se differunt, immensitatem, quae attributura est incommunicabile divinae naturae, cum corporis reduplicatione, quam possibilem esse suo loco philosophi et theologi ostendunt. Fieri enim potest, ut idem corpus in diversis locis divina virtute ponatur, quin tamen aut immensum aut ubique esse dicatur aut siL Cf. Petav. lib. X. cap. 10. §. 10 et seqq.

humana, natura conjuncta est hypostatice divini Verbi personae, prout fert finita et imperfecta ejusdem humanae naturae conditio; hinc ubicumque adest natura humana, ipsi incst natura divina, sed non vicissim. Fac, ut sol crystallinum discum perfecte pervadat; ubicumque est crystallinus discus, inest sol, non vero contra; idem dic de vento undique appensum velum pervadente. Atque ex his patet, ceteras sequelas, quas adversarii inferunt, sponte sua ruere; etenim supponunt hypostaticam unionem factam esse per quamdam localem coëxistentiam, quod stultum est asserere; per hypostaticam enim unionem regitur a Verbi persona humanitas, quae in ea et per eam subsistit. Hac porro divina subsistentia non obstante, humana Clu'isti natura in suo *esse,* ut ajunt, et perfectionibus et attributis sibi propriis manet, ut disputantes adversus eutychianos ostendimus. 7

ARTICULUS II.

DE CHRISTI ADORATIONE.

518. De Clu'isti adoratione, quae est alterum propositae doctrinae caput et unionis hypostaticae consectarium, perperam senserunt ex antiquioribus haereticis apollinaristae, eutychiani ac nestoriani, ex recentioribus Wicleffus et sociniani plerique. Apollinaristae enim et eutychiani docuerunt, unam quidem Christo adorationem tribuendam, at id asseruerunt ducti haeretico principio de confusione naturarum in Christo; nestoriani vero, etsi Christum ut hominem quoque latriae cultu adorandum esse autumarent, duas tamen adorationes, quarum altera seorsim Dei Verbo, altera seorsim homini exhiberetur, introduxerunt, ideo quia duas in Christo distinguebant personas. Wicleffus autem Christum hominem etiam a Verbo sejunctum eadem, qua Verbum, adoratione colendum esse affirmabat.1 Sociniani denique, qui negant Christi divinitatem, in duas factiones divisi sunt, scilicet in *adorantes* et in *non adorantes.* Primi putant cultu latriae Christum esse adorandum, eo quod tamquam legatus referat personam Dei, alii autem recusant Christo ejusmodi cultum.

519. Synodus pistoriensis, ut sibi viam sterneret ad impugnandum cultum sacratissimi Cordis Jesu, asserit: *Adorare directe humanitatem Christi, magis vero aliquam ejus partem, fore semper honorem divinum datum*

') Leviter hanc quaestionem attigimus, quae jamdiu obsolevit, ut diximus, apud ipsos protestantes.

') Hoc nempe adstruit Wicleffus in impossibili hypothesi, quod Christi humanitas a Verbi persona separaretur, prout refert Thom. Waldensis, Ord. Carm. in suo *Doctrinali antiquitatum fidei,* in prologo in primam partem, ubi recensens errores Wicleffi, inter ceteros et hunc ponit: *Humanitatem Christi, si per impossibile dimitteretur, adorarent verum saeculi Salvatorem.* Tom. I. pag. 13. Venet- 1571.

*creaturae.*2 Hinc invehitur in ipsum cultum et in cultores Cordis Jesu. Haec autem doctrina non ita pridem a schismatico episcopo janseniano revocata est, qui inter sectarios recenset illos Christi fideles, qui divino cultu Cor Jesu prosequuntur. 3

520. Ut germanam propterea ecclesiae doctrinam circa debitam Christo adorationem tueamur, duo praestabimus. Primo ostendemus adversus recensitos haereticos uno eodemque supremo latriae cultu cum Verbo divino humanam Christi naturam esse adorandam. Deinde adversus pistorienses ac jansenistas reliquos sedis apostolicae, quae cultum Cordis Jesu probavit, vindicias sumemus, ostendentes ejusmodi cultum omni superstitionis labe esse prorsus immunem.

PROPOSITIO I.

Cno eodemque supremo lalriae cultu humana Christi natura adoranda est cum Verbo divino, cum quo est hypostatice conjuncta.

521. Propositio haec est de fide; contradictoria enim propositio proscripta est in concilio generali V. canone IX. his verbis concepto, juxta versionem lateranensis synodi: *quis adorari in duabus naturis dicit Christum, ex quo duas adorationes introducunt, semotim Deo Verbo et semotim homini: aut si quis ad peremptionem carnis, aut ad confusionem deitatis et humanitatis, unam naturam sive essentiam convenientium portentose dicens, sic adorat Christum, sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum ejus came adorat, juxta quod sanctae Dei ecclesiae ab initio traditum est·, talis anathema sit.*1

2) Qnac esi prop. LXI. et in Conslil. *Auctorem fidei* hac censura perstringitur: *Quatenus per hoc verbum directe intendat reprobare adorationis cultum . quem fideles dirigunt ad humanitatem Christi, perinde ac si talis adoratio, qua humanitas ipsaque caro vivifica Christi adoratur, non quidem propter se, et tamquam nuda caro, sed prout unita divinitati, foret honor divinus impertitus creaturae, et non potius una eademque adoratio, qua Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adoratur* (ex concilio V. generali, can. IX.), *falsa, captiosa, ac debito cultui humanitatis Christi a fidelibus praestito ac praestando detrahens, et injuriosa. . .*

3) Grégoire, ancien évêque de Blois, *Histoire des sectes religieuses,* liv. III. chap. 20. *Cordicoles, ou Histoire critique des dénotions nouvelles au sacré coeur de Jésus et au coeur de Marie,* Paris 1828. In quo capite, ut in pluribus aliis, certare inter se videntur falsitates, calumniae, mendacia, quae auctor, licet centies protrita, ac si primum a se proferantur, in medium adducit denuo.

*) Cf. *Acta Cone.* Hard. tom. III. col. 198. tum concil. lateran. sub Martino I. act. seu secretario 4. ibid, in *Collect.* Hard, coll. 839. Quibus addi possent epistola synodica concilii alex, ad Nestorium a Cyrillo data, et concilium chalcedonense,

522. Priusquam vero hujus veritatis argumenta proferantur, nonnulla, quae lucem affundant, praemittenda sunt ad omnem ambiguitatem tollendam.

523. Ac 1. quidem animadvertendum est, aliud esse *objectum* cultus nostri in materia, de qua est sermo, tdiud *motivum,* Objectum est ipsa caro, seu potius humanitas Christi, prout subsistit in Verbo, seu *in concreto,* quae adoratur directe, immediate et in se2; motivum est unio hypostatica, qua factum est, ut caro illa sit *propria Verbi* seu *caro Dei,* ut patres loquuntur.3 Hinc, etsi caro Christi adoretur *in se,* non adoratur tamen *propter se,* quod proprium est solius divinitatis, quae est simul objectum et motivum supremi latriae cultus, ac propterea adoratur *in se* et *propter se.*

524. П. Cum igitur fundamentum seu motivum istius supremi cultus, quo Christi humanitatem prosequimur, sit unio hypostatica, plane consequitur, adorationem ejusmodi non terminari aut sistere in ipsa Christi humanitate, sed in Verbo, quod ei factum est subsistentia, ut loquitur s. Joann, damascenus. 4

525. HI. Demum notandum est, perinde esse adorare Christi humanitatem seu carnem ac adorare Christum ipsum, qui Deus homo est; neque unquam adorari posse ejusmodi cultu humanitatem Christi in abstracto, sed semper coli debere in concreto, seu totum et integrum Christum, qui profecto in partes discerpi nequit. 5

2) Permisceri nequeunt perinde ac synonyma essent adverbia *directe, separation, primario;* etenim tum ex lexicis tum ex communi loquendi usu constat, has voces aliud omnino, non vero idem significare. Hinc fieri potest, ut adoratio *directe* tribuatur humanitati Christi, etsi ei non tribuatur *separatim* et *primario,* neque in ea terminetur. Qui propterea generalim et universe statuit, humanitatem Christi non posse *directe* adorari adoratione lalriae, hoc ipso generalim et universe excludit omnem modum, quo talis adoratio dirigi potest ad humanitatem Christi, etiam cum ad eam dirigitur non propter se, nec separatim a divinitate, sed ita ul non in ea terminetur, sed in Verbo in quo humanitas Christi subsistit. Sublata proinde quacumque *directa* adoratione lalriae erga humanitatem Christi, hoc ipso tollitur omnis eidem exhibenda adoratio lalriae; cum intelligi nequeat exhiberi posse cultum, quin illud objectum respiciat, cui tribuitur. Merito propterea ut erronea notata fuit propositio synodi pistoriensis. Cf. Gerdii, *Animad». in notas Feller,* §. li. not. i, opp. Gerdil. edit. rom. tom. XIV.

3) Cf. apud eumdem, §. 1.

«) *De fide orthod.* lib. III. cap. 8. Ejus verba inferius dabimus.

ó) Ex his patet immerito Feller (qui tamen aliunde optime de Christiana et catholica fide meritus est tot praeclaris operibus, quibus eam egregie defendit et illustravit) in notulis, quas apposuit Constitutioni *Auctorem fidei,* inter cetera scripsisse: ..Unde merito, si accuratio theologica spectetur, culpatur illa separatio in oratione: Sacrosanctae et individuae Trinitati, crucifixi D. N. J. C. humanitati etc.- Hoc enim ipso quod vocatur *humanitas Christi,* evidens est spectari Christi humanitatem in Verbo subsistentem et in concreto, nec ullam induci divisionem ac separationem ; alioquin pari jure culpanda esset oratio, quam ecclesia in sacrae liturgiae secrelis per annum recitare consuevit: *Unigeniti tui, Domine, nubis succurrat humanitas;* culpanda item invocatio cum lalriae cultu conjuncta, quae fit a sacerdote sacram

Ô26. His ita positis, ut coeptum insistamus iter, sic veritatem thesis nostrae adstruimus tum ex sacris litteris, tum ex perpetua et constanti patrum traditione et ecclesiae sensu, tum denique ex ratione ipsa theologica.

527. **Scripturae** passim supremo latriac cultu Christum, nempe Deum hominem, adoratum atque adorandum exhibent. Sane apostolus Hebr. I. 6. scribit: *El cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae., dicit: et adorent eum omnes angeli Dei;* et rursum, Epist. ad Philipp. II. 10: *In nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum.* Quapropter magi, divino impellente Spiritu, Christum Jesum *procidentes adoraverunt* 6; et caecus natus, interrogatus a Christo: *Tu credis in Filium Dei?* respondit: *Credo, Domine, et procidens adoravit eum,* Joann. IX. 38. Hanc eamdem adorationem exhibent apostoli eidem Christo a mortuis excitato: ΓιJenta *eum adoraverunt,* Matth. XXVUI. 17. In his porro similibusque testimoniis agi de adoratione latriae delata toti Christo nempe homini Deo, constat tum ex verbis ipsis, tum ex toto contextu, atque ex sensu ecclesiae ac totius antiquitatis. 7

hostiam sive sumente, sive porrigente: *Corpus D. N. J. C. custodiat animam meam* vel *tuam, in vitavi aeternam.* Quis enim unquam dixerit, in ejusmodi invocationibus injici suspicionem aut periculum separationis? Ceterum distincta mentio, quae in objecta oratione fit Trinitatis et humanitatis Christi crucifixi, eo spectat, ut distincte recolantur, ac velul in recitantium officium mente defixa teneantur duo praecipua fidei nostrae distincta mysteria, sacrosanctae nimirum Trinitatis et Incarnationis Christi Domini, beataeque passionis, quam ipse pro generis humani salute in sua humanitate sustinuit Cf. Gerdii, loc. cit

Nonnulli abjudicarunt cl. Fellero has notulas appositas Constitutioni *Auctorem fidei,* sed ab altera manu adjectas esse consuerunt. Ast perperam; siquidem ego in manibus meis habeo Ms. autographum ejusdem auctoris, quo respondere adnisus est *anonymo Halo,* ejus impugnalori, quem ignorabat esse card. Gerdilium; postea vero certior factus, quod hic impugnator fuerit praefatus Cardinalis, ineditum reliquit, ac in manus meas incidit hoc manuscriplum.

Ast longe pejus a veritate discessere jansenistae, qui praefatam orationem, quam plures a s. Bonaventura confectam tradunt, quamque Leo X. et Urbanus VUL commendarunt et indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus ditarunt, quam denique universa usurpat ecclesia, velut ineptam et erroribus scatentem traducere non dubitarunt, ut D. Pannalini episcopus clusensis et pientinus, qui eam vocavit *Formola di prepare indigesta,* et extensor demum kalendarii ejusdem dioecesis, qui scribere non erubuit: *Pluribus scatet erroribus;* ast apposite cl. auctor *Dictionarii ricciani et anti-ricciani* canonicus Guasco, de ejusmodi kalendariographo scribit: *Multa ipse scatet ignorantia.* Cf. *Diet. Rice-* art. 115. ac supplementum *Al giorn. eccles. di Roma,* 1789. quint. IV. pag. 233 et seq.

6) Matth. II. 11: *Πεβόντε προ εκννηΟαν αντιά.* Religiosam ac lalreuticam fuisse hanc magorum adorationem, secus ac cum Richardo Simonio nonnulli audaciores critici autumant, omnia hujus facti adjuncta suadent. Quare cum Richardus in multorum incidisset reprehensionem ob illam sententiam, quam in versione gallica N. T. emiserat, eam postea emollivit in sua *Historia critica N. T.* Notandum porro est vocem perinde valere ac *cadentes, prostrati* etc. Cf. Lib. Fassonii, *Diss. de cultu Jesu Christo a Magis exhibito,* adv. Richard. Simonium et Sam. Basnagium, in *Thes. theol.* Zachariae, tom. IX. pag. 739.

T) Cf. Maldonatus, *Comment, in IV Evang.* ad cit. loc.

528. Hinc **patres** perpetuo insectati sunt eos, qui vel ejusmodi cultum Christo denegabant, ut plures ariani, vel qui Christi humanitatis adorationem inficiabantur, ut apollinaristae, qui catholicos convicii causa vocabant *ἀϊ'&ρωπολάτρα* scu *hominicolat* [s]et unanimiter docuerunt Christi carnem Verbo conjunctam supremo latriae cultu esse adorandam: ita Athanasius Epiphanias, Gregorius, nazianzenns atque nyssenus, Ambrosius, Augustinus, Joannes damascenus, aliique apud Petavium.[9] Ne longiores simus, quam par est, nos unius Augustini verba proferemus ex patribus latinis, et Joann, damasceni ex patribus graecis. Sic igitur loquitur S. **Augustinus**, enarrans verba Ps. XCVHI: *Adorate scabellum pedum ejus: Fluctuans converto me ad Christum quia ipsum quaero hic; et invenio, quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum ejus. Suscepit enim de terra terram; quia caro de terra est, et de came Mariae carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulavit, et ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit{jnemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit^ inventum est, quemadmodum adoretur tale scabellum Domini, et non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.* [10] S. autem **Joann, damascenus** rationem praeterea theologicam includit, scribens: *Neque enim adorandam esse carnem ejus negamus; quippe quae adoratur in una Verbi persona, quae quidem ipsi persona et hypostasis facta est. Qua in re non creaturae servimus: non enim illam ceu nudam carnem adoramus, sed velut divinitati unitam, et quia duae ipsius naturae ad*

s) Nempe apollinaristae unica Christum adoratione venerandum esse docuerunt; sed aliter ac catholica fides habet, communem cum ea sententiam interpretati sunt. Cum enim unionem duarum naturarum inficiarentur haeretici illi, docebant Christum non esse hominem perfectum ac nostri similem; sed solam carnem a Verbo esse susceptam, eamque e coelo delapsam, ct Patri *ὁμοούσιον,* hoc est, *ejusdem substantiae* cum Deo statuerunt, ut latissime tradidit s. Athanasius in lib. *De incarnatione,* qui illos propterea arguebat, quod Incarnationem revera e medio tollerent, hoc est, humanae carnis assumptionem, nec aliud praeterquam solam carnis speciem ac larvam admitterent, quemadmodum marcionitae et manichaei. Hac propterea perversa imbuti sententia unicam Christo docebant adorationem esse tribuendam.

Ceterum haec animadversio confert tum ad intelligcnliam canonis IX. quem attulimus, cone. V. generalis, tum ad inlelligentiam nonnullorum patrum testimoniorum, qui praefatos haereticos impugnarunt. Catholici autem et ipsi docent, unica adoratione in utraque natura Christum esse prosequendum, sed ob unitatem personae.

9) Lib. XV. cap. 3. §. 7 et seqq.

*°) *Enarr. in Psal. XCVHI.* n. 9. edit, maur. tom. IV. Adnotant vero maurini editores opp. s. Ambrosii, in nola ad n. 79. libri III. *De Spiritu Sancto,* s. Augustinum fidelissimum s. Ambrosii discipulum, cum exponeret superius citatum ab Ambrosio Psalmi XCVHI. versum: *Adorate scabellum pedum ejus,* ut eum sacramento altaris accommodaret, non solum ambrosianas sententias, sed et verba ipsa mutuatura esse. Cf. s. Ainbros. loc. cit. tom. II. opp. pag. 681. cum nota apposita. Ineluctabile enim in utriusque s. patris verbis argumentum habetur, quod obiter dico, pristinae fidei circa realem Christi praesentiam in Eucharistia, ac supremum latriae cultum eidem exhibendum.

*unam Dei Verbi personam reducuntur unamque subsistentiam. Carbonem tangere ob ignem cum ligno conjunctum verevr. Ambas Christi naturas ob unitam cami divinitatem adoroy*l

529. Ex his patet, hujus veritatis **rationem théologie** atn esse i hypostaticam unionem Verbi eum humanitate. Cultus enim et adoratio toti rei subsistenti tribuitur, atque ad personam proprie refertur; atqui natura divina et humana, simul conjunctae in unitate personae divini Verbi, totum ac imum Christum constituunt. Igitur natura ipsa humana uno eodemque supremo latriae cultu cuni Verbo divino est adoranda, non quidem propter se, ut superius adnotavimus, sed propter Verbum.

530. Et haec quoad fidei dogma. Disceptari solet insuper a scholasticis, num praeter illum latriae cultum, quo Christi humanitatem, prout Verbo conjuncta est, adoramus, possit deferri cultus latriae inferior, quem vocamus *hgperduliae* huic ipsi humanitati, quatenus mentis praecisione distincta apprehenditur a divinitate. Et alii in aliam atque aliam sententiam abierunt, aut affirmando scilicet aut negando. 12

Nobis vero supervacanea haec quaestio videtur, immo et periculi plena. Ceteris enim omissis, cum ex superius dictis constet, totam rationem existentiae hujus humanitatis esse subsistentiam Verbi, sine qua humanitas Christi in concreto nec est nec concipi potest, velle eam mentis praecisione separare, ad ei cultum tribuendum distinctum inferioris ordinis, perinde esse videtur ac ipsam destruere ad eam honorandam. Demum, ut verbis utar Thomassinii, quid attinet novos excogitare et congerere illi carni honores? An ei abunde non sufficiunt divini? An ei non sufficiunt, qui Deo sufficiunt? An illi parum est, quod Deo satis est?13

n) De fide orthodoxa, lib. HL cap. 8: *Ονκ άπρο κύνητον την βάρκα λεγοντε ' ττρο κννεΐται γάρ èν rrj μια τού λόγον ν.το-Οταΰει, ητι αντή ν.τόβταδι γεγονεν ' ον γάρ ώ ψιλήν βάρκα προ κννούμεν, άλλ' ω ήνωμένην θεότητι, καί ει εν χρό ωπον καί μίαν ύπόΰταβιν τον θεού λόγου, τών δύο αυτού αναγόμενων φνΟεων" δεδοικα τον άνθρακα άψαβθαι δια τό τώ ζνλω Οννημμένον πύρ' προ κυνώ τού ΧριΟτού το Ουναμφότερον, διά τήν τη Οαρκι ηνωμένην θεότητα.* Edit. Le Quien, cujus eruditi editoris cf. nota ad hunc loc. opp. tom. I. pag. 216.

*2) Diversas ac discrepantes scholasticorum sententias recenset Vasquez *in 111. part. s. Thomae,* disp. XCVL cap. 1 et seqq. Ipse vero sententiam negantem fuse tamquam unice veram tuetur, utpote consentaneam doctrinae patrum et conciliorum; affirmantem autem sententiam omni argumentorum genere confutat, ostenditque perperam in subsidium hujus doctrinae adduci auctoritatem s. Thomae, praesertim a Cajctano, Suarezio, aliisque ejusdem sententiae patronis. Non aliud enim docet s. Thomas part. III. qu. 25. art. 1 et 2. quam adorationem Christo delatam duplici titulo ipsi deferri, tum ratione gratiae habitualis et donorum, tum ratione deitatis praecipue; quia ulrumque apprehendimus, et ratione ulriusque adoratione dignus est; non autem quod una adoratio possit ab alia separari, aut uni seorsum naturae unam adorationem, seorsum alteri aliam exhiberi. Cf. Vasquez, loc. cit. cap. 5. n. 34.

*3) *De Incarn.* lib. XI. cap. 3. §. 13. ubi tredecim argumenta urget ad excludendam duplicem ejusmodi adorationem, quae gravissima profecto videntur.

DIFFICULTATES,

531. **Obj.** 1. Non adoratur supremo latriae cultu nisi Deus. Jam vero caro Christi non est Deus. 2. Hinc s. Augustinus: *Honoratur,* inquit, *homo Christus, sed non sicut Pater J)eus. Quare? Quia secundum hoc dixit:* ***Pater major me est.***14 3. Et s. Cyrillus, anathematismo VIH. conua Nestorium, asserit, *nefas esse hominem assumptum coadorare cum Deo Verbo.* 4. Nec prodest unio substantialis humanitatis cum Verbo; siquidem ex ea non exurgeret nisi adoratio relativa, non autem absoluta, qualis ad latriae cultum requiritur; 5. aut saltem dicendum cum Durando, humanitatem Christi adorandam tantum esse *per accidens,* quod tamen theologi unanimi consensu improbant. Ergo.

532. **Resp.** Ad 1. *D.* Ratione sui et propter se, *C.* ratione hypostaticae unionis et propter Verbum, prout exposuimus, *N.*

533. Ad 2. *D.* Spectata humanitate in se ipsa, *C.* subsistente in Verbo, A. Ibi enim s. Doctor loquitur de humanitate Christi abstracte spectata non autem in concreto, prout in Verbo subsistit, de qua nos disserimus, cui s. pater tum in hoc ipso tractatu 15, tum loco in probationibus adducto, luculenter divinos vindicat honores.

534. Ad 3. *D.* In sensu Nestorii dividentis personas, *C.* in sensu catholico, A. Una enim adoratio Christi, ut jam animadvertimus, et ab Apollinari et a Nestorio, et ab ecclesia catholica verbis iisdem, sensu longe dissimili praedicatur. Unitas enim adorationis ab Apollinari propugnabatur, ut naturas confunderet, a Nestorio, ut personas divideret, ab ecclesia, ut geminas inconfusasque naturas in una persona profiteatur·. Quare Nestorius dicere solebat, referente eodem s. Cyrillo, *propter gestantem gestatum veneror; propter latentem adoro spectabilem.*16 Cui quidem impietati opponit Cyrillus anathematismum VIU. qui ita integer se habet: *Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari cum Deo Verbo oportere, et conmincupari Deum, tamquam alterum cum altero; adjectio enim cvv* (cum) *syllabae hoc cogit intelligi; et non magis wia reverentia veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod Verbum caro factum est; anathema sit.*17

”) *Traci.* XXIII. *in Joann,* n. 13. edit, maur.

”) Tract, cit. n. 6.

ie) Ad». *Nestor,* lib. II. opp. tom. VL pag. 56 : z/zcc *τόν φοροΰντα, φηϋί, τόν φορονμενον Οεβω' δια τον κεκρυμμένον, ,τρο - χυνέω τόν φαινόμενον.*

π) Ex versione Dionysii Exigui apud Harduin. tom. I. .4t7. *Concit, eoi.* 1194: *Eï τι τολμήαει λέγειν, τόν άναληφ3έντα άνθρωπον ΰυμπρο κυνείϋθαι δείν τω θεω λόγω y καί ύυνδοζάζεο 9αι 3 καί Ονγχρηματίζειν θεόν ώ έτερον εν ίτερω* το γάρ ύυν άεί προ τιθεμενον, τούτο νοείν αναγκάζει, καί ούχί δή μάλλον μιά προ κυνήϋει τιμά τόν Εμμανουήλ, καί μίαν αύτω τήν δοξολογίαν άναπίμπει, καθο γέγονε Οαρξ*

535. Ad 4. *Neg. conseq.* Etenim per unionem hypostaticam facta est illa caro caro Dei, Deumque propterea cum carne sua adoramus.

536. Ad 5. P. Per accidens, id est, non propter se et ex consequenti, C. per accidentalem unionem, quam Nestoriua invexit, *N.* Nec alius est sensus Durandi, qui solum contendit, humanitatem illam non esse adorandam propter se, sed propter Verbum, cui copulata est. 18

PEOPOSITIO Π.

Cultus sacratissimi Cordis Jesu, prout ab apostolica sede probatus est, atque in ecclesia catholica frequentari consuevit, pius est, et ab omni superstitionis labe immunis.

537. Propositio haec est *certa,* ut patet tum ex censura lata a Pio VI. in Constitui. *Auctorem fidei,* ad propos. LXII. synodi pistoriensis, his verbis conceptam: *Doctrina, quae devotionem erga sacratissimum Cor Jesu rejicit inter devotiones, quas notat* (synodus) *velut novas, erroneas, aut saltem periculosas, intellecta de hac devotione, qualis est ab apostolica sede probata, falsa, temeraria, perniciosa, piarum aurium oflensiva. in apostolicam sedem injuriosa.* Tum ex censura, qua perstringitur propositio LX1II: *Item in eo quod cultores Cordis Jesu hoc etiam nomine arguit* (synodus), *quod non advertant, sanctissimam carnem Christi, aut ejus partem aliquam, aut etiam humanitatem totam cum separatione aut praecisione a divinitate adorari non posse cultu latriac. Quasi fideles Cor Jesu adorarent cum separatione vel praecisione a Divinitate, dum illud adorant ut est Cor Jesu, Cor nempe personae Verbi, cui inseparabiliter unitum est, ad cum modum, quo exsangue Corpus Christi in triduo mortis sine separatione aut praecisione a divinitate adorabile fuit in sepulcro; captiosa, in fideles Cordis Christi cultores injuriosa.* *

538. Ex his vero censuris deprehendimus, 1°. objectum cultus, de quo disserimus, esse *ipsum Cor Jesu,* id est, cor personae Verbi incarnati; 2°. cultum, qui specialiter Cordi Jesu defertur, esse supremum, seu latriae, quo nempe personam Verbi incarnati adoramus, a qua nullatenus cor separatur aut separari potest; 3°. cultum istum, qualis ab apostolica sede probatus est, ab omni prorsus esse superstitione immimem.

539. Cum ejusmodi *objecto* confundi aut permisceri nequit *motivum* ejusdem cultus. Quod quidem motivum multiplex est: ac 1°. quidem quia istud sanctissimum Cor exhibitum est a Christo ipso tamquam piarum

ὁ *λόγο ' ἀνά&ιμα tora.* Hinc Cyrillus, lib. citato contra eundem Nestorium, ipsum arguit idololatriae, eo quod non admissa hypostatica ac substantiali unione Christi tamen carnem dixerit eodem cultu esse adorandam ac ejus divinitatem.

,s) Cf. de hoc ipso argumento s. Thom. loc. cit.

suarum affectionum sedes, quas nos ab ipso mutuari vult, dicens: *Discite a me, quia mitis sum ct humilis carde,* Matth. XJ. 29; 2°. quia cor cx communi hominum sensu et recepto ac universali loquendi usu, a Scriptura ipsa consecrato, est symbolum amoris, ac propterea Cor Jesu symbolum immensae illius caritatis et amoris, quo tot ac tanta Christus pro nobis fecit ac perpessus est ad nos redimendos, ac potissimum quo pro nobis instituit es. sacramentum Corporis et Sanguinis sui, quo pascimur ac potamur; 3°. quia per hoc sanctissimi Cordis symbolum vehementer fideles incalescunt, tum ad recolendam Christi morientis passionem, tum ad rependendum eidem Christo amorem et grati animi sensum pro tot beneficiis, quibus ab eo affecti et cumulati sunt. Atque haec sunt, quae substantiam, ut ita dicam, ac spiritum seu animam ejusmodi devotionis seu cultus constituunt, prout toties romani pontifices declararunt.

540. Numquam propterea in hoc cultu objectum a motivo separari aut dispesci debet, ut plenus ille habeatur. Exurgit enim hic cultus ex utroque objecto, *materiali,* ut vocant, et *formali* simul sumptis, seu colitur Cor Jesu *in se* ac prout est *amoris symbolum.* Cor enim verum et reale seu physicum est subjectum hujus symboli, quod quidem symbolum sine ipso vero corde concipi nequit. Objectum autem formale seu motivum rationem suppeditat, quare cor potius quam aliud corporis Christi membrum a fidelibus colatur et adoretur, seu cur fideles dirigant speciali modo cultum suum ad cor, quatenus in ejusdem Christi corpore reperitur, seu in *totalitate* cum ceteris partibus coëxistit et in persona Verbi subsistit

541. Quibus ad tollendam omnem aequivocationem et praeoccupandas difficultates enucleatis, reliquum est, ut veritatem enunciatae propositionis vindicemus. Ad hoc porro conficiendum tria ostendamus oportet: *primo* Cor Jesu in se, prout corporea pars est carnis Christi (quod ab apostolica sede probatum vidimus ex censura propositionis LXIII. synodi pistoriensis, constituere objectum materiale hujus cultus), esse supremo latriae cultu adorandum; *deinde* objectum formale seu motivum ejusdem cultus certum suppeditare fundamentum, quo speciali ratione dirigatur adoratio ad Cor Jesu, prout symbolum est ejus in nos immensae caritatis; tertio demum hunc specialem cultum, qui Cordi Jesu defertur, tum ratione sui tum ratione symboli pium esse atque ab omni prorsus superstitionis labe immunem. Quae quidem singillatim breviter ac perspicue ostendemus.

542. **Primum** facile evincitur: De fide enim est, ut ex demonstratis constat, unionem hypostaticam immediate cum tota Christi humanitate, ac singulis ejusdem humanitatis partibus factam esse; immo hypostaticam unionem Verbi cum humanitate esse rationem formalem, qua humanitas ipsa ac singulae ejus partes subsistant ac existant in rerum natura, seu in concreto. Ergo tum humanitas tum singulae ejusdem humanitatis partes

colendae sunt cultu latriae ob divini Verbi personam, cujus propriae factae sunt. Sane triduo mortis Christi tam ejus anima, quam ejus corpus et sanguis. etsi ab invicem separata essent, colenda erant cultu latriae ob unionem, quae semper extitit iis cum ipsa divina persona, in qua subsistebant, Hoc adeo evidens est ex fidei principiis, ut vel ipsi acerrimi impugnatores devotionis Cordis Jesu id fateri ultro debuerint[1]; atque ante ipsos hanc catholicam veritatem enunciaverat praestantissimus theologus Sylvius, dum affirmavit, *carnem et animam Christi et membra corporis ejus adoranda esse adoratione latriae.*[2] Ergo.

543. **Alterum** eadem facilitate adstruitur; etenim illud suppeditare fundamentum specialis cultus erga aliquam determinatam partem cujusdam objecti censendum est, quod ita hanc partem a reliquis distinguit, ut pro ea talia militent rationum momenta, quae non aeque pro reliquis valent, neque iis communia sunt. Sane hoc principio ducta ecclesia probavit cultum *Quinque plagarum* Redemptoris solemni Officio ac Missa peculiari, in cujus Oratione, Communione et Postcommunione sic orat sacerdos: *Ut qui vulnera D. N. J. C. hodie devote colimus.* Nil aliud autem est vulnus lateris, ut in eo haereamus, quod propius cor attingit, nisi latus ipsum vulneratum; et ideo hunc cultum probavit ecclesia, quia etsi includantur hae partes vulneratae in objecto, quod est corpus Jesu, specialem tamen habent mysticam significationem, et militant pro iis specialia rationum momenta seu motiva, quae non aeque in reliquis inveniuntur. Tale porro esse motivum, quo speciali ratione Cor Jesu prae reliquis corporis ipsius membris determinate sit colendum, patet tum ex eo, quod Christus ipse, ut vidimus, cor suum velut piarum suarum affectionum sedem exhibuerit, tum praeterea ex eo, quod cor aptissimum symbolum sit immensae illius caritatis, qua Christus dilexit nos, et seipsum tradidit pro nobis; quae quidem caritas a fidelibus sub hoc symbolo speciali ratione recolitur. Ad hanc porro memoriam excitandam potissimum intenderunt summi pontifices in hujus cultus approbatione, prout probarunt festum *Quinque plagarum* aliaque festa, quae ad specialem quamdam Christi corporis partem referuntur, ob mysticam illam significationem, quam prae se ferunt, quaeque peculiarem exhibent in speciali eo cultu defixam recordationem mysterii cujuspiam, insignisve cujuspiam redemptionis beneficii.

544. **Postremum** ex iis, quae nobis probanda proposuimus, scilicet ejusmodi cultum pium esse atque ab omni superstitione immunem, non est nisi corollarium, quod necessario consequitur ex praemissis. Nam si Cor

*) Sic enim Blasius, in opusculo quod inscripsit: *De festo Cordis Jesu, dissertatio commonitoria,* anno 1781. cap. 12: *Cor Jesu,* inquit, *proprie et per se sumplum oh hypostaticam unionem capax est adorationis latriae.*

[1]) *In III. part.* qu. 6- apud Gerdii, op. cit. paç. 340.

Jesu, nempe Cor personae Verbi incarnati, adorari debet cultu latriae; si ob mysticam significationem sedis amoris et caritatis, cujus cor symbolum est, licet in ipsum determinate specialem cultum dirigere, prout determinate in quamdam corporis partem dirigitur in cultu *Quinque vulnerum,* omnino sequitur, cultum sacratissimi Cordis Jesu, qualis ab apostolica sede probatus est et in ecclesia receptus, pium esse atque ab omni superstitione immunem.

545. Notandum denique est cum cl. Gerdilio, cum singularis pars, in quam adoratio dirigitur, non adoretur nisi propter unionem hypostaticam cum persona Verbi, profecto intelligi in adoratione, quae huic parti exhibetur, adorari ipsam Verbi personam, atque adeo Christum totum, cujus persona alia non est nisi persona Verbi. Quo fit, ut, cum Christus totus in ea sui corporis parte adoratur, nullo pacto ab ejus partis adoratione amota et exclusa intelligi debeat humanitatis totius adoratio. Et revera nemo unquam reperietur pius Cordis Jesu cultor, qui, dum Cor Jesu adorat, utpote est Cor Jesu, in eo adorationis cultu non intendat, personam ipsam Christi, atque adeo divinitatem ejus totamque sacrosanctam humanitatem comprehendere. Ob speciale tamen motivum, ut saepius diximus, quod militat pro Corde Jesu, tum ratione sui tum ratione symboli, determinate dirigitur cultus ad ipsum cor, etsi reliquae partes, quae toti insunt, non excludantur. Hinc patet mdlam oriri posse suspicionem aut divisionis aut exclusionis in ejusmodi cultu prout sibi adversarii fingunt. 3

546. Quibus si accedat, fieri non posse, ut quispiam vere catholicus superstitionis damnet cultum in universa ecclesia receptum et innumeris prope spiritualibus privilegiis et indulgentiis auctum et cumulatum a summis pontificibus, ab iisque summopere commendatum, cujusmodi esse constat cultum Cordis Jesu, aperte colligitur et plane patet propositum nostrum ac veritas assertae propositionis. 4

DIFFICULTATES.

547. I. Obj. 1. Cultus Cordis Jesu, prout a s. sede probatus est, non habet pro objecto nisi solam Christi caritatem sub sensibili cordis sym- itl

3) Cf. Gerdii, op. cil. pag. 348. ubi genuinum sensum aperuit verborum Pii VI. quibus nonnulli prave usi sunt, quae continentur in Rescripto dato ad pistoriensem episcopum Ricci.

4) Cf. Gerdii, op. cil. pag. 372 et seqq. Cf. etiam Faure, *Saggi tcologici per formare un errata-corrige,* Saggio II. Lugano 1773; nec non Emm. Marques, *Defensio SS. Cordis Jesu,* Venet. 1781; Joann. Fel. Henr. Fumei, in op. cui titulus: *It cullo delC amor dirino, ossia la divozione al ss. Cuore di Gesù trad, dal franc, corredata di annotazioni da Luigi Mozzi,* Bologna 1782. His omnibus praeiverat P. Joseph de Gallifet S. J. *De cultu sacrosancti Cordis Dei ac D. N. J. C. in variis christiani orbis provinciis propagato} Romae 1726.

bolo exhibitam; perperam igitur et contra ejusdem s. sedis apertam declarationem cor ipsimi reale, materiale seu physicum Cliristi Jesu adstruitur tamquam ejusdem cultus objectum. 2. Sane in hujus festi decreto sacra Rituum Cungregatio declarat, per· ejusmodi cultum *symbolice renovari memoriam illius divini amoris, quo Unigenitus Dei Filius humanam suscepit naturam.* 5 3. Quod clarius etiam in lectionibus hujus festi inculcatur illis verbis: *Quam caritatem ... ut fideles sub sanctissimi Cordis symbolo devotius ac ferventius recolant, ejusdemque fructus uberius percipiant, Clemens XIII. P. M. ejusdem sanctissimi Cordis festum, quibusdam petentibus ecclesiis, celebrare permisit.* 6 4. Quare de solo cultu *symbolico* exponit card. Gerdilius sensum, quo sacra Rituum Congregatio et rom. pontifex approbarunt eam devotionem.' Ergo.

548. **Resp.** ad 1. *N.* Illum enim cultum probavit s. sedes, quem probandum simpliciter petierunt episcopi regni Poloniae et archiconfraternitas sub hoc titulo Cordis Jesu in Urbe erecta. Jam vero 1°. fatentibus ipsis adversariis, episcopi Poloniae et archiconfraternitas in Urbe non petierunt approbationem cultus symbolic·!, sed cultus veri et physici Cordis Jesu, seu *proprie sumpti8;* respondit enim s. Rituum Congregatio: *Annuendum precibus censuit.* Rursum 2°. ille cultus a s. sede probatur, quem alias probare recusaverat, dicendo: *Praevio recessu a decisis:* atqui cultus, quem probare recusaverat, iisdem adversariis fatentibus, non est cultus symbolicus, sed cultus coniis proprie sumpti. 9 3°. Suo decreto non aliud intendit sacra Congregatio, quam *ampliare* cultum jam longe lateque in ecclesia receptum; en rursum decreti verba: *Simulque intelligens* (s. Congregatio) *hujus Officii et Missae celebratione non aliud agi, quam ampliari cultum jam institutum;* jam vero, iisdem adversariis fatentibus, cultus *receptus* non erat symbolicus, sed veri et carnei Cordis Jesu.10 4°. Si qua adhuc superfuisset dubitatio circa sensum s. sedis, sublata est ex censura, quam retulimus propositionis LXIII. synodi pistoriensis. 5°. Demum evincitur ex ipsa agendi ratione adversariorum, qui non alia de causa profitentur se impugnare eum cultum, quam quod per ipsum introducatur divisio in Cliristi humanitate, ut ex dicendis magis patebit Falsum igitur est, quod adversarii assumunt.

549. Ad 2. sive ad 1. probat. *D. Symbolice,* nempe per *Cor Jesu,* quod est amoris symbolum, *C.* independenter ab ipso corde proprie dicto, *N.* Vidimus enim adorari Cor Jesu, prout symbolum est caritatis, ideoque tum *ratione sui,* tamquam objectum materiale, tum *ratione symboli,* tamquam objectum formale, seu motivum. Non alium porro esse sensum citati decreti, patet per se et ex toto contextu.11

550. Ad 3. seu ad 2. probat, *N.* Etenim, ut ex adductis verbis liquet, sanctissimum Cor Jesu est symbolum sub quo fideles devotius ac ferventius recolunt Christi Jesu caritatem; jam vero symbolum est realiter distinctum a re, quae per symbolum refertur, cum nihil possit esse symbolum sui ipsius; ergo, dum conceditur festum Cordis Jesu, conceditur festum Cordis ejus realis et proprie dicti ut symboli amoris et caritatis. Talem autem, et non alium sensum esse ejusmodi verborum, magis patet ex eo, quod ibi dicatur: *Quibusdam petentibus ecclesiis;* porro nulla ecclesia petierat festum cordis symbolic!; sed omnes, ut ostendimus, petierant festum veri ac realis Cordis Christi. Denique id ipsum manifestum fit tum ex ipsa lectione s. Bernardi, quae in illo festo recitatur, in qua sermo est de Corde Christi *vrdnerato* tum ex ejusdem Officii hymnis. 12

A) Décret. S. Rituum Congregationis 6. Febr. 1765.

6) Lectione III. secundi noctnrni.

7) Grégoire, *Hist, des sectes religieuses,* loc. cit.

8) En verba Bhsii, e.x ejus *Diss. comnionit.* Prolus. pag. 15 et 16: *Petitum fuit Officium et Missa pro cultu cordis proprie sumpti.*

·) Audiatur iterum Blasius: S. *Congregatio anno* 1697, 1727 et 1729. *abstinendum censuil a concessione Officii et Missae pro cultu cordis proprie sumpti.* Ibid.

'°) Ita Blasius: ..Porro, inquit, cultus Cordis carnalis Jesu non nudiustertius, sed saeculo superiore vertente duxit exordium a revelatione, quae facta perbibetur in Galliis V. Margaritae Alacoque. Revelationem ex ore ejusdem excepit P. La Colombiêre Soc. Jesu. De institutione hujus festi non mullo post agi coeptum est.·· Ibid. Prolus. pag. 12.

") Ejusmodi enim tenoris est rescriptum sacrae Congregationis, datum die 26. Januae. 1765: ..Instantia positionis: Polona, Concessionis Officii ct Missae propriae in honorem SS. Cordis Jesu;u respondet Congregatio: ..Pro gratia, pro episcopis regni Poloniae, qui specialiter supplicarunt, nec non pro archiconfratcrnitate sub titulo ss. Cordis Jesu." Die vero 6. Februarii ejusdem anni relatum rescriptum excepit decretum çjusdem sacrae Congregationis typis vulgatum his verbis: ..Instantibus pro concessione Officii et Missae ss. Cordis Jesu plerisque reverendissimis episcopis regni Poloniae, nec non confraternitate Urbis, hoc sub titulo erecta, Congregatio s. Rituum, habita die 26. Januarii hujus anni (1765.), probe noscens, cultum Cordis Jesu jam hodie esse per omnes fere catholici orbis partes, foventibus earum episcopis, propagatum, saepe etiam a sede apostolica decoratum millenis indulgentiarum Brevibus, datis ad innumeras propemodum confraternitates sub titulo Cordis Jesu canonice erectas, simulque intelligens hujus Officii el Missae celebratione non aliud agi quam ampliari cultum jam institutum, el symbolice renovari memoriam illius divini amoris, quo Unigenitus Dei Filius humanam suscepit naturam, et factus obediens usque ad mortem, praebere se dixit exemplum hominibus, quod esset mitis et humilis corde; his de causis referente eminentiss. el reverendiss. D. card, episc. sabinensi, audito R. P. D. Cajetano Forti, promotore fidei, praevio recessu a decisis sub die 30. Julii 1729. annuendum precibus censuit episcoporum regni Poloniae et dictae archiconfraternitatis Urbis, deliberatura deinde de Officio et Missa rite approbandis. Quod quidem Congregationis votum per me Secretarium relatum SS. D. N. Clem. P. XIIL Sanctitas sua, hujus etiam decreti tenore perlecto, in omnibus approbavit, hac die 6. Febr. 1765."

,2) Sic enim s. Bernardus, seu potius ignotus auctor *Vitis mysticae,* seu *Tractatus de passione Domini,* cujus verba proferuntur in lectione III. secundi nocturni festi ss. Cordis Jesu, quae ita se habent:

551. Ad 4. A'. Adversarius, qui id asserere non erubuit, aut numquam legit opusculum Gerdilii, in quo cl. auctor propugnat censuram Pii VI. adversus notas Franc. Xaverii Feller, aut aperte mentitur.

552. II. Obj. Nisi dicatur probatus a s. sede cultus cordis symbolic!, plura sequerentur absurda; ac 1. introduceretur cultus materialis ac directus ad unam determinatam partem adorabilis Christi corporis; 2. induceretur nestorianismus per divisionem uniuscujusque naturae, ac propterea tribueretur altera adoratio Deo et altera homini, quum ecclesia definierit unicam adorationem Verbi incarnati esse admittendam; 3. Dei cultus foret secundarius et concomitans cultum novae hujusce devotionis. ” Ergo.

553. Resp. A', *antec.* Ejusmodi enim absurda commentitia sunt, quaeque ab adversario finguntur. Etenim

554. Non sequitur *primum* absurdum de cultu, ut vocat, *materiali',* alioquin *materialis* quoque vocandus esset cultus, qui sacrosanctae Christi Domini humanitati defertur, quod a fide catholica abhorret. Si igitur materialis dici nequit cultus istius humanitatis, quare materialis censenda erit adoratio, qua ejusdem humanitatis partes coluntur, cum fundamentum seu ratio formalis illius adorationis sit unio hypostatica, quae immediate facta est ciirn toto corpore et singulis partibus ejus? u Adoratur enim *Cor Dei,* seu personae Verbi. Adde, hanc propositionem, utpote *injuriosam* cultoribus Cordis Jesu, fuisse proscriptam in Constitutione *Auctorem fidei;* hinc a nullo sincero catholico teneri potest.

555. Non sequitur *secundum,* induci nempe nestorianismum per duplicem adorationem Dei et hominis. Haec enim non est nisi calumnia toties

-Ad hoc enim perforatum est latus tuum..., ad hoc vulneratum est cor tuum... et proplerea vulneratum est, ut per vulnus visibile, vulnus amoris invisibile videamus.” Inter opp. s. Bernard, edit. Mabilon. vol. II. col. 447. In hymno vero ad Vesperas:

Pcrcutium ad hoc est lancea.
PatMimqne ad hoe eu vulnera,
Ut no» htaret sordibuiu,
Unda fluente et tanguine.

Et in hymno ad Laudes:

Te vulneratam caritas
Icta patenti voluit
Amoris invisibili·,
Ut veneremur vulnera.

Quaeri hic potest ab osoribus Cordis Jesu, an aqua et sanguis fluxerint ex corde syrabolico, et num cor symbolicum fuerit lancea percussum et vulneratum? Ex his praeterea patet quam a vero abludant nonnulli dum autumant duplex dari objectum cultus erga sacratissimum Cor Jesu ab ecclesia probati, materiale scilicet Christi cor, et mysticum seu symbolicum, nempe Christi erga nos caritatem. Hi enim permiscent verum *objectum* cultus Cordis Jesu cum *motiro* ejusdem cultus. Objectum unum idemque est, nempe cor carneum Christi Jesu, motivum est caritas seu amor, cujus cor ejus instrumentum fuit.

”) Grégoire, loc. cit.

M) Audiatur iterum Sylvius in part. III. qu. 25. art. 2: -Quare simpliciter, *inquit,* dicendum est, carnem et animam Christi, sicut et membra corporis ejus, adoranda esse adoratione latriae, quae quidem eis debetur ratione hypostasis Verbi Dei; a qua et in qua sustentantur.**

repidsn, ac demum damnata pariter inter errores synodi pistoriensis, quaeque a nobis praeoccupata est cum statum quaestionis aperiremus. Siquidem una eademque adoratione colitur Cor divini Verbi incarnati, seu potius persona Chfisti in corde suo.

556. Non denique sequitur *tertium.* Si enim ima eademque adoratione colitur Deus-homo in corde suo, ea ratione qua diximus et ostendimus adorandam cultu latriae Christi humanitatem *in se,* licet non *propter se* sed propter Verbum, per quod et in quo eadem humanitas subsistit, et ita subsistit, ut sine tali subsistentia nec concipi possit in rerum natura ejusmodi humanitas, jam patet quam stultum sit asserere ex cultu Cordis Jesu consequi cultum Dei fore secundarium.15

557. **III. Obj.** Saltem purgari nequit hic cultus a superstitione. Nam non intelligitur 1. quomodo adoranda sit pars, quae jam adoratur in toto, nempe in Christi corpore; 2. quomodo dirigatur cultus ad cor, quin introducatur divisio ac quaedam laniatio et discerptio in ejusdem Christi corpus; 3.. quare potius cor coli debeat quam oculi, pedes, malaus etc., ut arguebat sapientissimus pontifex Benedictus XIV. 4. Sed falsum praeterea est, quod assumitur ab hujus cultus patronis, cor esse affectionum sedem; exploratum siquidem apud recentiores physiologos est, in systemate nerveo residere principium sensationum et motuum, qui a voluntate pendent. Voluntas enim in nervos agit, ac per eos anima sentit; nervi autem, ut plerique contendunt, originem ducunt a medulla spinali, ut vocant, seu ut aliis placet, a cerebro, juxta alios a diaphragmate repeti debent, nullatenus vero a corde. Etenim cor non est nisi musculus, qui systemati sanguineo inservit. Ex ejusmodi vero opinionum diversitate non inepte quispiam quaerit, an non expediat festum instituere sacrae *glandulae,* sacri *cerebri* etc., ex quo eorum cultores *cerebellistae,* aut *pinealistae* etc. nuncuparentur. 5. Si his addatur, ejusmodi Cordis Jesu cultum incognitum plane ftdsse toti antiquitati, 6. ejus introductionem turbas ubique excitasse, 7. ter a sacra Rituum Congregatione rejectum, demum hanc nonnisi machinationibus factiosorum cessisse, ut eum permitteret; 8. patebit, jure merito inter superstitiosas devotiones hunc cultum esse recensendum, ejusque patronos *cordicolas,* seu *cardialatras, sectarios* dictos esse. 16 **Ergo**

558. **Resp.** A. *antec.* **Ad** 1. prob. Dicimus eadem ratione coli Cor Jesu qua speciali cultu donantur *sacra vulnera,* nempe ob mysticam signi-

U

*5) Qui hoc objiciunt, non advertunt se pariter impetere cultum, qui tribuitur Christi corpori et sanguini in Eucharistia. Cum enim una eademque adoratione Christi humanitas adoretur cum divinitate, non potest distingui objectum primarium et secundarium ejusmodi cultus. Sed recolantur superius dicta in propositione antecedenti.

ie) Ita Grégoire, pag. 248 et seqq.

ficationem immensae caritatis Christi, ac cetera motiva, quae superius recensuimus. 17*

559. Ad 2. A. Sed, ut pariter exposuimus, una eademque indivisibili ac individua adoratione adoratur Christus, seu Verbi persona incarnata, in corde suo, ceteris membris corporis Christi non exclusis. Nam adoratur cor in humanitate, quae subsistit in divina Verbi persona. ‚H

560. Ad 3. Respondeo, ideo cor potius coli, quia pro pedibus, manibus etc. illud uon militat peculiare motivum mysticae significationis aut caritatis symboli, quod militat pro corde. Falsum porro est, quod dicitur de Benedicto XTV; cum debuisset dici Prosper Lambertinius, qui haec objiciebat cum promotoris fidei officio fungeretur, ac propterea ex munere suo contrarias partes sustinens, ut in ejusmodi causis fit.19 Ceterum Benedictus XIV. nempe summus pontifex, pluribus indulgentiis ditavit cultores Cordis Jesu, et ejusmodi cultum semper fovit atque promovit.20

561. Ad 4. A', *suppositum:* siquidem veram rationem attulimus ex mystica significatione, seu amoris et caritatis symbolo, quod prae'se fert cor, et quia Christus ipse *velut* piarum affectionum suarum sedem cor suum proposuit. Itaque non dicitur *absolute* cor esse affectionum sedem, sed quod tamquam affectionum sedes exhibeatur a Christo. Non est propterea cur salebrosam physiologicam quaestionem attingamus, utrmn cor reipsa sedes affectionum sit ac *sensitivitatis,* ut vocant, nec ne; cum nihil referat ejusmodi quaestio ad institutum nostrum, quod ab illa est omnino independens. Hinc cetera ruunt, quae adversarius congerit ex nuperrimis physiologie quoad diversas sententias in quas ipsi distrahuntur circa originem nervorum et sensitivitatis sedem; nec nisi falsa suppositione innixus potuit

17) Cf. card. Gerdii, op. cit. pag. 374 et seqq. nota 1. ubi ostendit, nullum posse ab adversariis discrimen afferri inter cultum a s. sede jam antea probatum *Quinque vulnerum,* et cultum Cordis Jesu, prout spectatur ut pars humanitatis Christi, seu organum peculiare; summaque sedulitate disjicit, quae ab iisdem discrimina excogitata sunt, ut hujus argumenti vim eluderent. Id ipsum dici potest de cultu pretiosissimi Christi sanguinis, aliisque ejusmodi festis, quae Officio ac Missa propria celebrantur.

‚s) Cf. Muzzarelli, «Dissertazione intorno alie regole da osservarsi per pariare e scrivere con csattezza e con propriété su la divozione e sui culto dovuto al ss. Cuore di G. C.“ Roma 1806, in qua cl. auctor hoc argumentum plene evolvit

*') Totam actorum seriem ipsemet refert in eximio opere de *Beatif. et Canonizat. Sanctorum,* lib. IV. part. II. cap. 31. n. 19 et seqq.

20) Cujus rei fidem faciunt tum archiconfraternitas ss. Cordis Jesu, in Urbe instituta a b. Leonardo a Portu Mauritio, atque ab eodem pontifice approbata, cui praeterea nomen dedit, tum litterae, quas in forma *Brevis* dedit Galliarum reginae anno 1748, tum plures indulgentiae ab eo concessae cultoribus Cordis Jesu. Hinc patet fraus, qua primum usus est episcopus Ricci, dum scripsit: «Che il gran Pontcfice Benedetto XIV. ci assicura, che la Chiesa ricuso per tre volte di prestarsi ai fautori e promotori di questa divozione, non avendo mai permesso. che s'introducesse Ia festa;· postea vero alii eum imitati sunt.

ore profano asserere, non inepte a quopiam quaeri posee, foret necne melius festum instituere *nacrae glandulae* etc. 21

562. Ast neque istud concedendum est, quod auctor hic pro certo sumit, physiologiam nobis adversari.

Nota enim apud reccntiorca physiologotf haec sunt: 1°. Cor omnium musculorum corporis nostri nobilissimum esse, cum organum praecipuum sit, immo centrum systematis vascularis seu sanguinei, atque, ut modo loqui amant, *irrigatorii*, quod una cum systemate nerveo praeeat vitae corporis animalis.22 2°. Juxta certissimas anatomicas observationes ac repetita experimenta, cor magna nervorum copia instructum esse. 23 3°. Omnes nervei systematis partes suam habere efficaciam, existere per se, neque a cerebro aut spinali medulla ullatenus pendere24, ac propterea, quod consequens est, cordis actionem neque a cerebro neque a medulla spinali dimanare; excitari tamen, si stimuli hisce partibus applicentur, cum omnes partes ejusdem systematis amice inter se conspirent, et aliae aliis partem suae efficientiae communicent, omnesque ad totius systematis actionem aliquid conferant. 25 4°. Exploratum praeterea apud eosdem est, cor prae ceteris musculis incitabilitate, ut loquuntur, contractibilitate, irritabilitate atque exquisitiori quadam sensitivitate donari ob nervos, quos vocant sympathicos, quibus abundat. Hinc 5°. motus cardiacos animi affectionibus ac passionibus, praesertim si vividiore® eae sint, ita subesse, ut subito cor vel subsiliat laetitia, vel angatur moerore; ac propterea ejusmodi motus cardiacos sola pathematum animi vi et efficacia perverti, totumque irrigatorium systema perturbari26; quod si pathema vehemens et constans fuerit,

31) Sane numquam Deus praecepit hominibus, ut eum diligerent ex *toto cerebro,* ex *toto diaphragmate* etc. sed praecepit, ut diligant eum *ex toto corde.*

21) Cf. cl. Laurent. Martini, *Lezioni di fisiologia,* Torino 1827. lez. XLIII. *Sisterna sanguigno,* tom. IV.

“) Nonnulli physiologi dubitarunt, utrum cor nervis esset instructum; Beherendsius, ulterius progressus, prorsus nervos cordi negavit; at cl. Scarpa magnam nervorum cardiacorum copiam ita demonstravit, ut jam nemo inveniatur, qui de hac re quaestionem moveat, aut dubium. Cf. ibid, cl lez. XLII. *Sistema nervoso.*

’·) Cf. idem ibid. lez. XL VII. *Mtiscoli,* tum in op. *Elementa physiologiae,* Taurini 1835. lib. I. pag. 25 — 31. ubi affert experimenta Wilsonii, cx quibus constat, cordis actionem neque a cerebro, neque a medulla spinali dimanare. Plures enim nervi e gangliis prodeunt; sic plerique nervi cardiaci ex ganglio sub corde posito originem habent. Ex his patet, quibus melius competat *cerebellistae* aut *pinealistae* denominatio, an nobis scilicet, qui plerosque nervos cardiacos ex gangliis repetimus cardiacis et respective plexu, an vero Grégoire, qui cum suis omnes nervos repetit a cerebro, aut encephalo, et medulla spinali, in quo non meliorem physiologum quam theologum se praebet.

3i) Ibid, tum pag. 23 et seq. ubi Bichati, Richerandi aliorumque hypotheses falsitate laborare ostendit, qui nervei systematis sensiferi centrum in encephalo collocant.

M) Ib. pag. 31. Cf. praeterea *Dictionnaire abrégé des sciences médicinales,* Milan. 1825, art. *Passion,* pag. 357 et seqq. nec non *Physiologie des passions,* par J. L.

morbosam affectionem et organicum interdum vitium in corde ingenerari, quandoque vero et mortem ipsam, ut suo loco pathologi docent.[27]

Haec autem aliaque non pauca consulto a nobis praetermissa, ne in alienam provinciam excurrere videamur ad theologum non pertinentem, et a qua, ut diximus, cultus iste nullo modo pendet, satis evincunt, cor animi affectionibus maxime affici eo ipso, quod in nerveo systemate sensitivitatis et affectionum sedes collocetur, ac sub hoc respectu vere cor dici et esse affectuum organum et instrumentum praecipuum, immo et sedem.[28]

63. Ad . *D.* Quoad festi celebrationem, *C.* quoad rem ipsam, A. Alioquin innumerae prope ejusmodi devotiones hoc praetextu excludi ac respui deberent, quae, cum primum peculiari festo et officio cohonestabantur, novae erant. Adde, hanc difficultatem aeque premere cultum cordis symbolic!, quem tamen adversarius cum suis commendat.

564. Ad 6. *D.* Ex parte jansenistarum eorumque gregalium, *C.* ex parte piorum catholicorum, saltem postquam ab apostolica sede probatus est, A. Quot oppositiones non sustinuit festum Conceptionis b. Virginis?[30] Quot festum Corporis Christi? Sane de posteriori hoc festo apud Bollandianos legitur: *Festivitatem illam positam fuisse in ruinam et resurrectionem multorum, et in signum cui contradiceretur; innumerabiles habuisse contradictores et atrocissimos impugnatores.* [31] Quid inde? Festum Corporis

Alibert, Paris 1825, duobus vol. in 8. Ex hac perturbatione, quam systema irrigatorium ab animi affectionibus patitur, explicatur sudor sanguineus Christi Domini in horto, de quo s. Luc. XXII. 44. nam systole et diastole, quae duos praecipuos constituunt cordis motus sanguinis circuitioni inservientes, perturbatae in functionibus suis et anormales effectae, phaenomenon illud produxerunt. Haud me latet Hilarium pictav. *De Trin.* lib. X. n. 41. prodigiis accensere ejusmodi sudorem sanguineum, dum scribit: *Contra naturam esi sudare sanguinem.* Verum non modo Aristoteles, *Hist, animal,* lib. IIL cap. 19. et *De animal, partibus,* lib. ILL cap. 5; Galenus, seu quisquis auctor est libri *De utilitate respirationis;* Theophrastus Eresius in tractatu *De sudoribus;* sed etiam, post restauratas litteras in Italia, Collius, *De sanguine Christi;* Greg. Leti, *Vita Sixti* V. lib. VI; Saporilius, in *Ephemeridibus gernianicis* anni 1712; in Gallia Maldonatus, in Matth. XXVI. 37; Fagonius, facultatis parisiensis medicus, in thesi anni 1665; Mervillius, *Miscellaneorum,* tom. III; Thuanus, *Historiarum,* lib. II; in Germania Schenckius, *Observat.* 138. lib. VI; in Helvetia Conradus Lycostenes, in *Prodigiorum ac ostentorum chronico,* aliique viri docti non pauci suis temporibus mares ac feminas, vel morbo sollicitatos, vel animi moerore confectos, sanguinem sudasse, sive quod ipsi viderint, sive diligenter explorata veritate, testantur. Cf. Calmet, *Dissert, de sanguineo Christi sudore.* Quae ideo attulimus, quia mirifice rem nostram confirmant.

”) Cf. inter alios cit. *Dictionarium,* loc. cit pag. 354, et Allan Burns, *Osservazioni sopra piu frequenti inalattie del cuore,* tradot. dal!’ inglese, Milano 1816.

a) Non quatenus cor centrum est systematis irrigatorii, sed, ut diximus, ob quantitatem et qualitatem nervorum quibus instructum est.

Cf. Marques, op. cit. part. I. consect. propos. IX. art. 1.

30) Cf. P. Victor a Cabal. Ord. min. ref. in opere, cui titulus: *De superstitiosa timiditate vitanda.*

31) In *Vita b. Julianae Leodiensis,* ad diem 5. April, lib. II. cap. 3. edit. Antverp.

Domini ft s. ecde probatum perseverat, et nomina impugnatorum, utpote in pulvere exarata, levioris aurae impetu evanuerant; idem contigit et continget de festo es. Cordis Jesu deque ejus impugnatoribus. 32

565. Ad 7. *D.* Et haec agendi ratio ineluctabile est documentum summae prudentiae, cautelae ac maturitatis quibus commendatur s. Rituum Congregatio, *C.* aliquid officit ipsius causae merito, postquam approbata est, A. Et sic cetera concidunt, quae de machinationibus postulatorum adjecta sunt, inter quos auctor, quem impugnamus, ipsum involvit piissimum rom. pontificem Clementem **XIII.**33

566. Ad 8. *D.* Eadem ratione, qua catholicos lacessebant apollinaristae, dum eos vocabant *anthropolatras* seu *hominicolas, C.* jure merito, *N.* Mirum est, non animadvertisse ejusmodi homines partium studio abreptos, se per hanc appellationem causam communem agere cum apoilinaristis, qui praeterea eadem ferme argumenta urgebant adversus catholicos Christi humanitatem, prout subsistit in divina Verbi persona, adorantes, quae factiosi isti impugnatores urgent adversus cultum Cordis Jesu. 3*

CAPUT V.

DE CHRISTI TITULIS ATQUE MUNERIBUS.

567. Ex unione hypostatica fluuut tituli illi, quibus Christum in sacris litteris insignitum novimus, et officia seu munia, ad quae obeunda Dei Filius humanam naturam sibi copulavit.

568. Praecipui tituli ac munia, quae Christo tribuuntur, sunt Capitis hominum et angelorum, Prophetae, Regis, Judicis, Sacerdotis, Dei hominumque Mediatoris. De quatuor primis nulla viget controversia; ast non levis quaestio agitatur inter catholicos et socinianos circa sensum, quo postremi duo tituli Christo competant. Quare priores illos vix exponemus; posteriores appositis propositionibus juxta catholicam doctrinam vindicabimus.

pag. 461. Integrum caput illud legi meretur. Egregiam navarunt operam in promovendo ac luendo hoc festo patres inclyti Ordinis Praedicatorum, qui propterea plurimorum invidiam subierunt.

Jî) Loquor autem de iis, qui sedis apostolicae decretis restiterunt.

*») *Dans le temps,* inquit, *qu'on poursuivait cette affaire j on se demandait à Rome, quels sont les solliciteurs? et tout bas, on se disait : c'est le Pape.* Ita hic inverecundus jansenista et episcopus *conventionalis,* de cujus notitiis biographicîs, de obstinata pervicacia in schismate usque ad mortem, ob quam ei denegata suul sacramenta, de ejusdem praeterea funere et scandalis, quae inde orta sunt, cf. *L'Ami de la Religion,* anni 1831. vol. LXVIII. in respectïvis articulïs.

M) Cf. Petav. lib. XV. cap. 3 et seqq. ei Gerdii, op. cit.

569. I. Igitur Christus dicitur et est **Caput hominum et angelorum**. *Hominum* quidem ratione animarum, in quos influit per gratiam suam, sive actualem, sive sanctificantem; ratione corporum, quae ipse aliquando a mortuis excitabit; ratione finis seu beatitudinis, ad quem homines ejus munere ordinati sunt; quae duo postrema suo loco jam vindicavimus, primum autem postea ostendemus. Exponit autem s. Thomas, qua ratione omnes homines ad Christum tamqliam caput pertineant, scribens: *Christus est caput amnium hominum, sed secundum diversos gradus. Primo est caput eorum, qui actu uniuntur sibi per gloriam: secundo eorum, qui actu uniuntur sibi per caritatem; tertio carum, qui actu uniuntur sibi per fidem: quarto eorum, qui sibi uniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum, quae tamen est ad actum reducenda secundum divinam praedestinationem: quinto eorum, qui in potentia sunt sibi uniti, quae numquam reducetur ad actum; sicut homines in hoc mundo viventes, qui non sunt praedestinati, qui tamen ex hoc saeculo recedentes, totaliter desinunt esse membra Christi.* [1]

Sed et *angelorum* caput est Christus, ut declarat apostolus, Coloss. II. 10. dicens: *Qui est caput omnis principatus et potestatis,* et rursum Ephes. I. 18 et seqq.; nam et angelis dignitate praestat et potestate, et sunt praeterea angeli *administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capient salutis,* ut idem apostolus loquitur, Hebr. I. 14. Quod si Christus hominum et angelorum caput est, hoc ipso patet, eum esse caput ecclesiae, juxta triplicem suum statum, triumphantem scilicet, purgantem et militantem.

570. II. Est praeterea Christus Jesus **Propheta** ac **Magister**, qui e coelo venit ad homines coelesti plane ac divina doctrina imbuendos, ut ex dictis suo loco constat, et ex veteri ac novo foedere, in quibus ejusmodi tituli passim ei tribuuntur.

571. III. Christo utpote Deo-homini **regiam dignitatem** tribuendam esse ostendunt inter cetera, tum quae angelus, Luc. I. 33. b. Virgini testatus est, dicens: *Regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis,* tum quae Christus ipse aperte Pilato sciscitanti, num rex esset, respondit: *Tu dicis: quia rex sum ego.* Hoc autem ejus regnum in terris inchoatur et in coelis perficitur.[2] Sic **judiciariam potestatem** sibi vindicat Christus, Joann. V. 22. dum ait: *Pater . . . omne judicium dedit Filio;* et apostolus Petrus de eodem Christo, Act. X. 42. testatur idem, dicens: *Ipse est constitutus a Deo judex vivorum et mortuorum.** Alia addendo tempus inutiliter tereremus.

l) Part. III. qu. 8. art. 3.

De Christi regno ejusque natura, cf. Suarez, tom. I. *in III. part. s. Thomae,* disp. XLVU. sect. 1 et 2; nec non Petav. lib. XIL cap. 15.

') Qui plura cupit, conferat Suarezium, loc. cit. tom. II. disp. LU el seqq.

572. His propterea sic leviter delibatis, jam accedimus ad vindicandam adversus socinianos doctrinam catholicam de Christi **sacerdotio** ejusque **mediatione.**

573. Contendunt itaque sociniani I. Christum in terris degentem proprie sacerdotem minime fuisse, nec proinde verum obtulisse sacrificium; sed nonnisi post suam in coelum ascensionem munia sacerdotalia, quae praecipue in sacrificii oblatione et in intercessione consistunt, obire coepisse. Ex quo inferunt ejus mortem in cruce non fuisse nisi quamdam praeparationem illius sacrificii, quod solum in coelis reipsa obtulit ac quotidie offert. 4

574. Contendunt II. Christum non eo sensu mediatorem esse atque appellari, quod velut sponsor parti laesae pro altera, quae offendit, plene solvat ac satisfaciat, quo sensu vere et proprie Christum mediatorem esse catholici affirmant; sed improprie, quatenus ipse velut internuncius ac interpres utriusque partis, Dei scilicet et hominum, fuerit velut arbiter electus ad componendam litem, vel denique tamquam intercessor et advocatus. Adversus quos errores sit

PROPOSITIO I.

Christus verum ac proprie dictum habuit sacerdotium, ejusque munia in mortali etiam vita complevit.

575. Utraque propositionis pars ad fidem pertinet, doctrinamque catholicam continet, quam tridentinum concilium asseruit, Sess. **XXII.** cap. 1 et seqq.

576. Christum igitur vere ac proprie sacerdotem fuisse, non ex ordine levitico, sed ex illo, de quo David cecinit, Ps. C1X. 4: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedcch,* aperte declarat **apostolus** Epist. ad Hebraeos, cap. V et seqq.; qui praeterea ibidem *primo* ostendit, quibus potissimum rebus Melchisedech Christi sacerdotium adumbraverit, *nomine* scilicet, *persona,* et *oblatione·, secundo* praeeminendam hujusce Christi sacerdotii super sacerdotium aaronicum fuse persequitur.1 Hoc principio cou-

1) Cf. Faure, S. J. in *Dissert, de Socinianismo,* §. 12. quae extat ad calcem Manualis conlrovers. Becani, edit. Colon. 1750.

') Ac 1°. quidem quia sacerdotium Christo cum jurejurando impositum est; aaronicum vero non item, Hebr. VII. 20, 21; ex quo colligit apostolus sacerdotii Christi praestantiam. Neque enim minoris, sed majoris momenti rebus confirmandis juramenta solent adhiberi. Insuper autem cum res jurejurando firmata nec rescindi possit, nec immutari, ideo confirmatum est Christi sacerdotium, ulpote futurum aeternum, sacerdotium autem aaronicum, cum esset aliquando abrogandum, non debuit juramento confirmari.

2°. Haeredi larium aaronicum sacerdo-

stituto videndum superest, num Christus reipsa sacerdotalia munia in mortali etiam vita sua obierit.

577. Jam vero apostolus ad duo praecipua capita revocat sacerdotii officia, ad sacrificii nenqæ oblationem atque ad intercessionem, scribens cap. V. 1 î *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus* conslituiiur *in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro* peccatu. Utrumque autem Christum in mortali adhuc vita degentem praestitisse luculentissime non solum affirmat, sed instar certi principii ponit.

578. Atque ut incipiamus ab eo, quod praecipuum est, **oblatione** scilicet seu **sacrificio,** id inter cetera evincunt, quae scribit, ibid. cap. IX. 11: *Christus,* inquit, *assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum . . . neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta,* aeterna redemptione inventa. *Si enim sanguis hircorum et taurorum et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Da› viventi?* Quibus verbis apostolus pontificem veteris legis cum novae legis pontifice Christo, ita comparat, ut quemadmodum ille, priusquam ingrederetur in sancta sanctorum, sacrificium offerebat per effusionem sanguinis hircorum et vitulorum, sic etiam Christus sacrificium in cruce obtulerit per sui sanguinis effusionem, priusquam intraret in sancta non manufacta, scilicet in coelum. Christus igitur sacerdotium suum adeptus est, ejusque partes implevit, antequam ingrederetur in coelum, sicut sacerdos legalis sacerdotalem dignitatem obtinebat, et munus sacerdotis obibat, priusquam intraret in sancta.

579. Pergit praeterea ibidem apostolus v. 24. in hunc modum: *Non*

tium a parentibus in filios fuit; Christus autem nec successit alteri, nec successorem habet, siquidem eo quod manet in aeternum, sempiternum habet sacerdotium, ibid. VII. 24.

3°. In sacerdotio aaronico distinguebatur hostia a sacerdote; in sacerdotio Christi, idem est hostia ac sacerdos. Etenim Christus *non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta* , ut ibid, ait apo-

4°. Praestat Christi sacerdotium Aaronis sacerdotio efficacia; nam *impossibile eat,* ut idem apostolus loquitur, cap. X. 4. *sanguine hircorum et taurorum auferri peccata.* Christus autem se ipsum obtulit hostiam pro peccatis omnibus, atque *una oblatione consummavit. in sempiternum sanctificatos,* ibid. v. 12 — 14.

5°. Denique, aliis praetermissis, sacerdotium aaronicum in terris peractum est; sacerdotium autem Christi in terris quidem inchoatum est, sed est consummatum in coelis, ibid. VII. 26. Unde ab apostolo Christus vocatur *Pontifex magnus, qui penetravit coelos,* cap. IV. 14. De Melchisedecho et Christi sacerdotio secundum ejus ordinem cf. Petav. lib. XII. cap. 11 et seqq. Pererius, *In Genes.* XIX. n. 80 et seqq. Lorinus, *In Ps.* CIX; Justinianus, *In septimum epistolae ad Hehr. caput;* et P. Curti, diss. Romae edita, anno 1751. inscripta: *Christus sacerdos.*

. *enim in manufacta sancta Jesus introivit. . . sed in ipsum coelum . . , neque ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno; alioquin oportebat cum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel in consummatione saeculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Et, quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium, sic et. Christus semel oblatus est ad, multorum exhaurienda peccata.* Jam vero quatuor hic ponit apostolus, quae necessario postulant Christum in mortali adhuc vita veri nominis habuisse sacerdotium, ac verum et proprie dictum obtulisse sacrificium in morte sua.

580. Etenim 1°. pro certo sumit apostolus, oblationem Christi nonnisi semel factam esse; ergo loquitur de oblatione, quae in cruce facta est, non autem in coelo, ubi quotidie interpellat pro nobis. 2°. Ideo vero constituit apostolus Christum nonnisi semel obtulisse semetipsum, quia alioquin ipse debuisset frequenter pati. Ergo loquitur de oblatione, quae per passionem facta est; porro non in coelo, sed in terris, ac in cruce praecipue passus est Christus. 3°. Tunc Christus ex apostolo semetipsum obtulit ad peccatum tollendum, cum apparuit et manifestus factus est. At, cum in coelum est ingressus, non solum nobis non apparuit, sed potius sublatus est ab oculis nostris; ergo in terra suimetipsius oblationem fecit, seu tradidit se in sacrificium. 4°. Demum tunc Christus oblatus censendus est, cum abstulit peccata; obtulit enim semetipsum *ad multorum exhaurienda peccata;* sed ex apostolo Petro istud Christus praestitit in cruce moriendo.[2]

Quaquaversum igitur spectetur apostoli oratio, constat instar certi principii habendum esse, tum Christum vere sacerdotem fuisse, dum in terris degeret, tum semetipsum in sacrificium obtulisse in morte sua. Et haec de priori sacerdotii munere.

581. Altero autem sacerdotii officio, quod diximus in **intercessione** consistere, in mortali adhuc vita Christum perfunctum esse, argumentum ineluctabile inter cetera exhibet s. Joannes, cap. XVII. in admirabili illa oratione, quam post coenam Christus fudit pro omnibus tum praesentibus tum futuris hominibus, ut suo loco ostendimus.[3]

582. Utrumque vero sacerdotale munus, quod in his terris Christus inchoavit, in coelis perfecit, tum continua ac jugi sacrificii semel oblati applicatione, tum perpetua illa intercessione, qua interpellat pro nobis.

583. Quaeri autem solet, in quo haec Christi apud Patrem in coelis intercessio posita sit. Non desunt patres, iique non pauci, qui existiment Christum etiam in coelo orare et precando interpellare pro nobis.[4] Hinc illud Augustini dictum: *Christus orat pro nobis ut sacerdos noster, orat in*

») I. Petr. II. 24.
') Tract. *De T)eo:* n. 474 et seqq.
4) Cf. Petav. lib. XII. cap. 8. §. 10 et seqq.

nobis ut caput nostrum, oratur a notiis ut Deus noster. 5 Communior tamen ac recepta sententia est, non aliud prae se ferre ejusmodi intercessionein, quam apparitionem ac praesentiam Jesu Christi coram Patre, et continuam applicationem remissionis ad salutem, quam ipse oblatione sanguinis sui nobis comparaverat; quae apparitio cum habeat aliquam cum humana intercessione similitudinem, ideo figurata loquendi ratione intercessio vocatui·?

584. Cum vero per ipsam Incarnationem factus sit Christus pontifex seu sacerdos, ut *Christi* nomen ipsum indicat, quod inde Jesus consecutus est7, patet, ipsum esse sacerdotem, neque praecise qua Deum, ut contendebant ariani, neque praecise qua hominem, uti autumabant nestoriani, juxta uniuscujusque sectae principia8, sed ut Deum-hominem, qualem et esse mediatorem mox dicemus. Humana enim natura spectari debet ut *principium quo* (qui scholarum est sermo) operationibus sacerdotalibus Christus perfunctus est et perfungitur; Verbum autem divinum ut *principium quod* sacerdotales operationes seu officia exerit, iisque infinitum pretium et infinitam dignitatem tribuit. Recte Vigilius, seu quisquis est auctor quinque librorum contra Eutychem, lib. V; *Quia reconciliationis sacramentum,* inquit, *immaculatum flagitabat sacrificium, talis hostia requirenda fuerat, quae ita media esset inter Deum et homines, ut et morti succumberet per illud, quod hominis habebat, et mortem revinceret per id, quod in se divinitatis tenebat.*·

DIFFICULTATES.

585. I. Obj. Christus in terris degens proprie non fuit sacerdos, nec proinde verum obtulit sacrificium, sed solum post suum in coelum ascen-

5) *Enarrat, in Ps. LXXXV.* η. 1.

·) Cf. tamen Petavius loc. cit

*) Est enim *Christi* appellatio non vox naturae, sed personae utraqne natura constantis: cum hac autem appellatione connexa est pontificia dignitas, cujus symbolum est unctio, quam nomen illud prae se fert. Quare pontifex et sacerdos in ipsa carnis susceptione factus est Dei Filius, quando divinitate est inuncta hominis assumpta natura. *Unctus est enim ille,* ut ait s. Augustinus, *ut rex et sacerdos.* Cf. *Enarr.* II. *in Ps. XX VI.* n. 2.

·) Cf. Petav. lib. X1L cap. 11. §. 1 et seqq. Ariani enim, qui naturam Filii Dei scu Verbi diversam a paterna, et ea longe inferiorem existimabant, camdemque cum carne conjunctam loco animae esse credebant, quidquid in Christo inerat, vel ab eo gestum humile, Dcoquc minime dignum, utpote ex imbecillioris naturae conditione, totum hoc divinitati illius adscribebant, velut dolorem, famem, sitim aliaque ejusmodi, adeoque precandi et invocandi creaturae consentaneos allectus. Christum propterea, qua Deus est, ut Patre minorem, sic ejus sacerdotem et mediatorem inter illum et humanum genus esse statuebant. Nestoriani autem, qui hominem a Deo esse reipsa divisum autumabaut, statuebant Christum sacerdotem esse praecise qua hominem, nec patiebantur dici Filium Dei vel Deum esse sacerdotem, etsi adderetur *secundum carnem,* vel, *ut homo est.* Vid. S. Cyrill. *Ado. Nestorium,* lib. III. opp. tom. VL pag. 64. edit. Paris. 1638.

9) Vid. *Jiiblioth. Pair.* De la Vigne, tom. V. col. 589. script. Virgilio tridentino. Cf. tamen Papebrochius, tom. V. Junii, pag. 164. num. 8 et seq.

sutn, ubi quotidie se offert et interpellat pro nobis. Etenim 1. apostolus, Hebr. X. 5 et 9. de illa oblatione loquitur, quae facta est in ingressu ejus, quando sacrificia legalia abrogata sunt; at ingressus ille in coelum factus est, non autem in terras; neque enim statim ac in terras ingressus est Christus, legalia sacrificia sustulit aut abrogavit 2. Christus sacerdotium suum non obivit antequam ei dictum fuerit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* id autem factum fuisse, cum Deus eum a mortuis excitatum, Dominum et Christum constituit, testatur s. Paidus, Act. XIII. 33, et Rom. I. 4, collât Hebr. V. 5. Idem apostolus 3. aperte testatur, Hebr. VIII. 4. dicens: *Si* Christus *esset super terram, nec esset sacerdos; cum essent, qid offerent secundum legem munera, qui exemplari et umbrae deserviunt coelestium.* Ergo Christus proprie sacerdos non fuit, nec sacrificium prius obtulit, quam in caelis fuerit. 4. Hebr. VII. 26. Christus *pontifex debuit sublimior caelis fieri.* Ergo in coelis prius esse debuit, quam sacrificium offerret. 5. Ibid. v. 24. probat idem apostolus, Christum sempiternum esse sacerdotem, quia semper in coelis pro nobis interpellat, jam vero, si in ligno crucis sacrificium semel obtulisset, quid necesse foret, eum continue pro nobis interpellare? 6. Neque demum praetereundum est, Jesum ipsum numquam dignitatem istam sacerdotalem sibi attribuisse, eamque in sola ad Hebraeos Epistola, argutiarum judaicarum plenissima, in ipsum conferri. 10 Ergo.

586. **Resp.** *N. antec.* Ad 1. probat. *N. min.* Diserte enim apostolus X. 5. ejusdem Epistolae, scribit: *Ideo ingrediens in mundum dicit: Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi.* Ingressus vero iste in mundum non coarctatur ad illud instans, quo Christus vel conceptus vel natus est; sed totum illud tempus complectitur, quo Christus in his terris vixit. Hoc porro intervallo, ac praecise in morte ipsius, ut superius diximus 11, profecto sacrificia legalia sin minus *facto, jure* saltem abrogata sunt.

587. Ad 2. *D.* Factus est sacerdos *ab eo,* qui dixit ei: *Filius meus es tu, C. quando* haec dicta sunt ei, *N.* Primum solum affirmat apostolus cit. loc. alterum de suo adjiciunt sociniani. Addo non solum in resurrectione, sed ante id temporis, declarationem ejusmodi a Deo Patre factam esse, tum in baptismate, tum in transfiguratione. Meminit autem apostolus solius resurrectionis, quia per ipsam maxime patuit divina Christi filiatio, quae est fundamentum et causa sacerdotii Christi ejusque resurrectionis.

588. Ad 3. *D.* Si ejusdem ordinis fuisset sacerdotium Christi ac sacerdotium leviticum, ejusdemque praestantiae, *C.* si diversi ordinis et diversae praestantiae, *N.* Contendit enim ibid, apostolus longe excellentius

10) Ita quidem Wegscheider §. 134. et cum eo Ziegler, *Einleitung in den Brief an die Hebraer,* Golling. 1791. seu *Introductio in epist. ad Hebr.;* Ammon, *Hibl. theol.* II[. 17 et seqq.

11) Hujus tract, part. 1. n. 170.

esse sacerdotium Christi, quam fuerit sacerdotium leviticum ob plures causas, quas ibi persequitur, inter quas urget objectum et efficaciam; *objectum* quidem, quia sacerdotium leviticum erat ordinatum ad solani emundationem carnis, sacerdotium Christi ad emundationem spiritus seu conscientiae; *efficadam,* quia illud, utpote imperfectum, sua sacrificia semper iterare debebat, sacerdotium Christi, utpote perfectissimum et ratione sui et ratione sacrificii, una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, quin illud repetere necesse fuerit. Hinc concludit, quod, si paria fuissent ejusmodi sacerdotia et sacrificia, alterutra inutilia forent. 12

589. Ad 4. *D.* Expleto ejus munere in terris, *C.* hoc non expleto, iY, Primum tantum affirmat apostolus, ut ostenderet, Christum, cum in coelum ascendit, quod in terris perfecerat, per applicationem complere.

590. Ad 5. *D.* Per continuationem muneris sacerdotalis in jugi applicatione meritorum suorum, *C.* secus, A'. Diximus porro in probationibus interpellationem Christi in coelis in applicatione fructus sacrificii in cruce oblati ad expiationem peccatorum nostrorum consistere.

591. Ad 6. Resp. I. Dato etiam quod rationalistae assumunt, solum nempe auctorem Epistolae ad Hebraeos, ut ipsi loquuntur, tribuisse Christo sacerdotalem dignitatem, illud satis nobis esset ad arguendam impietatem socinianorum; cum ex perpetua ecclesiae traditione, divinae auctoritatis sit haec epistola.

Resp. H Falsam esse illorum assertionem. Cum enim Christus Matth. XXH. 44 et seqq.; Marc. XH. 36; Luc. XX. 42. sibi applicet psalmum CIX. in quo expresse Christi sacerdotium praedicatur, hoc ipso sibimetipsi sacerdotalem dignitatem attribuit.

592. H. Obj. Duo sunt, quae prohibent, quominus in morte Christi veri nominis sacrificium agnoscamus; ac primum quidem, quod contra omnium sacrificiorum naturam idem Christus fuisset simul hostia et sacerdos; secundum, quod illius sacrificii hostia non ab ipso sacerdote mactata fuisset; Christus enim a tortoribus morti traditus est. Nec juvat reponere ideo Christum sacerdotem fuisse atque ejus mortem sacrificium, quia illatam mortem patienter sustinuit, siquidem et martyres omnes voluntarie pro Christo mortem fortissime tolerarunt, quin propterea veri nominis sacrificium illorum mors dici possit. Ergo.

593. Resp. A7. A. Nam non prohibet *primum,* tum quia haec est praerogativa peculiaris sacrificii Christi, quam Scripturae, patres, liturgiae, ceteraque omnia ejusdem generis documenta eidem vindicant; tum quia in coelis ipsis, ubi, socinianis fatentibus, sacrificium Christus offert, idem est

ls) Cf. Tournely, *De Incarnat,* qnaest. IV. art. 2. argTim. 4. respons. secundae Socinian. refutatio; Petav. lib. XII. cap. 11 et seqq. Bernard, a Piconio, *Tripi, expos,* in hunc locum.

sacerdos et victima. Hoc autem maxime commendat sacrificium Christi, ut expresse declarat apostolus Hebr. IX. 11,12. cujus verba superius descripsimus,

594. Non prohibet *alterum*, quia tortores non tamquam sacrificatores mortem Christo intulerunt, sed tamquam instrumenta, quibus Christus usus est ad se immolandum pro vehementissima, qua erga nos flagrabat, caritate; *oblatus* enim *est, quia ipse voluit.* Haec autem Christi morientis caritas infinite major fuit quam crucifigentium iniquitas.

595. Ad *confirmat N. paritatem.* Nec enim martyres instituti sunt sacerdotes ad offerendos semetipsos in veri nominis sacrificium, qualem Christum institutum fuisse declarat apostolus Hebr. X. 5. verbis superius recitatis et huc usque probavimus.

PROPOSITIO II.

Christus Jesus veri nominis mediator fuit.

596. Haec pariter propositio ad fidem spectat, ut ex constanti et perpetua ecclesiae catholicae doctrina in sacris litteris et traditione fundata, constat.

597. Etenim **apostolus** conceptis verbis, I. Timoth. II. 5, 6. ait: *Cnus Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Ideo autem ab apostolo Christus mediator dicitur, quia *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: ergo* non improprie, ut sequester, arbiter et advocatus mediatores dicuntur, Christus mediator tantum extitit, sed veri nominis mediator praeterea agnoscendus est tamquam sponsor, qui soluto pretio pro peccatis nostris satisfecit, ac nos Deo reconciliavit, ut capite insequente fusius ostendemus.

598. Fuit autem et est **veri nominis mediator** Christus, prout Deus et homo est. Dicitur enim in Scripturis, *Deum* acquisivisse ecclesiam sanguine suo, tum *Dominum gloriae* crucifixum esse, aliaque ejusmodi de Christo praedicantur, quae utriusque naturae concursum supponunt in humani generis redemptione, ac propterea in *mediatione,* qua Christus perfunctus est. Quare s. **Augustinus**: *Mediator,* inquit, *inter Deum et homines oportebat, ut haberet aliquid simile Deo, aliquid simile hominibus, ne in utroque hominibus similis longe esset a Deo, aut in utroque Deo similis longe esset ab hominibus, atque ita mediator non esset.* [1] Eodem sensu ceteri patres tum graeci tum latini loquuntur. [2]

[1]) *Confess,* lib. X. cap. 42.

[2]) Cf. apud Petav. lib. XII. cap. 4 et seqq. Ut magis accurata habeatur notio mediationis, distingui debet *persona* mediatoris a mediationis *opere,* seu munere. Ad verum et proprie dictum mediatorem constituendum in subjecta materia, de qua agimus, requiritur concursus utriusque naturae. Opus autem mediationis *posuit* sola humana natura in Verbo subsistens; haec

599. Diversa tamen ratione unaquaeque natura ad ejus mediationem concurrit. Natura enim humana materiam seu opus mediationis subministrant, Verbi vero hypostasis valorem et dignitatem in opus contulit. Ex hac autem animadversione erroris convincuntur sive ii, qui Christum mediatorem ut Deum tantum, cum veteribus arianis asserunt, sive qui eum talem ut hominem tantum extitisse autumant cum Francisco Stancharo ac socinianis. Hi enim rati sunt, non potuisse Christum esse mediatorem ut Deum, ne in absurdum illud incidamus, ut eum fuisse mediatorem suimetipsius affirmemus.

Reponimus enim, non eo modo, quo unus est de Trinitate, mediatorem esse Christum; quippe persona eadem Verbi, qua Deus est, citra carnis communionem sive cogitatione ab hac abstracta, in Trinitate secunda numeratur; quatenus vero hic homo est et humanam naturam quodammodo informat ac terminat, mediatoris partes ac mimus implet.[3]

600. Si praeterea Christus veri nominis mediator fuit quatenus tamquam sponsor pro nobis satisfecit, colligimus, Christum ante Incarnationem improprie tantum potuisse dici mediatorem, prout a ss. patribus, praesertim antiquioribus praedicatur, quatenus nempe spectabatur ut internuncius ac interpres divinae voluntatis apud homines in frequentibus illis apparitionibus, in quibus sub adspectabili specie videndum se praebuit; vel etiam quatenus Deus, intuitu futurae ejus mediationis et meritorum, peccata condonavit, et ritam aeternam illis impertitus est, qui in eumdem Christum venturum rite credidissent.[4]

601. Cum praecipua controversia, quae circa Christum mediatorem inter catholicos et socinianos agitatur, afficiat ipsam satisfactionem, ideo difficultates, quae adversus propositionem quam adstruximus moveri solent, commodius refellemus in sequenti capite.

CAPUT VI.

DE CHRISTI SATISFACTIONE ET MERITO.

602. *Satisfactio,* ut loquitur Catechismus romanus[1], *est rei debitae integra solutio.* Nam quod satis est, ei videtur nihil deesse. Res autem debita aut personalis est aut realis. Debitum *personale,* ut vocant, illud est quod oritur ex injuria alteri illata; *reale* est illud, quod exurgit ex re aliqua, e. gr. pecunia, qua erga alterum obstringimur. Priori in significatione

enim sola potuit pati, mori, pretium solvere etc. Natura vero seu persona divina non contulit nisi dignitatem et valorem ejusmodi operi. Cf. Petav. loc. cit.

') Cf. Petav. loc. cit. cap. 5. §. 7.

*) Cf. Petav. loc. cit. cap. 3.

*) Part. II. cap. 5. §. 62.

liic satisfactionem accipimus, quatenus nempe *personalis* est; quo sensu idem satisfacere significat, quod alteri tantum praestare, quantum irato animo ad ulciscendam injuriam satis esse possit; atque ita satisfactio nihil aliud est quam injuriae alteri illatae compensatio.

603. Rursum satisfactio haec personalis bifariam sumitur, proprie scilicet aut improprie. *Proprie* ille satisfacere censetur, qui ad justitiae rigorem injuriam alteri illatam per compensationem reparat; *improprie* autem ille satisfacere dicitur, qui tam ex justitiae aequalitate quam ex benignitate partis laesae, gratis injuriam condonantis, veniam obtinet.

604. His praemissis, status quaestionis jam exponendus est, quae viget catholicos inter et socinianos, eorumque surculos quackeros, methodistas atque rationalistas. **So ci ni an i** cum reliquis enumeratis contendunt, Christum Jesum nonnisi improprie pro nobis satisfecisse; asserentes L ipsum, partibus sibi a Deo impositis ad salutem nostram procurandam expletis, gratis ab ipso obtinuisse peccatorum nostrorum relaxationem; IL praeterea, Christum esse hominum Salvatorem *praeconio* dumtaxat et *consilio,* quibus viam salutis nobis annunciavit ac ad eam nos cohortatus est," atque *exemplo,* quo nobis praeluxit, non autem opere, merito et efficacia humanum genus reparando; HI. demum statuentes, Christum mortuum esse bono et commodo seu utilitati nostrae, non autem hominum loco ac vice, per veram ejus in nostri locum substitutionem. Quae quidem necessario profluunt ex fundamentali ipsorum de Christo doctrina. Cum enim recensiti haeretici, seu potius increduli, principii loco habeant, Christum nomine tantum et appellatione Deum esse, natura vero origine ac potestate purum hominem, sequitur omnem veram satisfactionem Christi subverti; neque enim humanae actiones tantae virtutis esse possunt, ut illatam Deo injuriam vere et proprie compensare valeant ad justitiae aequalitatem.

Germanam satisfactionis doctrinam haud parum temeravit **Hermesius**, qui quamvis veram ac rcalem exhibitam a Christo satisfactionem admittat ejusque necessitatem, attamen negat Patrem aut debuisse aut voluisse placari ob hominum peccata. Etenim Hermesius assumit I. uti principium inconcussum Deum *minime iratum* fuisse hominibus ob ipsorum peccata, quia licet ipse sit sanctus, et peccatum odio habeat, diligit nihilominus homines, quamvis peccatores. П. Statuit, Demn *non indiguisse* ex parte sua *placatione,* nec debuisse *ex justitia* exigere ullam *personalem* ab homine *poenam,* neque propterea eam exegisse a Christo. HI. Constituit, Christum passione ac morte sua pro homine non subiisse poenas illas uti *debitas in actu* peccatis nostris, neque requisitis a divina justitia *in actu* uti conditionem placationis suae erga hominem; verum eas pertulit ad patefaciendum eidem homini, quid Deus potuisset ab homine exigere *in hypothesi* (non reali), quod ipse *voluerit* exigere quod necessarium foret *ad Deum con-*

digne placandum, in hypothesi (non reali), quod ipse fuisset iratus homini, ut exinde homo disceret melius cognoscere divinae offensae magnitudinem, et salutarem peccati horrorem concipere. Seu quod idem est, per simulationem quandam Deus exegisset a Christo satisfactionem. Quae quidem omnia, praeterquam quod socinianis impense faverent, catholicam plane de sadsfactione doctrinam evertunt ac labefactant.[2]

605. Contra vero **catholici** ex verissimo illo **principio**, quo constituunt, Christum esse naturalem Dei Filium, atque adeo natura et origine Deum, verissime etiam colligunt, Christum vere et proprie divinae justitiae satisfecisse, I. quia ipse salutis nostrae pretium cumulatissimum, idque ex justitiae legibus, Deo persolvit; II. quia ipse, utpote verus ac proprie dictus Salvator noster, reipsa opere et merito nos redemit, et in salutem asseruit; III. denique, quia mortuus est pro nobis, quatenus scilicet mortem pro nobis ac vice nostrùm obierit, seque moriens in locum nostrum suffecerit.

606. Quae ut clarius intelligantur, animadvertendum est, peccatum, pro quo satisfactio exhibetur, triplicem habere respectum; est enim 1°. *debitum,* quo divinae justitiae obligamur; 2°. *injuria,* quae inimicitiam inducit Deum inter et homines; 3°. *crimen,* quo rei evadimus mortis et aeternae maledictionis.

Peccatores enim in sacris litteris passim dicuntur 1°. *debitores*[3], 2°. *inimici**, 3°. *rei,*[3]

Quare Deus se habet 1°. ut *creditor,* cui debetur, 2°. ut *pars offensa,* quae placanda est, 3°. ut *judex* qui poenam repetit.

Hinc ad veram et proprie dictam satisfactionem tria requirebantur: 1°. ut esset debiti solutio; 2°. ut esset irae divinae placatio; 3°. ut esset reatus expiatio.

Nobis igitur opus erat tum sponsorejtc vade, qui pro nobis debitum solveret, tum reparatore, qui nos cum Deo reconciliaret, tum denique sacerdote et victima, qui se nostri loco ad poenas substitueret, ac peccata nostra expiaret

607. Haec autem praestare Christus non potuit, quin ejus actiones supponantur meritoriae. Hinc est quod utraque, nempe satisfactio et meritum, semper una jungantur. Est autem meritum *nexus operationis liberae ad retributionem.* Nomine *retributionis* venit tum poena, tum praemium, tum merces; siquidem operis liberi ab aliquo patrati connexio esse potest apud alium vel ad poenam, vel ad praemium, vel ad mercedem. *Nexus*

') Cf. cit. dissert. *Ri/lessioni sut ine-toilo* etc. ubi in medium allatis Hermesii testimoniis ex part. III. *Theolog. special.* mentem ejus excussimus ac refellimus.

') Matth. VI. 12; Coloss. II. 14.

<) Rom. V. 10; Coloss. I. 21.

4) Marci III. 29; Jacobi II. 10.

liberae operationis ad retributionem exurgere potest vel ex decentia, vel ex pacto, vel ex manifesto impleti operis jure apud retributorem, ita ut, nisi retributio fiat, laedatur jus istud, aut justitia in observantia juris posita. Ubi nexus ex decentia tantum adest, quae potius sumitur ex liberalitate retributoris quam ex vi operis, illud oritur meritum, quod dicitur *de congruo;* ubi vero ejusmodi nexus habetur, qui exurgat ex pacto aut vi operis libere positi, seu ex justitia, tunc meritum illud oritur, quod *de condigno* nuncupatur ac proprie meritum dicitur.

608. Meritum rursus vel naturale est vel supernaturale. Primum occurrit, si nexus liberi operis ad retributionem proveniat ex naturae viribus, ut hominis opus ac pactum apud hominem, civis apud principem etc. Contra vero, si nexus proveniat ex opere auxiliis gratiae facto, vel ab auctore ipso coelestium horum auxiliorum," qui majus profecto quidpiam est quam peculiaria distinctim auxilia, tunc erit *supernaturale.*

609. Cum igitur nullae conditiones Christo defuerint, quae ad meritum proprie dictum seu *de condigno* requiruntur, sanctitas videlicet in operante, libertas in opere et promissio in retribuente, vere et proprie meruisse ipse dicendus est. De sanctitate nemo dubitat; de libertate suo loco diximus; promissio autem patet ex Is. LIII. 10: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevum.* 6

610. Ex quibus Isaiae verbis constat non tantum Christum sibi meruisse 7, sed nobis etiam, ponendo nempe pro peccatis nostris animam suam, seu satisfaciendo pro nobis. Hinc a concilio trid. Christus dicitur *nostrae satisfactionis causa meritoria.* 8

611. Ad hanc igitur satisfactionem adstruendam jam progredimur, praetermissis minus necessariis concertationibus, quae in scholis agitari solent circa ejusdem satisfactionis proprietates et conditiones, de quibus scholastici ipsi considi possunt. 9 Sit igitur

e) Id ipsum declarat apostolus, Philipp. II. 8, 9. scribens de Christo: *Humiliavit semelipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod el Heus exaltavit illum* etc. Quibus in locis, ut animadvertit Petavius, velut stipulatio quaedam pactumque Dei cum homine Christo continetur hujusmodi, ut, si redimendis hominibus mortem suam vellet impendere, tum in gratiam et spem recuperandae salutis admitterentur illi, tum ipse sibi gloriam ac decus immortale compararet. Cf. lib. XII. cap. 9. §. 2. De iis, quae spectant ad Christi meritum, copiose disputat Vasquez, tom. I. *in tertiam part, s. Thomae,* disput. LXXIV et seqq.

7) Christus sibi ipsi praesertim promeruit gloriosam e mortuis resurrectionem ac nominis sui exaltationem.

8) Sess. VI. cap. 7.

9) Quaestiones scholasticorum non attingunt satisfactionis Christi veritatem aut ejus sufficientiam ad omnium peccata redimenda; de his enim nemo unus unquam dubitavit. Versantur igitur eorum disceptationes in exponenda ratione, qua satisfactio Christi sufficiens et condigna fuerit. Nam alii contendunt, eam *ex se* condignam et

PROPOSITIO.

Christus vere et proprie pro nobis divinae justitiae satisfecit.

612. Ad catholicam fidem haec propositio pertinet, in omnibus fidei symbolis tradita; estque totius Christianae spei fundamentum. Ejus autem veritatem sic ostendimus:

613. Christus vere et proprie pro nobis satisfecisse divinae justitiae dicendus est, si I. semetipsum Deo in sacrificium obtulit et tamquam piacularem hostiam ut sacerdos immolavit; si II. peccata nostra, poenasque illis debitas ut sponsor in se suscepit ac luit; si III. nos suo sanguine redemit; si IV. denique nos ut mediator cum Deo reconciliavit cumque placavit. Atqui reipsa haec omnia praestitit Christus. Ergo.

614. I. Ac primo quidem Christum tamquam **piacularem hostiam semetipsum in sacrificium Deo obtulisse,** ea omnia ostendunt, quae paulo ante de Christi sacerdotio ejusque sacrificio in cruce oblato disputavimus.

615. II. **Alteram** vero assumptionis **partem** luculenter evincunt veteris ac novi foederis simul collata in hanc rem testimonia; Isaias enim, cap. LUI. testatur Messiam dolores ac peccata nostra portasse, ob haec vulneratum, attritum et ad mortem traditum esse, et quidem ad eum finem, ut nos ob dolores a se toleratos sani, id est, liberi ab iis efficeremur; ergo non ob suas iniquitates ac peccata, quae nulla unquam habuit aut habere potuit, Christus poenas ac mortem tulit, sed ob peccata nostra, quatenus ea in se luenda susceperat.

Talem porro esse sensum vaticinii Isaiae non solum verborum nativa vis, orationis series et constans judaeorum traditio, ut suo loco ostendimus sed etiam gravissima apostoli Petri auctoritas patefacit, qui paucis germanam prophetae sententiam his verbis complexus est: *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiae vivamus, cujus livore sanati estis* (I. Petr. II. 24.). Quod enim de languoribus Isaias dixerat, apertius Petrus de peccatis exponit; quod propheta de peccatis nostris addiderat a Deo in Christum conjectis, id apostolus ad crucis supplicium, aut potius sacrificium refert; *peccatis nostris* poenas debitas

perfectam non fuisse, sed ex sola Dei acceptantis liberalitate; alii censent, eam non fuisse ex virtute seu *titulo justitiae verae ac rigorosae* factam; alii vero licet fateantur, eam titulo verae justitiae factam esse, nolunt tamen ad omnes rigorosos juris apices exactam illam fuisse; inde inferunt, Christi satisfactionem fuisse quidem *sufficientem,* non autem *superabundantem.* Qui ejusmodi quaestiones penitius cognoscere cupit, poterit inter ceteros consulere Vasquez, loc. cil. disp. VII seqq. ubi de his fuse disputat. Opp. ediL Ingolstad. 1610.

') N. 186.

Christum in sc denique Bilacepiese et in crucem sursum luendas tulisse, declarat Petrus gracca voce *ùvipep/.ev, sursum tulit,* nempe *in corpore* suo *super lignum.*

In camdem sententiam dictum est ab apostolo Paulo: *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso* (LL Cor. V. 21.); et alibi (Gal. III. 13.): *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum, est: maledictus omnis, qui pendet in ligno* Atqui non alio sensu Christus factus *peccatum* aut *maledictum* dici potuit pro nobis, nisi quatenus subrogatus .est in locum nostrum, quibus ob peccata ac legis transgressionem poenae ac maledictio debebantur, quas ipse in se luendas suscepit; ergo.

616. III. Christum pariter, quod tertio loco probandum assumpsimus, suo **nos sanguine redemisse,** apertissima Scripturarum testimonia evincunt·. Apostolus enim, I. Tim. II. 6. scribit: *Qui dedit semetipsum redemptionem* (graece *ἀντίλντρον, pretium redemptionis) pro omnibus·,* et I. Cor. VI. 20: *Empti estis pretio magno:* Ephes. I. 7: *In quo* (Christo) *habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum;* ad Tit. II. 14: *Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.* Sic luculentius etiam apostolus Petrus ait, I. Petr. I. 18: *Scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi* etc.

Unde sic argumentamur: ille vere ac proprie sanguine suo nos redemit a peccatis nostris, qui illum dedit tamquam pretium redemptionis nostrae, sicut aurum et argentum datur pro pretio rei temporalis ac venalis; atqui ita ex allatis testimoniis Christus sanguinem suum dedit; ergo.

617. IV. Atque ex his jam sequitur, quod quarto loco proposuimus, scilicet Christum **tamquam mediatorem Deum placasse** eumque nobis reconciliasse. Etenim causa sive ratio, ob quam Deus nobis iratus erat et poenas a nobis exposcebat, fuerunt profecto peccata nostra. Si igitur Christus, ut ex dictis constat, ad haec expianda se ipsimi ut victimam in sacrificium obtulit: si seipsum in locum nostrum suffecit ad ea expianda atque luenda: si denique sanguine suo eadem eluit ac sustulit, nulla amplius irae ac inimicitiae ratio in Deo adversus nos subsistere potuit, et quare nobiscum placatus non sit.

Talem profecto passionis Christi fructum Scriptm-ae ubique commemorant. *Cum inimici essemus,* inquit apostolus, *reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus,* Rom. V. 10. et alibi: *In ipso* (Christo), inquit, *complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in coelis sunt,* Coloss. I. 19; ut alia ejusmodi testimonia, quae innumera prope sunt, ne longior sim, praeteream.

618. Cum igitur Christus, ut ex allatis Scripturarum testimoniis liquet, quatuor illa praestiterit, quae ad veram et proprie dictam satisfactionem requiruntur, jam patet propositum adversus eocinianos.

619. **Patres,** socinianis ultro latentibus, in catholico satisfactionis dogmate praedicando unanimes plane sunt. 2 Quamvis autem patrum auctoritatem ipsi rejiciant, juverit tamen paucis illorum colligere doctrinae capita seu principia, ex quibus non modica assertae veritati lux affulget.

Mira igitur consensione statuunt patres: 1°. nullam creatam rem parem ac idoneam esse tum pro peccato originali tum pro peccatis reliquis ad exacte Deo satisfaciendum, ideoque non alium, quam qui Deus esset, intervenire debuisse.3 2°. Christum Jesum mediatorem nostrum non solum plene, sed cumulate Patri satisfecisse pro omnibus omnium delictis, ac propterea non modo infinitam, sed, si ita loqui fas est, infinita uberiorem fuisse meritorum Christi amplitudinem. 3°. Docent infinitam ejusmodi meritorum Christi aestimationem devenisse ex eo, quod operationes ejus propriae essent personae Verbi incarnati. 4°. Secundam potius ss. Trinitatis personam decuisse hominem fieri prae personis reliquis ad hominem liberandum, quia, ut ait apostolus, *decebat eum, propter quem omnia et per quem omnia,* nempe creata productaque fuerant, salutis illorum auctorem fieri. Quod brevi sententia conclusit s. **Ambrosius,** dicens: *Decuit enim, ut ille nos redimeret, qui creavit.* 4 Docent propterea iidem patres, non minorem ad redimendum hominem potentiam requiri quam ad condendum, ÙTÏT o et majorem quodammodo. Porro ad creandum vis et potentia infinita requiritur, ut s. Thomas ostendit6; igitur et ad redimendum sive ad promerendam redemptionem infinita virtus necessaria fuit.7

*) Haec patrum testimonia collegerunt Petavius, lib. XII. cap. 9, et Grotius in *Defensione fidei catholicae de satisfactione Christi ado. Socinum,* Lugd. Batav. 1617. Adversus Grotium praeter Ravenspergerum, in op. *Judicium de libro Grotii de satisfactione Christi,* Groningae 1617. scripsit Joann. Crellius, in op. *Responsio ad librum Huyonis Grotii pro catholica fide de satisfactione J. C.* Siluit Grotius, vel quod ad Sociui paries transiisset, ut Patinus, Osiander, ct cum primis Bossuetus existimant; vel quod, in dogmate quidem de Christi divinitate ac *satisfactione* a socinianis dissentire pergens, *existimaret,* non esse cur ob hanc quaestionem diuturnius bellum committi debuerit. Certe ad Crellium scribebat ipse Grotius: «Pacis consilia et amavi semper et amo nunc quoque, eoque doleo, cum video tam pertinacibus iris committi inter se eos, qui Christi se esse dicunt, si recte rem putamus, quantillis de causis?' Difficile est, Grotium a socinianismo defendere, cujus principiis suos in sacraro Scripturam commentarios adspersil. Deinde hoc ipso, quod Grotius parvi momenti quaestiones fecerit de Christi divinitate et satisfactione, ostendit, se protestantismi impetu abreptum fuisse et in socinianismum declinasse.

*) Cf. Petav. loc. cit. §. 6.

D *De fide,* lib. IIL cap. 2. n. 8. edit, maur.

s) Cf. Petav. ibid. n. 7.

·) Part. I. qu. 45. art. 5.

D Inter utrumque tamen infinitatis genus illud interest, quod alterum *naturale* est, nempe creationis, alterum *morale,* scilicet meriti.

620. Domum Scripturis et totius antiquitatis consensui ad assertae veritatis confirmationem adjicimus **rationum momenta** deducta ex absurdis quae in socinianorurn hypothesi consequerentur. Etenim, si Christus nonnisi ad confirmandam doctrinam suam mortuus esset, atque ut nobis esset exemplo, 1°. non magis, saltem quoad rei substantiam, profuisset quam martyres tum V. tum N. T. qui mortem Obierunt ad doctrinae divinitus traditae confirmationem, nobisque exemplo fuerunt; 2°. aeque redemptio reliquis Christi operibus, miraculis, praesertim resurrectioni et ascensioni ejus in coelum ac ipsius morti esset tribuenda; 3°. sacri scriptores, qui redemptionem, seu liberationem a culpis ac poenis iis debitis, et reconciliationem humani generis cum Deo constanter tribuunt morti Christi et ipsius sanguinis pretio, nos~dec£pissent, ac reipsa tota antiquitas seu universa ecclesia usque ad Socinum decepta esset, atque inanis omnis fuisset in Christi mortem Christianorum spes.

Hanc postremam consecutionem viderunt rationalistae, eamque ultro admiserunt. Ipsi enim demum fassi sunt, in Scripturis luculenter hunc articulum contineri; ast simul contendunt, scriptores sacros in ejusmodi doctrina tradenda induisisse anticipatis coaevorum judiciis, atque prospexisse honori magistri sui ob latam ab eo ex infami supplicio ignominiam.8

s) En verba Wegsclieidcr, qui §. 136. scribit: *Quod si tum fontem dogmatis illius* (expiationis et satisfactionis) *qui est in notionibus de sacrificiis, quas, ut alii populi incultiores, sic etiam hebraei habebant . . . tum dicta scriptorum sacrorum . quae ad dogma illud probandum allata sunt, accuratius examinareris, haud dubitabis, quin illa de symbolica quadam ac vicaria expiandi peccata ratione notio Israelitis maturi jam fuerit cognita {Lev.* IV 3 *et seqq.* V. 11; XVI. 21; XVII. 11: *Cf.* III. *Reg.* XXL 29; IV. *Reg.* XXIV. *a* 1 *ad* 4.) . . . *Quo facto ab omnibus fere scriptoribus sacris, qui odium et ignominiam supplicii Jesu Christo illati removerent, maxime a Paulo, ita exposita est, ut mortem Jesu Christi ostenderent tamquam expiatoriam eamdemque vicariam , velut poenam peccatorum omnium (L Joann.* II. 1 *et 2.) ab ipso susceptam {Matth.* XX. 28; XXVL 28; *Joann.* I. 29; *Rom.* v. 6 — 9; IL *Cor.* V. 21; *Gal.* III. 13; I. *Petr.* II. 24; I. *Tim.* IL 6; *Rehr.* IX. 28.), *et Jesum ipsum tamquam agnum purum atque immaculatum* (I. *Petr.* I. 18 *et seqq.;* II. 24; *coll. Is.* LIII. 7·), *a Patre ipso morti quasi victimam piacularem traditum, sanguine suo peccata mundi abluentem (I. Joann,* I. 7; IL 1 *et seqq.}. Obedientiae igitur ipsi sive virtuti Jesu vim quamdam vicariam videntur tribuisse (Rom. N.* 18 *et* 19; I. *Petr.* L 19; III. 18; I. *Joann.· II.* 1; *Hebr.* IX. 14.) etc.

Ac rursum §. 137: *E locis jam commemoratis facile inlelligitur, doctrinae ecclesiasticae* (catholicae) *fundamenta et ipsa momenta potiora in librorum sacrorum effatis nonnullis vere contineri.*

Demum concludit §. 142: *Ex argumentis supra propositis* (quae inferius nos afferemus et diluemus) *hoc quidem apparet; primum doctrinam scriptorum sacrorum de morte Jesu Christi peccata hominum expiante opinionibus aequalium {Hebr.* IX. 22.) *mullis de causis accommodatam fuisse, et ad commendandum novae religionis institutum illo tempore aptissimam ; unde hanc ipsam doctrinae formam, providentia divina sapienter id permittente, ab euangelii doctoribus exhibitam esse facile tibi persuaseris.*

Ex his colligimus, 1°. dogma catholicum reipsa in sacris Scripturis contineri;

Monent christianos doctores, ut sedulo caveant, ne quasi veternum obducant conscientiae improborum, praesertim morti propinquorum, *nimium jactando vim sanguinis Christi expiatoriam*, quo Deus, Molochi instar innocentis sanguinem sitientis, placatus sistatur. 9

621. Unde deprehendere licet impietatis progressus, immo et eversionem principii fundamentalis protestantisme Primi protestantes docuerunt, soli Scripturae in rebus fidei standum esse. Scripturarum, ut ipsi autumabant, auctoritate freti, rejecerunt necessitatem bonorum operum, poenitentiae et satisfactionis, ne injuria irrogaretm· sanguini Christi. Sociniani eidem principio innixi intulerunt, omnem abjiciendam esse satisfactionis proprie dictae doctrinam, quae in Scripturis non reperitur, nec nisi ex praepostera majorum nostrorum interpretatione Scripturarum illam ortam esse. Rationalistae meliori fide agentes fatentur, doctrinam de morte Christi *vicaria* et *expiatoria* aperte in Scripturis tradi ; ast contendunt, sacros scriptores tum deceptos tum deceptores extirisse; ideoque non in Christi morte ejusque sanguinis pretio pro nobis oblato cliristianos spem suam reponere debere, sed unice in *bonis operibus* seu in *recte* et *honeste factis,* ne injuria inferatur sanguini Christi, qui, in hvpothesi de vi expiatoria, nobis nocuisset, efficiendo nos desides atque in vitiis obfirmatos.10 Et en eos in deismum ac naturalismum delapsos.

622. Sive igitur Scripturarum oracula consulamus, sive perpetuam totius antiquitatis doctrinam, sive nefarias contrariae doctrinae consecutiones, patet, nisi velimus christiano nomini nuncium remittere, Christum, prout nobis ostendendum proposuimus, vere ac proprie Deo pro hominibus satisfecisse.

DIFFICULTATES.

623. I. Obj. 1. Non alio sensu Christus peccata nostra portasse in sacris litteris perhibetur quam eo, quo passim Deus legitur portare peccata nostra; e. gr. Exod. XXXIV. 7, et Num. XIV. 18. Jam vero Deus non fert peccata nostra, ea in se transferendo, sed condonando, aut patienter

ac frustra propterea socinianos adlaborasse, dum innumeris prope cavillationibus id inficiari conati sunt; conscientia demum vicit; 2°. juxta rationalistas sacros scriptores in hoc dogmate tradendo turpiter errasse, id *sapienter permittente providentia divina;* adeoque universam ecclesiam usque ad ipsos deceptam fuisse et in errorem inductam a sacris scriptoribus juxta divinae providentiae ordinem. 3°. Colligimus, nullam propterea fidem sacris scriptoribus adhibendam esse, dum in re adeo gravi et decepti sunt ct mundum universum decepeerunt; et, quod consequens est, sacras Scripturas noxias potius quam utiles esse. Huc devenerunt, qui se adhuc chrislianos profitentur, ex principio semel constituto independentiae rationis ab auctoritate in negotio religionis, quod basim et essentiam constituit proteslantismi.

9) Ibid. §. cil. 142.

*·) Ibid. §. 141. circa finem,

nobiscum agendo. Hunc sensum nobis patefacit s. Matthaeus VIII. 16 et 17; cum enim ibi retulisset, Christum plures sanasse ex infirmitatibus, subdit, id factum esse, *ut adimpleretur quod dictum eat per Jaaiam prophetam dicentem, ipse infirmitates nostras accepit, et aegrotationes nostras portavit,* non cas in se suscipiendo, sed alios sanando. Quod confirmatur ex typo hirci emissarii, qui dicebatur portare peccata populi. 2. *Redemptionis* pariter vocem metaphorice passim sumi in Scripturis, res nota est Hoc autem sensu eam de Christo praedicari, suadent redemptiones typicae populi israelitici ex Aegypti et Babylonis captivitate, suadet ratio, qua venditi sumus diabolo, nempe gratis; gratis igitur redimendi eramus, cum emptio et redemptio relativae sint. Alioquin, si verum pretium pro redemptione nostra datum esset, fuisset illud persolutum diabolo, qui testante apostolo, II. Timoth. II. 26. homines captivos detinebat; quo nihil absurdius dici potest. 3. Quod si Christus affirmat, dedisse semetipsum redemptionem *pro* omnibus, aliaque ejusmodi de eo leguntur, nemo est qui nesciat particulam *pro* minime veram *substitutionem* importare, sed solam utilitatem; ut cum jubentur fideles, I. Joann. III. 16. *pro* fratribus animas suas ponere, et cum apostolus, Coloss. I. ait, se adimplere quae desunt passionum Christi *pro* ecclesia; nec alia vis est graecae particulae *vetéo,* quae respondet latinae *pro.* 4. Nihil denique efficiunt catholici ex eo, quod dicatur Christus nos Deo reconciliasse, cum apostolus, II. Cor. V. 19. aperte dicat: *Posuit in nobis verbum reconciliationis,* etsi inde inferri nequeat apostolos nos vere Deo per satisfactionem reconciliasse. Ergo.

624. **Resp.** Ad 1. *N.* Porro praedicari in Scripturis de Christo, quod portaverit peccata nostra diverso sensu ab eo, quo haec ipsa praedicantur de Deo in locis citatis, evincitur ex substrata materia, quae diversa omnino est. Nec enim potuit Deus aut pati aut mori pro peccatis; potuit id autem Christus in natura humana. Numquam praeterea de Deo dicitur, prout dicitur de Christo, quod positae fuerint in eo iniquitates omnium nostrum, quod propter eas fuerit *vulneratus* et *attritus,* aliaque ejusmodi, quae in probationibus attulimus. Quare, cum fateatur ipse Socinus, *peccata portare* idem esse ac *peccatorum poenas dare*11, et hunc sensum necessario

") *Fatemur.,* inquit, in *Praelect. theolog.* cap. 21. *locutionem hanc* **portare** *seu* **ferre peccatum** *sive iniquitatem idem significare solere, quod* **peccati poenas dare,** *sive ut verbum verbo reddamus,* **peccati poenam ferre.** In *Bibi. Fratrum Polonor.* tom. I. pag. 580. Animadvertendum praeterea est, antiquas versiones omnes hunc legitimum seu germanum sensum confirmare. Etenim, omissa vulgata, graeca Isaiae verba vertit: *Et ipse peccata nostra fert, et pro nobis affligiturj* syriaca: *Vere passiones nostras ipse pertulit, et dolores nostros ipse passus est;* arabica: *Ipse portat peccata nostra, et pro nobis dolore afficitur.* Cf. *Biblia Polyglotta* Walton.

postulent, quae de Christo Scripturae praedicant, plane concidunt, quae ad infirmandas probationes nostras ab adversariis proferuntur.

625. Ex his responsio patet ad duas confirmationes, alteram desumptam ex Matth. VIII. alteram ex typo hirci emissarii. Evangelista enim retulit ad Christum morbos corporeos sanantem Isaiae vaticinium, ut figuram sanationis a morbis spiritualibus, uti exponit ipse Grotius12; vel, ut explicat s. Joann. Chrysostomus, eatenus s. Matthaeus in Christo morbos depellente adimpletum dicit Isaiae vaticinium, quod proprie est de peccatorum poenis, quatenus morbi corporis ut plurimum sunt poenae peccatorum 13; quas quidem poenas cum in se luendas susceperit Christus, ideo etiam cum aegrotos sanant, recte dicitur aegrotationes nostras accepisse. Hircus autem emissarius non alio sensu dicitur portasse peccata populi, quam quod symbolum et figura fuerit gerendorum per Christum; hinc de figura ac symbolo, ut rei natura exigit, *improprie,* de figurato, ut ajunt, *proprie* locutio illa accipi debet.

626. Ad 2. *D.* Interdum, *C.* in casu nostro, 2V. Quominus autem improprie de redemptione a Christo peracta hanc vocem intelligamus, vetant argumenta, quae in probationibus protulimus. Neque ejusmodi improprium sensum in casu nostro in primis suadent tvpicae redemptiones populi israelitici, in quas non concurrunt adjuncta illa, quae militant pro redemptione Christi. In hac enim omnia, quae ad veram redemptionem constituendam necessaria sunt, reperiuntur. Nimirum in vera redemptione opus est captivo et captivum detinente, tum redemptore et redemptionis pretio; porro revelatio docet, universum genus humanum captivum fuisse aeternisque poenis damnatum; homines autem captivos detinebant et Deus tamquam supremus judex, et diabolus tamquam lictor apparitorque Dei, et peccata tamquam laquei, mors tamquam poena, et infernus tamquam carcer; fuit autem redemptor Christus Dominus; ac denique redemptionis pretium non fuit aliquid corruptibile, cujusmodi sunt aurum et argentum, sed pretiosus sanguis quasi agni immaculati Christi, ut loquitur b. Petrus, Epist. L cap. I. 19.

627. Nec suadet ratio, qua venditi sumus. Gratis enim excidere possumus et in diaboli potestatem culpa et inobedientia nostra venire; ast redimere nos non possumus nisi per condignam satisfactionem. Quispiam

n) In *Crit. sacr.* adcap.VIIL Matth. v. 17.

▮') *Homil.* XXVH alias XXVIII. *in Matth.* n. 1 et 2. Atque hic censura notandus Erasmus, qui in adnot. ad cit. loc. scribit: «Adduxithoc testimonium Matthaeus ex Is. LIIL nonnihil ad suum deflectens negotium. Etenim, quod illic dictum est de passione Christi et sublatis hominum peccatis, hic accommodat ad aegrotos sanatos; quamquam haec sanatio illius typum habebat. Ad hunc modum excusat evangelistam Chrysostomus, Horn. XXVIII.“ At de ejusmodi *typo* et *exetisatione* ne verbum quidem habet s. Doctor!

poteet ac in puteum dejicere, acd sine aliorum subsidio exinde emergere nequit.

628. Neque pariter illud sequitur, quod adversarii fingunt, in catholicorum nempe sententia redemptionis nostrae pretium persolutum fuisse diabolo. Illi enim persolvitur pretium, qui jure suo captivos detinet, qui creditor est, persona laesa ac supremus judex, cujusmodi in casu nostro est solus Deus, qui potestatem habet mittere in gehennam, ut inquit Christus, Luc. XII. 5; non autem ei, qui jure alieno detinet captivum tamquam carceris custos, judicis minister atque executor, prout diabolus est. Soli ergo Deo persolvendum erat nostrae redemptionis pretium.

629. Ad 3. *D.* Particula *pro* seu *vtùo* non semper veram importat substitutionem, *C.* numquam, nec praesertim in casu nostro, *N.* Inani prorsus labore corrogant sociniani tum ex scriptoribus sacris tum ex auctoribus profanis exempla, quibus ostendant, interdum particulam *pro* aut wwp non significare substitutionem, sed solam utilitatem, cum nemo id inficietur. Ast nihil proficiunt, nisi simul ostendant, hanc ejusdem particulae unicam et constantem esse significationem et vim, quod numquam efficient, cum innumera prorsus suppetant exempla, ubi de personis agitur, ex iisdem fontibus, in quibus eidem particulae subest vis ac significatio substitutionis.16 Igitur de hujus particulae significatione dijudicandum est ex subjecta materia, scopo, contextu et ceteris adjunctis. Porro in casu nostro non solum dicitur Christus pro nobis mortuus, sed praeterea dicitur, pro peccatis nostris animam suam posuisse, semetipsum dedisse in victimam et oblationem et propitiationem, dedisse se ipsum redemptionis pretium, nosque redemisse non auro et argento, sed sanguine suo pretioso. Quae omnia profecto, ut veram solutionem pro nobis, ita veram substitutionem aperte significant. Cum vero haec eadem non militent pro exemplis allatis, patet extra rem ea omnino proferri. Denique compertum philologis est, non aliam esse proprietatem particulae *ἀντί,* ubi veniat in compositione *λντρον,* quam significandi vicariam substitutionem, pretii nempe in locum rei emptae seu redemptae, hinc *ἀντίϊ.ντρον* idem valet ac *vicissim datum redemptionis pretium.* 16 Jam vero apostolus, I. Tim. II. 6. scribit de Christo: *Qui dedit*

H) Atque hic notanda est impudentia rationalistarum, Wegscheider, §. 138; Gruner, *Dogm.* pag. 253 et seqq. 262 etseq.; Beck, *Comment.* I. pag. 585 et seq.; Wiggers, *Pragmat. Duratell. Λ. August,* etc. seu *Expositio pragmatica Augustinianismi et Pelagianismi,* Berol. 1821. pag. 354 ct seqq., qui veriti non sunt affirmare, haud paucos patres, quippe qui daemonologiae studiosissimi essent, in eo convenisse, ut Jesu ^*eavdoc-ixov, Deihominis,* mortem velut debitum aliquod redemptionis pretium diabolo persolutum existimaverint, qua homines ab ejus imperio ct potestate ilemque a morte aeterna liberaret. Lacessimus enim rationalislas omnes, ut vel unum patrem proferant, qui asseruerit, pretium redemptionis a Christo fuisse diabolo persolutum.

,s) Cf. Luc. XL 11; Matth. II. 22; XVII. 26; I. Cor. 1. 13 etc.

I6) Cf. Suicerus in *Thes. eccles.* ad vocem *dvriAvrftov,* ubi confirmat aucton-

redemptionem, ἀντίλντρον semetipsum pro omnibus. 17 Rationalistae talem fuisse sacrorum scriptorum sensum, dum de Christi morte loquuntur, modo nobis concedunt18; non est igitur quod ulterius quaeramus.

630. Ad 4. *D. Reconciliationis* voce solitarie spectata, *Tr.* prout in sacris litteris de Christo illa usurpatur, A. Ideo enim nos Scripturae per Christum Deo reconciliatos exhibent, quia ipse pro nobis dedit pretium sanguinis sui, Deum placavit, sustulit in se peccata nostra, delens quod adversus nos erat chirographum decreti, ut inquit apostolus, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. ,9 Quare Christus nos reconciliant cum Deo tamquam causa princeps et meritoria per veram satisfactionem; apostoli autem ut causa ministerialis, ut dicitur, atque instrumentalis per verbi praedicationem et dispensationem mysteriorum Dei seu sacramentorum. Longe propterea dispar istorum ratio reconciliationis est.20

631. Π. Obj. Satisfactionis doctrina, prout a catholicis admittitur, ex triplici capite repugnat; videlicet tum ex parte Dei, tum ex parte Christi, tum denique ex parte hominis. Ac primo quidem ex parte Dei. Etenim 1. Deus in Scripturis exhibetur gratis peccata condonans, e. gr. Matth. XVIII. 27; Rom. ILI. 24; Ephes. Π. 1 et seq.; Coloss. II. 13. Ergo nulla ei debetur satisfactio; nam inter se pugnant gratuita condonatio, quae fit ex misericordia, et proprie dicta satisfactio, quae exigitur ex justitia. 2. Parum autem refert, quod ejusmodi satisfactio non a nobis, sed a Christo exhibita fuerit; nam, qui a sponsore pretium- repetit, non potest dici gratis illud condonare. 3. Accedit, Deum ipsum dedisse nobis Filium suum qui pro nobis offerretur; jam vero ubi creditor praebet debitori unde solvat, remissionem dare potius censetur quam satisfactionem exigere. 4. Quibus si addas, Deum non potuisse ejusmodi satisfactionem postulare

tate Hesychii nativam hanc esse hujus vocis significationem. Quare audiendus non est Scapula, dum frigide scribit: *'Avrilv-Toov simpliciter accipitur pro λύτρον, I. Tim. cap. 2.*

17) *Ο δού ία,υτόν άντίλντρον υπέρ* .πόντων.

,β) Kaiser, *Bibl. theol.* 263. De Wette, *Bibl. dogm.* tom. I. pag. 95 et seqq. aliique passim apud Wegscheider in eo conveniunt, ut asserant, discipulos Jesu ignominiam supplicii a Christo subeundi deleturos, post fata demum, ul ipsi loquuntur, doctoris divini, vel nonnulla ipsius allegorice dicta de morte sibi instante convertisse in hanc sententiam de morte expiatoria, vel ex opinionibus de *λόγω,* sacerdotis instar et intercessoris homines cum Deo reconciliante, V. T. loca eidem accommodasse. Affirmant evang. Joannem alio omnino sensu ab eo, quo protulerat Joann. Bapt. dictum accepisse, quod Joann. L 29. extat, ex praeconcepta sententia sua de morte Christi expiatoria; immo et Jesum ipsum, quippe qui sacrificia quaevis piacularia in regno coelesti a se condendo abrogare vellet, mortem sibi instantem tamquam symbolum in locum illorum substituendam *nd opiniones aequalium accommodate* nonnumquam proposuisse, quo citius ista sacrificia ad illud usque tempus usitata antiquaret.

”) Coloss. II. 14.

20) Cf. Witasse, *De Incarnat,* cap. I. qu. 10. art. I. sect. 1.

absque suae misericordiae aut potentiae laesione, res plane conficitur; porro qui asserit, Deum illam postulasse, quia aliter noluit peccata dimittere, ejus laedit misericordiam; qui dicit, eam Deum exegisse, quia aliter non potuit peccata condonare, detrahit ejus potentiae. Ergo.

632. Resp. A'. A. Ad 1. prob. *D.* Respectu hominis, cui Deus gratis peccata condonat, *C.* respectu Christi, qui ea ut sponsor in se suscepit ac luit, A'. Utraque, gratuitam nempe peccatorum remissionem relate ad nos, ac redemptionis pretium relate ad Christum, luculenter conjunxit apostolus, dum ait Rom. III. 24: *Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae suae.* Pugnant autem inter se gratuita condonatio et satisfactio proprie dicta, cum ad eamdem personam referuntur; non autem ut in casu nostro accidit, cum alia est persona, quae satisfacit, alia vero est, cui gratuita fit remissio.

633. Ad 2. *D.* Ubi intervenit debitum reale, *C.* ubi intervenit debitum personale, *N.* In debito enim reali, in quo non exigitur nisi aequalitas rei ad rem, perinde est a quocumque demum solvatur; at in debito personali, quod exurgit ex injuria alteri illata, persona laesa quamcumque posset respuere satisfactionem ab altero oblatam, ac ipsum laedentem adigere ad satisfaciendum. Cum vero nos tali debito solvendo impares essemus, acceptum referre debemus divinae bonitati, quod ejusmodi debitum in Christum sponsorem transtulerit, ac ejus meritorum intuitu nos a solutione liberaverit, gratuito nobis condonando noxas omnes quibus eramus adstricti.

634. Ad 3. *D.* *Remissionem* dare censetur ei, cui creditor (personalis) praebet unde solvat seu satisfaciat, *C.* ei, quem creditor dat, ut solvat seu satisfaciat, iV. Responsio patet ex modo dictis in resp. ad 1.

635. Ad 4. *N.* Potuit enim Deus absolute absque ulla satisfactione omnia delicta nobis condonare; sed ei placuit misericordiam cum justitia temperare, misericordiam respectu nostri, justitiam respectu Christi, ut sic omnia ejus attributa in redemptionis oeconomia maxime elucerent.

636. I. Inst. Atqui non minus repugnat satisfactio ex parte Christi. Nam 1. injustum est, insontem pro reo plecti; 2. innocentem vero suffici in locum rei ad poenas dandas pro patratis sceleribus, vetat recta ratio, vetat divina lex, vetant omnium plane politiorum gentium jura. Nemo enim sobrius inficiabitur, ferendum non esse, ut dimisso nocente, qui pestis reipublicae est, saeviatur in innocentem, qui omnium bono et exemplo vivit. Quare Deus conceptis verbis, ne id unquam fiat, prohibet Dent. XXIV. 16: Aon *occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur:* immo et sibimetipsi Deus hanc legem posuit, dicens Ezech. XVIII. 20: *Anima, quae peccaverit, ipsa morietur . . . justitia justi super eum erit, et impietas impii erit super eum.* Factum hinc

est, ut tamquam injustam et noxiam ejusmodi substitutionem athenienses repulerint21; romani vero id capitis poena vetuerint22; praesertim cum nemo vitae suae dominus sit, et juxta justitiae leges poena peccatum sequatur. 3. Absurdum est, admittere in satisfactionis hypothesi, Christum nobis simul et iratum et propitium; iratum quia Deus est peccatis laesus, propitium quia pro iis satisfecit. Absurdum insuper est, plus nos debere Filio, qui pro nobis satisfecit, quam Patri, qui satisfactionem exegit. 4. Concludendum propterea est Christum mortuum pro nobis eo tantum sensu esse, quo declarat apostolus Petrus, ut nobis relinqueret exemplum ut sequamur vestigia ejus, I Petr. II. 21. non autem quasi loco ac vice nostra mortem subierit.

637. **Resp.** -V. *subs.* Ad 1. *D.* Qui non fuerit ejus sponsor, *C.* qui ejusmodi sponsionem tdtro ac libens in se susceperit, ut mox dicemus, iV.

638. Ad 2. *D.* Per se, ac nulla interveniente legitima causa ac potestate, *C.* intervenientibus libera electione, legitima potestate, bonis ingentibus ac damni lati reparatione, immo et foenore, A. Admissis igitur adversariorum principiis relate ad casus ordinarios, ex defectu aut omnium aut aliquot saltem adjunctorum quae enumeravimus, negamus illa applicari posse ad casum nostrum unicum plane atque extraordinarium. Etenim 1°. Christus libere se ad mortem loco nostro subeundam obtulit: *Oblatus est quia ipse voluit.* 2°. Legitima potestate fecit, tum ex parte Patris, qui ejusmodi subrogationem non solum probavit, sed ipsemet nobis eam contulit: nam *pro nobis omnibus tradidit illum}* Rom. VIII. 32; tum ex parte sua, cum esset vitae suae Dominus, utpote Deus homo: *Potestatem habeo ponendi eam* (animam meam), Joann. X. 18. 3°. Innumera bona inde consecuta sunt; siquidem *una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos,* Hebr. X. 14. 4°. Damni per mortem perpessi uberem consecutus est reparationem per excitationem a mortuis, per exaltationem ac nominis sui gloriam, Philipp. II. 9. Cum vero haec saltem simul sumpta in nulla creatura locum habeant, patet, extra rem prorsus a socinianis argumenta urgeri sive ex ratione sive ex legibus divinis et humanis quae non afficiunt nisi casus ordinarios. Hinc inutile ducimus, exempla inquirere et congerere tum ex sacris litteris tum ex gentium historiis, ad ostendendum ejusmodi substitutiones ubique fere receptas reperiri. 23

21) Plato, *De leg.* lib. EX.

”) Ex *Codice.*

”) Ejusmodi sententiam apud omnes fere gentes obtinuisse, praesertim vero apud hebraeos, sociniani prius inficiati sunt; nunc vero rationalistae, monumentorum pondere et perspicuitate pressi, id nobis jam ultro concedunt. Hanc autem persuasionem ipsi repetunt ex imbecillitate antiquorum hominum, qui putarunt, non esse divinae justitiae quemquam hominum sine culpa plectere, ac quodvis malum pro poena habuerunt aut proprii aut alieni peccati, quod judex in alium detulerit luendum. Ex hac longe lateque recepta sententia factum esse autumant, ut *auctor* cap. 53. Isaiae (qua

639. Ceterum Deus, Deut. loc. cit. vetat, quominus filii aut parentes innocui involvantur poena a parentibus aut filiis nocentibus promerita. Apud Ezcchielcm vero sermo est de praemiis ac poenis in altera vita, quae profecto pro meritis aut demeritis uniuscujusque individui rependentur a Deo.

640. Ad 3. *D.* Sub eodem respectu, *C.* sub diverso, *N.* Sed illud inficiamur, quod ab adversariis obtruditur de majori obligatione, qua erga Filium ob praestitam ab ipso satisfactionem nos obstringi asserunt, quam erga Patrem, qui illam poposcit. Nam quod talem ac tantum redemptorem nacti simus, totum acceptum referre debemus divinae misericordiae et caritati, quae cum eadem in tribus divinis personis sit, est Patri ac Filio communis. Patri igitur obstricti esse debemus qui sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; Filio autem, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.

641. Ad 4. A. ut ex dictis constat Petrus autem non adaequatum, sed partialem tantum finem passionis Christi citato loco exponit. Multiplex fuit mortis et passionis Christi finis; primarius autem fuit, ut pro nobis satisfaceret, prout Petrus alibi, ut vidimus, declarat, et cum ipso sacri scriptores reliqui; secundarius, ut nobis exemplo esset, quem ad scopum suum apostolus attingit, primarium supponendo.

642. II. In st. Saltem satisfactio repugnat **ex parte hominum.** 1. Si enim Christus vere pro nobis satisfecisset, tot debuisset mortes oppetere, quot homines super terram sunt, erunt ac fuerunt; debuisset praeterea poenis subjici temporali et aeternae; utraque enim ejusmodi poena nostris peccatis debetur. 2. Homines praeterea liberi essent ab omni satisfactione praestanda, quod tamen catholici negant; 3. liberi essent ab omnibus hujus vitae calamitatibus, morbis, morte etc. 4. Omnes denique homines salvi fierent, quod tamen nemo dicet; ergo.

loquendi ratione innuunt profani homines auctorem cap. 53. alium ab Isaia esse), uti etiam reliqui prophetae, *artis disciplinaeque omnis ignarus,* retinuerit et sui et aliorum populorum opinionem, qua Deus, nihil non expiari cupiens, cujuscumque peccati poenam necessariam et inevitabilem ab insontibus adeo dicitur repetere. Quin etiam eo progrediuntur, ut asserant, hanc opinionem ab ipsis N. T. scriptoribus, antiquatis jamjam sacrificiis, conservatam et in mortem Jesu translatam esse. Ceterum quod spectat ad ethnicos, qui doctrinam adserunt de substitutione innocentis ad poenam luendam reo debitam, cf. Herod. *Hist.* lib. II. cap. 39 et 46; Jul. Caesar, *De bello gall.* VI. 16; Ovid. *Hast.* VI. v. 162: *Hanc animam vobis pro meliore damns* etc. Sic apud hebraeos eamdem obtinuisse persuasionem, patet ex Exod. XX. 6. ubi patrum delicta in liberis castigari perhibentur; II. Reg. XXI. 1 ad 14. ubi poena ante neglecta a posteris repetitur; ibid. XXIV. a 10 ad 25. Davidis noxa peste per tres dies grassante et LXXX hominum millibus interfectis expiatur; ibid. XII. 15 ad 18 ejusdem Davidis adulterii crimen infantis morte luitur; ut alia loca omittam, quae magna sedulitate ipsi rationalislae, etsi ad pessimum finem, collegerunt. Cf. Wegscheider, §. 137. nott. *b* et *c.*

643. **Resp.** Aeg. iterum *subs.* **Adi.** prob. *I).* Si una Cludsti mors aequivalens non fuisset morti tum temporali tum aeternae, quas peccata omnium promerentur, *C.* si, spectata infinita ipsius divinae personae dignirate, non solum aequivalens illis fuit scd longe eas superavit, A. Jam vero apostolus passim docet, Christum semel oblatum esse ad multorum exhaurienda peccata, una oblatione consummasse in sempiternum sanctificator, pro omnibus mortuum esse. Cum enim infinitum sit pretium pro peccatis nostris a Christo oblatum, hoc ipso, quantum ex se erat, Christus omne debitum tam temporale quam aeternum, quo universum humanum genus erga Deum obstringebatur, plene, immo cumulatissime solvit, ita ut nullo alio opus sit.

644. Ad 2. *D.* Proprie dicta ad promerendam reconciliationem, C. improprie dicta, quae consistat in applicatione satisfactionis et meritorum Christi, A. Accurate enim distinguunt catholici inter oblatam a Christo Deo Patri satisfactionem et inter applicationem, ut ajunt, oblatae satisfactionis. Ut igitur peccata nostra deleantur, et innocentiam induamus atque justitiam, ejusmodi applicatione opus est, quae in usu sacramentorum consistit, atque in operibus per gratiam rite factis. Neque enim Christus ita satisfecit pro nobis, ut nos otiosi et nihil agentes salutem aeternam consequeremur, sed ut operibus et satisfactionibus nostris pretium et valorem acquireret. Sane in debito personali non sufficit, ut sponsor convenientem pro illata injuria satisfactionem exhibeat; sed praeterea requiritur, ut offensor cum sponsore conveniat, injuriae eum poeniteat, ac polliceatur, velle se in gratiam redire cum persona laesa atque ab injuria in posterum inferenda abstinere. Quae si praestare detrectet offensor, licet ingens sit solutum pretium, gratiam et reconciliationem minime consequetur. Conditiones porro, quas sponsor noster Christus servandas proposuit, ut fructum satisfactionis ejus nobis applicaremus, ejusmodi sunt, ut, si compatimur et conglorificemur, ut unusquisque tollat crucem suam eumque sequatur, atque Deum toto cordis affectu in posterum diligat et mandata ejus observet. Si quis ergo post adeptam reconciliationem iterum Deum offendat, poena utique aeterna dignus efficitur, eamque, nisi resipiscat, incurrit.

645. Ad 3. *D.* In altera vita, *C.* in praesenti vita, A. Etsi enim plenam Christus nobis promeruerit a peccatis eorumque poenis omnibus liberationem, attamen gratiam hanc pro sapientia sua dispensat et ordinat; partem in hac vita largitur, non omnem, ut, quamdiu hic sumus, eum patientem imitan possimus, et virtutis exercitio ac meritis locus **sit**; in altera autem vita plenam nobis largietur ab his omnibus liberationem.

2<) Cf. *Catech. Rom.* part. II. cap. 2. n. 48. qui docet, duabus potissimum de causis factum esse, ut in hac mortali vita non careamus incommodis atque calamita-

646. Ad 4. *D.* Si eas conditiones impleant, quas sponsor proposuit juxta dicta, *C.* si eas negligant, *N.* Responsio patet ex iis, quae modo declaravimus in resp. ad 2. Ex quibus etiam colligitur, perperam Socinianos inferre, juxta doctrinam catholicam Deum non amplius nobis irasci ob peccata nostra. Haec enim aliaque ejusmodi, quae magno apparatu nobis adversarii opponunt, ex praepostera doctrinae catholicae intelligentia atque expositione proficiscuntur.

647. III. Obj. *Doctrina de venia peccatorum, quam hominibus paraverit satisfactio vicaria per mortem Jesu Christi Deo praestita, in pravissimas, recentiore potissimum aetate, incurrit reprehensiones, partim ex origine dogmatis, partim ex idea numinis recte constituta, partim ex justis reatus et poenae notionibus atque ex ipsa experientia petitas.* 1. *Etenim haud male monitum est, omnem hac de re sententiam comparatione niti mortis Jesu Christi cum sacrificiis piacularibus facta, quae apud omnes fere gentes incultiores, inprimis apud hebraeos, usitata erant, et ipsi Jesu Christo jam improbata (Matth. IX. 13 : Joann. 7Γ. 23; col. Ps. LI.* (in Vulg. L.), *18 et 10 ; Mich. VI. 6—8j; unde hunc ipsum dogma illud tamquam summum fidei Christianae caput nondum tradidisse recte concluditur.* 2. Aon *intelligitur, quomodo Pater coelestis voluntate justissima eademque benignissima ad poenas infligendas ductus, omnisque irae atque offensionis expers, nisi sanguine et morte victimae commoveri non potuerit, ut liberos suos, humanae quidem imbecillitati obnoxios, at pia tamen mente ipsi fidentes, morte aeterna, alioquin ipsis destinata, exsolveret; nec intelligitur, cur institutum ita necessarium tam longe moratus sit Deus benignissimus, qui jam nomadibus rudioribus in desertis acclamari jussit: Ego sum benignus! (Exod. XXII. 27 ı coll. XXXIV. 6 et 7; Sap. XI. 24 et 25; XII. 15.) Neque magis liquet, quomodo homines, natura quippe finita praediti, peccando infinitam culpam in Deum contraxerint, quae nisi piaculo infinito elui non potuerit. Praeterea nulla apparet ratio, cur Deus ipse, secunda scilicet in Deo persona, innumerorum systematum solarium summus moderator, induto corpore humano, in hanc tellurem, tam exiguam mundi partem, descendere decreverit, ut cruci affixus ab judaeis fatali quadam necessitate ductis, ipse sese sibi tamquam piaculum infinitum offerret; et cur Deus, quo tempore ipse sui expiationem parare cupiens et pacis ac reconciliationis nuncios adversariis mittens censetur, non jam pro vere placato haberi possit.* 3. *Per*

libus; quarum prima est, quod nobis, Christi membris, plus dignitatis tribuendum non erat, quam ipsi capiti nostro tributum esset; Christus autem Dominus humanae naturae fragilitatetn, quam suscepit, non ante deposuit, quam passionis tormenta ad mortem pertulit. Altera vero causa illa est, ut scilicet tamquam segetem et materiam virtutis haberemus, ex qua deinde uberiorem gloriae fructum atque ampliora praemia consequeremur. Mors igitur et hujus vitae calamitates nos manent, non tamquam peccati poenae, sed tamquam exercitationes virtutum.

se patet, reatus et poenae sicut meriti notiones, necessario inhaerere subjecto peccanti sicut b&emerenti; quamobrem nec alterius culpa in alterum quemquam, praesertim innocentissimum, nec virtus et dignitas moralis, qua unus aliquis insignis fuerit, in reliquos peccatores transferri potest. Poena enim est malum eum peccato conjunctum, quod ipsi homini peccanti infligitur; at malum, quod innocens sentit, perperam poena dicitur..... 4. *Longa experientia ostendit, quantum fiducia in piaculis qualibuscumque collocata, emendandi studio cujusquc ac virtutis severitati veraeque pietati nocuerit, quippe quae hominem in suo ipsius pectore salutem suam quaerere jubeat.* Ergo. . . . Hucusque Wegscheider.25

648. **Resp.** *D.* A. In gravissimas doctrina catholica incurrit reprehensiones apud eos, qui. Scripturarum sensus traditionalis totius antiquitatis et ecclesiae auctoritate posthabita, malunt sensus privati ambagibus se committere, *C.* apud eos qui nondum chrisfianae religioni nuncium remiserunt, A'. Ejusmodi enim sunt fructus, quos ultro protulit protestantismi radix, quod toties animadvertimus.

649. Ad 1. prob. A'. Perperam enim id monitum fuit, idea siquidem primigenia sacrificiorum piacularium apud hebraeos, quae deinde ad alios populos propagata est, originem traxit ab ipsa natura veteris legis, quae tota typica fuit, ut declarat apostolus. 26 Quare sacrificia cruenta instituta fuerunt ad significandam futuram Christi mortem piacularem, ex qua significatione et fide offerentium, totam vim suam ad peccata expianda vetera sacrificia derivabant.27 Hinc propheta Isaias, ut jam notavimus, loquens cap. LIH. de Christi morte, usus est vocibus liturgicis, quae ejusmodi piacularem virtutem exprimerent. Ab hebracis, seu potius ex primaeva traditione sensim ad gentes ceteras haec idea quoad sacrificia pervenit, et eo progressa est, ut ad expianda noxiorum crimina interdum victimas humanas limiolarent, virgines potissimum, utpote diis ex ipsorum mente hostias acceptissimas, ac maxime idoneas ad publica mala seu promeritas poenas et calamitates avertendas.28

«) §. 141.

M) Cf. 1. Cor. X. a v. 6 ad 11; Coloss. IL 17; Hebr. X. 1 seq. praesertim vero Rom. X. 4. ubi universim pronunciat: *Finis legis Christus ad justitiam omni credenti.*

1T) Per se enim, ut rursum pluries significat apostolus, non erant nisi egena elementa, munera et hostiae, quae non possunt perfectum facere servientem, quibus impossibile est auferri peccata, aliaque ejusmodi, de quibus tum in Epist. ad Galatas tum data opera in Epist. ad Hebraeos scribit.

*) Cf. Comes de Maistre, *Éclaircissement sur les sacrifices;* ubi, cum mira eruditione ex omnium gentium documentis ostendisset, receptam quovis tempore ejusmodi sententiam de sacrificiis expiatoriis, quae magnum illud olim offerendum ab homine Deo portendebant pro totius humani generis expiatione ac salute, concludit: *Il n'y a rien qui démontre d'une maniéré plus digne de Dieu ce que le genre humain a toujours confessé, même avant qu'on le lui eût appris, sa dégra-*

650. Sic proreus negamus, sive a Christo, sive a prophetis improbata fuisse piacularia sacrificia in sensu adversariorum. Citata autem loca, si Joann. IV. 23. excipias, nec enim ad praesentem quaestionem spectat, docent, cordis dispositionem et misericordiae opera praeferenda esse materiali sacrificiorum oblationi absque pietatis ac fidei sensu factae, ut ex eorum lectione aperte constat.

651. Ad 2. **Resp.** Parum refert quod adversarii non intelligant, quare Deus sanguine ac morte Filii sui placari *potuerit* (verius dixissent *voluerit)'* dummodo nobis constet de ipsius voluntate, satis esse debet, nec ulterius inquirere debemus; cum autem Christus, ut ostendimus, saepius declaraverit se daturum sanguinem suum in *remissionem peccatorum,* in *redemptionem* immo *in pretium* redemptionis pro multis; cum idipsum, fatentibus adversariis, constanter doceant scriptores sacri, nullum dubium de hac Dei voluntate superesse nobis potest. Ceterum apostolus, Rom. III. 25. rationem assignat, quare Deus ita voluerit, nempe *ad ostensionem justitiae suae.* quod addunt, se non intelligere, cur Deus adeo distulerit institutum adeo necessarium, ostendunt se non cognoscere doctrinam catholicam, quae profitetur cum s. Leone M. quod *gratia Dei, qua semper est universitas justificata sanctorum, aucta est Christo nascente, non coepta; et hoc magnum pietatis sacramentum, quo totus jam mundus impletus est, tam potens diam in suis significationibus fuit, ut non minus adepti sint, qui illud credidere promissum, quam qui suscepere donatum.*[29] Quare benignitas Dei quovis tempore eluxit, dum omnibus hominibus medium praebuit ad salutem.[30]

dation radicale, la réversibilité des mérites de Vinnocence payant pour le coupable et le salut par le sang.

Huc pariter referuntur quae de sacrificiis, *tauroboliis* nuncupatis, ac in veteribus inscriptionibus saepe adeo occurrunt. Ethnici enim perfusi sanguine tauri immolati, eo ritu, quem graphice describit Prudentius in *Hymno de s. Romano,* in aeternum renasci se putabant. iMoshemius, *Dissertat. ad hist, eccles. pertinentium,* vol. L pag. 379, edit. Altonae 1767, ostendit adversus Salmasium, Seldenum, Reinesium, Clericum ac Aran-Dalium, ejusmodi sacrificia minime adseivisse romanos ex Christianorum vulgata doctrina de quadam expiatione ac mystica liberatione et regeneratione per sanguinem Jesu Christi, ut illi autumabant, sed longe *Christiana* religione ea antiquiora esse. Moshemius censet, ex Phrygia romanos hunc ritum derivasse; ast verisimilius videntur ejusmodi sacrificia ex cultu antiquissimo milhriaco, qui oblinebat apud persas, repetenda esse, atque ex Oriente in Occidentem pervenisse. Cf. *Mémoire sur le culte de Mithra,* par le cliev. Jos. De Hammer, publié per G. Spencer Smith, Paris 1833. in 8. Ceterum quoad auctores, qui ex professo de *Tauroboliis, Crioboliis* et *Aegoboliis* scripserunt, tum qui de *ἀν&ρωπο&voίαι* , seu de *sacrificiis humanis* ubique gentium receptis ac generatim de sacrificiis *expiatoriis* egerunt, consulendus Alb. Fabricius in *Ribliographia antiquaria,* cap. 11. §. 3 ct seqq. qui more suo longum catalogum eorum intexuit.

29) *Senn.* XXIII, (alias XXII.) *in Natio. Dornin.* cap. 3. edit. Ballerin. opp. tom. I.

30) Rationes a patribus assignatae, quare distulerit Deus exeeutionem Incarnationis et Redemptionis, cf. apud Petav. 1. II. c. 17.

652. hiem dicendum circa difficultatem, quam adversarius promovet, desumptam ex *culpa infinita,* quae contraliitur a natura *finita.* Haec enim ex falsa notione doctrinae catholicae oritur. Neque enim catholici docent culpam esse vere infinitam; sed solum, ut loquitur s. Thomas31, dicunt habere *quamdam infinitatem* ex infinitate divinae majestatis, ideoque extrinsecam, in quo nihil est quod repugnet.32 Dum autem theologi exinde inferunt necessitatem hypotheticam Incarnationis et satisfactionis, nonnisi conjecturale, ut ajunt, argumentum proferunt, quod ab aliis tamen impugnatur.34 Vera ratio est Dei voluntas, de qua nobis ex divina revelatione constat.

653. Animadversio circa rationem, qua Dei Filius humano corpore indutus in hanc tellurem descenderit, supponit, quod adhuc incertum eat, num scilicet existant *planeticolae:* supponit praeterea, in hac hypothesi eodem providentiae ordine illos regi ac nos, supponit denique eodem ac nos remedio illos indiguisse. Haec autem omnia sunt totidem somnia ac nugae; attamen ex his argumenta ducunt rationalistae ad id negandum, de quo nos revelatio divina certiores fecit. Haec velle serio refellere, jocum saperet.

I

654. Quod subditur de fatali necessitate, qua ducti judaei dicuntur ad cruci affigendum Christum, non est nisi blasphemia, quam superius repulimus. 34

655. In eo quod Deus expiationem nobis paraverit, se benignum ac benevolum erga nos ostendit, in eo vero quod Christi morte placari voluerit, se justum prodidit. Benevolentia autem et justitia optime inter se cohaerere in eodem subjecto possunt.

M

,

656. Ad 3. *D.* Reatus culpae et ratio meriti stricte sumpti, *C.* reatus poenae adeoque et satisfactionis, *subdist.* ceteris paribus, *C.* necessario, iV. Hoc enim e diametro adversatur non solum divinae revelationi, ex qua novimus, non semel alios pro aliis satisfecisse, verum etiam communi gentium omnium sensui.35

It

657. Sic *poena* prout dicit relationem ad *culpam,* est malum cum peccato conjunctum, *C.* prout importat *satisfactionem, subdist.* ut plurimum, *C.* semper, V. Hoc autem posteriori tantum sensu malum, quod innocens sentit, *poena* vocatur. Detectis igitur aequivocationibus, concidunt argumenta, quae adeo magni fiunt.

'*) Part. III. qu. 1. art. 2. ad 2.

'') Cf. tamen Vasquez *In III. part.* disp. II. cap. 2 et seqq. ubi pluribus contendit, malitiam peccati seu rationem offensae finitam esse, non solum *subjectice,* ut omnes fatentur, sed etiam *objective,* aut quocumque alio modo id dicatur. Consuli praeterea poterit Petav. loc· cit. capp. 13 et 14. ubi agit de necessitate Incarnationis.

Cf. ibid.

34ï N. 212.

Cf. Epist. ad Gal. VL 2; II. Cor. VIII. 14 etc. Sed de hoc argumento ex professo suo loco agemus. Cf. interea *Catechism. Rom.* part. H. cap. 5. §. 76.

658. Ad 4. *N.* Quibus enim suadebunt rationalistae purioribus ac sanctioribus moribus instructos evasisse suos discipulos per destructionem religionis christianae ab imis fundamentis suis? Proferant suos sanctos et heroas, si quos habent; interea catholici ipsis perpetuo objicient martyrologia, ct collectionem Bolhindistarum, acta sinecra innumerorum plane sanctorum, qui in avita fide enutriti omnigenis virtutibus floruerunt. Addo, et hanc difficultatem ex praepostera notione doctrinae catholicae originem trahere, quam nos superius discussimus et falsam esse ostendimus.

659. Et haec de magno hoc pietatis sacramento adversus judaeos, in credulos, haereticos ac rationalistas, qui machinationes admoverunt omnes ad illud evertendum. *Quid autem fuit,* ut tractatum absolvam verbis magni illius dominicae incarnationis mysterii assertoris ac vindicis Leonis, *quod et judaeis intellectum abstulit, et sapientium mundi corda turbavit, nisi crux Filii Dei quae et philosophicam evanescere prudentiam et israeliticam fecit caligare doctrinam? Omnem namque sensum humanae mentis excessit divini altitudo consilii, cum placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes*[35], *ut mirabilior fieret constantia fidei ex difficultate credendi. Inconsequens enim et irrationabile videbatur, recipere animo quod Creatorem omnium naturarum in substantia veri hominis virgo intemerata peperisset; quod aequalis Patri Filius Dei, qui impleret omnia et contineret universa, furentium manibus comprehendi, iniquorum judicio condemnari, et post dedecora illusionum cruci se permisisset affigi. Sed in iis omnibus simul sunt et humilitas hominis et celsitudo deitatis, nec misericordiae ratio majestatem miserentis obscurat, quia de ineffabili potentia factum est, ut dum homo verus est in Deo inviolabili, et Deus verus est in carne passibili, conferretur homini gloria per contumeliam, incorruptio per supplicium, vita per mortem. Nisi enim Verbum caro fieret, et tam solida consisteret unitas in utraque natura, ut a suscipiente susceptam, nec ipsum breve mortis tempus objungeret, numquam valeret dd aeternitatem redire mortalitas. Sed adfuit nobis in Christo singulare praesidium, ut in natura passibili mortis conditio non maneret, quam impassibilis essentia recepisset, et per id quod non poterat mori, posset id, quod erat mortuum, suscitari.*[37]

M) I. Corinth. I. 21.

37) *Serin.* LXX. alias LXVIIL *De passione Domini* XIX. edit. Ballerin.

TRACTATUS

DE CULTU SANCTORUM

TRACTATUS

DEÇU

PROOEMIUM.

1. Etsi passim tamquam appendix quaedam tractatus de Incarnatione, quae ad religiosum sanctorum cultum et venerationem pertinent, haberi soleant, commodiorem tamen rem futuram censuimus, si ea dispesceremus in diversas tractationes, quo magis ordini et perspicuitati foret per nos consultum.

2. Quae autem sub generico tractatus de cultu sanctorum nomine complectimur, reducuntur ad eorum cultum, invocationem, ad eorum item reliquiarum honorem, ad usum denique ac venerationem imaginum. In totidem propterea capita lucubrationem hanc distribuimus. Quandoquidem autem ex germana cultus notione totus, aut magna saltem ex parde pendet felix exitus disceptationis, quam aggredimur, ab hac propterea auspicabimur quae adversus protestantes dicturi sumus.

DE VARIA CULTUS ACCEPTIONE ET DIVISIONE.

3. *Cultus* nomine venit honor ille, qui Deo tribuitur, aut creaturis Dei intuitu ac respectu defertur. Variis porro vocabulis honor iste designatur, *adorationis* videlicet, *respectus, venerationis, reverentiae, servitutis,* quae quidem denominationes aut synonvmae sunt, aut saltem indiscriminatim in vulgari sermone usurpantur.

4. Licet vero promiscue voces istae adhibeantur, non unus tamen idemque est cultus vel honor, qui Creatori ac creaturis defertur. Etenim, cum honor juxta b. Thomam sit *signum et testimonium quoddam illius excellentiae, quae est in honorato*[1], inde fit, ut pro diversitate ejusmodi excellentiae diversus pariter sit honor vel cultus, quem Deo vel creaturis tribuimus. Deo nempe, utpote supremo rerum omnium Domino atque in infinitum creaturas omnes excedenti, cultum supremum, absolutum ac proprie dictum deferimus; creaturis vero nonnisi propter Deum seu in ordine ad Deum, relativum idcirco et improprie dictum honorem impendimus, quatenus scilicet ad Deum referuntur, ac de divinis bonis participant.[2]

[1]) S. Thomas I. 2. qu. 2. art. 2.

[2]) Apposite Petavius, lib. XV. *De Ineam.* cap. 2: Cultus, inquit, seu adoratio proprie non convenit nisi uni Deo, quemadmodum uni Deo proprie competit notio *entis,* et ipse est fons, principium omnium bonorum ac perfqetionum. Sequitur proinde, nonnisi Deo proprie convenire cultum, honorem, adorationem. Quod si ceteris tribuitur, id lit tantum *ὕχετικά* , seu *κατά αχέϋιν,* id est, secundum habitudinem, et *άναλόγω* , seu per analogiam quamdam. Quod explicat exemplo ducto a sanitate, quae proprie nonnisi convenit animanti; quod si de celeris usurpatur, ac tribuitur, id non fit nisi quatenus ea ad illud principale referuntur, et ut eaedem res sunt sanitatis causae efficientes ac conservantes, vel indicia tantum vel vestigia, vel quocumque alio modo ad illud pertinent. Sic herbae dicuntur sanae, sana item ambulatio, quia salubres sunt, id est, sanitatem conciliant, quam sibi inhaerentem non habent; nonnulla item sana dicuntur, quia sanitatis dumtaxat indicium praebent. Sic, ait ipse, adoratio et cultus eo tantum sensu

5. Duplex proinde in primis distinguitur cultus, *latriae* atque *duliae;* quae voces quamvis pariter *servitutem* significent, cum tamen earum prior referatur ad *subjectum* seu ad ipsos colentes, qui adoratione Deo servitutem suam ac dependentiam profitentur, posterior vero ad *objectum,* quod colitur, Sanctos scilicet, qui servi Dei sunt, rite ad utriusque cultus genus significandum usurpantur. Duliae cultus bifariam rursum dividitur, in simplicem nempe duliae cultum, et in cultum *hyperduliae* quo b. Virgo speciali ratione honoratur prae sanctis ceteris, quos illa meritis ac dignitate longe antecellit

6. Animadvertendum praeterea est, hunc ipsum duliae cultum, si spectetur quatenus ad sanctos refertur et in ipsis sistit, sub hoc respectu dici posse absolutum. Etsi enim sancti participatam, ut diximus, excellentiam habeant, reapse tamen in suo genere habent; honoris propterea ac religiosi cultus capaces sunt. E contra vero imagines et reliquiae, quae nullam ex sese excellentiam capiunt, ob quam honorem ac cultum mereantur, improprie tantum coli et adorari dicuntur, eo quod veneratio nostra minime in iis sistat, sed per eas transeat ad prototypum; quare totus hic cultus relativus est.

7. Pro diversa ratione, qua cultus seu adoratio tribui potest, fit ut cultus in *interiorem* et in *exteriorem* distinguatur, prout scilicet vel solo animo vel corporis insuper significatione praebetur. Interior, qui in sola mente consistit, sensus complectitur existimationis, admirationis, grati animi et obsequii erga illum, quem talibus sensibus dignum ducimus; exterior vero, qui corporis administratione perficitur, gestu, e. gr. capitis inclinatione, submissione poplitis etc. signa exhibet interiorum animi nostri sensuum, seu interioris cultus nostri.

8. Porro ex signis exterioribus alia communia sunt Creatori ac creaturis: qualia e. *gr.* sunt prostrationes, preces etc.; alia Deo soli reservata sunt, nec nisi ipsi soli deferri possunt: qualia sunt sacrificia, vota, jurajuranda, tempiorum inauguratio ac cetera ejusmodi.

9. Cum vero ex claris his notionibus solutio pendeat plurium difficultatum, quas in nos protestantes intorquent, juverit rem istam totam declarare exemplo petito ex cultu civili. In politica scilicet societate alium honorem deferimus regi, alium regni proceribus. Pegi enim supremum honorem impendimus, absolutum ac propter se ipsum. En specimen cultus, ut ita loquar, *civilis latriae!*

Proceres vero plus minusve honoramus juxta dignitatem, quam a principe obtinent, vel quo majorem aut minorem cum ipso propinquitatem vel

creaturis defertur, quatenus nempe ad Deum referuntur, cui soli proprie excellentia competit, cujus cultus testificatio est, nempe *xarà Οχέϋιν,* et reliquiis vel imaginibus secundo loco et per analogiam xar' *αναλογίαν.*

relationem habent, ideoque non per se, sed propter regem proprie eos colimus. Et en cultum *duliae civilis!*

Rursum principis effigiem ac simulacrum, seu etiam legatos veneramur non propter se, sed propter principem, quem referunt. En specimen cultus *civilis relativi!* Prosternimur, caput inclinamus vel genua flectimus tum coram rege tum coram aulicis, licet non parem iisdem honorem deferre intendamus; unde manifestum fit, discrimen exterioris cultus totum pendere ex intentione illum deferentis.

Patet igitur diversam istiusmodi cultuum distinctionem et enumerationem ex ipsa rerum natura profluere ac in ipsa fundari. Totum siquidem quod repentur discrimen inter cultum civilem ac religiosum, unice petitur ex diversitate objecti ac motivi.

10. Ex praejactis principiis colligimus I. unum idemque vocabulum diversam plane significationem prae se ferre posse, ideoque posse usurpari ad diversi generis cultum designandum. Sane in Scripturis legimus, patriarchas, prophetas aliosque religiosissimos viros *adorasse* Deum, angelos, reges, principes, populum ipsum et coram ipsis se prostravisse, ut passim legitur de Abraham, Loth, Jacob, Josue, David, Nathan etc.3; quin tamen vel levis suspicio oriri possit, sanctissimos hos viros eumdem honorem Deo ac creaturis detulisse, aut se turpissimo idololatriae crimine commaculasse. Non igitur ex identitate vel vocis vel actus judicium ferri debet de identitate cultus; sed ex notione, quae voci subjicitur, et ex intentione agentis diversitas cultus repetenda est. 4

») Cf. Genes. XVIII. 2; XIX. 1; XXIIL 7; XXIV. 26, 48 et 52 etc.; Jos. V. 15; L Reg. XXIV. 9 etc.

*) Exinde liquet, perpetuo paralogismo uti protestantes, dum urgent adversus catholicos loca illa Scripturarum, in quibus *adoratio* uni Deo tribuenda praecipitur. Ecquis enim catholicorum ignorat, unum Deum esse adorandum? Stupidos profecto se produnt aut malae fidei, dum haec adversarii catholicis ingerunt, perinde ac si ipsi alios praeter Deum adorarent, dum sanctos honore prosequuntur. Immo ex statuto principio et illud infertur, numquam catholicos superstitionis in cultu, quem sanctis tribuunt, argui posse. Si enim cultus pendet ab intentione colentis, et haec a fide, quam colens profitetur, nisi catholicus contra fidem, quam profitetur, agere velit, impossibile ipsi est, ut idololatria se commaculet, cum juxta professionem suam unus Deus sit latria colendus, creaturae autem, quaecumque sint, nonnisi cultu inferioris ordinis, atque ut servi Dei, colendae seu cultu duliae adorandae sint.

Quoniam vero protestantes suos libentius audiunt, praestat propterea eos domestica auctoritate convincere. Sic igitur scribit quidam ipsorum theologus: «Si Loth se prosterne devant les deux anges qui le visitèrent, c'est une civilité qu'il fait à des étrangers; si Jacob se prosterne devant Esau, c'est la déférence qu'un cadet a pour son aîné; si Salomon se prosterne devant JJatzabat, c'est un fils qui honore sa mère; si Nathan se prosterne devant David, c'est un sujet qui offre ses respects à son prince. Mais si un homme se prosterne, en priant Dieu, alors c'est la créature qui adore son créateur; et, quand on a traduit les termes, que l'on a rapportés, tantôt par *adorer,* tantôt par se *prosterner,* ce n'est pas la signification du mot qui a déterminé les interprètes, c'est la nature du sujet qui les

11. II. Colligimus, recte juxta diversam notionem ejusdem vocabuli posse istud vel recipi vel repudiari pro diverso sensu, quo assumitur. Hinc videmus, ab antiquis patribus voces *adorationi*, venerationi** etc. rejectas esso cum applicarentur honori seu cultui, qui tribuebatur creaturis, angelis e. gr. vel sanctis; etsi hos honore et cultu dignos haberent, ut inferius ostendemus. Ideo autem illas voces repudiabant, quia ethnici cum quibus res ipsis erat, in sensu *adorationis latreuticae* eas usurpabant; doctrinam tamen catholicam aliis vocibus exponebant.

12. III. Colligimus, recte ad omnem ambiguitatem tollendam adseitas a recentioribus esse voces *latriae* et *duliae,* ad rite distinguendum cultum supremum ac soli Deo debitum ab inferiori, quo angeli vel sancti honorantia·. Fundamentum enim hujus distinctionis in ipsa rei natura habetur, ut ex dictis patet, atque in auctoritate s. Augustini, qui et hanc distinctionem agnovit et iisdem vocabulis expressit, dicens: *Non eo modo, quo jubemur per caritatem servire invicem, quod est δουλ&ύειν, sed eo modo, quo tantum Deo servitur, quod est graece λατρεύειν5,* et alibi. 6 Quod demum vel ipsi protestantes agnoverunt, ex quibus Gerardus Vossius sic scribit: *Eos qui distinctionem hanc* (inter latriam et duliam) *probant, minime improbamus, partim quia vitanda est viro prudenti omnis logomachie, partim quia nec inutile videtur, si cultibus toto genere differentibus qualis est Dei et creaturae, ad homonymiam ititandam diversa imponantur nomina, partim quia neque ab ea abhorruit Augustinus.*7

a conduits dans le choix de ces expressions. Je suppose qu'un Israélite se fût prosterné, en abordant son roi, personne ne l'aurait accusé d'idolâtrie. S'il en eût fait autant devant un idole, ce même acte corporel aurait passé pour un acte d'idolâtrie. Pourquoi? Parcequ'on aurait jugé, par son action, qu'il regardait l'idole comme une vraie divinité, et qu'il avait pour elle les sentiments que suppose l'adoration, prise dans le sens restreint que ce terme a dans notre langue. Que faut-il donc penser de ce que font les catholiques pour honorer les saints, les reliques, les bois de la croix? Ils ne nieront pas que ce culte extérieur ne ressemble en tout à ce qu'ils font pour honorer Dieu extérieurement. Mais ont-ils des saints et de la croix les mêmes idées qu'ils ont de Dieu? Je ne crois pas qu'on puisse justement les en accuser. Par-là même il me semble qu'on ne doit pas les qualifier d'idolâtres.... Si l'on se bornait à dire qu'un culte rendu à des êtres qui vraisemblablement ignorent tout ce qu'on fait pour les honorer, que des prières adressées à des créatures qui ne sont pas en pouvoir de faire ce qu'on leur demande, est un culte déraisonnable, je n'hésiterais pas à y souscrire; mais je ne voudrais pas accuser les catholiques d'idolâtrie." *Encyclopédie,* edit. d'Yverdun, tom. I. art. *Adorer.*

5) *De Trin.* lib. I. cap. VI. alias XIII.

6) *Cont. Faust,* lib. XX. cap. 15; *De vera relig* cap. 55; *De Civit. Dei,* lib. VIII. cap. 25. et lib. X. cap. 7; *Confess,* lib. X. cap. 42; *Enarr. in Ps. XC VI.*

7) In *Append, ad disp.* I. *de Incarn.* Cui inter alios potest addi Leibnitzius, qui in *Systemate theologico,* pag. 188. praeclare scribit: ..Itaque censent viri pii et prudentes, dandam esse operam, ut omnibus modis discrimen infinitum atque immensum inter honorem, qui Deo debetur et qui sanctis exhibetur, quorum illum latriam, hunc duliam post Augustinum theo-

13. Haec si probe teneantur, operosum non erit, plerasque disjicere difficultates, quas protestantes magno molimine congesserunt adversus catholicam doctrinam. Fucum enim per eas faciunt imperitis; cum agatur de argumento populari, hoc maxime abusi sunt ad incautos decipiendos, atque ad eos retinendos, ne dicam in turpissima haeretica secta, sed veritis in apostasia a religione Christiana, cujusmodi protestantismus in sua essentia spectatus reipsa est.8

CAPUT II.

DE RELIGIOSI SANCTORUM CULTUS HONESTATE AC PIETATE.

14. Protestantes cum Vigilando et Fausto manichaeo a sanctis Hieronymo et Augustino confutads causam communem agentes, in impugnando sanctorum cultu ac rejiciendo tamquam idololatrico, impio, superstitioso modum omnem excesserunt. Praeter sectas omnes, quae ex protestantismo prodierunt, atque in rejiciendo sanctorum cultu unanimes sunt, adversarios habemus incredulos, qui se philosophos nuncuparunt, inter quos eminent Beausobrius 1, Middletonius2, Gibbonius3, diobolares denique scriptores reliqui, qui sordes omnes verrere, declamationes, probra, loca denique communia furiosorum hominum congerere non desinunt in tanta, qua glorian-

tur, politiorum litterarum luce ac morum suavitate, et comitate quam affectant. 4 Cum tamen nec unum argumentum novum protulerint, aut in

logi vocant, non tantum inculcetur audientium ac discentium animis, sed etiam externis signis, quoad licet, ostendatur.·'

*) Dum protestantisme coryphaei, sub palliato praetextu se minime commaculandi idololatriae labe cum ecclesia romana, id est, ecclesia catholica, ab ea se separarunt, principium statuerunt fundamentale, quod necessario extremam debebat inferre perniciem ipsi religioni Christianae; sensim ac sine sensu illud principium spiritus privati seu independentiae a quavis auctoritate evolutum fuit, ac suos fructus attulit. Peperit enim anabaptistas, postea socinianos, deinde methodistas, ehreslianos, antinomies, demum ralionalistas, quibus Scripturae sacrae non sunt nisi mythographia, scriptores sacri totidem illusi, Christus ipse magnus deceptor et seductor. Sic enim Deus spiritu vertiginis superbos ejusmodi homines percussit, ut videntes non viderint, de abysso in abyssum misere proruentes.

‘) Beausobre, *Hist, de Maniehé et du manichéisme,* tom. II. liv. EX. chap. 5. pag. 679 et saiv.

a) Middleton’s *Letters from Rome* etc. id est: *Middletoni Epistolae Romae datae, ostendentes exactam conformitatem inter papismum et paganismum, seu religionem Romae praesentis a paganis suis antecessoribus derivatam.*

D Gibbon, *Storia della decadenza delT Imper. Rom.* trad. dalF ingl. cap. 15 el seqq.

') Inter ceteros gregarios illos disputatores, qui his annis maniacum furorem ostenderunt adversus sanctorum cultum, eminet Breckenridge americanus, in disputatione cum R. Hughes. Cf. *Controversy bettceen Rev. Messrs Hughes and Breckenridge* etc. seu *Controversia inter DD. Hughes el Breckenridge circa quaestionem: Estne religio protestantium vera Christi religio?* Philad. 1833. edit, stereotyp. controv. n. 4. pag. 35 et alibi.

medium proferant, quod millies a catholicis scriptoribus protritum jamdiu uon fuerit, nobis non restat, nisi ipsis denuo opponere, quae a tot doctissimis viris scripta sunt.

15. Cum vero ex bene constituto controversiae statu felix disputatio-
i ais progressus tantum haberi possit, ideo ex praemissis dicimus, controversiam minime versari inter nos et adversarios nostros circa *modum,* quo sancti colendi sunt, sed circa *rem ipsam;* utrum scilicet possimus honeste ac pie per aliquod signum religionis testari excellentiam quam in sanctis deprehendimus ob virtutes, quas, cum in vivis agerent, ipsi exercuerunt, et amicitiam, qua cum Deo fruuntur, nec ne. Catholici affirmant, adversarii negant. In hoc propterea sensu sequentem adstruimus propositionem.

PROPOSITIO.

Pius et ab omni idololatriae labe immunis est religiosus sanctorum cultus.

16. Omni prorsus idololatriae culpa vacare, immo potius pium esse cultum quem catholici sanctis tribuunt, constat ex sacris litteris, quae illum commendant, ex vetustissima ecclesiae traditione et consuetudine, nec non ex ipsa intima rei natura, atque adversariorum agendi ratione.

17. Inprimis enim **Scripturae** patriarchas, judices, prophetas exhibent religioso cultu angelos et sanctos viros prosequentes. Omissis enim iis, quae Abraham et Loth ac Jacob fecisse referuntur, Balaam (Num. XXII. 31.) ut *vidit angelum stantem .... adoravit eum pronus in terram;* Josue, cum audivisset virum, quem viderat stantem evaginato gladio, esse principem exercitus Domini, *cecidit pronus in terram et adorans ait* etc. Jos. V. 15.

Honorem seu cultum istum religiosum esse seu in ordine ad Deum, minime vero solum *civilem,* exinde constat, quod patriarchae optime noverint, eos civiliter non conversari, sed Dei nuncios esse, atque cum Deo amicitia conjungi.1 Idem dicatur de adoratione illa quam Eliseo tribuit mulier Sunamitis, postquam propheta excitavit filium ejus a mortuis, IV. Reg. IV. 37. Vix enim viderat Sunamitis ingens miraculum ab Eliseo patratum, statiin corruit ad pedes ejus, eumque adoravit; itaque non simplicem hominem, sed qualitatem *viri sancti* et thaumaturgi in illo mulier venerata est. Cum igitur objectum ac motivum istius adorationis religiosum fuerit, merito concludimus, Sunamitidem non civilem, ut protestantes nonnulli autumant, sed religiosum prorsus cultum Eliseo praestitisse.

18. Num vero aliquando actus istos improbarunt Scripturae? Haud-

›) Cf. in *Criticis sacris* quae Grotius scribit in cap. XIX. v. 10. Apocalyps. de hebraeorum more angelos adorandi. Ex his patet, non deesse nobis, ut supponere videtur Hengstenberg, fundamenta biblica de veneratione et cultu angelorum.

quaquam aane. Praeterquam quod enim viros istos (si Balaam excipias, qui tamen juxta receptam consuetudinem se gessit) pietate ac religione spectatissimos nobis semper exhibent, Deum ipsum ejusmodi cultum expresse aliquando praecipientem inducunt. Sic Exodi **XXIII.** 20. Deus alloquitur populum suum: *Ecce,* epo *mittam angelum meum, qui praecedat te ... observa eum, et audi vocem ejus, nec contemnendum putes ... et at nomen meum in illo;* sic Jos. loc. cit. Princeps exercitus Domini, non solum approbavit sibi exhibitam adorationem, sed praeterea Josue praecepit: *Solve calceamentum tuum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, sanctus est.* Eaedem praeterea Scripturae Deum exhibent vindicem contumeliae servis suis illatae, etenim ad Eliae nutum ignis e coelo descendit ad binos illos principes quinquagenarios absumendos, qui ad prophetam non ea, qua par erat, reverentia accesserunt; quare tertius quinquagenarius, utpote timens Deum, *curvavit genua contra Eliam, et precatus est eum,* IV. Reg. I. 13; ita et pueri Bethel Eliseum irridentes ab ursis lacerati sunt, ibid. II. 23 et seqq. Quibus aperte Deus ostendit, qua ratione velit honore affici servos suos. Itaque, nisi dicamus, viros pietate insignes idololatriae labe se commaculasse, dum cultum angelis et sanctis tribuerunt, aut Deuni jussis ac prodigiis idololatriae crimen honestare voluisse, fatendum est, pium sanctumque esse cultum istum, atque ab omni prorsus superstitionis ac idololatriae noxa i[illegible]unem.

19. Sanctorum itidem cultum ab ipsis rei christianae primordiis in ecclesia obtinuisse, non unus vel alter testis probat, sed facta ineluctabilia ac certissima documenta. Etenim istius cultus monumentum sunt **I. festi dies** in sanctorum martyrum honorem ac memoriam instituti, de quibus mentio fit *Constitue apostolicar.* lib. VIII. cap. **XXXIII.** ubi recensentur dies, quibus *feriandum erat famulis;* enumerantur autem inter ceteros dies festi sanctorum: *In diebus vacent apostolorum,* inquiunt,..... *in die Stephani protomartyris ferientur atque in diebus ceterorum sanctorum martyrum, qui Christum vitae suae anteposuerunt.* 2 Istius pariter consuetudinis, nempe agendi festos dies sanctorum martyrum, meminit ecclesia smyrnensis, apud Eusebium3, scribens ad ecclesias Ponti: Quo *etiam in loco nobis conve-*

2) *ημέρα τών άποϋτόλων άργιίτωΟαν . . . την ημέραν Στεφάνου τού πρωτομάρτυρα; άργείτωΟαν, καί τών λοιπών άγιων μαρτύρων τών προτιμηϋάντων Χριστόν τή εαυτών ζωή .* Apud Coteler. tom. I. pag. 415. Porro Constitutiones apostolicae prodierunt saeculo ecclesiae LU. quas magni faciunt viri eruditi Albaspinaeus, De Marea, Pelavius etc.

3) *Hist. Eccl.* lib. IV. cap. 15. edit. Valesii, qui refert integram hanc epistolam a Jac. Usserio primum editam. Cum vero s. Polycarpus martyrio functus sil sub Antonino Pio, hoc documentum spectat ad II. ecclesiae saeculum, cum vix ab ejus morte conscripta sit. Cf. P. Halloixius S. J. *Illustrium ecclesiae orientalis scriptorum vitae et documenta,* Duaci 1633. tom. I. not. ad vitam s. Polycarpi, cap. 13.

nientibus concedet Deus natalem ejus (Polycarpi) *martyrii diem cum hilaritate et gaudio celebrare* '; ejusdem festi mentio fit in actis s. Pionii. 5

II. Cultus sanctorum per universam ecclesiam recepti a primis saeculis monumenta indubia sunt **sacrificia,** quae in martyrum aolemniis in ipsorum honorem Deo offerebantur; de quibus praeter s. Joann. Chrysostoniutu et Augustinum 6 testes sunt locupletissimi Tertullianus et Cyprianus. **Tertullianus** enim, lib. *De corona* cap. **Ill:** *Oblationes,* inquit, *pro defunctis, pro nalalitiis annua dic facimus.*7 S. vero **Cyprianus:** *Sacrificia,* scribit, *pro eis semper, ut meministis, offerimus, quoties martyrum passiones et dies anniversaria commemoratione celebramus.* 8

III. Ejusdem cultus documenta pariter suppeditant **altaria** ac **templa** seu **sacella,** quae *confessiones* aut *martyria* nuncupabantur, in sanctorum martyrum honorem ac memoriam erecta. 9

IV. Documenta sunt publica et vulgatissima **sanctorum invocatio,** et **honor sanctorum reliquiis** exhibitus, de quibus paulo infra ex instituto agemus.

Non igitur singulares tantummodo testes in medium proferimus ad ostendendum, ubique receptum fuisse tribus prioribus ecclesiae saeculis sanctorum cultum, sed monunxenta publica et vulgatissima, quae extenuari

"') *Ενθα, ω δυνατόν ήμΐν, συναγόμενοι; έν αγαλλιάσει και χαρά, παρέξει ό κύριο έπιτελεΐν την τού μαρτυρίου αυτού ημέραν γενέθλιαν.*

5) Apud Ruinartium, *Acta martyr, sincera,* Amstel. 1713. pag. 140. ubi η. Π. legitur: «Secundo itaque dic sexti mensis, qui dies est IV. idus Martias, die sabbati majore, natale Polycarpi martyris celebrantes genuinum, Pionium . . . vis persecutionis invenit." Passus est autem s. Pionius anno Christi 250.

6) S. Joann. Chrysost. *Hom.* XXL *in Act. Apost.* n. 4. opp. edit. maur. tom. IX; s. August. *Servi.* CCLXXIII. cap. 12. opp. edit. maur. tom. V. ct alibi passim.

q Cf. ibid, adnot. Rigaltii, qui observat per natalitia intelligi a Tertull. solemnitates fieri solitas in honorem martyrum, quo scilicet die mundo mortui, coelo nati sunt. Cf. etiam La Cerda S. J. in nota ad hunc loc. in qua erudite germanum Tertulliani sensum defendit adversus Junium.

8) *Epist.* XXXIV. edit. maur. Vid. in hunc loc. adnot. 13. Pamelii. Illustre item monumentum suppeditat istius consuetudinis synodus laodicena, quae can. LI: Aon *oportet,* inquit, *in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato et dominica tantum memoriam fieri; Collect. Cone.* Labb. tom. L coi. 1520. Cf. ibid, notae Binii. Aliud monumentum exhibet concil. gangrense, can. XX. Trombellius, can. reg. in op. *De cultu Sanctorum,* Bonon. 1740. vol. II. diss. 6. cap. 12 et seqq. pluribus ea prosequitur quae in celebratione festorum ss. martyrum fieri consueverant.

9) Cf. Eusebius, *Histor. eccl.* lib. II. cap. 25. qui refert fragmentum Caji presbyteri ex libro, quem is scripserat adversus Proculum, patronum sectae calaphrygum, ubi sic haereticum hominem perstringit: *Έγω δε τά τρόπαια τών αποστόλων εχω δεΐξαι' εάν γάρ θελήση άπελθεΐν έπί τόν Βατικανόν, η έπί την όδόν την Ώστίαν, εΰρήσει τά τρόπαια τών ναύτην ίδρυσαμένων την εκκλησίαν.* «Ego vera apostolorum trophaea possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad oslienscm viam pergere libet, occurrent tibi trophaea eorum, qui ecclesiam illam fundaverunt." Floruit aulem Cajus tempore Zephyrini Papae.

ab adversariis nulla solida ratione possunt. Si quem tamen desiderium tangit consulendi singulatim vetustiorum patrum testimonia, eum remittimus ad Bellarminum 10*et Petavium.11 Concludendum interea est, vel nullum omnino in sanctorum cultu superstitionis atque idololatriae vestigium reperiri, vel superstitionem et idololatriam in ecclesia, una cum ecclesia ipsa coepisse.

20. Verum **ex ipsis protestantium principiis** ita rem nostram conficimus: admittunt ipsi cultum civilem ad civiles seu politicas ac naturales dotes et virtutes honorandas; ergo jure inferimus, admittendum pariter esse cultum religiosum ad supernaturales virtutes ac dotes sanctorum proprias honore debito prosequendas. Immo quemadmodum honor ille, qui aulae proceribus exhibetur, nedum principis honori ac reverentiae ei debitae quidpiam detrahit, illam potius statuit atque confirmat, sic pariter cultus, quem sanctis tribuimus nedum quidpiam detrahit supremo honori et cultui, qui Deo debetur, eum potius perficit ac mirifice confirmat; mancus enim quodammodo esset honor ille, quo Deum prosequimur, si colere dedignaremur amicos ejus una cum ipso in coelesti aula regnantes; eo vel magis, quod in dominum ultimo redundet honor servorum, qui quidem honor ideo religiosus nuncupatur, quia Dei intuitu et causa sanctis defertur.

21. Haec demum viderunt cordatiores inter **protestantes** ipsos. Ceteris enim omissis, in medium proferam verba **Leibnitz ii,** qui scribere non dubitavit: *Generaliter tenendum . . . neque cultum sanctorum aut reliquiarum probari, nisi quatenus ad Deum refertur, nullumque religionis actum esse debere, qui in honorem unius omnipotentis Dei non resolvatur ac terminetur. Itaque cum sancti honorantur, hoc ita intelligendum est, quemadmodum in Scriptura dicitur:* ***Honorificati sunt amici tui, Deus,*** *et* ***Laudate Dominum in sanctis ejus****12;* et iterum: *Certum est, secundo christianae ecclesiae saeculo jam natalitia martyrum celebrata et apud monumenta eorum sacros conventus fuisse institutos.13* Ex quibus recte infert: *Verendum autem est, ne, qui ita sentiunt* (idololatriam esse cultum sanctorum), *viam aperiant ad omnem rem Christianam convellendam; nam, si jam ab illis temporibus horrendi errores in ecclesia praevaluerunt, arianorum et samosatenorum causa mirifice juvatur, qui originem erroris ab illis ipsis temporibus computant, atque obscure defendunt Trinitatis mysterium et idololatriam simul invaluisse .... judicandum cuique relinquo, quo res sit evasura. Quin immo procedet ulterius suspicio audacium ingeniorum; mirabuntur enim Christum promissis tam largum erga suam ecclesiam, tantum hosti generis humani*

10) *De beatif. et canon. SS.* lib. I. cap. 13.

u) *De Incam.* lib. XIV. cap. 10 et seqq. Cf. etiam Trombellius, diss. cit. cap. 1 et seqq.

12) *System, theol.* ab Emery edit. Paris 1819. pag. 160.

Ibid. pag. 170.

induisisse, ut, una idololatria profligata, succederet alia, et ex sexdecim saeculis vix unum aut duo sint, in quibus vera fides utcumque inter christianos sit conservata; cum judaicam ac mahumeticam religionem videamus tot saeculis satis puram secundum fundatorum instituta perstitisse. Quo igitur loco manebit consilium Gamalidis, qui de Christiana religione et providentiae voluntate ex eventu judicandum dictitabat; aut quid de ipso christianismo judicabitur, si lapidem hunc lydium parum adeo sustineret?[14] Quibus verbis ingenuus hic protestans non modo catholicam veritatem adstruxit, sed praecipua argumenta complexus est, quibus eadem fulcitur.

DIFFICULTATES.

22. I. **Obj.** 1. Cultus sanctorum adversatur primo decalogi praecepto, Deut. VI. 13: *Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies.* Quod Christus renovat Mattii. IV. 10. illis verbis: *Dominum tuum adorabis, et illi soli servies.* 2. Hoc autem praecepto quicumque cultus et honor creaturis adimitur et uni Deo reservatur, ut illud exponit apostolus, I. Timoth. I. 17. dicens: *Soli Deo honor et gloria.* 3. Sane Deus profitetur apud Isaiam XLH. 8. nolle se gloriam suam alteri communicare illis verbis: *Gloriam meam alteri non dabo.* Ergo utpote superstitiosus et verbo Dei contrarius quicumque sanctorum cultus rejici debet.

23. **Resp.** *N. A.* Ad duas vero priores probat. *Dist.* Et adductis verbis uni Deo reservatur cultus seu honor supremus, latriae et proprie dictus, *C.* inferioris ordinis, duliae ac improprie dictus, *N.* Ut enim patet ex scopo et contextu, in objectis locis sermo est de solo supremo cultu ac proprie dicta servitute; adjicitur siquidem loc. cit. Deut.: *Et per nomen illius jurabis* ... et clarius adhuc Deut. V. 7. ubi idem praeceptum traditur: *Non habebis Deos alienos in conspectu meo.* Cum vero cultus, quem nos sanctis tribuimus, ejusmodi non sit, nec eis cultum deferamus nisi in ordine ad Deum, atque intuitu ipsius Dei, liquet, nihil commune habere praeceptum istud cum sanctorum cultu.

Ut aliquid proficerent adversarii, ostendere deberent, vel cultum, quem sanctis catholici tribuunt, esse supremum, vel supremo huic Dei cultui cultu illo sanctorum quidpiam detrahi; quod cum efficere nequeant, perperam catholicos damnant vehit idololatriae reos, et primi decalogi praecepti infractores. Apposite Catechismus Rom.: *Quis adeo demens est,* inquit, *qui edicente rege, ne se pro rege quisquam gerat, aut regio cultu atque honore affici patiatur, continuo putet, nolle regem, suis ut magistratibus honor deferatur ?*[15]

24. Ad 2. Idem responsum esto. Si enim apostolus quemcumque

M) Emery, *Syst. theol.* pag. 172 et seqq. ,5) Part. III. cap. *2.* η. 8.

honorem creaturis adimere voluisset cit. loco, alibi non scripsisset: *Honore invicem praevenientes*, Rom. XII. 10; *Presbyteri duplici honore digni sunt,* I. Timoth. V. 17. et. alibi possim.10 Vidimus praeterea, patriarchas alioeque viros in V. L·. conspicuos prostravisse se coram angelis, regibus ac viris sanctis, neque propterea eos in reprehensionem incurrisse.

25. Ad 3- *D.* Alteri, id est *sculptilibus* seu falsis diis, ut ibidem subditur, *C.* indiscriminatim, *subdist.* gloriam, quae solius Dei propria sit, *C.* quas convenire possit creaturis juxta dicta, zV.

26. Inst. Atqui omnis reipsa et cujuscumque ordinis cultus, qui angelis vel sanctis tribuatur, a Scripturis prohibetur. Etenim 1. apostolus Coloss. II. 18. scribit: *Semo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, quae non vidit, ambulans.* Vetuit igitur ne ulla ratione angeli colerentur. 2. Quare, cum Joannes angelum sibi apparentem adorare vellet, talem honorem angelus recusavit dicens: *Vide ne feceris, conservus tuus sum Deum adora,* Apocalyps. XIX. 10. Eadem ratione se gessit apostolus Petrus cum centurione, Act. X. 25 et 26. Ergo.

27. Resp. X. *min.* Ad 1. prob. *D.* Cultu falso et superstitioso, *Tr.* rite intellecto, X. Transmisimus primum distinctionis membrum, cum nondum inter expositores exploratum sit, quid illis verbis significare apostolus intenderit Nam alii contendunt iis perstringi superstitiosum angelorum cultum tum bonorum tum malorum.17 Alii volunt, solum excludi cultum superstitiosum et idololatricum angelorum bonorum, qui censebantur mediatores inter Deum et homines juxta placita platonicorum, et quidem Christo excluso, quod indicare videntur verba immediate sequentia, v. 19: *et non tenens caput.* Alii arbitrantur, iis argui Christianos judaizantes, nimis scilicet mosaicae legi addictos et legalibus observantiis, praetexentes legem per ministerium angelorum datam esse. Favere huic sententiae videtur contextus ; dixerat enim paulo ante apostolus : *Semo vos judicet in cibo aut in potu* etc. (v. 16.) Alii demum existimant, carpere apostolum *studium singularis sanctitatis, nempe pharisaicae, quae crebris jejuniis et exquisitis exercitationibus aliis cernebatur:* quae est expositio ipsorum biblicorum protestandum. 18 Quaecumque demum admittatur expositio, patet nil co Hill **une**

,e) Cf. Bernard, a Piconio, qui verba apostoli de gratiarum actione exponit, ob misericordiam sibi exhibitam el aliis in se ostensam. Illud vero *soli Deo* exponit, qui unus et solus est. Ex quo patet, nihil haec verba commune habere cum scopo a protcslantibus intento de exclusione sanctorum a gloria ct honore.

17) Cf. Trombellius, op. cit. diss. IV. cap. 8. ubi diversas interpretationes recenset et expendit.

*8) Ita quidem Carolus Rosenmuller, qui in *Schol. in N. T.* in hunc loc. scribit: *Θρησκεία των αγγέλων est studium singularis sanctitatis; nam et alibi (Ad.* XXVI. 5·) *Paulus την άκριβεΟτάτην ειϊρε· ΰιν τή ιουδαϊκή 3ρηϋκεΐα non cultum dicit, sed studium singularis sanctitatis*

habere paulinum textum cum legitimo angelorum cultu, qualis ab ecclesia catholica admittitur.

28. Ad 2. *D.* Adoratione improprie dicta, quae in humilis obsequii signo consisteret, *C.* proprie dicta seu latriae, *N.* Alioquin damnare deberemus Joannem apostolum et cvangelistam tamquam idololatriae reum, qui non solum in loco objecto, sed iterum ibid. XXII. 9. cecidit ad angeli pedes, ut adoraret eum, et rursum prohibitus est. Itaque merito Grotius ad hunc loc.: *Non dicit* (angelus) *προο κυνηϋιν (adorationem) soli Deo licite exhiberirepugnat enim tota vetus historia. . . . Sed benigne agit, ut si quis collega collegae dicat: serva hunc honorem regi.*19 Id ipsum dicatur de Petro recusante obsequium Cornelii centurionis, qua agendi ratione b. Petrus Cornelium monuit, ut gratiam omnem Deo acceptam referret, a quo omne bonum descendit; seque professus est non esse nisi Dei ministrum, qui eum ad salutem elegerat.

29. II. Obj. ex traditione. 1. Laodicena synodus can. XXXV. districte prohibet: *Christianos, relicta Dei ecclesia, abire et angelos nominare, vel congregationes facere: si quis ergo inventus fuerit huic occultae idololatriae vacare, anathema sit.* 2. Damnant eumdem cultum Origenes 20 et Theodoretus 21, quibus assentiuntur patres reliqui, dum 3. monent *diligi* quidem et *honorari* ab ecclesia sanctos, non autem *coli,* ut patet ex epist. ecclesiae sinyrnensis, ex Hieronymo 22 et Augustino 23; 4. dum palam iterum profitentur·, a se sanctos minime *coli propter religionem,* sed tantum *amari* et *honorari propter imitationem,* ut idem loquitur· s. Augustinus 24; 5. dum docent, illud honoris genus ad sanctos pertinere, quo viventes probitate spectatos amamus, ut rursum loquitur Augustinus25 et cum ipso Cyrillus alex. 26; 6. dum affirmant, se nullum sanctis deferre cultum, qui in iis sistat, sed in eis Deum tantummodo honorare. 27 7. Nec aliter res esse poterat; distinctionem enim inter cultum supremum et inferiorem, seu *latriae* et *duliae,* quam recentiores scholastici invexere, penitus veteres igno-

pharisaicae, quae crebris jejuniis et exquisitis exercitationibus aliis cernebatur, et v. 23. *hujus capitis Paulus pro θρηθχεία των αγγέλων substituit εθελο&ρηθχεΐαν, quam dubitari non potest fuisse in fugiendis cibis, quos lex mosaica interdixisset, et similibus institutis.* Quare rejicit, seu retractat suam interpretationem, quae magis olim ei placuerat, de cultu angelorum (cf. edit. 5. 1806). Ex his plane concidit praecipuum argumentum, quo tantopere protestantes usi sunt ad impugnandum cultum angelorum et sanctorum.

··) Cf. *Crit. sacr.* tom. IX.

•°) *Cont. Celsum,* lib. V. n. 8 ct seqq. ct lib. VII. n. 62 el seqq. edit. maur.

2I) *Comment, in Epist. ad Coloss.*

M) *EpiSt.* C1X. (alias LIII.) η. 1; tum *Cont. Vigilant.* n. 5.

«) *Serm.* CCLXXIII. (alias CI.) nec non in lib. *De vera relig.* cap. 55. alias n. 108 ct 110. tom. L opp.

,4) *De vera relig.* n. 108.

“) *Cont. Faust,* lib. XX. cap. 21. tom. VIII. opp.

3δ) *Cont. Julian,* lib. VI. tom. X.

2T) Theodoret. *Serm.* VIII. *De curandis graec. affect,* etc.

rarunt. Nisi igitur patres idololatriae insimulemus, fatendum eat, nullum cultum proprie dictum sanctis eos detulisse.

30. Resp. Ad 1. *D.* Synodus laodicena cultum immodicum et superstitiosum prohibuit, *C.* cultum legitimum, A. Talem porro fuisse scapum concilii laodiceni in cit. canone ostendunt argumenta tum interna tum externa.

Jnterna quidem, cujusmodi sunt: 1°. quae ex ipsis verbis canonis emuntur, ex quibus patet, perstringi eos, qui *relicta Dei ecclesia, congregationes facere, occultae idololatriae* **vacare** seu in coetibus clandestinis se colligere audebant; 2°. quod ex can. LI. ejusdem synodi habetur, in quo hujus concilii patres admittunt legitimum cultum martyrum, ac tempus determinant, quo martyrum festivitatibus vacare fideles possunt. Ita enim se habet: *Quod non oportet in quadragesima martyrum natales peragere, sed sanctorum martyrum facere commemorationes in sabbatis et dominicis.*28 Porro eadem est ratio cultus angelorum et sanctorum.

Argumenta *externa* suppeditat historia, ex qua novimus viguisse tunc temporis in illa provincia superstitiosam sectam, quae juxta platonica principia angelis ut divinitatis mediatoribus cultum tribuebat. Id testatur Theodoretus qui in *Commentariis in Epist. ad Coloss,* explanans apostoli verba: *Semo vos seducat* etc. haec scribit: *Et in hodiernam usque diem licet videre apud illos et eorum finitimos oratoria s. Michaelis. Illi ergo hoc consulebant, atque humilitate utentes, dicentes universorum Deum nec cerni nec comprehendi, nec ad eum posse perveniri: et oportere per angelos divinam sibi benevolentiam conciliare.*29 Ex quibus tum germanus sensus objecti canonis laodiceni liquet, tum mala eorum protestandum fides, qui absolute ab ea synodo damnatum angelorum cultum esse affirmant. 30

îS) Cf. *Acta Concit.* Harduini, tom. L col. 789.

29) *Hat μέχρι δε roϋ* νυν «υχτ^ρία του *άγιου Μιχαήλ παρ' έχείνοι χαί τοί όμοροι; εκείνων έύτίν ίδείν τούτο τοίνυν ϋνεβούλευον Ικεΐνοι γϊνεοθαι, ταπεινοφροϋύντί δήθεν χεχρημένοι, χαί λέγοντε , ω αόρατο; ό τών όλων θεό , άνεφιχτό τε χαί άχατάληπτο ' χαί προ ήχει διά τών αγγέλων τήν θεΐαν ευμένειαν πναγματεύεϋθαι.* Ad Coloss. U. 18. tom. HL op. edit. Sirmondi, pag. 355.

î0) Sic enim inter ceteros "Wegscheider fidenter scribit §. 102. η. *f: Postquam assentienlibus pluribus patribus a synodo laodicensi, anno* 363. *habita, adoratio angelorum improbatu erat, Ambrosius eam denuo commendasse videtur* (opp. *tom.* L *pag.* 146. De vidais): ***Angeli sunt obsecrandi pro nobis, qui nobis ad praesidium dati sunt.*** *Τιμητικήν προ χύνηϋιν, honorificam venerationem, non λατρείαν concilium nicaen.* U. *anno* 787. *habitum, angelis praestandam esse decrevit; similiter concilium trid. sess.* XXV; *Catech. Rom. part.* 3. *cap.* 2. §.9. *et seqq. Petav. Dogm. theol.* Π. 69 *et seqq.* Duo hic habemus: 1°. impudentiam scilicet hujus rationalistae, affirmantis a laodicena synodo improbatam esse angelorum adorationem eo sensu, quo eam denuo commendavit s. Ambrosius; 2°. ejus confessionem, quod tam synodus nie. II. quam conc. trid., Catechismus Rom. ac Petavius nonnisi inferioris ordinis cultum ac venerationem angelis tribuendam tradiderint

31. Ad 2. A. Etenim Origenes loc. cit. refellit Celsum calumniantem christianos ea ferme ratione, qua nunc protestantes catholicos lacessunt, quasi ipsi angelos uti deos haberent et colerent. En ipsius verba: *Eusquam tamen ibi* (in Scripturis) *praeceptum reperias, ut, qui Deo debetur cultus, eodem prosequamur eos* (angelos) *quorum nobis ministrandi Deique dona afferendi negotium est.**] Ceterum Origcnes, ibid. lib. VHI. n. 13. rite intellectum angelorum cultum aperte admittit.32 Quare Kcilius et Origenem recenset inter patres a suis protestantibus accusatos hujus *erroris* admissi nempe cultus angelorum; neque aliam evadendi viam invenit, nisi tamquam spurium traducere locum, qui ipsi adversatur. Quod quidem mirum est in tanta critices luce.33

32. Sed neque Theodoretus adversatur cultui angelorum, cum non perstringat nisi eos, qui angelos habebant velut praecipuos rerum nostrarum curatores, delatoresque nostrarum precum, quasi Deus vel ignoraret preces nostras, vel obsequia nostra ad se immediate deferri nollet, ut ex adductis ejus verbis manifestum fit. Id ipsum dicatur de patribus reliquis, quorum testimonia expendit Petavius.34

33. Ad 3. *D.* Non autem *coli* sensu ethnicorum, adversus quos patres agebant, *C.* sensu catholico, *N.* Ut enim monuimus, nondum determinata *technologia* seu vocabulorum vi, videntur interdum veteres omnem cultum angelorum et sanctorum rejicere, dum negant *colendos* eos esse, *adorandos, venerandos* etc. At his vocibus utebantur ad excludendos angelos et sanctos a supremo latriae cultu, qui profecto imi Deo debetur. His

31) *Cont. Cels.* lib. V. num. 4: *Ἀλλ& οὐχ, ὡ τε προ τάοοεοθαι ἡμἴν του διαχονούντα , χαί φέροντα ἡμίν τά του θεού, ὕἰβειν χαί προ χυνείν αντί του θεού.* Tom.I. pag. 579. edit. maur.

") En ejus verba, quibus respondet propositae sibi a Celso difficultati: »Ex eo, quod cum Deo Filium ejus colamus, consequens esse *(putat Celsus),* ut non Deum solum, sed etiam ejus ministros colendos esse sentiamus. Si intellexisset, *inquit,* quinam sint post Dei Unigenitum vere ministri Dei, ut Gabriel, Michael et alii angeli atque archangeli, et eos colendos esse dixisset, fortasse,' repurgatis cum significatione illius vocis *colere* tum ejus qui colit officiis, hoc loco pro rei momento attulissem ea, quae de hoc argumento assequi intellectu potui.“ *Ἰοω ἀν το περί τού θεραπεύειν αυτού ὕημαινόμενον ἐχχα-Οηραντε , χαί τών τού θεραπεύοντα πράξεων, εἰπομεν αν ει τον τόπον, ὡ περί τηλιχούτων ὁιαλεγόμενοι, ἁπερ εχομεν περί αυτών νοήβαι.*

33) Car. Aug. Theoph. Keilii *Opuscula academica,* edita a Joann. David Goldhorn, Lips. 1821. sectione poster, cap. III. sect. 2. *De Angelis bonis eorwnque cullu.* Cf. pag. 550 el seqq. Demum pag. 560. cum retulisset Origenis testimonium ex *Homil.* I. *in Ezech. : Veni angele* etc. quacumque se vertit, ut ejus vim eludat, confugit et ipse ad rhetoricam apostrophen, postea vero concludit: *Ecquis tandem sibi persuadeat, haec ab Origene scribi potuisse?* Tanta est vis anticipatorum judiciorum et ingenii sectae !

3<) *De Angelis,* lib. II. capp. 9 et 10. ubi etiam egregie ostendit, Theodoretum cum ceteris patribus consentire circa angelorum cultum et invocationem. Cf. etiam *De Incarn.* lib. XIV. cap. 14 et seqq.

enim vocibus utebantur ethnici, qui nullam inter cultum supremum et inferiorem distinctionem agnoscebant. Aliis autem verbis catholicam de sanctorum cultu doctrinam designabant, dum profitebantur se eoa *diligere., honorare, caritate* et *dilectione* cum iis conjungi, aliaque ejusmodi. Factis demum publicis, festorum scilicet celebratione in martyrum honorem, monumentorum erectione, invocatione, aliisque superius commemoratis, quid sentirent. satis ostendebant. Hac igitur aequivocatione sublata corruunt, quae magna diligentia et vano apparatu adversus nos collegerunt protestantes; inter quos demum in scenam prodiit Keilius, qui non veretur tritissima testimonia congerere ut serio ostendat, *fuisse constantem ecclesiae antiquioris doctrinam, neminem praeter unum Deum religioso cultu esse prosequendum.*[35]

34. Ad 4. *D.* Id est, non propter solam religionem, sed etiam, immo potissimum propter imitationem, *C.* propter solam imitationem, A¶. Constituto enim principio de honore sanctis debito, ut a concionatoribus fit, inculcabant patres, potionem obsequii nostri partem collocandam esse in imitatione virtutum, quas sancti exercuerunt, *ut imitari non pigeat, quos celebrare delectat.* Quae Augustini verba sunt, et cultum supponunt, non autem excludunt, cum loquatur de *solemnitatibus* martyrum.

35. Ad 5. Concedimus, sanctos mortuos eodem cultus genere honorandos, quo sanctos viventes colimus, *sed illos* (mortuos) *tanto devotius, quanto securius post certamina superata,* ut idem loquitur Augustinus.[35] Quod si diverso ritu et apparatu sanctos viventes honoramus, ideo est, quia ita exposcit sanctorum humilitas, et quia plerumque vera eorum sanctitas nos latet.[37]

“) Loc. cit. pag. 550. nbi plura testimonia congerit a Beilarmino, Petavio, Nat. Alex., Trombellio aliisque jamdiu disjecta; attamen, perinde ac si ineluctabile argumentum adversus catholicam doctrinam opponeret, triumphum canit. Ceterum vix ullum ex tot, quae affert, testimoniis graccorum ac latinorum patrum est, quod scopum attingat, quem sibi auctor proposuit. Non aliud siquidem omnia illa testimonia evincunt, nisi quod catholici omnes ultro prufiteniur, nulli creaturae deferendos esse honores divinos. Omitto malam ejusdem fidem in diversis auctoritatibus proferendis. Atque ita quidem prolestante.s saeculi XIX. catholicam doctrinam impugnant!

3#) *Contru Faustum Munich.* lib. XX. cap. 21. edit. maur. Sed et bic praestat animadvertere s. Augustinum, quem contendunt adversarii detraxisse sauciorum cultui co quod passim scribat, sanctos nos tantum amare ac dilectione prosequi, aut non in alio quam in dilectione ct amore consistere cultum, quem eis deferimus, praestat, inquam, animadvertere, eadem prorsus ratione eum esse loculum, cum ageret de cultu ipsius Dei: *Quid autem,* ait, *est pietas nisi Dei cultus? et unde ille colitur nisi caritate? (Epist.* CLXV1I. n. 11.); ct alibi: *porro,* inquit, *pietas cultus Dei est, nec colitur ille nisi amando (Epist.* CXL. n. 45.). Quis autem propterea inde inferat, s. Doctorem cultum proprie dictum Deo denegasse?

iT) Iisdem interdum honoribus sanctos viventes coli, quibus veneramur sanctos vita functos, non uno exemplo ostendi posset. Satis sil illud adducere, quod Theodorelus, *Hist, eccles.* lib. V. cap. 34. edit. Vales, refert de s. Joann. Chrysostomo ab

36. Ad 6. *D.* Profitentur se Deum in sanctis colere et laudare, utpote auctorem donorum omnium, quibus sancti ditati sunt, *C.* ad excludendum honorem sanctis debitum, *iV.* Honorem servorum in dominum demum terminare et nos profitemur; verum hoc non irnpedit, quominus eanctos in se colamus, quos ita Deus ipse honorificare dignatus est. Cum enim honor et cultus, ut ex dictis patet, sit testificatio illius excellentiae, quam in aliquo deprehendimus, hoc ipso patet, sanctos dignos cultu esse, qui propria excellentia donantur.

37. Ad 7. *D.* Patres non usurparunt ante *s.* Augustinum voces *latriae* et *duliae* ad duplex cultus genus distinguendum, *Tr.* vel *C.* ignorarunt cultus ipsius distinctionem, A. Etenim ex una parte certum est, patres angelos et sanctos coluisse, ut omnia documenta evincunt superius adducta; ex altera autem pariter est manifestum, patres cultum supremum angelis aut sanctis minime detulisse; alioquin turpissimo idololatriae crimine se commaculassent, quod vel suspicari de tot sanctissimis viris nefas est. Quare sequitur necessario, patres intrinsecam ejusmodi cultus distinctionem agnovisse, etsi aliis vocibus eam designaverint. Sane Origenes declarat, *repurgatis cum significatione illius vocis colere, tum ejus, qui colit, officiis,* posse angelis cultum tribui.[38] Demum s. Augustinus, aliique catholicae doctrinae defensores, non solum discrimen attulerunt ac certa discriminis argumenta inter utrumque cultum, sed voces ipsas *latriae* ac *duliae* usurparunt. Hac ratione retuderunt ethnicorum et manichaeorum accusationes, quibus illi catholicos impetebant, quod rejectis numinibus suos martyres substituissent.[39]

CAPUT III.

DE SANCTORUM INVOCATIONE.

38. Controversia, quae agitatur inter catholicos et protestantes circa sanctorum invocationem, non respicit hujus invocationis necessitatem; omnes

exilio revocato, cui *universi cereas faces praeferentes* obviam venerunt, *τὰ ἐκ χήρου λαμπάδα προ ἀπτονεε* .

3β) Recolatur textus superius adductus.

”) Cf. S. Hieron. *Contra Vigilantium,* n. 5. ubi stultum hunc protcstanlium praeformatorem interrogat: *Quis enim, o insanum caput, aliquando martyres adoravit? Quis hominem putavit I)eum?* Turns. August. qui *De Civ. Dei,* lib. VIII. cap. 27. sic loquitur: «Nec tamen nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra et sacrificia constituimus; quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sane memorias eorum tamquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt. . . . Quis autem audivit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus martyris, ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus: Offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule, vel Cypriane? etc." Eadem fere repolit *Adc. Faustum,* lib. XX. cap. 21. et *Epist.* XLIV.

enim catholici fatentur, ad salutem absolute necessariam non esse sanctorum invocationem.1 In eo igitur totus versatur controversiae cardo, an sanctorum invocatio *licita* ac *utilis* sit, uti declarat concilium tridentinum adversus heterodoxos, qui in ecclesiam insurrexerunt, perinde ac si ipsa rem superstitiosam, Deo et Christo injuriosam, immo et idololatricam permitteret et approbaret.

PROPOSITIO L

Ex sacris litteris in primis evincitur, licitam esse et utilem sanctorum invocationem.

39. Ad fidem catholicam spectat haec veritas, quam tridentina synodus Sess. XXV. declarat, dum praecipit episcopis, ut fideles doceant: *Sanctos, una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum atque utile esse suppliciter eos invocare, et ob beneficia impetranda a Deo per Filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est. ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere.*

Ex quibus verbis discimus: 1°. invocationem sanctorum bonam ac utilem esse; 2°. opem et beneficia non a sanctis, sed a Deo ad eorum intercessionem expectanda esse; 3°. orationes et intercessionem sanctorum inniti meritis Christi Jesu, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ac propterea solus Mediator proprie dictus, qui talis nempe sit tum natura tum officio, ac nitatur propriis meritis. Sancti enim improprie tantum ac secundario mediatores sunt, qui nihil nisi per Christi merita nobis comparare atque obtinere possunt. 4°. Dernum discimus, invocationem sanctorum habendam esse ad instar adminiculi cujusdam. quo facilius impetremus ipsorum intercessione opem, quam a Deo per Christi merita efflagitamus.

40. Hoc autem sensu licitam, bonam ac utilem esse sanctorum invocationem **sacrae litterae** in primis ostendunt, quae duplex nobis suppeditant argumentum ineluctabile ad causam catholicam tuendam, alterum in invocatione viventium, alterum in intercessione angelorum et sanctorum qui jam beatifica Dei visione fruuntur.

41. Passim enim legimus, viventes se commendasse orationibus viventium: ergo possumus nos orationibus sanctorum, qui cum Deo et Christo regnant, commendare, seu pia ac licita est sanctorum invocatio. Antecedens vix probatione indiget; apostolus enim in omnibus fere epistolis fidelium precibus se coi HUI endat, Rom. XV. 30: *Obsecro,* scribit, *vos, fratres,*

*) In se scilicet spectatam. Fieri enim potest, ut quis teneatur ex ecclesiae praecepto sanctos invocare, ut ii qui sacra faciunt, et qui ad horas canonicas pcrsolvendas adstricti sunt etc.

per D. N. J. C. et per caritatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum; Ephes. VI. 18: *Vigilantes,* inquit, *in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis;* I. Thess. V. 25: *Fratres, orate pro nobis;* et alibi passim.

Consequentia vero ex se patet; nulla enim ratio assignari potest, quare bonum, licitum ac utile sit ad orationes viventium confugere, inutile vero, malum et illicitum sit censendum confugere ad orationes eorum, qui in coelis sunt; quare invocatio viventium non deroget divinae benignitati, nec ulla per eam injuria afficiatur Christus Jesus Mediator et Salvator noster, invocatio autem sanctorum cum Deo regnantium deroget divinae bonitati et Christo sit injuriosa.

Quod si excipiant, sanctos ignorare preces ac vota nostra, quae quidem unica exceptio est, quae fieri posset; reponimus, ex eadem divina revelatione nobis constare, saltem Deo manifestante, angelis et sanctis ea innotescere; alioquin quomodo angeli super peccatore poenitentiam agente gaudere possent, ut Christus Luc. XV. testatur? Quomodo preces nostras Deo possent offerre, Tob. XII. 12; Apocal. VHI. 3, nisi viventium preces et cordis vota, Deo ipsis manifestante, cognoscerent? Quaquaversum igitur spectetur illud argumentum, tanta ejus est vis, ut numquam protestantes se ab eo potuerint aut possint expedire. 2

42. Alterum argumentum, quod sacrae litterae pro sanctorum invocatione praebent, in istorum intercessione consistit; intercessio enim et invocatio sunt relativae, quarum priori posita, altera ponatur necesse est. Siquidem intelligi nequit, quomodo sancti pro nobis intercedere possint, dona ac beneficia impetrare, nos autem nequeamus eorum intercessionem implorare et exposcere.

Jam vero de sanctorum intercessione passim sacrae litterae loquuntur. Nam Zachar. I. 12. ita angelus pro populo israëlitico Deum deprecatur: *Domine exercituum, usquequo non misereberis Jerusalem et urbium Juda, quibus iratus es?* Eumdem porro angelum id impetrasse, pro quo Deum exoraverat, patet ex verbis proxime sequentibus: *Et respondit Dominas angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria;* ac paulo post: *Propterea haec dicit Dominus: revertar ad Jerusalem in misericordiis; domus mea aedificabitur in ea.* Angelum quoque pro ejusdem populi reditu Deum orasse, ex Daniele cap. X. discimus, illius partes adjuvante Michaele, uno *ex principibus,* dum *princeps* persarum utrique obsisteret, et quod optabat obtinuisse. Exinde patet, quaenam sollicitudo angelorum fuerit, ut pro suo quisque populo deprecaretur.

2) Cf. Bellarmin. *De Beat, et Canon. Sanct,* lib. I. cap. 19. qui recte admonet: *et hoc argumentum adversarii numquam solvere potuerunt.* Vid. etiam P. Viti Erbermanni S. J. in hunc locum Bellarmini vindiciae adversus Amesium.

48. Non minus clara sunt, quae in Scripturis habentur circa sanctorum vita functorum intercessionem: ex libro enim II. Mach. XV. 12 et seqq. edocemur, tum Oniam tum Jeremiam, vita jam functos, curass^judacorum res, eos adjuvisse, et dato Judae aureo gladio a Jeremia promissam fuisse victoriam; edocemur praeterea, utrumque orasse pro populo judaeorum, et hac de causa Jeremiam ab Onia fratrum amatorem appellatum fuisse. Praelii autem faustissimus exitus illorum impetrationem comprobavit se *dignum fide somnium.* Quare merito Grotius, locum istum commentariis illustrans, scripsit: *Erat haec judaeorum, si non omnium, certe pler&rumque, opinio, animos exutos corporibus non omnem perdere eorum, quos hic reliquere, memoriam curamque, quin et preces eos ad Deum fundere pro populo ct iis, quos caros habuere.* 3

In novo autem foedere b. Petrus haud obscure pollicetiu·, se post mortem intercessurum pro fidelibus apud Deum, scribens IL Petr. I. 15: *Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis:* quae quidem verba non secus ac illa, quae in Apoc. V. 8. leguntur de viginti quatuor senioribus, *qui procidebant coram agno, habentes singuli . . . phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum,* de vera intercessione veteres plerique omnes interpretati sunt.

DIFFICULTATES.

44. I. Obj. 1. Ex apostolo, I. Tim. II. 5: *Unus est mediator Dei d hominum, homo Christus Jesus.* Ergo Christo unico mediatori nostro injuriam irrogat, qui praeter ipsum alium invocat. 2. Nec minor injuria Deo ipsi infertur ab eo, qui ad sanctorum patrocinium confugit; nam, sicut in unum Deum credere, ita unum Deum invocare debemus, dicente eodem apostolo, Rom. X. 14: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* 3. Sane Deum, et quidem solum, esse invocandum, constanter Scripturae inculcant; sic I. Parai. XVI. 8, et Ps. CIV. 1. legitur: *Confitemini Domino, et invocate nomen ejus.* Eadem igitur ratione invocandum est nomen Domini, qua confitenda ejus omnipotentia ac bonitas; quis porro neget, has proprietates soli Deo competere? Ergo.

3) *Crit. sacr.* tom. VI. In cujus rei confirmationem profert auctoritatem Flavii Joseph!, a quo inducitur Abraham alloquens filium suum Isaacum jamjam immolandum: J/«r᾽ *ευχών δε και ιερουργία εκείνου* (του *θεού,* quod praecesserat), *την ψυχήν τήν ϋήν προ δεξομένου, και* .ταρ᾽ *αύτώ καθίζοντα , έθη τέ μοι ει κηδεμόνα και γηροκόμον, δια και μάλιϋτά ϋε άνετρεφόμην, τόν θεόν αντί Οαυταΰ παρεβχημίνο .* Id est: nUbi autem Deus cum precibus et sacro dimissam animam tuam susceperit et apud se locaverit, tu mihi id eris, cujus praecipue causa te educavi, adjutor et senectutis solatium, Deum mihi pro te exhibens." Tom. L op. edit. Havercampi, pa&. 42.

45. Resp. Ad 1. *D.* Unus est mediator primarius, *C.* aecundarius, *N.* Responsio patet, ex iis, quae pracmisimuB circa naturam et officium mediationis Christi respectu mediationis angelorum et sanctorum, quae in primaria illa fundatur. Alioquin non minor injuria irrogaretur Christo per invocationem viventium, quae tamen toties in Scripturis commendatur, et ad quam confugit, ut vidimus, idem apostolus, etsi unum praedicet Christum Jesum Dei et hominum mediatorem.

46. Ad 2. *N.* Ad probat, autem, *D.* .Sicut in unum Deum credere, ita unum Deum invocare debemus invocatione, quae fidei confessionem includat et supremum in res omnes dominium, *C.* invocatione, quae in sola intercessione consistat, *N.* Ludunt propterea in ambiguo protestantes, dum haec nobis opponunt ad excludendam sanctorum invocationem. Duplex enim distinguitur invocationis genus, aliud proprium divinitatis, quo ipsam cognoscimus ut fontem bonorum omnium, aliud intercessionis, quo auxilium tantum et praesidium quaerimus ad facilius obtinendum, quod a Deo poscimus et ab eo expectamus. Alia sane ratione beneficium et opem a principe efflagitamus, alia autem ab aulico, dum ejus patrocinium et officium interponimus apud principem. 4

47. Ad 3. *D.* Sensu jam exposito, *C.* alias, *N.* Responsio patet ex modo dictis; in eamdem enim incidunt adversarii vocis ambiguitatem.

48. II. Obj. Scripturae nos docent, omnem fiduciam in Deo ejusque Christo esse collocandam, ad Deum confugiendum nobis esse in necessitatibus nostris, non autem ad sanctos. Nam 1. Christus apostolos, Matth. VI. 9, et Luc. XI. 2. sic orare docet: *Pater noster* etc.; et Joann. XVI. 23. ita rursum eos alloquitur: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,* et alibi saepe. Hinc Paulus Hebr. IV. 16: *Adeamus,* inquit, *cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur.* 2. Nullum propterea extat in sacris litteris mandatum aut exemplum invocationis sancto-

*) Cf. s. Thom. II. 2. qu. 83. art. 4: «Oratio, *ait,* porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quasi per ipsum implenda. Alio modo sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus; quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam et gloriam consequendam, quae solus Deus dat, secundum illud Ps. 83: *Gratiam et gloriam dabit Dominus.* Sed secundario modo orationem porrigimus sanctis angelis, et hominibus, non ut per cos Deus nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus ct meritis orationes nostrae sortiantur effectum .. . et hoc eliam patet ex ipso modo, quo ecclesia utitur in orando. Nam a sancta Trinitate petimus, ut nostri misereatur; ab aliis autem sanctis quibuscumque petimus, ut orent pro nobis." Quam clara haec sunt et rectae rationi consentanea! Attamen Feli, episcopus oxoniensis, ut mox videbimus, absolute pronunciat: *Deos, qui rogat, ille facit.* Verum quaeri posset a Fell, num in Britannia reus fieret laesae majestatis, qui intercessionem alicujus ministri apud regem interponeret ad aliquod officium obtinendum?

nim; 3. quin potius, Jer. XVII. 5: *Maledictus* dicitur *homo, qui confidit in homine.* Ergo.

49. Resp. *D.* A. Quae tamen fiducia consistit cum invocatione sanctorunï, C. quae cum ea consistere nequit, X Etenim, nisi haec simul conciliari possent, sequeretur neque ad viventium preces nos confugere posse, quod tamen adversarii non contendunt. Tota igitur fiducia nostra in Deo collocanda est, ad ipsum est recurrendum in necessitatibus, quibus urgemur. Nec alius unquam fuit ecclesiae catholicae sensus, quae orationes suas ad Deum fundit, ut, quod poscit, ab eo obtineat tamquam bonorum omnium fonte ac largitore.5 Numquam sanctos agnovit tamquam gratiarum et donorum dominos et arbitros, ut eam calumniantur haeretici, nec eos proinde deos facit.6 Quod si sanctorum patrocinium implorat ac interponit apud Deum ad facilius obtinendum quod postulat, id absque detrimento illius fiduciae, quam in Deo collocat, facere consuevit. Ceterum ipsa didicit, quandoque Deum ad sanctorum intercessionem concedere, quae ob demerita nostra nullo modo larjrirctur. Nonnisi ad Jobi intercessionem placari Deus voluit amicis ejus.' Ad preces Abraham sanitatem restituit Abimelech, uxori ejus et ancillis. 8 Ad orationem Moysis victoriam populo israelitico contulit pugnanti adversus Amalec; ut innumera alia exempla praeteream, quibus referta est Scriptura. Adde orationes, quibus sanctorum opem imploramus, ad Deum demum referri, cum sanctos non exoremus, nisi ut ipsi nobis per Clu'isti merita a Deo impetrent, quod ab ipso postulamus. Tali autem invocatione magis nostra in Deo fiducia firmatur.9

50. Ad 1. prob. *D.* Et haec aliaque his similia evincunt, nos posse ad Deum immediate recurrere, *C.* excludunt sanctorum invocationem, X. Nempe tum haec tum alia ejusmodi testimonia, quae congerere solent adversarii, dum catholicam doctrinam impugnant, ad rem praesentem minime spectant, cum nullo modo quaestionem hanc attingant. Neque enim catho-

s) Reipsa ecclesia, ut patet ex publica liturgia, semper ad Deum dirigit orationes suas, etiam cum opem seu intercessionem alicujus sancti efflagitat, e. gr.: *Concede, quaesumus, omnipotens Deus; Praesta, quaesumus, ut intercedente* etc. et quidem per merita Christi, semper concludens easdem orationes usitata formula: *Per I). N. J. C.* vel: *Per Christum D.* Λ'. Huic praxi congruit decretum concilii trident, sess. XXV. quo constat ipsos sanctos supplicare, et omnia impetrare *per Christum, qui solus noster Redemptor et Salvator est.* Cf. Bossuet, *De professoribus confessionis augustanae ad repetendam unitatem catholicam disponendis,* part. II. cap. 3. art. 1. et alibi.

·) Sic in *Apolog. confess. August,* art. XXI. *De invocat. SS.* pag. 224 et seqq.: *Quidam plane tribuunt divinitatem sanctis, videlicet quod tacitas cognitiones tuentium in nobis cernant;* additur ibid, praeterea: *Faciunt* (catholici) *ex sanctis mediatores redemptionis.* Superius retulimus verba Felli. At haec omnia totidem calumniae sunt, a quibus longe distat catholicorum doctrina.

7) Job, cap. ult. 7 et seqq.

s) Genes. XX. 17.

·) Cf. Bellarm. op. cit. lib. I. cap. 20. n.49.

lici negant, posse quemlibet pro Jubito Deum ipsum adire ac rogare, sed quaestio in eo versatur, au licitum ac utile sit sanctos praeterea invocare, ut nos adjuvent orationibus suis apud Deum. Porro in adductis locis de hac quaestione ne verbum quidem repentur; nec magis ea excludunt invocationem sanctorum cum Christo regnantium quam invoontionem in terris degentium, admissam tamen ab adversariis. Ad orationem dominicam speciatim quod attinet, recte observat Bellarminus, Christum, cum docuit apostolos orare, non *de eo,* qui orandus est, sed *de iis rebus, quae petendae sunt,* admonere discipulos voluisse. Satis enim constabat, Deum esse orandum, et solum etiam Deum, cum auctor donorum quaeritur; sed *de modo orandi,* seu *de petendis rebus* apostoli ambigebant, cum dicerent apud Luc. loc. cit. *Doce nos orare.*

51. Ad 2. *D.* Ntdlum extat mandatum, quia de re libera agitur, *C.* nullum extat exemplum, **A** Plura enim exempla ex Scripturis adduximus.

52. Ad 3. *D. Et a Domino recedit cor ejus,* ut ibid, subditur, *C.* ut majori cum fiducia Deum adeat, prout in casu nostro, A. Jeremias enim in adducto testimonio comminatur maledictionem in eum, qui Deum prorsus deserens in homine tantummodo fidit, ut ex recitatis ejus verbis liquet.

PROPOSITIO II.

Ex traditione et ecclesiae praxi ostenditur, licitam esse et utilem sanctarum invocationem.

53. Angelos et sanctos vita functos pro nobis intercedere, adeoquc piam utilemque esse illorum invocationem, traditio antiquissima nos docet ac perpetuus ecclesiae usus. Ut enim omittamus **concilia oecumenica** chalcedoncnse, constantinopolitanum III. et nicaenum II. nec non **sacramentaria** leonianum, gelasianum, **missalia** gothicum et francicum, quae sunt totidem certissima documenta praxis ecclesiae universalis saeculi V. et VI. circa sanctorum invocationem, **testes** habemus **antiquissimos** istius pii catholici usus.

54. Ac primo quidem hujus fidei testem appellamus **Origenem**, qui *Contra Celsum* lib. VIII. loquens de angelis et animabus cum Deo regnantibus, ait: *Adjuvant eos, qui summum Deum colere volunt, illum eis conciliant, suas illorum precibus adjungunt preces, simul cum eis postulant.*[1] Sed non minus luculentum catholicae doctrinae circa invocationem sanctorum documentum suppeditat idem Origenes, in libro *De Oratione,* ubi

[1]) *Συμπράττουϋι τοΐ βουλομενοι τον ίχί πάϋι ϋεόν ϋεραπεύειν, χαί εξευμενίζονται, χαί Ουνεύχονται, καί Ουναξιούϋιν.* N. 64. tom. I. opp. paç. 789. edit. De la Rue, Paris 1733.

scribit: *Obsecratio ci postulatio et gratiarum actio non absurde potest d sanctis offerri; harumque duae, postulatio inquam et gratiarum actio, non sanctis modo, sed et hominibus: obsecratio vero sanctis tantum, si quis Paulin aut Petrus inveniatur, ut adjuvent nos. dignosque efficiant, qui fruamur concessa ipsis remittendorum peccatorum potestate. . . Quod si hominibus sancti illae preces offerendae sunt, quanto magis Christo* etc. 3? Sibi propterea constans, sic *Hom. I. in Ezech.* n. 7. angelum suum invocat: Frinj *angek, suscipe sermone conversum ab errore pristino.*3 Et haec ex Origene, saeculi III. scriptore, attulisse sufficiat. 4

55- Veram non minus clara sunt, quae in rem nostram eodem saeculo scribit s. **Cyprianus** ad Cornelium: *Memores nostri invicem simus... utrobique pro nobis semper oremus .... et, si quis istinc nostrum prior divinae dignationis celeritate praecesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio, pro fratribus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio. '* Et ipse pariter in praxim hanc doctrinam deduxit, virgines ac martyres invocando; ita enim concludit Cyprianus libram *De habitu virginum: Tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.* 6

56. DuobitiJ his tertii Hacculi scriptoribus addendus **Eusebius**, qui quamvis sacculo quarto floruerit, loquitur tamen dc sanctorum invocatione tamquam do consuetudine in ecclesia receptissima; disserens enim de sanctorum sepulcris, haec habet: *Nam et eorum sepulcra celebrare, et preces ibi votaque nuncupare, et beatas illorum animas venerari consuevimus; idque a nobis merito fieri statuimus.*7

Et reipsa indubia extant documenta et facta certissima II. et III. saeculi, quae Eusebii assertionem confirmant. In vetustissimis enim s. Ignatii mart, actis legitur quod apparuerit per quietem Ignatius nuper martyrio functus, *super orans nobis.*8 Acta martyrum scillitanorum, qui anno 200. passi sunt, his verbis clauduntur: *Consummati sunt Christi martyres mense Julio, die septimo decimo, et* ***intercedunt pro nobis*** *ad Dominum Jesum Christum.*9 Eadem leguntur in actis 8.Maximi, qui anno 230. martyrio coronatus est10, et in actis s. Theodoti, qui anno 303. martyrium subiit. 11 Pervulgata sunt ea, quae de b. Potamienae intercessione refert Eusebius; promiserat enim b. virgo, se intercessuram apud Dominum pro Basilide ejus pudicitiae defensore; exitus autem ostendit, ipsam gratiam, pro qua Deum rogaverat, impetrasse. 12 Receptissima proinde dicenda est a priscis ipsis ecclesiae saeculis praxis sanctos invocandi; siquidem, ut superius monuimus intercessio ex parte sanctorum et invocatio ex parte nostra relativae sunt, et sane Justina virgo saec. HI. Gregorio nazianzeno teste, ut se a Cypriani adhuc pagani magicis artibus liberaret, *Virginem Mariam supplex obsecravit, ut periclitanti virgini suppetias ferret.*13

57. His accedit **liturgiarum auctoritas**, quae, etsi saeculo tan-

2.) *ΛέηΖιν μεν ουν χαι έντευξιν χαι ευχαριστίαν, ονχ άτοπον χαι άγιοι; άνθρωποι; ποο ενεγχεΐν' άλλα τά μεν όνο, λέγω δε έντευξιν χαι ευχαριστίαν, ου μόνον άγιοι;, άλλά δή χαι άνθρωποι;' τήν δέ δέηβιν μόνον άγιοι;, et τι εΰρεθείη Παύλο; η Πέτρο , ίνα ώφεληδωσιν ήμά;, άζίου; ποιούντε; τού τυχείν τή δεδομένη; αυτοί; εξουσία; προ; τό αμαρτήματα αφιίναι. . . . Εί δε άνθρωποι; άγιοι; ταύτα προ ενεχτέον, πόΰω πλέον τώ Νριΰτώ . . . χ. τ. λ.* N. 14. tom. I. opp. pag. *221.* edit. cit.

3) ïïic est locus, ad quem eludendum mire se torquet Keil, et omnes vias frustra tentât evadendi; modo recurrit cum Dallaeo ad apostrophen rhetoricam, modo ad contradictionem, in quam Origenes incurreret, si haec ita se haberent, modo denique ad ejus loci obscuritatem etc.

4) Cf. *Hom.* XXVL *in Num.* n. 6. ubi scribit: *Quis enim dubitat, quod sancti quique patrum et orationibus nos jurent?* edit, cit torn. II. pag. 373. Haec omnia Keilius silentio praeterit, utpote nimis sibi molesta.

5) Episl. LVII. pag. 96. edit. maur. Quem quidem locum sic exponit Fell, editor oxoniensis: «Sensus videtur esse, alterutro ex nobis obeunte, sive ego, qui Carthagini praesum, sive tu, qui Romae praesides, superstes fuerit ejus, cui in vivis diutius esse contigerit, pro utraque ecclesia perseveret et supersit apud Deum oratio." *Deinde pergit:* «Interim minime dubitamus, animas coelo receptas precibus Deum Opt. Max. sollicitare, ut in terris agentium misereatur; sed non inde conficitur, preces ad sanctos fundi debere. Deos, qui rogat, ille facit." Ast hoc est pervertere sensum auctoris ad propriae sectae errores stabiliendos. Non enim commendat s. Cyprianus precandi munus *ei, qui superstes fuerit,* seu ut exponit Fellus, *ei, cui in vivis diutius esse contigerit,* sed *ei, qui prior praecesserit;* ex qua observatione corruit plane editoris hujus animadversio, quam fallaci fundamento superstruxit. Cf. edit maurin. opp. ejusdem s. Cypriani, *in* praefat. §. 15. De eo vero, quod subdit: *Deos, qui rogat, ille facit,* superius diximus. Adversus autem interpretationem Rigaltii iu hunc ipsum locum cf. Petavius, *De Ineam.* lib. XIV. cap. *10.* §. 2 et seq.

6) *Et* hunc locum eludere conatur editor oxoniensis, quasi s. martyr loquatur de virginitate, quae incipiat honorari, cum ad confessionis decus pervenerit; cum tamen manifestum sil, s. Cyprianum non solas martyres alloqui, sed omnes generatim virgines, ac proinde non martyrii, sed virginitatis coronam indicare. Quare, nisi recepta esset in tota ecclesia invocatio sanctorum, ut eam viguisse certissima monumenta testantur, numquam Cypriano in mentem venisset, virgines et martyres in antecessum precari et invocare, prout scilc animadvertit editor maurinus, loc. cit.

7) *De Praepar. evang.* lib. XIII- cap. 2: *'Y)θεν χαι επί τά; θήχα αυτών έθο ήμίν παριέναι, χαι τά; εύχά παρά ταύται; ποιείοθαι, τιμάν τε τα; μαχαρία αυτών -ψυχά , ώ εύλόγω; χαι τούτων υφ' ημών γιγνομένων.* Edit. Vigeri pag. 663.

·) Passus est s. Ignatius anno 112. aerae christ, juxta Norisium; juxta Pagium vero, Pearsonium et Dodwellum anno 116. Cf. ejusdem s. martyris acta, apud Ruinart. op. cit.

9) In urbe Carthagine martyrio perfuncti sunt; eorum acta juxta Ruinartium conscripta sunt ab auctore coaevo ac teste oculato.

10) Qui sic allocutus est proconsulem Optimum: «Gratia Christi me salvum faciet in aeternum, omnium sanctorum orationibus, qui in hac colluctatione certantes vestras superaverunt insanias, nobisque virtutum exempla reliquerunt." Ibid.

") Hic enim cum vidisset fratres suos flentes, eos consolaturus: *Deinceps,* inquit, in *coelis cum fiducia pro vobis Deum deprecabor.*

la) Apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI. cap. 5.

,J) *Orat.* XVIII. n. 19: *Τήν παρθένον Μαρίαν ίχετεύουΟα βοηθήΰαι παρθενω χινδυνευούΰη.* Tom. I. opp. pag. 279. edit. Paris. 1630.

tum IV. conscriptae sint, publicam tamen et receptam universalis ecclesiae praxim ct fidem exhibent, quae anterioribus saeculis in ea viguit14; in iis enim scripto consignata non sunt, nisi quae de manu, ut ita dicam, ad manum, non interrupta traditione, ad saeculum IV. pervenerunt. Inter ceteras eminet liturgia, quae s. Jacobi nomine inscribitur; in ea porro legitur: *Praecipue vero sanctae et gloriosae semper Virginis beatae genitricis Dei memoriam agimus. Memento illius Domine Deus, ct per ejus orationis puras et sanctas parce it miserere nobis, et exaudi nos.* 13 Eadem occmruni in liturgiis a s. Petro et s. Marco nuncupatis.10 Eadem prorsus in liturgia s. Joann. Chrysostomi.17 Quibus addi debent Ordo romanus, editus a Mabillonio in *Musaeo italico,* sacramentarium s. Gregorii M. ac missalia superius recensita.18 Verum hic silentio praetereundum minime ducimus documentum copticum vetustissimum, ac manuscriptorum, quae ex Aegypto delata sunt in Europam, facile antiquius, quod primus vulgavit P. Giorgi cx augustiniana familia Romae sub finem elapsi saeculi. 19 Constat vero ex fragmento in dialecto thelmna seu sahidica saec. IV. Jam vero in ejusmodi fragmento his verbis exhibetur commemoratio sanctorum: *Et quoniam, Domine, ordinatio est unigeniti Filii tui, ut communicantes commemorationem faciant sanctorum tuorum, fac nos pariter dignos celebrandi eos, qui ab initio saeculorum tibi placuerunt, patrum nostrorum, patriarcharum, apostolorum, martyrum, confessorum, evangelistarum..... sed praecipue sanctae Dei genitricis (copticc Theodokos), ac semper Virginis sanctae Mariae, ac reliquorum omnium sanctorum. Nam ipsi quoque aspirant nobiscum praesentes esse, et offerre tibi rationabile hoc et incruentum sacrificium, et quamvis .... non indigeant oblatione pro se, tamen obtinent nobis remissionem iniquitatum nostrarum precibus suis ob nomen sanctum tuum, quod invocatum est super nos.*

58. Sed non minus illustre est testimonium, quod habetur in *Catechesi myslagogica* V. g. **Cyrilli Hierosolymitani,** qui liturgiam explanans ait: *Postea recordantur eorum, qui obdormierunt, sanctorum patriarcharum.*

'*) Cf. Euseb. Renaudotii, *Liturgiarum orientalium collectio,* Paris. 1716. vol. I. dissert. *De Liturg. orient, orig. et antiquit.* capp. 2 et 3.

,s) Cf. ibid. tom. II. pag. 33.

,6) Cf. ibid. pag. 145 et seq. et pag. 176 et seqq.

17) Ibid. pag. 242.

18) Haec inter ceteros exbibet Joseph. Aloys. Assemanus in opere, cui titulus: *Codex liturgicus ecclesiae universae,* Romae 1751. vol. IV, V, VI, sive tom. IV. parL I. II. III; nec non b. Jos. Mar. card. Thomasii opp. edita a Jos. Blanchinio, torn. L fol. Rom. 1741 ; ct Lud. Muratorius, *Liturgia rom. vetus,* duob. vol. fol. Venet. 1748.

*') *Fragmentum Evang. s. Joannis copia-thebaicum, saec. IV. .. . et liturgica alia fragmenta veteris thebaicae ecclesiae ante Dioscorum. Ex velitern. musaeo borgiano.* Romae 1789. pag. 307.

*prophetarum, apostolorum, martyrum, ut Deus eorum precibus et legationibus orationem nostram suscipiat.*20)

Porro liturgiao exhibent fidem publicam et communem totius ecclesiae; publice enim recitabantur. Idipsum dicatur de catechesibus mystagogicis, quibus publice fideles instituebantur; impossibile proinde erat per eas inducere innovationem contra fidem ab omnibus ad id temporis receptam. Multo vero minus possibilis censenda est talis innovatio, cum agatur de innovatione juxta adversarios summopere perniciosa, cujusmodi ea esset, quae ecclesiam in superstitionem atque publicam idololatriam conjecisset, atque id quidem nemine reclamante ex tot vins sanctitate et doctrina spectatissimis.

59. Atque hinc exurgit **argumentum praescriptionis**, quod plane opprimit adversarios. Ipsis enim fatentibus, saeculo IV. universam ecclesiam jam invaserat haec superstitio, id est, saeculo IV. receptus ab ecclesia universa erat cultus et invocatio sanctorum21; ergo, concludimus, jamdiu recepta erat saeculo III. Etenim si innovatio contigisset, haec vel extemplo per totius christiani orbis conspirationem facta esset, vel sensim ac sine sensu. Prius vero asserere absurdum est ac omnem fidem superat; posterius vero impossibile omnino fuit. Nec enim clanculum introducta est, ut vidimus, sed in publicis Christianorum coetibus obtinuit ac publicis instructionibus. Plures saeculi IV. persecutionibus Diocletiani, Maximiani, Maximini, Maxentii, Galerii ct Licinii supervixerant, sub iisque passi erant, ac mutili interfuerunt concilio nicaeno. Disciplina time temporis recepta postulabat: . *Secundum regulas patrum bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ubi singula quae emerserint, corrigantur,* ut statuit concilium chalcedoncnse can. **XIX.**22 Rursum provinciales synodi communicare debebant cum universi orbis episcopis per epistolas ency-

20) *Εαα μνημονεύομε» και των ,προκεκοιμημένων, .τρωτόν πατριάρχων, προφητών, άποΟτόλων, μαρτύρων, όπω ό άεό ταί ιΰχαί αυτών και πρεοβείαι προ Αίξηται ημών τήν ύίηΟιν. Cateches. mystagog.* V. [X. pag. 328. edit. Toullée. Cf. ejusdem not. *a.*

21) Hoc quippe fatentur Cenluriatores magdeburg. centuria IV. cap. 4; AVilacker, *Contra liellarm.;* Hospinianus, part. I. */iist. sacram,* lib. II. cap. 7. et alii calvinistae, clamantquc, pro invocatione sanctorum jam IV. sacculo fere omnes patres stare, Alhanasium, Basilium, Nazianzcnum, Chrysostomum, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, eosque in hoc cum. papislis errasse. Quis vero pius et prudens, ut optime arguit Vilus Erbcrmannus in *Vindiciis JSellarmini,* non malit cum quarti et quinti sacculi (in quibus 4 concilia oecumcniea celebrata fuere) sanctissimis patribus desipere, quam cum istis neo-evangelicis sapere? Ei, si idololatriae immersa fuit ecclesia quarti ct quinti saeculi, consequenter adultera facta est, nec fidem merctur in decretis quatuor conciliorum generalium. Cf. card. Perronius in *Replicat, ad JacobnmNL. Britanniae regem,* pag. 641 et seqq.

22) Cf. *Acta Cone.* Hard. tom. IL col. 609.

dicas.[23] Si qua igitur fuisset in cultu et invocatione sanctorum innovatio, aliqui saltem ex tot sanctissimis ac doctissimis episcopis, quibus aetas illa maxime floruit [24], reclamassent. Ast tantum abest ut adversus eam episcopi reclamaverint, ut potius Faustum et Vigilantium hujus invocationis impugnaturos tamquam haereticos et novatores unanimi consensione ab ecclesia rejecerint atque scriptis impugnaverint. Non igitur ex parte ecclesiae, ut Beausobrius, Dallaeus. Gibbonius aliique contendunt innovatio evitit sed ex parte Fausti et Vigilandi, qui illam invocationem ubique receptam adorti sunt. Idem argumentum valet pro saeculo tertio et saeculo secundo, quin etiam ad ipsorum apostolorum usque tempora.

Ne tamen videamur solis conjecturis inniti, juverit aliud argumentum adjicere, quod est prorsus ineluctabile, utpote desumptum ex **sepulcralibus inscriptionibus lapidariis** secundi et tertii saeculi. Hae namque nobis exhibent fidem et praxim ecclesiae illius remotissimae aetatis, quin locum dent effugio oratorii styli, aut figurae alicujus rhetoricae, utpote summa simplicitate exaratae.

Jam vero in coemeterio Gordiani et Epimachi reperta est inscriptio martyris Sabbatii ima cum symbolis palmae, nempe martyrii, et coronae, scilicet victoriae, his verbis expressa: **Sabbati. Dulcis. Anima.** Pete. **Et. Roga. Pro. Fratres. Et. Sodales. Tuos.**[25]

Altera detecta est ejusdem antiquitatis inscriptio in coemeterio Callixti, quae ita se habet: **Attice. Spiritus. Tuus. In. Bona,** (nempe beatitudine) **Ora. Pro. Parentibus. Tuis.** [26]

Nec dissimilis est illa, quae ex coemeterio Cyriacae eruta est, et in qua legitur: **Jovian** e. **Vibas.** (vivas) **In. Deo. Et. Roga.** [27]

Item alia, quam suppeditavit coemeterium Priscillae, nempe: **Anasis. VII. Diebus. XXL Spiritus. Tuus. Bene. Requiescat. In. Deo. Petas. Pro. Sorore. Tua.** [28]

Antiquam aliam inscriptionem vulgavit Marini, in qua legitur: **Roges. In. Christo.**[29]

ai) Cf. canon. V. concilii nicaeni, ibid, tom. I. col. 323 et seq. et canon XX- concilii antiocheni anni 341; ibid. col. 601- vid. *Decretum Gratiani,* dist. 18; S. Leo M. *Ep.* XVI. cap. 7. edit. Ballcrinii, ubi s. pontifex hanc regulam inculcat *pro custodia concordissimae unitatis.*

”) Nulla aetas tot doctissimos patres tulit, quot eo tempore, saeculis nempe IV et V. floruerunt tum in ecclesia orientali tum in ecclesia occidentali.

Buonarroti, *Vetri. (limiter,* pas. 167.

M) 3Iaranzoni, *Appendix ad acta s. Vidoris mart.* pag. 119.

”) Buonarroti, loc. cit.

”) Maranzoni, *Case gentileschc trasport, ad uso delle chiese,* pag. 456.

Alti e monuin. de' frat. Arral. pag. 362.

Verum prae ceteris eminet ea, quae non ita pridem ex coemeterio e. Agnetis extra portam nornentanam reperta est inscriptio graecis litteris exarata, in qua sculptor et scriptor se commendant orationibus sancti Dionysii, et sic juxta graecam linguam latiuamque versionem se habet30:

ΛΙΟΝΓΣΙΟΣ ΝΙ1ΠΙΟΣ
ΑΙΙΑΙtΟΣ ΕΝΘΑdΕ ΗΕΙ
ΤΕ ΜΕΤΑ ΤΩΝ Α
ΓΙΩΝ ΜΝΕΣΘΕΣΘΕ
ΙΕ Κ Ι ΤΙΛΙΩΝ ΕΝ ΤΑΙ
Σ ΓΙ ΙΣ ΓΛ1ΩΝ ΤΙΡΕΓΧ/1Σ
Κ Ι ΤΟΓ ΓΛΓΤ ΝΊΟΣ ΙΙΑΙ ΓΡΑΤΑΝ

Dionysius infans
innocens hic dor-
mit cum san-
ctis recordamini
autem etiam nostrum in
sanctis vestrum orationibus
et sculpentis et scriben-
tis.

Atque has speciminis gratia attulisse sufficiat, ex quibus patet communem fuisse in primitiva ecclesia praxim invocationis sanctorum et quidem directae adeoque et vigentem fidem hujus articuli.31

60. Sed jam praestat id ipsum conficere **ex confessione ipsorum adversariorum.** Centuriatores magdeburgenses ingenue fatentur, vestigia hujus *superstitionis* occurrere in testimoniis *priorum* patrum, id est, saeculi III. 32 Wegscheider fatetur, eodem saeculo coepisse ecclesiam in paganismum declinare33; quod pariter sentiunt sociniani passim. Atque hinc factum putamus, ut cordatiores demum inter protestantes suffragium tulerint pro doctrina ecclesiae catholicae circa sanctorum invocationem. Inter hos eminent Leibnitzius34, Starckius35; nec non Horlty, Albertus Haller, Lavater, Plank, Schuhkraft, Brown, Augusti, quorum testimonia nuper collegit Esslinger.36

61. Veritati demum catholicae suffragatur **ratio ipsa,** quae ex intima rei natura deducitur atque ex analogia eorum, quae in usu quotidiano apud nos sunt. emo siquidem eo usque insanit, ut reum habeat laesae majestatis eum, qui aulicum suppliciter oraret, ut suam apud regem mediationem ac officium interponat ad aliquid facilius obtinendum; quare igitur

se) *Monumenti delle arti cristiane primitive nella Metropoli dei cristianesimo disegnati ed illustrati* per cura di Giuseppe Marchi, d. C. d. G. Roma 1844. pag- 104 scq.

31) Plura alia ejusmodi documenta suppcditat ampla inscriptionum collectio modo in lucem edita, quam paravit cl. Jo. De Rossi.

’’) Loc. cit.

*’) §. 92. *Formulam illius dogmatis* (Trinitatis), inquit, *publice receptam . . . . neque ecclesiae doctores effinxerunt ante saeculi* IIL *exitum, (pio quidem tempore ad paganismi errores suscipiendos procliviorem fuisse ecclesiam constat.*

31) Systema theol. edit. cit. pag. 161 et seqq.

3i) Entretiens philosophiques, ou le banquet de Théodule, trad, de C allemand, Paris 1818. pag. 318 et suiv.

3i) Apologie de la religion cathol. par des auteurs protestants etc. Vid. *Annali di scienze religiose,* Roma 1836. vol. Π. num. 6. pag. 372 et seqq.

dicendus reus erit laesae majestatis divinae, qui sanctos, iitpote Dei amicos et in aula coelesti degentes, invocat, ut aliquid ab ipso per Christi menta facilius impetret? Quid dulcius ea cogitatione lingi animo potest, quae ex doctrina de invocatione sanctorum provenit? Hac enim profitemur, nos, qui in exilio degimus, in arcta communione esse cum mundo coelesti, ad quem destinati sumus; hac quodammodo persentimus, nos non omnino separatos esse per mortem ab iis, qui, cum viverent, nobis carissimi erant; hac demum nos mediatores et intercessores, immo et amicos devinctissimos habere laetamur apud Deum eos ipsos, qui jam in Dei sinu ineffabili illa felicitate fruuutur, quae nobis pariter servata est, quamque a longe expectantes salutamus. Quapropter in sola ecclesia catholica plena invenitur illa *sanctorum communio,* quam in symbolo apostolico profitemur, quae non tantum in bonorum operum communicatione, sed praeterea in mutuo caritatis vinculo et intercessionis ac subsidii respective consistit.

DIFFICULTATES.

62. I. Obj. Patres, qui a catholicis pro sua sententia afferri solent, testes idonei non sunt; 1. tum quia, si unum vel alterum excipias, qui ad tertium saeculum spectant, reliqui omnes ea vixere aetate, qua omnium mentes impia superstitio pervaserat; 2. tum quia constat, eosdem in erroribus saepe saepius fuisse versatos. 3. Accedit, plerosque veteres invocationem uni Deo -vindicasse, ut Ignatius37, Clemens alex.38 et Irenaeus39, aut etiam 4. alios quoslibet ab eadem exclusisse, ut Origenes 40 et Tertullianus 41, atque Athanasius. 42 Ergo.

63. Resp. A *antec.* Ad 1. probat. Resp. I. *Ney.* unum tantum vel alterum patrem a nobis in medium adduci. Etenim praeter patres plura indubia facta ex tribus prioribus ecclesiae saeculis in doctrinae nostrae confirmatioiiem protulimus.

Resp. П. Admissa protestandum exceptione, negamus quidpiam ipsos exinde proficere adversus causam catholicam; quia, etsi nonnisi paucos laudemus patres trium priorum saeculorum pro illius aetatis monumentorum inopia, illi tamen rem nostram apprime conficiunt, quia nemine reclamante, de eo ritu, tamquam de^more__apud omnes ecclesias recepto, loquuntur.43

64. Quod vero attinet ad patres illos, qui saeculis IV. et V. floruerunt, in memoriam revocanda sunt, quae de praescriptione diximus, ac de illius aetatis disciplina et adjunctis, quae nulla ratione introduci novitatem

37) *Epist. ad Philad.* cap. 4.

38) *Stromat.* lib. VII. cap. 7. tom. II. pag. 851. edit. Polleri, Oxonii 1715.

3') *Cont. haeres,* lib. II. cap. XXXII. edit. maur. alias LVJLI.

4e) *Cont. Celsum* lib. VIII. n. 26·

*') *Apoloy.* cap. XXX.

'2) *Contra Arianos.*

u) Cf. Pelavius. *De Ineam.* lib. XIV. cap. 15.

aliquam impune patiebantur. Addimus praeterea catholicos hac agendi ratione imitari oecumenica concilia, quae ad asserenda verae fidei dogmata adversus novatores testimonia depromere consueverunt a citimis potius ac recentis memoriae doctoribus quam a vetustioribus. Ita se gesserunt synodi ephesina et chalcedoncnsis, nec non V. et VI. oecumenicae.44 Quod pariter ex patribus praestiterunt Augustinus, Theodoretus, Cyrillus aliique passim, disputantes adversus haereticos sua aetate exortos.45 Nondum enim, ut apposite animadvertit Petavius, frigidum illud et insulsum audiri coeperat calumniae genus, quod postremis hisce temporibus excogitatum est, ut ad primum ac secundum saeculum, aut vero tertium et quartum controversorum capitum disceptatio revocaretur.46

65. Ad 2. *D.* Erroribus obnoxii fuerunt patres seorsum sumpti et cum propria darent, seu cx privato suo sensu loquerentur, *Tr.* simul sumpti, et cum testes se exhibent fidei in ecclesia receptae, ac suffragio praesertim ecclesiae potiuntur, *N.* 47

66. Ad 3. *D.* Ad exclusionem daemonum, vel aeonurû, aut deorum ethnicorum, pro diverso adversariorum, quos perstringebant, errore, *C.* ad exclusionem sanctorum, de quibus nec verbum habent, A'. Etenim e. Ignatius numquam dixit in epistola, quae objicitur, ad Philadelphienses scripta: *Virgines solum Christum in orationibus}* ut legebat Molinaeus, *ante oculos habete* etc., haec enim verba sunt pseudo-Ignatii. 48 Verus autem Ignatius indirecte saltem adstrait sanctoram invocationem, se fratrum orationibus commendans; scribit enim in eadem epistola, cap. VHI: *Quibus justificari cupio per precationes vestras.* 49 Clemens alex, in septimo *Stromatum* libro perstringit gentiles, qui inanes deos exorabant50; Irenaeus denique *Contra haereses,* lib. II. valentinianos confutat, qui aeonas suos et falsos

44) In Ephesino Deum nalum esse de Virgine, non simplicem hominem, probatur ex Cypriano, Petro alex., Athanasio, Julio papa, Felice item papa, Theophilo alex., Ambrosio, Gregorio naz. ct nyss., Basilio, Attico et Amphilochio, ut patet ex actione I. ejusdem synodi. Porro ex his vetustissimus est s. Cyprianus, qui non plenis ducentis annis antecessit ephesinae synodi tempus; ceterorum erat memoria recentior. In synodo chalcedonensi appellantur ad fidem, faciendam de distinctione naturarum adversus eutychianum errorem, auctores vix toto saeculo anteriores, unus etiam proxime ante sex annos vita functus, nimirum s. Cyrillus alex. Eamdem agendi rationem tenuerunt quinta synodus nec non oecumenica sexta, quae omnes juxta canonem adversariorum nostrorum rejiciendae forent.

45) Cf. Petav. loc. cit.

<») Ibid. §. 5.

47J Cf. Petav. ibid. §. 6.

4§) Cf. Cotelerius, *Scripta Patrum Apostolicorum,* vol. II. pag. 80.

49) Εν οι &έλω έν rij αρο ευχή υμών δικαιω9ήναι.

50) Praestat integrum ejusdem textum exhibere, quem detruncatum affert Molinaeus, cap. 7: *Εΰγάτη δε άμα9ία, παρά τών μή 9εών ώ 9εών αίτεΐθ9αι' η τά μη συμφέροντα αΙτεΐΰ9αι, φαντασία άγα9ών κακά αίτονμένου ΰφίσιν. Ο9εν εικότω ενό όντο του άγα9ού 9εού, παρ' αυτού μόνον τών άγα9ών τά μεν δο9ήναι, τά δε παραμεΐναι εύχόμε9α, ημεί τε καί οί*

angelos invocabant, et operam dabant incantationibus.[51] Quid cum istis commune habet invocatio sanctorum?

67. Ad 4. *D.* Alios quoslibet excludunt ab illa invocatione, quae propria est solius Dei utpote bonorum omnium largitoris, *C.* ab illa invocatione, quae in intercessione consistit, qualem angelis et sanctis catholici tribuunt, 3'. Enim vero Origenes, *Contra Celsum* lib. VIII. n. 37. de illa sola invocatione agit, quae Deo vero proprie convenit, quamque ethnici diis suis velut bonorum auctoribus, etsi supremo inferioribus, deferre solebant. Tertullianus loc. cit. gentilium criminationibus occurrit, qui iniquo animo ferebant christianos pro salute imperatorum diis non supplicare. Athanasius demum arianos arguit, quod Christum creaturam esse putantes, haereticorum more, qui numquam sibi constant, Deum tamen ipsum appellarent, eumque tamquam aliquid creatura praestantius adorarent.[52]

68. II. Obj. 1. Sancti, etsi pro nobis intercedant, non possunt tamen a nobis invocari: 2. invocatio enim ad supremum illud cultus latreutici genus pertinet, quod solius Dei est proprium; 3. praeterea sancti vota nostra precesque non audiunt, juxta illud Isaiae LXIII. 16: *Abraham nescivit nos, et Israel ignoravit nos:* aut Eccles. IX. 5: *Mortui nihil noverunt amplius.* Ergo.

69. **Resp. Adi.** 3'. Xulla enim ratio assignari potest, quare sancti invocandi non sint, si pro nobis intercedere possunt, ut post Calvinum, Chemnitium aliosque protestantes concedit Molinaeus. Ridiculum sane esset asserere, aulicum quempiam posse nobis opem ferre per suam apud prin-

α,γγίληι. «.Extrema, *inquit,* est inscitia, ab iis, qui non sunt dii, tamquam a diis petere, vel ea petere, quae non conducunt, dum per bonorum speciem nobis mala postulamus. Unde merito, cum sil bonus Deus, ab ipso solo bonorum alia dari, alia conservari petimus tam nos quam angeli.·* Opp. edit. Polleri, tom. II. pag. 853. Oxonii 1715. Addo, in toto libro VII. pro certo sumere Clementem angelos pro nobis et nobiscum orare.

sl) Cf. quae adversus Grabium scripsit in bunc locum Massuet noL *i.* Ostendit enim, s. martyrem, tum bic tum in capite praecedenti, vera ecclesiae miracula haereticorum praestigiis opponere; aliaque puris et mundis orationibus et invocatione D. N. J. C.; alia/r«»de *universa,* ut ipse Sanctus loquitur, et *adinspiratione apostatica* (malorum scilicet angelorum, quos angelos apostatas vocare solet) *et operatione daemoniaca et phantasmate idololatriae* fieri probat. Verba enim, quae objicit Molinaeus, apud s. Irenaeum, num. 5. ita se habent: *Aec invocationibus angelicis facit aliquid* (ecclesia catholica), *nec reliqua prava curiositate, sed munde et pure el manifeste orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit, et nomen D. N. J. C. invocans.* Cf. praeterea ejusdem Massueli dissertatio I1L art. 9. §. 109. Quis vero post haec non miretur malam fidem Keilii, qui audet iterum hoc Irenaei testimonium catholicis objicere adversus angelorum invocationem? Huc redit tota vis argumenti istorum haereticorum hominum: s. Irenaeus ostendit ecclesiam catholicam operam non dare incantationibus magicis per daemonum invocationem; ergo ecclesia catholica angelos sanctos non invocabat. Optime!

51) Cf. Petav. loc. cit. cap. 16.

cipem intercessionem, nec posse nos tamen ejus patrocinium efflagitare. Hinc patres reipsa tum de invocatione turn de intercessione promiscue loquuntur.

70. Ad 2. Sensu catholicorum superius exposito, A. alioquin nec viventes invocare possemus.

71. Ad 3. *D.* Sancti votu nostra precesque non audiunt virtute propria, *Tr.* divina virtute, aut ex ejus manifestatione, *N.* Quomodo vero sancti preces nostras cognoscant, an in Verbo, ut aliqui contendunt, an vero ex pcctdiari Dei manifestatione, ut plerique volunt, aut alia qualibet ratione, nostrum inquirere non est. Ad causam nostram sufficit, quod eas certo cognoscant, ut ex dictis constat. Merito Grotius, diversis perpensis modis seu rationibus a patribus ac theologis indicatis ad explicandam hanc sanctorum notitiam, concludit: *Itaque inique faciunt protestantes, qui idololatriae damnant eos, qui, multorum veterum sententiam secuti, putant nostrarum necessitatum et precum notitiam aliquam ad martyres pervenire.*[53] Adversus Burnetum autem et Gibbonium qui existimant, ideo sanctos ignorare necessitates nostras, quia inertes ac somnolenti jacent, nondum Dei aspectu fruentes, recolantur quae suo loco adversus hunc errorem disputavimus.[54]

72. Verba autem Isaiae, Clerico ipso interprete, non aliud significant, quam *Deum multo potiore jure patrem hebraeorum dici quam Abrahamum aut Jacobum.*[55] Clerico adsentiuntur protestantes alii non pauci.[56]

73. Textus Ecclesiastae, ut ex serie orationis patet, hunc sensum prae se fert: Viventes adhuc possunt resipiscere ac in melius mutari, quod mortui non possunt.[57] Quid autem haec ad scopum protestantium conferant, non video.

M) Ad Consultat. Cassandri, tom. IV. quibus consonant ea quae scripsit Leibnilzius, in cit. *Syst. theol.* pag. 194: >.Cnm igitur beatae mentes multo magis nunc rebus nostris intersint, quam quando in terris vivebant, multoque omnia pracsenlius intueantur (nam homines pauca tantum, quae in conspectu geruntur, aut ab aliis nuntiantur, cognoscunt), cum caritas earum aut voluntas juvandi longe sit ardenlior, denique cum preces earum longe sint efficaciores, quam quas olim fundebant in hac vita, constet autem, quantum Deus etiam viventium intercessionibus tribuerit, et quam utiliter nos fratrum preces nostris conjungi expectamus, non video, quomodo crimini dari possit, compellare felicem animam vel sanctum angelum, ejusque intercessionem vel auxilium postulare . . . praesertim si cultus ille consideretur tantum ut exigua accessio summi illius, qui in unum Deum recta dirigitur etc.*' Demum Thom. Brown, dum disserit de medici religione, concludit in rem nostram: »Ad eum quod spectat, qui rejicit invocationem SS. atque inficiatur ipsos, res quae in terris geruntur, agnoscere, eum quaeso, ut mihi explicare velit textum hunc Evangelii: **Gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam** agente.**

M) Tract. *De Deo Creat,* n. 632 et seqq. tom. V.

iS) Comment, philolog. et paraph, in Isaiam, hoc loco.

iS) Grotius, Vitringa etc. apud Starckium, loc. cit.

57) Cf. Calmet, Emm. Sâ Mcnochius etc. tum Critici sacri in hunc locum.

III. Obj. Sanctorum invocatio inutilis est ac superstitiosa: 1. inutilis quidem ex parte Dei, qui cum paterno prae sanctis omnibus nos prosequatur amore, satis per se prospicit necessitatibus nostris absque aliena intercessione; 2. superstitiosa est ex parte nostra, cum per illam diffidentiae indicium praebeamus; sed 3. superstitiosa ex alio capite invocatio haec censenda est, cum saepe saepius contingat, nos opem implorare aut eorum, qui numquam fortasse extiterunt, aut eorum, quorum saltem sanctitas dubia est; 4. ethnicam insuper superstitionem sapit sanctos singulos pro singulis morbis aut beneficiis rogare; 5. eo vel magis quod sancti nihil jam possint a Deo impetrare, cum nec mereri quidpiam valeant. Ergo.

75. Resp. A. *Antec.* Ad 1. probat. *D.* Deus per se prospicit necessitatibus nostris, seu dona largitur absque aliorum intercessione, *ut plurimum, C. semper,* A Saepe enim legimus in Scripturis, Deum ad aliorum intercessionem concessisse, quod alioquin non fuisset concessurus. Hoc autem, adductis in medium exemplis, superius ostendimus. Addo, hoc argumentum pariter impetere intercessionem viventium.

76. Ad 2. *D.* Diffidentiae indicium praebemus, quae se teneat ex parte nostra, *Tr.* quae se teneat ex parte Dei, A. De paterno enim Dei in nos amore nulla nobis suboriri potest dubitatio; sed ad nos quod attinet, quos gravat sarcina peccatorum, quique nos Dei beneficiis saepe indignos praebemus, utique opportunum ducimus, sanctorum suffragiis supplicationes nostras communire.

77. Ad 3. *D.* Et dubium de existentia talium sanctorum aut sanctitatis afficit praxim, quae accidentalis est ac res merae disciplinae, *C.* afficit cultum ipsum, A. Tot sancti existant, de quorum existentia aut sanctitate nec ipsi protestantes dubitant, hos propterea tuto invocare poterunt.[58]

78. Ad 4. *D.* Si exclusive singulis sanctis aliquod tribueretur beneficium ipsorum intercessione obtinendum, *Tr.* si pro divisione gratiarum, quas, ut loquitur apostolus, Deus dividit prout vult, unus prae alio invocetur pro singidari dono, quo unusquisque a Deo praeditus est, A. Frustra propterea hic stylum oratorium exercent protestantes et increduli in recen-

ss) Atque hic sedulo animadvertendum est, saepe ab adversariis duo permisceri, quae distingui omnino debent, *acia* nempe sanctorum, et sanctorum, quorum acta proferuntur, exislentiam. Fieri enim potest ut acta spuria sint, sancti autem reipsa exliterint, e. gr. omnes fere critici reccntiores tamquam supposition habent acta s. Dionysii areopagitae, s. Mariae Magdalenae, s. Marlhae etc., num propterea ex eo, quod ejusmodi acta uti spuria rejiciuntur, dubitare poterimus de existentia aut sanctitate Dionysii, Mariae Magdalenae aut Marlhae? Porro, quod his contigit, pluribus aliis sanctis contingere potuit. Praeterea distingui debent sancti, qui invocantur aut coluntur ab universa ecclesia, ab iis, qui cultum non oblinent nisi in ecclesiis particularibus. De nonnullis istorum forsitan aliquando dubium suboriri posset; ast de primis nonnisi summa temeritate dubitaretur.

eendis sanctis, qui vel ad peculiares morbos depellendos, vel ad peculiare beneficium impetrandum invocari solent. 59

79. Ad 5. *D.* Sancti impetrare nihil possunt ex mentis praesentibus ct propriis, *C.* ex meritis Christi, vel meritis propriis antecedentibus, seu verius ratione amicitiae ct caritatis perfectae, qua cum Deo copulantur, A. Neque enim docent catholici, sanctos gratias a Deo obtinere merito stricte sumpto seu *de condigno,* ut vocant; sed solum docent eos impetrare precibus suis merito *de congruo,* quod fundatur in amicitia, qua feliciter cum Deo fruuntur, prout et sancti viventés pariter impetrare possunt.

80. **Dices:** Catholici a b. Virgine, quam interdum *deam* vocant, immediate dona et gratias poscunt; e. gr. cum ei has preces dirigunt: *Mala nostra pelle·, Jesum nobis post hoc exilium ostende,* aliasque ejusmodi non paucas, ut cum eam vocant *spem nostram* etc. Idipsum dicatur de sanctis reliquis.

81. **Resp.** Numquam ab ecclesia b. Virginem *deam* esse nuncupatam; quod si nonnulli eam vocem usurparunt, ab ecclesia improbati sunt. 60 Dum vero vel a b. Virgine vel a sanctis dona aut gratias catholici exposcere videntur, semper subintelligitur, mediante ipsorum intercessione.61 Idipsum dicatur de eo, quod opponunt adversarii de *spe* aliisque ejusmodi, quae nullum alium sensum patiuntur. 62

59) Albert. Fabricius, *Bibliographie antiquaria,* cap. 8. §. 23 ct seq. plures insumit paginas in catalogo texendo sanctorum tutelarium, et praefecturae, ul ipse vocat, sanctis in ecclesia romana tributae. Ex eo proinde pronum fuit scriptoribus prolestantibus, qui eum subsecuti sunt, repertorium quaerere, ut illuderent catholicis. Ast ejusmodi ars apud cordatos auctores adeo viluit, ut, si excipias gregarios quosdam nullius nominis scriplores, vix jam reperialur, qui ad eam confugial.

60) Ita respondet auctor proteslans articuli citati operis: *Encyclopédie méthodique,* Yverdun 1770: *Il est pourtant vrai que le titre de déesse est échappé à quelques-uns ‹Γ entr' eux, en parlant de la Sainte Vierge; mais ce n'est pas l'église qui a tenu ce langage, ce sont de simples particuliers* etc.

61) Juverit et hanc responsionem communire verbis alterius protestantis, nempe Leibnitzii, qui in *Syst. theol.* pag. 160. ita scribit: ›.Cum invocantur sancli, auxiliumque eorum expetitur, semper subinlelligendum; consistere auxilium eorum in precibus, quas pro nobis magna efficacia fundunt, quemadmodum et Bellarminus notavit: juva me, Petre aut Paule, nihil aliud significare debere, quam ora pro me, aut juva intercedendo pro me.“ Cf. de hoc argumento Schieffmacher S. J. *Lettres d un théologien de I'université catholique de Strasbourg, sur les six principaux obstacles à la conversion des protestants,* Strasbourg 1732. *Quatrième lettre, sur I' invocation des saints.*

62) Si. quis cuperel monumenta antiquitatis consulere pro cultu, invocatione et intercessione sanctorum ex re lapidaria, praeter ea quae a nobis paulo ante allata sunt, adeat J. B. Gener, *Theol. scholast-dogm.* Romae 1773. tora. IV. pag. 194 ct seqq. Plura alia nuper effossa dabunt cl. Nic. Wiseman *Lectiones circa praecipuas doctrinas et usus ecclesiae catholicae,* Londini anglice 1836. Parisiis et Bruxellis gallice 1839. editae; tum ejusdem: *Epistolae ad Joann. Poynder,* circa ejus opus: *Papismus in concordia cum paganismo,* Londini 1836. pag. 38 et seqq. Hic adnolo, Middletonio, Poyndero, in parallelism© sive

DE RELIQUARUM CULTU.

82. Reliquiarum nomine, severiori sensu seu primario, sanctorum exuvias, cineres, ossa etc., sensu autem latiori seu secundario, quidquid ex iis, quae ad eos pertinuerunt, ac de se aptum est ad piam eorumdem sanctorum excitandam memoriam, significare consuevimus. Magno istas in honore ac pretio catholici habent, qui propterea insimulantur a protestantibus velut superstitiosi.

Germanum ecclesiae sensum circa sacrarum reliquiarum cultum adversus eosdem novatores concilium tridentinum adstruit his verbis: *Sanctorum martyrum et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quae viva membra fuerunt Christi et templum Spiritus Sancti, ab ipso ad aeternam vitam suscitanda et glorificanda, a fidelibus veneranda esse* (episcopi doceant), *per quae multa beneficia a Deo hominibus praestantur; ita ut affirmantes, sanctorum reliquiis venerationem atque honorem non deberi, vel eas aliaque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandae causa sanctorum memorias frustra frequentari omnino damnandos esse* (mandat sancta synodus), *prout jam pridem eos damnavit, et mine etiam damnat ecclesia.*[1] Totum porro relativum esse ejusmodi sacrarum reliquiarum cultum, jam admonuimus. Ad expositam igitur ecclesiae catholicae doctrinam vindicandam sic accedimus.

PROPOSITIO.

Sanctorum reliquiae et monumenta utiliter ac pie a fidelibus honorantur.

83. Ad fidem catholicam pertinet ea propositio, ut ex adducta concilii tridentini declaratione constat.

84. Religiosi autem hujus cultus et honoris vestigia in **Scripturis** passim reperiuntur. Missa vero facientes quae in V. T. occurrunt2; Matth. IX. sanata describitur mulier illa haemorrhoissa, quae solam Christi vestimenti fimbriam magna fide tetigit; Act. V. 15. infirmi in plateas ejiciebantur, *ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam*

collatione instituenda inter ritus et usus ecclesiae catholicae cum ritibus et usibus elhnicismi, praeivisse Marangonum in op. *Delie cose gentilesche e profane trasportate ad uso ed ornamento delle chiese,* in 4. Roma 1744. licet mente longe diversa. Adeo verum est, catholicos nihil timere ex ejusmodi parallélisme!

*) Sess. XXV. *De invocatione* etc.

s) Exod. XIII. 19, coll. Eccli. XLIX. 18; IV. Reg. XIII. 21, coli. Eccli. XLVIIL 14; IV. Reg. XXIII. 17. 18.

illorum, et Uberarentur ab infirmitatibus suis3,' et cap. **XIX.** 12. legitur quod *super languidos deferrentur a corpore ejus* (Pauli) *sudaria et semicinctia, et recedebant ab eis languores, et spiritus nequam egrediebantur.*

85. Atque hinc factum est, ut ab ipsis ecclesiae primordiis maximo semper in pretio ac honore sanctorum exuvias habuerint Christi fideles. Ne autem confusionem pariat congeries documentorum, quae pro sacrarum reliquiarum cidtu exhibent tria priora ecclesiae saecula, ea in peculiares classes distribuimus, quae totidem invictissima argumenta suppeditant adversus protestantes.

86. Prima itaque horum documentorum classis complectitur **Christianorum sollicitudinem in sanctorum reliquiis colligendis**, cujus testis est epistola ecclesiae smyrnensis, quae refert, christianos omnes sollicitos fuisse in colligendis s. Polycarpi reliquiis, *ut communicarent sancto cadaveri*\ hoc est, ut eas cultu religioso prosequerentur. Id ipsum legimus in actis s. Ignatii M. in quibus ejusdem reliquiae, ingenti cura nec sine vitae discrimine a christianis collectae, vocantur *thesaurus inaestimabilis ecclesiae relictus3;* ut plurima alia ejus generis omittam.

3) */να ερχομένου Πέτρου καν ή Βκιά ίκιΒκιάύη rivi αντών.* Reliqua desunt in exemplaribus graecis.

4) *ΚοινωνηΒαι τώ άγϊω αντού Βαρκίω,* ut habelqr apud Euseb. *Hist, eccles.* lib. IV. cap. 15. Quae quidem phrasis desumpta est ex apostolo, Rom. XII. 13. jubente sanctorum necessitatibus communicare. Hic autem locus in primis notabilis est, ut observat Valesius, quippe qui vetustissimam Christianorum consuetudinem, ac praeterea rationem ejus ostendit. Ideo enim reliquias martyrum aliquas habere tanto studio optabant, ut cum iisdem etiam mortuis communicarent. Nec contenti ea communione sanctorum, quam catholica ecclesia profitetur, per fidem scilicet, spem et caritatem, per sacras etiam eorum reliquias et pignora cum ipsis communicare cupiebant. Itaque eorum reliquias in coemeteriis honorifice condebant; ibique quotannis convenientes, anniversarium martyrii diem celebrabant, hac ratione cum defuncto martyre perpetuo communicantes, ut testatur haec ipsa epistola. Certe Optatus, *De schismat. Donalist.* lib. II. pag. 48. edit. Albaspin. Paris. 1631. illud apostoli, prout olim legebatur, Rom. XII. 13: *Memoriis sanctorum communicantes,* ita interpretatur, ut idem significet quod offerre ad sepulcra martyrum. Nec aliter sumit Hilarius in libro contra Constantium, sub finem. De hac communione loquitur Marcellinus presbyter, in libello precum ad Valentinianum imperatorem. Ei haec quidem de cultu publico reliquiarum, quae in coemeteriis recondebantur. Fuit et alius mos subsequent! aetate, ut singuli fidelium reliquias martyrum, quascumque nancisci potuerint, domi honerifice servarent. Cf. Valesius, loc. cit.

5) Apud Ruinart, *Acta Martyrum sincera,* pag. 22. edit. Amstel. 1713: *ΘηΒαυρό ατίμητο τή άγια έκκίηοιά καταλειφΆέντα.* Ubi animadvertendum, ex his ipsis actis constare, tantum extitisse primis fidelibus martyrum reliquias colligendi studium, ut evidenti quandoque se mortis periculo exponerent. Legitur enim ibid. η. V. optasse s. Ignatium, *ut nulli fratrum gravis fieret ob suarum reliquiarum collectionem.* Prudentius describit imaginem a se Romae visam in *catacumbis* martyrii s. Hippolyti, in qua plurimi cernebantur christiani reliquias colligentes. In musaeo Christianarum antiquitatum ad Vaticanum 'omnia asservantur instrumenta, quibus pagani martyres excruciaverunt atque laniarunt; plura item ex illis collecta invenire est in nostro musaeo Kirchcriano Collegii Romani; in omnibus fere antiquis hujus Urbis ecclesiis non-

Testea insuper receptae istius sollicitudinis sunt ipsi fidei Christianae hostes, qui fassi sunt vereri se. ne christiani, relicto Christo, Polycarpum deinceps adorare inciperent6; liinc martyrum cadavera, ne a christianis colerentur, gladiatorum corporibus commiscebant, in amphitheatris feris, in aquis piscibus, ut vorarentur, exponebant; ac, ne quidpiam eorum superesset, quod christiani colere possent, eadem comburere et cineres in ventum dispergere consueverunt.7

87. -Utera classis complectitur **monumenta erecta super reliquiis sanctorum,** cujusmodi erant cubicula, martyria, memoriae, altaria, de quibus late scribit Baronius.8 Inter haec autem monumenta praecipuam venerationem ac celebritatem semper obtinuerunt, quae Romae erecta sunt in honorem apostolorum Petri et Patdi super eorum cineribus» Haec porro a christianis jam tempore s. Zephirini ostendebantur ad confundendos haereticos, ut testatur Eusebius.9 Ossa s. Polycarpi *gemmis pretiosissimis cariora* (ut legitur in citata epistola ecclesiae smyrnensis) *d quovis auro pretiosiora sepulta sunt, ubi decebat.* Quo in loco convenientibus christianis ejus martyrii diem celebrabant.10

8S. Tertia classis exhibet **studium** primorum Christianorum atque ecclesiae universae in **secernendis martyrum cineribus** a **reliquorum fidelium exuviis.** Ut enim distinguerentur martyrum corpora, solebant apponere super eorum sepulcris palmae effigiem, interdum vero piscis aut columbae, una cum vasis vitreis seu ampullis plenis sanguine, ut apud Bosium ”, Aringhium’2 videre est, atque Boldettum, qui insuper eadem signa velut specificas martyrii notas adstruit ac tuetur adversus Mabillonium et Papebrochium. 13 His saepe adjiciebant inscriptiones ac monogrammata, de quibus pariter data opera scripsit citatus Boldetti.

89. Quarta demum classis comprehendit **obsequia,** quibus primi christiani sanctorum reliquias prosequebantur. Haec autem erant **sacrificia,** quae in ipsorum honorem Deo offerebantur super eorum sepulcris, ut ostendit laudatus auctor. 11 Hujus consuetudinis monumenta indubia exhibent acta s. Stephani papae 13 et *Constitutiones apostolicae.*l6 Inter haec obsequia ct actus summae venerationis erga martyrum reliquias recenseri debet osculum, quod imprimebatur martyrum ossibus, quodque celebre evasit ex historia donatistarum. Nam ob indiscretam Luciliae factiosae feminae devotionem, quae os cujusdam martyris non vindicati ante sacram synaxim deosculabatur, originem habuit dirissimum illud schisma, quod per tria integra saecula ecclesiam africanam afflixit’7; idem dicatur de osculo, quod imprimebatur martyrum vinculis.18 Porro osculum, ipso Beausobrio latente19, nisi ratio habeatur intentionis illud imprimentis, summus erat ex natura sua venerationis et adorationis gradus. Concludendum igitur, ex his omnibus aliisque non paucis , quae consulto, ne longior sim, silentio praetereo, colligi, aut universam ecclesiam ab ipso aevo apostolico, ac proinde ab institutione sua, idololatram ac superstitiosam fuisse, quod nec adversarii admittunt, aut piam sanctamque esse sacrarum reliquiarum venerationem, quam ex apostolica traditione semper ecclesia professa est.

90. **Ad haec accedit ratio ipsa,** quae ex intima rei natura, atque ex communi sensu ac agendi ratione petitur. Fieri enim non potest, ut quempiam ob dotes, quibus fidget, aut gradum, quem obtinet, aut praeclaram virtutem, qua excellit, amore atque existimatione prosequamur, quin simul in pretio habeamus, quae ad eum spectant et ejus excitant recordationem. Quare vel ipsi protestantes summo studio sibi comparant, quod

nulla suis documentis munita instrumenta occurrunt. Argumento igitur est, Christianos antiquiores permagni ea fecisse, irnino et in veneratione habuisse, ut aperte liquet ex verbis s. Leonis M. *In flatat.* s. Laurentii: *flam quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transierunt triumphi etiam instrumenta supplicii?*

e) Cf. epistl. cit. eccles. smyrn. apud Euseb. loc. cit.

7) Cf. Trombellius, *De cultu sanctorum,* diss. VII et VIII.

8) Ad annum 226. a n. 7 ad 12. Plura etiam in hanc rem scribit auctor minime suspectus, cl. D'Agincourt, *Storia dell' arte coi monumenti,* Prato 1826. vol. IL circa cubicula, martyria, confessiones, quae in subterraneis romanis inveniuntur, cum omnibus insignibus cultus catholici, quem ecclesia hactenus oppressa tyrannorum impotenti dominatu, tamquam suavitate verni temporis hilarata, e situ ac latebris explicare coepit, ac lacertos suos exerere, hoc est, palam dogmata sua et instituta proferre.

°) *Hist, eccles.* lib. II. cap. 25.

*·) Cf. Bened. XIV. *De beat, et canoniz. sanctorum,* lib. I. cap. 2.

*’) *Roma sotterranea,* lib. I. cap. 20. et lib. III.

n) Roma subterranea novissima, torn.

u) Osservazioni sopra i cimiteri de santi martiri, lib. I. cap. 38 et seqq. praesertim vero cap. 45.

M) *Osserv.* etc. cap. 10.

*4) Apud Bolland. die 2. Augusti, edit. Antverp. tom. I. mensis Aug. pag. 143.

lfi) Apud Coteler. op. cit. tom. I. lib. VI. cap. 30. pag. 358. ubi legitur: *Σνναˆροϊζεΰάε εν τοϊ χοιμητηρίοι , την άναγνωΟιν των Ιερών βιβλίων ποιούμενοι, χαί ι[)άλλοντε ύπ'ερ τών χεχοιμημένων μαρτύρων χαι χάντων* των α.τ' *αιώνα άγιων,.....Ευχαριστίαν προ ιρέρετε εν τε ταϊ; έχχληΰίαι υμών, χαι εν τοϊ χοιμητηρίοι .* Id est: *Congregamini in coemeteriis, lectionem sacrorum librorum facientes, atque psallentes pro defunctis martyribus et omnibus a saeculo sanctis .... Eucharistiam offerte in ecclesiis vestris et in coemeteriis.* Cf. ejusdem Cotelerii notae 72 et 73; etenim plura alia affert documenta hujus antiquae consuetudinis, et exponit, quo sensu diceretur olim *psallere* et *offerre pro martyribus,* ostendilque pluribus documentis, id perinde esse ac psallere et offerre Deo in gratiarum actionem ob victoriam ipsis concessam, eis gratulari etc.

”) Cf. Optalus milevit. *Hist, schism, donat,* lib. L pag. 40. edit. ciL

18) Cf. Mamachius, *Origin, et antiquit. Christ,* tom. I. lib. I. §.27; Ruinart, *Praef. gener, in acta Martyrinn sincera,* §. 70.

,9) *Hist, de Manichée et du manichéisme,* tom. IL pag. 661. ubi de osculo scribit: *Le baiser fut chez les anciens idolâtres une des cérémonies de l'adoration;* et pag. 663: *La cérémonie de baiser jusqu'au pavé des temples était le plus haut degré de (adoration, et la plus profonde humiliation où une pure creature raisonnable pût descendre.*

noverint ad aliquem clarissimorum virorum, qui magnam de se excitann. admirationem, pertinuisse, ao de illius possessione, gloriantur.20 Quidni igitur idem feramus judicium quoad illos, quos novimus omni virtute e.v celluisse, et amicos Dei fuisse, ac praeterea cum Deo regnare credimus? Religio suppeditat incitamenta, ut in pretio habeamus sanctorum exuvias, qualia profecto nulla alia aut moralis aut politica virtus suppeditare potest. Docet enim nos, eas ad illos spectasse, qui viva jam fuerunt membra Christi Jesu ac templa Spiritus Sancti, eas olim fore excitandas, ut una cum animabus in coelis gloria aeterna coronentur. Promovet praeterea reliquiarum sacrarum cultus in Christi fidelibus ardens studium sanctos imitandi. Hinc Deus ipse ad hunc cultum magis ac magis honestandum innumera prope ac ingentia miracula patravit; quorum testes oculatos se exhibent patres gravissimi atque sanctissimi, Ambrosius, Augustinus, uterque Gregorius, Joannes Chrysost., Hilarius, Paulinus, Asterius, Theodoretus, Eulogius aliique permulti, quos recenset ac expendit Petavius 21, quique ea * referunt ut facta vulgatissima et coram populi immensa multitudine quandoque patrata.22

91. Quod demum spectat ad validissimum **praescriptionis argumentum**, quod exurgit pro sacrarum reliquiarum veneratione ex usu seu

M) Profecto, cum ipsi in Italiam veniunt magna sedulitate inquirere solent aliquid ex iis, quae olim ad aliquot praestantiorum virorum pertinuerunt, adeo ut secum deferant vel ipsorum libros, vel chartulas, aut instrumenta, immo etiam quidpiam parietis ex cubiculo, quod illi incoluerunt, aut aliquid ejusmodi. Nonne protestantes praeterea in summo pretio habent quae ad Lutherum quondam spectarunt, atque inter cetera atramentarium quod ille jecit in daemonem cum ab eo perterrefactus est? Cf. Audio, *Vie de Luther,* tom. I.

2,J *De Incarn.* lib. XIV. cap. 13 et seqq. Cf. etiam Ruinart, cap. 1. §.71; Mabillon, *Praef.* in *saec.* II. *Benedict,* n. 70 el seqq.

22) Hic porro animadvertendum est, argumentum, quod ex miraculis ducitur a Deo patratis per sanctorum reliquias, huc demum referri, ut necesse sit aut nos fateri, reliquiarum venerationem omni superstitione vacare ac Deo acceptam esse, aut *ad unum* omnia, quae perhibentur, miracula per sanctorum exuvias patrata rejicere tamquam totidem fabulas. Posteriorem hanc dilemmatis partem amplexi sunt Dallaeus, Aliddleton et Gibbon cum Beausobre. Ast praeterquam quod haec agendi ratio nos cogit admittere aut hebetudinem atque mentis stuporem, qui vel puerum dedeceret, aut *fraudem* ac manifestam *sycophantiae* notam in tot sanctissimis ac doctissimis viris, Ambrosio scilicet, Augustino, Hilario, Paulino, Joann. Chrysostomo, Asterio, Theodoreto, Eulogio aliisque prope innumeris, qui omnes spectatissimi sunt antiquitate, integritate, eruditione ac doctrina; num omnia, quae referuntur miracula censeri debent impossibilia, inverisimilia et absque exemplo in sacris litteris? Qui voluit honorem conciliare Petro et Paulo adhuc in *carcert mortis hujus* detentis, ita ut ingentia patrata fuerint prodigia ad umbram Petri (Act. V.) et ad contactum semicinctiorum corporis Pauli (Act. XIX.), non potuit eadem operari per *vasa possessa in honorem* usque ad mortem ab his ipsis sanctis, postquam eos in coelis coronavit? Quid in hoc, quod fidem superet aut risum moveat, excogitari potest? Cf. Fratres De Walenburg, *De unitate eccl.es.* lib. XII. cap. 29. tom. IL Colon. Agrip. 1671. Cf. edam Petav. loc. cit.

prnxi ubique recepta in universa ecclesia saeculis IV. et V. et confessione ipsommmet protestandum, recolantur quae Cap. I. Prop. II. adnotavimus, cum huc pariter referantur.

DIFFICULTATES.

92. I. **Obj.** 1. Deus Moysis corpus abscondit, ne ab hebraeis coleretur; ergo facto ipso ostendit, nullum cultum sanctorum cineribus esse deferendum. 2. Et revera Christus pharisaeis exprobrat erectionem monumentorum in honorem prophetarum his verbis: *Vae vobis, scribae et pharisaei hypocritae, qui aedificatis sepulcra prophetarum et ornatis monumenta justorum,* Matth. XXIII. 29; ergo.

93. **Resp.** ad 1. *D.* A. Abscondit Deus corpus Moysis, neajudaeis cultu superstitioso coleretur, *Tr.* ad damnandum reliquiarum cultum, A. Transmisimus autem primum distinctionis membrum, cum non certo constet, quo demum fine Deus voluerit latere Moysis sepulcrum; cum ipsemet seu per angelos Moysis corpus sepeliverit, ut ibid, legitur.23 Verum et hoc dato, cum nimis populus ille propensus esset ad idololatriam, ideo recte Deus voluit quodeumque objectum scandali ab oculis ejus removere.

94. Ceterum accurate dogma a disciplina distinguendum est; illud nobiscum retinebant hebraei, licet circa usum aut disciplinam, qua actu alicujus prophetae aut sancti alterius viri reliquiae honorantur, diversa ratione se gesserint ob motivum nuper allatum. Sanctorum porro reliquias honore dignas esse, non semel Deus in Λ. T. factis ipsis significavit; ut cum ad contactum ossium Elisaei mortuum excitavit, IV. Reg. XIII. 21, de quo Eccli. XLVIH. 14. dicitur: *Mortuum prophetavit corpus ejus,* aut cum per Eliae pallium Jordanis fluenta divisit, IV. Reg. H. 14. Quod cum optime intellexerit Josias, cum pervenisset ad sepulcrum prophetae, qui altaris Bethel destructionem praedixerat, dum ceterorum cineres dispergeret, venerationis gratia erga virum sanctum intactum ipsum reliquit, dicens: *Dimittite eum, nemo commoveat ossa ejus,* ibid. XXIII. 18. Spectata tamen illius populi indole, temperamento quodam opus erat circa rationem ejusmodi honorem ac venerationem tribuendi. 2*

95. Ad 2. *D.* Id est, hypocrisim ac perversam eorum agendi rationem, *C.* erectionem ipsam in se spectatam, *N.* Ut colligitur ex verbis Christi immediate sequentibus: *Et dicitis: si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum .... et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Apposite propterea s. Joann. Chrysost. ita Christi Domini objecta verba exponit: Λ*on quia aedificant, nec quia*

«) Cf. Nat. Alex. *Diss.* XXV. *in saec.* V. quaest. 1. assert. 1.

M) Cf. Fratres De Walcnburg, loc. cit. §. 15 et seqq.

patris suas accusant, vac illis dixit; sed quia ita facientes et ita docentes, patres suos condemnare audebant, cum ipsi pejora committerent. 25 Sane nuniquam improbatus fuit Simon eo quod parenti suo Mathathiae ac fratribus suis magnificum extruxerit sepulcrum in Modin, I. Mach. XIII. 27 et seqq,

96. H. Obj. 1. Altum extat circa sacrarum reliquiarum venerationem silentium apud patres trium priorum saeculorum, etsi dimicare deberent adversus gnosticos martyriorum refragatores. 2. Nec nisi tardius inductus est ritus condendi reliquias martyrum sub altaribus, cas gestandi in publicis supplicationibus aut in thecis collocandi, sed statim terrae mandabantur a vetustissimis christianis martyrum corpora, ac diligentissime sepeliebantur. 3. Quin immo patres ethnicis exprobrabant sepulcrorum et monuorum religionem, altarium et templorum super sepulcris consecrationem, ut Clemens alex.26, Tertullianus27, Minutius Felix28, aliique passim; ergo ex ethnicis superstitiosus hic cultus ad ecclesiam pervenit.

97. Resp. Ad 1. *D.* Quod tamen silentium abunde supplent facta publica ac testatissima, quae superius commemoravimus, *C.* aliter, *N.* Longe profecto validiora sunt ad aliquid probandum facta ipsa, quam singularia testimonia; innumera porro facta, tribus prioribus ecclesiae saeculis, ac documenta occurrunt, quae invicte ecclesiae fidem ac praxim per id temporis obtinentes circa sacrarum reliquiarum venerationem ostendunt, ut ex allatis probationibus evincitur. Nec aliter patres sentire potuisse circa ejusmodi cultum, vel ex eo probatur, quod inseparabilis sit sacrarum reliquiarum veneratio a veneratione, quam hi ipsi patres erga sanctos profitebantur; altera enim ex altera profluit, ita rei ipsius natura exposcente.

98. Quod si haereticis resiurectionem impugnantibus non opposuerunt patres receptum reliquiarum cultum, ideo est, quia ipsum urgere non poterant adversus illos, qui indirecte saltem rejiciebant pariter dogma istud, cujus velut fundamentum est futura corporum resurrectio. Idipsum dicatur de iis, qui adversus gnosticos disputabant. Etenim, si gnostici martyriis refragabantur, a fortiori oppugnare debebant martyrum cultum eorumque reliquiarum venerationem. 29

99. Ad 2. *D.* Ita exposcentibus rerum adjunctis, non omnes ritus qui postea obtinuerunt, adhibebantur in reliquiarum veneratione, *C.* illi saltem ritus non viguerunt, quos rerum adjuncta patiebantur, A. Et hic pariter distingui debet dogma a disciplina. Idem tribus prioribus saeculis

Hom. LXX1V. *in Matth.* alias LXXV. η. ί: *Ονχ ori οίκοδοιιούΰιν, ονδl ôri έγκαλούΰιν, εκείνοι ονaϊ φηΰιν, άλλ' ότι καί ταύτη καί δι' ών λέγουΰι καταγινώΰκειν προ ποιονμεγοι των πατέρων, χειρονα πράττουΟιν.*

-5) In *Protreptico adv. gent.*

2T) Lib. *De idol.* cap. 13.

”) In *Octav.*

”) Cf. Muratorii *Dissert, de sanctorum inart. natalibus,* Mediol. 1697. tom. I. *Anecdot.* pag·. 195.

dogma viguisse post allata documenta in dubium revocari nequit. Disciplina autem, ad quam ritus diversi referuntur, varia esse potest, prout postulant aut ferunt diversa temporum, locorum, aut personarum adjuncta. Jam vero quomodo potuissent primi Christi fideles, dirissima saeviente persecutione, in publicis supplicationibus deferre martyrum reliquias? Cavere praeterea debebant a nonnullis ritibus usurpandis, ne ethnicis, inter quos agebant, ansam eos calumniandi praeberent. Quae tamen pro temporum angustiis praestare potuerunt ad propria sensa erga sacras reliquias patefacienda, non omisere, ut superius dicta ostendunt. Data autem ecclesiae pace, illico publicas hujusmodi cultus testificationes varia ratione exhibuerunt, iis ipsis probantibus, qui ad tertium saeculum pertinuerunt. 30

100. Ad 3. *D.* Veteres patres mortuorum ac sepulcrorum religionem ethnicis exprobrabant, utpote ex propriis eorum principiis superstitiosam, *C.* in se, A. Ethnici siquidem ideo illa omnia circa suorum mortuorum sepulcra praestabant, quod putarent illorum animas oberrare circa sepulcra, *aut daemones sive genios ac deos esse,* ut tradit s. Augustinus 31; qui praeterea refert paganos templa et aras mortuis extruxisse et dicasse velut numinibus32; quae profecto longe absunt a catholicorum fide.

101. Ad id vero quod addunt adversarii de ritibus, quos ecclesia ab ethnicis mutuata est, reponimus, etsi fateremur, aliquot ex ritibus, quibus sanctorum reliquias cultu prosequimur, cum ethnicorum ritibus aliquando fuisse communes, vel ab ipsis ad christianos pervenisse nihil tamen inde proficere adversarios. Ritus enim, ut ita dicam, materiales, seu per se, indifferentes sunt, totamque moralitatem suam ab objecto, adjunctis ac fine illos usurpantium desumunt. Cum igitur eorum objectum mutatum sit, cum diversa plane sit mens, diversus sit finis, quem sibi christiani in iis ritibus proponunt, evidens est, identitatem rituum,' si quae sit, nulla ratione catholicorum cultui derogare. Sane Middletonius cum Spencero censet, judaicos ritus longe ante ab aegyptiis fuisse usurpatos, atque a Moyse, Deo jubente, fuisse adoptatos. 33 In hac hypothesi cultus praedilecti populi Dei

30) Innumera prope habentur documenta, quibus constat, vix data per Constantinum ecclesiae pace illico summo honore ac publico cultu sanctorum reliquias ubique prosecutos Christianos fuisse. Huc referuntur expostulationes Fausti ac Vigilanlii, qui aegra ferentes, sanctorum exuvias tot honoris significationibus coli, criminali sunt ecclesiam, quod verteret idola in martyres. Audiatur s. Hieronymus, scribens adversus Vigilantium, n. 5: *Dolet* (Vigilantius) *martyrum reliquias pretioso operiri velamine, et non vel pannis vel cilicio colligari, vel projici in sterquilinium. . . . Ergo sacrilegi sumus, quando apostolorum basilicas ingredimur? sacrilegus fuit Constantius imperator, qui sancias reliquias Andreae, Lucae et Timothei transtulit Constantinopolim?* etc. Alia plura vid. apud Fratres De Walenburg, loc. cit.

31) *De civit. Dei,* lib. IX. cap. 11.

32) Ibid. lib. ult. cap. 10.

33) Joann. Spencerus, *De legibus hebraeorum ritualibus,* lib- III. edit. 3. Lips. 1705. Quem librum dissertationibus octo satis prolixis absolvit, ad evincendum, ritus

juxta principia, quae adversarii adversus catholicos urgent, fuisset impurus, superstitiosus ac sacrilegus, quod tamen negant. Ex confessione praetores ipsius Gibbonii satius fuisset indulgere victoribus Christianis, ut, per aacroi ritus sufficienter purificatis profanorum templorum parietibus, cultus veri Dei expiaret vetus idololatriae crimen, qua ratione servata fuissent insignia illa antiquitatis monumenta[34]; quod reipsa pluribus templis factum est.[15] Jam vero quod in templis, id in multis pariter gentilium superstitionibus contigit, inquit card. Baronins i6, ut earum usus sacris ritibus expiatus et sacrosanctus redditus in Dei ecclesiam laudabiliter introductus sit. *Dem enim,* apposite inquit s. Joann. C hrvsostomus, *ob deceptorum salutem se coli passus est per ea, per quae daemones illi ante coluerant, aliquanto in melius inflectens, ut eos paulatim a consuetudine reduceret, et ad altiorem philosophiam perduceret.*[37] Quare Beausobrii, Middletonii aliorumque, qui eoa exscripserunt inopportuna eruditio est, siquidem inviota semper manet responsio Hieronymi ad eamdcm Fausti ac Vigilantii expostulationem, quam denuo in nos intorquet Gibbonius: *Vertitis idola in martyres. Quia quondam colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, ne simili eum videamur cum idolis honore venerari? Illud flebat idolis, et idcirco detestandum est; hoc fit martyribus, et idcirco recipiendum est.*^

et mores gentium in legem fuisse translatos, item sacrificia, purificationes, neomenias, arcam et cherubim, templum, urirn et thummim, hircum demum emissarium. Hoc porro constituto, illud validissimum in rem nostram conficimus argumentum: vel Spcncerus opere suo propositum, quod sibi praestituit, assecuius esi, ostendendo rituum mosaicorum ei aegyptiacorum identitatem, vel non: si primum dicas, ergo, infero, identitas rituum paganorum cum ritibus a Deo probatis immo et adscilis non officit religionis sanctitati, ita ut tamquam superstitiosa haec haberi possit; sin alterum affirmes, ergo similitudo, quae intercedit inter ritus profanos et sacros tanta esse potest, ut identici videantur, nec lamen inferri possit, alios ab aliis depromptos fuisse aut derivatos; neque similitudo, aut etiam identitas materialis rituum ullam arguit inter ipsos necessitudinem, ut propterea ritus, quos usurpat ecclesia catholica in sanctorum cultu, accusari queant superstitionis aut idololatriae. Quocumque se vertant adversarii, huc demum deveniendum est. Perperam igitur Beausobrius et Middletoïius cum gregariis auctoribus, qui eos secuti sunt, adiaborarunt in parallelismo instituendo inter ritus paganos et ritus catholicos, ut hos insimulent superstitionis et idololatriae reos.

3') Op. cit.

3i) Romae reipsa potissimum servata sunt ethnicorum templa ea ratione expiata, inter quae eminet Pantheon. Sed consulendus de hoc argumento Joann. Marangoni, op. cit. *Delie cose genlilesche* etc. capp. 43, 44, 51, 52, 53, 54, 55, ubi innumera fere recenset. Cf. etiam D'Agincourt, opp. cit. tom. II. pag. 53 et seqq.

M) In *.Not. ad Martyrol. Horn.* die 2. Febr. Cf. idem, in *Annat, ecclesiast.* ad annum 45. num. 23 et seq.

3i) Cf. erudita Dissert. P. Fassini, *De ceterum quorumdam Christianorum nominibus,* Venet. 1772; vid. etiam Muratorii dissert. XVIII. *De veterum Christianorum sepulcris,* tom. L *Anecdot.* pag. 185 et seqq., et Saxius, *Diss. de ss. Gervasii et Prolasii corporibus.*

3·) *Lib. coni. Vigilant,* n. 8. opp. edit. Vallars. tom. II. Hic porro notandum est, ss. patres, dum adstruunt cultum sanctorum eorumque reliquiarum, sollicite patefacere

102. 1. Superstitiosum est, mortuorum ossa et cineres venerari, in quibus nulla est excellentia, etiam si verae omnes ac genuinae sanctorum, quae circumferuntur, reliquiae supponerentur; 2. sed quot suppoeititiae? 3. Quotnam abusus in earum cultum irrepsere? Ergo.

103. fie 8 p. Ad I. *D.* Non habent mortuorum ossa ac cinerea excellentiam, ob quam per se et cultu absoluto colantur, *C.* ob quam colantur cultu relativo, A. Habent enim sanctorum exuviae excellentiam relativam, quia, ut superius innuimus, fuerunt corpora eorum, qui viva Christi membra extiterunt et Spiritus Sancti templa, quique nunc jam beata immortalitate potiti cum Christo regnant; propterea et ipsae aliquando ad

Christi fidelibus ingens discrimen, quod intercedit inter cultum, quem Deo, et cultum, quem sanctis deferebant. Inter ceteros s. Augustinus, ut refelleret Faustum, qui immerito idololatriae catholicos insimulabat eo quod sanctos eorumque exuvias magnifico rituum apparatu colerent, in medium alfert argumentum ineluctabile petitum ex sacrificio, quod semper speciatum fuit universali omnium consensu tamquam nota specifica ad recognoscendam et colendam divinitatem. Affirmat propterea s. Doctor, a chrislianis sacrificium soli Deo offerri, numquam autem sanctis. Libro siquidem XX. *Coni. Faust,* cap. 21. fidenter interrogat: „Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit: offerimus tibi Petre aut Paule aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit; ut ex ipsorum locorum admonitione major affectus exurgat ad acuendam caritatem et in illos quos imilari possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis et societatis, quo et in hac vita coluntur sancti homines Dei . . . sed illos tanto devotius quanto securius post superata certamina."

Cum Beausobrius hoc se argumento premi persentiret, nullam aliam evadendi viam invenit, quam infleiandi aetate s. Augustini panis et vini eucharistici oblationem velut sacrificium creditam fuisse. Ast in hac bypothesi s. Doctor responsum dedisset Fausto sensu communi destitutum. Cf. Murator. *De rebus lilurgicis,* cap. 16 et seqq. ubi luculenter ostendit adversus Basnagium perpetuum utriusque ecclesiae orientalis et occidentalis consensum in profilendo dogmate de veritate sacrificii in Eucharistiae oblatione. Extat haec dissertatio in op. cit. vol. L Cf. etiam dissertatio III. Toullée *De doctrina s. Cyrilli hierosolymit.* cap. 12. Jam vero juxta Beausobrium: *Les idées de s. Augustin sur le culte des martyrs . . . sont assez pures (Jlist.* etc. tom. IL pag. 681.); *mais nous nous tromperions infiniment, si nous jugions par là des idées et de la pratique des peuples. Il en était du christianisme des s. Augustin, comparé à celui des peuples, comme du paganisme des philosophes comparé de même à celui des peuples.* Id est, nos falleremur existimantes, omnes Christianos IV. et V. saeculi fuisse totidem Augustinos in theologiae doctrina et peritia: aut, inter haereticos vel etiam nonnullos inter catholicos extilisse, *qui luxuriosissime super mortuos biberent* (Aug. *De mor. eccl.* cap. 39.), verissimum est. Ast pastorum et populorum coetui non fuisse ideas satis puras circa cultum martyrum eorumque reliquiarum, hoc constanter negamus; neque unquam aut Beausobrius aut Gibbonius contrarium evincent. S. Augustinus non de se solum, sed generalim dicit: *Quis antistitum* etc. et alloquens gregem suum: *Quando audistis?... numquam audistis, non fit, non licet (Serm. de divers.* CI. cap. 7.). Quid porro commune habent pauci otiosi philosophi sine missione, sine auctoritate, sine populis sibi commissis, patria et aetate inter se remotissimi cum prodigioso doctorum et paslorum numero ecclesiae calholicae, ut conferri inter se possint?

aeternam vitam excitandae sunt et glorificandae. Hinc fit, ut, quemadmodum absque stultitiae labe, uti cara pignora habemus res eorum, quos vel absentes vel extinctos adhuc diligimus, ita absque labe superstitionis honore prosequamur, seu cultu relativo veneremur eorum corpora, quorum praeclara gesta suspicimus et quibus adeptam gloriam gratulamur.

104. Ad 2. Aliquot martyrum aut sanctorum reliquiae vel dubiae vel supposititiae sunt, *Tr.* omnes, aut quot saltem adversarii lingunt, *N.* Hoc vero satis est. Haec porro difficultas non attingit cultum ipsum, quem adstruimus, sed praxim. Ecclesia autem semper sollicita fuit in veris a dubiis ac falsis reliquiis secernendis. Tridentina synodus, sess. XXV decrevit, non esse *novas reliquias recipiendas, nisi recognoscente et approbante episcopo,* et quidem cum iis cautionibus, quas sapienter praescribit. Impossibile porro est omnes omnino fraudes, quae irrepere possent, praecavere. Ceterum cum hic cultus totus relativus sit, ut saepius monuimus, nullum detrimentum aut fidelium pietas aut religio capere possunt. Apposite Leibnitzius: *Quoniam,* inquit, *pii tantum affectus res est, nihil refert, etiamsi forte contingeret, reliquias quae pro veris habentur supposititias esse.*[39] Atque hoc quidem in hypothesi adversariorum. Ceterum tot falsae non habentur, quot ipsi comminiscuntur.[40]

f 1 06. Ad 3. *D.* Abusus irrepserunt ex parte privatorum et ideo tollendi ac corrigendi sunt, *C.* ex parte ecclesiae, *N.* Religionis corruptelam quovis tempore ecclesia detestata est et emendare curavit. Addo nihil esse quo interdum homines abusi non sint, aut saltem abuti nequeant. Stultum porro consilium esset, velle rem ipsam tollere ad abusus omnes praecavendos, qui vel humana imbecillitate vel ex destinata malitia oriri possent.

CAPUT V.

DE SACRARUM IMAGINUM USU AC VENERATIONE.

106. Ex praescripto concilii tridentini imagines Christi, Deiparae Virginis et aliorum sanctorum in templis praesertim habendae ac retinendae sunt, eisque debitus honor et veneratio impertienda: *Non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas vel virtus, propter quam sint colendae; vel quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, vetuli olim fiebat a gentibus, quae in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant; ita ut per imagines quas osculamur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoremus, et sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneremur.* [1]

Quoniam vero ex sacrarum imaginum hostibus alii, usum ipsum imaginum insectantes, eas destruebant, et *iconoclastae* propterea nuncupati sunt, alii vero, illarum usum admittentes, ad templorum ornatum et decorem vel historiam, cultum tantum ac venerationem impugnent, quique *iconomachi* vocantur, cujusmodi sunt recentiores protestantes, idcirco adversus utrosque doctrinae catholicae vindicias sumere debemus. Ne tamen dicendorum copia confusionem· ingerat, in duas propositiones rem totam dispertiemur in quarum altera ex Scriptura, in altera vero ex traditione probatioues catholici dogmatis promemus.

PROPOSITIO L

Sacrarum imaginum usum ac venerationem, licitam ac piam esse sacrae litterae ostendunt.

107. Ac primo quidem ad **sacrarum imaginum usum** quod attinet, illum Dei ipsius mandato in V. T. obtinuisse, constat ex iis, quae Exod. XXV. 18 et 19. leguntur; cum scilicet Deus jussit duos extrui aureos Cherubim ex utraque tabernaculi parte et super arcam testimonii, dicens: *Duos quoque Cherubim aureos et productiles facies, ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, et alter in altero.* Sic Num. XXI. 8. mandavit Dominus Moysi, ut faceret serpentem aeneum ac poneret *eum pro signo : qui percussus aspexerit eum, vivet,* ut ibidem legitur. At vero serpentem aeneum Christi in crucem elati signimi seu imaginem fuisse, declarat ipsemet Salvator noster, Joann. HI. 14. dicens: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* Porro, si licitus ac salutaris fuit veteris figurae usus, quae futuram Christi passionem obumbrabat, cui· noxius erit et illicitus usus imaginis Christi in cruce passi?

108. Non minus luculenter eaedem sacrae litterae licitam ac piam evincunt earumdem **imaginum venerationem.** Arcam enim, quae Dei praesentiae symbolum prae se ferebat, maxima veneratione prosecutos esse veteres hebraeos, inter cetera Josue exemplum ostendit, qui, ut legitur Jos. VII. 6: *Scidit vestimenta sua, et pronus cecidit in terram coram arca Domini usque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Jsrael.* Magno praeterea apparatu ac religiosa pompa camdem arcam a Davide publica ac

Syst. theol. pag. 198. Et hinc ruunt omnes declamationes nonnullorum protestandum, praesertim vero Breckenridge in cit. controversia.

40) Cf. in hanc rem *Dissertazioni dei P. Anton Maria Lupi, poste in luce da Franc. Antonio Zaccaria,* Faenza 1785. tom. I. diss. L ubi §. 125 et seqq. praeclare et eradite ostendit, falsum esse, quod a Burneto aliisque cum eo scriptum eSl in locis subterraneis (vulgo *eataconibe')* sepullos fuisse paganos: neque confundi debere coemeteria Christianorum cum *puticulis* ethnicorum romanorum.

*) Sess. XXV,

solemni supplicatione translatam primum e domo Abinadab ac deinceps de domo Obededom in civitatem David exhibet liber II. Keg. cap. VI. Quinimmo cx Ps. XCVUI. 5. patet, cultum istum erga aream Domini ex Dei ipsius mandato quodammodo profluxisse, iis verbis: *Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est. Scabelli* autem nomine arcam significari, constat ex I. Parai. XXVIII. 2. ubi David de seipso dicebat: *Capital i, ut aedificarem domum, in qua requiesceret arca foederis Domini, et scabellum pedum Dei nostri.*

\ el itaque dicendum, licitum ac pium, ideoque omni prorsus idololatria ac superstitione immunem esse imaginum usum ac venerationem, vel idololatriam ac superstitionem a Deo ipso praescriptam et commendatam fuisse; quod si postremum hoc absurdum ac impium cogitatu est, immerito ac per summam calumniam iconomachi protestantes ineptis obtrectationibus quotidie catholicis insultant, eosque traducunt tamquam totidem idololatres ac superstitiosos, eo quod imaginibus Christi, Deiparae ceterorumque sanctorum honorem illum deferunt, quem Deus ipse quoad arcam et propitiatorium et verbis et factis in sacris litteris commendavit.2 Constat igitur ex dictis sacrarum imaginum usum et venerationem licitam ac piam sacras litteras perhibere: quod primum nobis ostendere propositum erat.

DIFFICULTATES.

109. **Obj.** 1. Deus Exod. XX. 4 et seqq. omnem imaginum usum et cultum aperte prohibuit, dicens: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quae est in coelo desuper, et quae in terra deorsum, nec eorum, quae sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles.* Ergo tam usus quam cultus sacrarum imaginum divinae legi adversatur. 2. Sane si consuetudo est optima legum interpres, cum synagoga ac veteres judaeorum doctores vi istius praecepti omnem rejecerint cujuscumque imaginis usum ac venerationem, nulla superesse potest dubitatio de sensu hujus primi decalogi praecepti. 3. Ac reipsa hoc sensu mandatum istud patres omnes priorum saeculorum interpretati sunt, ut Clemens alex.3, Tertullianus4, Justinus5, Origenes.6 4. Praesertim cum imaginibus ac simulacris chri-

*) Dolcndum plane est, aetate hac nostra, in tanta nempe bonarum artium, scientiarum ac omnigenae eruditionis copia, quam extollunt praesertim protestantes, inveniri adhuc, qui obsoletas naenias refricent de idololatria in cultu catholico, prout factum vidimus a ministris genevensibus in opéré eorum, *Catéchisme sur les principales controverses (pie nous avons avec l'église romaine,* 1821. Multo vero magis mirum esse debet, haec obtrudi ab hominibus, qui rejiciunt mysteria omnia Trinitatis, Incarnationis, divinitatis Christi Domini, peccati originalis, seu ab iis, qui purum deismum ac rationalismum profitentur.

Stromat. lib. V.

*) *Lib. de Specific* cap. 13. et *Lib. de /dolohit.* cap. 3.

s) *Dialog. cum Tryphone.*

e) *Cont. Celsum,* lib. IV. Horum singu-

atianoruin ea omnia aptari possint, quae paganorum idolis cum prophetis patres citati exprobrabant, quod scilicet eadem materia constarent ac vascula communia; quod insensibilia ac irrationabilia essent; quod denique super illis mures, hirundines, araneae jocarentur et nidificarent. Ergo.

110. **Resp.** I. generaliter. Ergo protestantes, qui saltem sacrarum imaginum ac simulacrorum usum admittunt, infractores sunt primi decalogi praecepti; adductae enim probationes non magis venerationem quam usum ipsum imaginum impetunt. Viderint ipsi, quomodo sibi cohaereant.

111. **Resp.** II. Ad 1. *D.* Prohibuit Deus omnem similitudinem et sculptile falsorum deorum vel earum rerum quae pro Deo haberi possent, *C.* omnem omnino similitudinem ac effigiem absolute, *N.*

Etenim id patet I. ex contextu, qui ita se habet: *Ego sum Dominus Deus tuus. . . Non habebis deos alienos coram, me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem. . . Non adorabis ea neque coles. Ego sum. Dominus Deus tuus foriis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Evidens igitur est, hic non agi nisi de imaginibus atque sculptilibus deos falsos, astra aut animalia referentibus, quae tunc temporis ubique gentium ac in Aegypto, et a Zabienis praesertim colebantur; ad quas idololatriae species hic textus manifeste alludit.[7] Ab his autem deterrere Deus populum suum volebat.

lorum testimonia a Dallaeo post alios plures objecta cf. apud Nat. Alex. *Ditis.* 5. *in saec.* VIII. tum apud Petav. *De Ineam.* lib. XV. cap. 6.

7) Si hanc, expositionem confirmaremus auctoritate catholicorum, utpole suspectam rejicerent adversarii. Placet itaque eam communire auctoritate doctorum proteslanlium. Rosenmüller in *scholiis* V. *T.* in hunc loc. sic scribit: ..Hac lege ostendere voluit Deus israelitis, se variarum religionum mixturam et praeter suum etiam aliorum deorum cultum nullo modo probare. Erat enim haec vulgatissima illorum temporum superstitio, ut homines praeter ejus terrae, quam habitabant, Deum, etiam aliarum deos coli posse ac debere putarent;* et in v. 4. ad illa verba: *Non facies tibi sculptile* etc., rursum scribit idem auctor: ..Facile intelligitur, non omnes vetari imagines, ut quidam interpretes voluerunt, sed tantum imagines tum ipsius Dei veri, tum aliorum deorum; erant enim in ipso templo imagines, e. c. cheruborum. Vid. Michaelis, *Jus mosaic.* P. V. §.250; Josephus, *Antiquit.* lib. ItL cap. 5. 5 : *Ὁ δεύτερο (/.ό-γο) κελεύει μηδενό εικόνα ζώου ποιῆνα-τα Λρο χυτεΐν*, secundum praeceptum docet nullius animalis simulacrum adorandum. Et sane hoc versu praecipue innui videtur animalium cultus inter aegyptios usitatissimus. Triplicem, ut ita dicam, aegypliorum idololatriam paucis verbis complexus est Philo in libro de Decalogo etc.* Demum in v. 5: *Non adorabis ea etc.* haec habet: >.Id est, nullo cultu cos adficies, ne legi fraus fiat. Ut nullam omnino imaginem, quae coleretur, statui voluit Deus, ita non modo inflexionem corporis, sed omnem illarum cultum vetuit, ïpri/N Γ'ΙΪΪΤ OàN ego sum Jova Deus tuus, Deus perfidiae in ipsum commissae impatiens. Ut de marito dicitur, qui rivalem pali nequit, sic Deus socium in cultu, quem ab hominibus postulat, ferre non potest. Atque hoc ipsum hic significare vult israelitis; neque enim se coli tantum jubet, sed se solum; negatque, se passurum sibi alienos deos conjungi, aut partem cultus sibi soli

Agitur propterea de cultu latriae et absoluto, qui nihil commune habet cum dogmate catholico de imaginibus Christi aut sanctorum, (piae coli non debent nisi cultu relativo. Quid plura? Vel ipse Lutherus objecta Exodi verba interpretatus est de idolis ac idolorum cultu in colloquio orlamundensi ad exclusionem sacrarum imaginum. B

112. Patet II. ex eo, quod verba ista unum idemque mandatum constituant de imo Deo colendo, ad deorum, quicumque demum ii fuerint, eommque simulacrorum exclusionem: alioquin non decem, sed undecim essent decalogi praecepta. 9

113. Patet IU. ex facto; etenim si Deus quodeumque omnino sculptile vel similitudinem aut imaginem fieri prohibuisset hoc praecepto, profecto neque arcam neque Cherubim aut aeneum serpentem fabricari jussisset: multo minus permisisset populum suum prosternere se coram arca, eamque in publica supplicatione deferre.

114. Ad 2. *D.* Si reipsa de hac consuetudine ac praxi non interrupta constaret, *Tr.* vel *C.* si non constet, immo si contrarium documenta ipsa evincant, A. Porro certum est. antiquiores hebraeos alio sensu verba decalogi, quae objiciuntur, intellexisse ac deduxisse in praxim. Si enim de usu imaginum sermo sit, luculentum exemplum occurrit, III. Reg. VI et VII. in eo, quod fecit Salomon in templo Domini, in quo extruxit Cherubim, leones ac boves, palmas aliaque ornamenta. Deus autem non solum non improbavit ejus agendi rationem, sed gloria ac majestate sua templum implevit. 10 Si autem de veneratione loquamur, vidimus, qua ratione se gesserint Josue ac senes Israel et David cum universo populo.

exhibendi in ulla simulacra deorum alienorum transferri.- Vol. II. Lips. 1822. Cf. etiam Michaelis, *Jus mosaicum.* part. I. §.33.

·) Vid. Audin, *Hist, de la vie de Luther.* Paris 1841. tom. II. pag. 194 seq.

9i Cf. Bcllarm. *De beatificat, et canoniz. Sanet.* lib. II. cap. 7. n. 3 c-t seqq. Petav. *De Incarnat,* lib. XV. cap. 6. §. 3 et seq. ubi et illud probe notat, non esse confundendam imasinem, *ιΐκό-^α* cume t'dw-*λο*. effigie rei non existentis. Cavendum propterea hic a Roberto Slephano, Scapula aliisque lexicographis protestanlibus. Ceterum, ut ad illud a quo discessimus, redeamus, ipsi protestantes saltem lutherani nobiscum consentiunt in partitione praeceptorum, ac tria priora ad primam tabulam referunt, septem posteriora ad secundam tabulam; quare el ipsi v. 3, 4 et 5. pro uno eodemque praecepto habent. Hinc ridendum se prodit procax Breckenridge, dam in controversia, quam habuit cum Hughes, n. 4. pag·. 35. et alias saepe, insimulat auctores Catechismi Romani, quod suppresserint aliquot verba *secundi,* ut ipse cum suis *reformatis* vocat, praecepti, quo prohibentur imagines earumque cultus. In omnibus editionibus, quas ipse consulere potui, integra reperi illa ejusmodi verba. Celerum adeo puerilia haec sunt, ut vix commemorari debeant. Effrons hic provocator saeculo ad minus toto se a praesentis polemicae statu dissitum, ac non minus catholicae quam protestanticae doctrinae ienarum ostendit.

,Q) Cf. II. Paralipom. VII. 1 et seqq. Ex quo refellitur Josephus Flavius, qui *Antiqq.* lib. VILI, violatae legis Salomonem accusat, eo quod in templo palmas leones et boves collocari curaverit.

Br*

t L

Dixi *antiquiores* hebraeos; nam non abnuimus, synagogam post reditum a captivitate babylonien severiorem hac in parte finisse; verum id non tam ex vi legis repeti debet, quam ex peculiari sollicitudine, quam habuit, ne populus in superstitionem delabcretur; quaque fiacturn est, ut tum circa hunc articulum tum circa alios non paucos ad firmiorem legis custodiam constitutiones sanxerit, quas rabbini vocant *sepem legis divinae.*ll

115. Ad 3. *D.* Loquuntur citati patres de ethnicorum idolis ac simulacris falsorum numinum, C. absolute juxta sensum catholicorum, Ar. Ex toto enim contextu patet, scriptores illos agere de idololatria, quam impugnabant; ac proinde tum ex subjecta materia, tum ex adversariorum indole, quos perstringebant, aperte colligitur, ipsos nec verbum habere, quod feriat catholicam doctrinam; prout magis etiam constabit ex inferius dicendis. Quod si nonnulli inter ipsos visi sunt sensisse, per primum decalogi praeceptum omnem reipsa prohibitum fuisse imaginum usum, praeterquam quod non sibi constiterint12, reponimus, eos de imaginibus Dei locutos esse, prout ceuset Natalis Alex.; quod inverisimile non videtur pro illorum temporum peculiaribus adjunctis. 13 Etenim cum ethnici deorum suorum imaginibus fingendis assueti essent, patres in alteram partem deflexerunt.

116. Ad 4. *N.* Merito patres haec urgebant adversus ethnicos, qui vel idola totidem deos esse autumabant, vel saltem in illis divinam quamdam putabant inesse virtutem. Haec enim omnia a catholicorum fide toto coelo distant, qui nullam intrinsecam excellentiam aut virtutem in imaginibus agnoscunt; alioquin haec ipsa urgeri potuissent adversus arcam Cherubim et aeneum serpentem; siquidem super istis pariter mures et araneae jocari poterant, et aves nidificare.

PROPOSITIO II.

Usus ac veneratio sacrarum imaginum ex traditione evincitur.

117. Ac primo usum sacrarum imaginum tribus prioribus ecclesiae saeculis obtinuisse, certa et antiquissima monumenta indubium faciunt.

n) Quo refertur jussio illa, e. gr. qua praescribebatur, ut in flagellatione triginta novem tantum ictus infligerentur. Cf. Petav. *De ineam.* lib. XV. cap. 6. §. 6 et seqq. Non semper eadem hebraeis stetit sententia circa vim primi praecepti decalogi et circa imaginum usum. Seldenus, *De jure naturae et yentium juxta leyes Hebr.* lib. II. cap. 6. ostendit bcbraeos a primaeva severitate paululum recessisse.

ia) Nam Tertullianus, qui in *Libro de idololatr.* cap. 3 et seq. autumaverat, Deum in decalogo omnem prorsus imaginem ac rei cujusque similitudinem fieri interdixisse, in lib. II. *Cont. Marcionem,* cap. 22. ut se extricet a difficultate sibi proposita, quod nempe Deus mandaverit, quod fieri interdixerat, respondet, legem non in totum vetuisse fleri similitudinem aliquam, sed eam tantummodo, quae ad hoc fleret, ut pro Deo coleretur. Idipsum dicatur de Clemente alex, aliisque, de quibus cf. Petav. loc. cit.

**) *Diss.* VI. *in saec.* VIII. §. 1,7.

Post tot eruditorum labores qui omnem impenderunt operam in christiania antiquitatibus perquirendis ac illustrandis, talem evidentiam historicam hoc argumentum adeptum est, ut contemni potius quam refelli mereantur, qui adhuc in ejus negatione insistunt. Cum igitur vix non obruamur ejusmodi monumentorum copia, nobis satis erit, hic ea indicare, ne longius, quam par sit, in re non necessaria excurramus.

118. I. Apud archaeologos compertum est, primos Christianos consuevisse symbolis exprimere mysteria religionis imaginum ope. Sane annulorum referentium imaginem piscis vel columbae, quibus christiani viri utebantur, meminit Clemens alex.[1] Plura ejus rei monumenta proferunt Aringhius: ac Buonarrotius3, qui praeterea reliqua veterum testimonia collegerunt.

119. II. Symbola ista in lapidibus, lucernis, gemmis, picturis, sarcophagis occurrunt, in quibus etiam potiora V. T. facta expressa reperiuntur, quorum praecipua post Bosium et Aringhium collegit Mamachius.[4] Ad novi autem Testamenti symbola quod spectat, illustria sunt ea, quae saepe saepius in coemeteriis reperiuntur. Talia sunt Christi imago in monte consistentis, ex quo quatuor tiumina originem habent, ejusdemque Salvatoris crucem aut virgam gestantis figurae, quae passim etiam in musivis operibus conspiciuntur, de quibus erudite scripsit Bottarius.[5] Item imago Christi sub figura boni pastoris vel pascentis vel succollantis ovem in vitiis, in lucernis, in sarcophagis, in parietibus, in getlit is, in calicibus passim reperitur; plura hujus symboli monumenta proferunt, praeter laudatos scriptores, Boldettus, Casalius atque Ciampinius.[6] Hujus praeterea consuetudinis meminit Tertullianus, qui in lib. *De pudicitia,* cap. AHI. scribit: *Procedant ipsae picturae calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpre-*

[1]) *Paedag.* lib. III. cap. 11. tom. I. pag. 289. edit. cit. De pisce haec habet P. Halloixius in *Illustrium saeculi secundi script, vitis,* pag. 143: ..Clemens, agens de annalis Christianorum obsignatoriis, suadet inter alia, ut piscis figura in illis insculpatur, non alia, opinor, de causa, quam ut memores sint aquarum baptismi, in quibus tamquam pisciculi vitam acceperint, in Christo Jesu post veterem hominem renati.·* Est etiam notissimum, *ιχθυς,·* symbolum olim christiani nominis fuisse, quod istius litterae essent initiales */ηθοὺ Χçioroû Qtoù } ίου Σωτηρο* . Tertull. etiam in lib. *De baptismo* ad hoc symbolum alludens scribit: ..Sed nos pisciculi secundum *ίχΟὖν* nostrum Jesum Christum iu aqua nascimur: nec aliter quam in aqua permanendo salvi sumus.*l

2) Op. cit. praesertim toto lib. III.

[3]) Filippo Buonarroti, *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro.* Firenze 1716.

4) Origin, et antiqq. christ. Romae 1751· lib. III. cap. 1. §. 3 et seqq.

s) Sculture e pitture sacre estratte dai cimiteri di Roma, Roma 1737. trih. vol. in fol.

®) Boldetti oper. cit. lib. II. cap. 11 et seqq.; Casalius, *De veteribus Christian, ritibus.* Romae 1647; Ciampini, *Vetera monimenta,* Romae 1690. part. I. cap. XVII et seqq.

talio pecudis illius; et iterum ibid, cap. X: *Si forte patrocinabitur pastor, quem in calice depingis.*

120. III. Ad haec accedunt vetiieta monumenta de aliis symbolis, quibus Christum resque ab co gestas prisci Christi fideles expresserunt, ea quae b. Virginem, angelos, sanctos referunt, nec non figuras animalium, plantarum, domorum, navis, anchorae, doliorum, aliarumquc ejusmodi rerum; de quibus praeter citatos auctores fuse scripserunt Blanchinius7, Fabrettus8, Fogginius9;* Marangonus‘° aliique archaeologi sacril’, quibus jungendi sunt qui non ita pridem de pingendi aut sculpendi arte juxta antiqua monumenta scripserunt. 12 Exploratum est igitur, receptissimum apud Christianos fuisse imaginum usum tribus prioribus ecclesiae saeculis.

121. Ex hoc porro imaginum usu, quem obtinuisse ostendimus ab ipsis ecclesiae primordiis, facile colligimus, earum pariter viguisse in ecclesia venerationem. Etenim, cum imaginum veneratio relativa sit ad venerationem prototyporum, eo ipso quod christiani Christum ac sanctos venerarentur, ut ex demonstratis constat, in veneratione pariter habuerunt eorum imagines. Adeo enim haec inter se connexa sunt, ut unum sine altero vix aut ne vix quidem subsistere possit; quod vel ex ipsa protestandum agendi ratione patet, qui, cum vellent imaginum venerationem tollere, cultum ipsum sanctorum abstulerunt.

122. Sed non desunt documenta positiva, quae ostendant, tribus prioribus ecclesiae saeculis imaginum venerationem viguisse. Constat enim, ethnicos passim accusasse christianos, quod cruces adorarent, quasi in illis (juxta ethnicorum principia) divinitas quaedam lateret. Sic enim loquitur Caecilius ethnicus apud Minucium Felicem in *Octavio: Et qui hominem summo supplicio pro facinore punitum, et crucis ligna feralia eorum caere-*

7) Cf. ejus eruditae nolae in *Prolegomena ad r,itas romanorum pontificum* Anastasii bibliothecarii, 1723. loin. II. cap.4; tum ibid, opusc. 16. el alibi passim; tum vol. III. *Proleg.* opusc. II.

8) *inscription, aiitiguur.* Romae 1699. cap. 8. pag. 545 el seqq.

9) *De rotnano d. Petri itinere et aposlolatu,* Florentiae 1741. exercitat. XX. pag. 453 et seqq.

,0) *Delie cose gentilesche* etc. cap. 72.

*') Hos congessit magno numero Mamachius, op. cit. lib. III. §. 20 et seqq.

”) D’Agincourt, op. cil. *'Storia dell' arte,* vol. IV. pag. 69 el seqq. plures imagines commemorat a se repertas in subterraneis romanis elaboratas jam a tempore primae persecutionis. Ex harum imaginum stilo, quem contulit cum imaginibus a se pariter repertis in sepulcro familiae nasonioruin, nempe Ovidii, extra portam Pinciain, collegit, eas spectare ad saec- II. aerae Christianae.

Unde duo inferimus: 1°. usum imaginum jam a primo et secundo saeculo in ecclesia viguisse, ideoque non a basilidianis aut gnosticis hunc usum ecclesiam mutuatam esse, ut nonnulli reccntiores protestantes inscite autumarunt, sed cum ipsa coepisse; 2°. cultum imaginum, ut animadvertit idem auctor, ab interitu liberasse artes sculpturae atque picturae, quarum protestantes nunc studiosissimi sunt. Sane Roma bonarum artium semper extitit domicilium. Sic etiam Winckelmann, de quo postea.

montas fabulantur, congruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id colant quod merentur ’·’: et iterum: *Ecce vobis minae, supplicia, tormenta, etiam non adorandae sed subeundae cruces.* 14 Id ipsum postea objecit Julianus, apud s. Cyrillum lib. VI. contra enmdem dicens: *Crucis lignum adoratis, eiusque signa in fronte formatis, et postibus aedium insculpitis* 15; item Celsus apud Origenein, lib. II. n. 47; ex quo insuper patet ethnicos existimasse, omnes crucifixos a christianis coli, ut adnotant maurini editores in hunc locum. Evidens proinde est, jam ab ipso ecclesiae initio coli a christianis cruces consuevisse; quae res cum in ethnicorum pervenisset notitiam, effecit, ut ii cruces in deorum numero a christianis haberi contenderent.

123. Quod de cruce dictum est, de ceteris imaginibus dici debet, quas in veneratione veteres christianos habuisse praeter ea, quae in medium allata sunt, satis aperte evincit usus eas servandi in ecclesiis seu cubiculis in coemeteriis positis. In coemeterio enim Praetextati adhuc vetus cubiculum, ubi mysteria celebrabantur, visitur pictum, in cujus fornice eminet imago Salvatoris 16; eadem pariter occurrunt in coemeteriis Callixti, s. Agnetis, Priscillae ac sanctorum Petri et Marcellini in via lavicana.17 Praeterea id ipsum evincunt vitra, in quibus jam a saectdo III. exhibetur b. Virgo cum puero Jesu *nimbis,* seu aureolis et coronis redimita: his siquidem honor seu cultus significatur, quo b. Virginem in imaginibus ejus primi christiani prosequebantur.,8 Ex his igitur aliisque non paucis ejusmodi monumentis, quae afferri possent, luculentissime constat, tum usum tum venera-

*’) §. 9. *Biblioth. Patrum* edit Ven. tom. Π. pag. 386.

“) Ibid. §. 12. pag. 387.

,s) 7o *τού Οταυρού προ χυνείτε ξνλον, είχόνα αύτού Οχιαγραφούντε έν τώ μετώχω, χαί* .τρο *των οϊχημάτων έγγραφοντε* . Opp. s. Cyrill. edit. Auberti, Paris. 1638. tom. VI. part. IL pag. 194.

,e) Cf. Boldetti, op. cit. lib. I. cap. 4.

»’) Ibid.

18l Cf. Ant Mariani Lupi, S. J. op. cit. tom. I. dissert. VIII. pag. 243 et seqq. ubi describit vitrom repertem in coemeterio Callixti, sanguine adhuc adspersum, in quo exhibetur b. Virgo in throno sedens elevato, ac super genibus tenens infantulum Jesum. Infantulo Jesu adstat diaconus cum flabello. Porro tum infantis Jesu tum b. Virginis caput nimbo seu aureola circumdatum est, quo quidem signo usi primi christiani sunt ad significandam venerationem peculiarem erga Christum Jesum ejusque matrem. Nimbus enim usurpabatur ab ethnicis ad numina sua condecoranda; deinceps vero imperatorum imaginibus apponebatur post ipsorum apotheosim. De imaginibus, quae capita radiatis orbiculis, lunulis vel corollis praedita exhibent, praeter Joann. Nicolai in *Diss. De nimbis,* fuse et erudite egerunt Buonarrolus, *Osseri;, sopra i frammenti di retri,* pag. 65 et seqq. et Ciampinius, *Vetera monimenta,* cap. 14. Jam vero ostendit Lupi, hoc vitrum referri non posse nisi ad epocham persecutionis diocletiani, immo et Decii ac Valeriani anteriorem. Plura alia vitra, exhibentia imagines Salvatoris et sanctorum, nimbis in capite ornatas, cf. apud Boldetti, lib. I. cap. 39. Cf. praeterea quae scripsimus in tract. *De locis theolog.* part. II. sect. II. cap. 3. num. 477. cum notis appositis.

tionem seu cultum sacrarum imaginum antiquissimum esse, atque ab ipsis apostolicis temporibus ad ecclesiam pervenisse.

124. Sed demum ipsa natura rei ad hanc admittendam sacrarum imaginum venerationem quodammodo nos ducit, immo et impellit. Fieri enim nequit, pro diversa ratione qua erga aliquem affecti sumus, amore scilicet aut odio, existimatione aut contemptu, quin iisdem animi sensibus feramur erga imagines aut simulacra, quae protdtypum referunt. Hinc receptum est, ut, cum nostrum erga quempiam amorem aut odium patefacere volumus, honoremus aut destruamus illius imagines ac simulacra, quod ex quotidiano experimento fieri comperimus. Quare, si ipsis fatentibus adversariis, principum aut doctorum virorum et eorum qui bene de patria meriti sunt ob civile, litterarium, aut naturale ac morale aliquod motivum, imagines ac simulacra civiliter honorare possumus, cur Christi et sanctorum imagines ob motivum religiosum religiose venerari, et hanc venerationem externis signis ostendere non poterimus?

Militat autem peculiaris ratio pro hac religiosa veneratione, siquidem nos utpote sensibus praediti, ita a natura comparati sumus ut imaginibus, quae sub sensus cadunt, magis permoveamur ad excitandos in nobis devotionis seu pietatis sensus eosque fovendos.[19] Quemadmodum enim turpibus imaginibus mali in nobis affectus excitantur, sic ex conspectu imaginum Christi, Deiparae aut sanctorum magis incalescunt pii animi motus. Velle propterea omnes sacras imagines removere, aut iis debitam abolere venerationem, perinde esset ac igni sacro fomentum subducere et prorsus extinguere.

19) Hunc effectum se expertam esse in se ipsa, s. Theresia testatur in *Vita sua,* cap. 9; a conspecta enim imagine Salvatoris patientis repetit primordia sanctioris suae vivendi rationis. Lubet ejus verba juxta latinam versionem describere, ut pateat discrimen ingens, quod intercedit inter sanctorum ct haereticorum sensa circa sacras imagines: «Factum est autem, *inquit,* ut, cum quadam die oratorium intrassem, quamdam in eo viderim imaginem . . . depictus in ea erat Redemptor noster Christus, vulneribus et plagis undequaque deformatus, ita aspicientes ad compassionem commovens, ut, statim atque in eam oculos conjeci, tota interius turbata sim, quod tali Jesum in schemate et forma viderem, ut ad vivum repraesentarentur, quae pro nobis is passus esset. Talem quidem in animo meo dolorem sensi, quod illi ob acceptas hasce plagas tam parum grata extitissem, ut cor mihi in duas diffindi paries videretur; unde ipsa me multis cum lacrymis coram eo abjeci, ex animo eum rogans, talem mihi aliquando constantiam atque animi robur daret, ut posthac amplius eum non offenderem. . . . Hanc ob causam ita erga imagines et picturas afficiebar. Vae autem illis infelicibus haereticis qui culpa sua hujusmodi bono excidunt; unde clare colligere est, illos Dominum neutiquam diligere. Si enim eum diligerent, ejus haud dubie imagine delectarentur; quemadmodum etiam inter amicos mundanos juvat et delectat, imaginem videre ejus, quem unice diligimus." Quanti vero fecerit Leibnitzius opera virginis abulensis, quantique faciant protestantes in Germania, qui vulgo *pietistae* vocantur, notissimum est.

125. Ad praecavendas vero difficultates, praestat animadvertere cum Petavio: 1°. imagines ad religionis essentiam minime pertinere; sed ex eorum per se genere esse quae ad salutem absolute necessaria non sunt; ac propterea in potestate esse ecclesiae, ut ea vel adhibeat vel ableget, prout satius esse existimaverit, oujusmodi ea omnia sunt, quae *positivi* vulgo *juris* dicuntur. Hinc pro locorum, temporum ac personarum adjunctis interdum adscitas. interdum vero ablegatas imagines ab antiquis videmus.20 2°. Quod diximus de imaginibus in se spectatis et earum veneratione, pari ratione dicendum est de ritu seu exterioribus hujus venerationis significationibus: cum hae ad disciplinam spectent ac subsint ecclesiae regimini, quae eas moderari potest, prout magis expedire judicaverit. 21 Sane comperimus, aliis temporibus ecclesiam aliquid induisisse, quod aliis vetuerat, cum res tamen in se salva semper consistat.

DIFFICULTATES.

126. **I. Obj.** 1. Veteres patres ethnicis exprobrant simulacrorum cultum; ergo haec non colebantur a christianis, alioquin facile ethnicis fuisset haec ipsa intorquere in christianos. 2. Adde, ethnicos crimini vertisse christianis, quod ipsi *nulla haberent nota simulacra*22*:* 3. neque id christianos apologetas inficiatos esse; qui 4. profitebantur, se nec crucem quidem colere, neque aliud quodcumque simulacrum. Hinc est δ. quod quatuor prioribus saeculis in veterum ecclesiarum instrumentis et sacrae suppellectilis recensionibus nullae prorsus imagines occurrant23 Ergo.

127. **Resp.** ad 1. *D. consequens* Non colebantur a christianis *simulacra* seu potius *imagines*2* eo cultus genere et ea ratione, qua ab ethnicis

20) *De Incam.* lib. XV. cap. 13. §. 1.

'*) Quae si attendisset Beausobro, minime ei excidissent, quae babel *Hist.* cit. lib. II. cap. 4. $. 6. ubi relatis verbis ex concilio nicaen. II: *Inducit* (Leucus Cariniis) *Lycomedem coronantem imaginem apostoli quemadmodum graeci sua idola.* subdit: Et, si cela est vrai, il faut que le Saint-Esprit ait abandonné dans cet endroit le sacré coneile à son esprit particulier; car, depuis ce temps-lâ. rien n'a clé pins catholique que la coutume de couronner les images.'1 Cf. quae in hunc concilii locum adnotat Christianus Lupus, *Dissert. de septima synodo,* action. V. ubi inter cetera scribit: ..Paganismi extinclio abstulit offensionem et scandalum, atque ita coronandi ritus ex impio et gentili factus est pius, religiosus, christianus.- Opp. edit. Vend. 1724. fol. toni. III. pag. 243. Addo, hic non agi de definitione concilii, sed de verbis prolatis a solo Joanne monacho. Ila Beausobre abutitur bona lectorum fide.

Apud Minucium in *Octavio;* eadem objiciebat Celsus apud Origenem, lib. VIII. n. 17.

*T) Ita Dallaeus, lib. *De imagin.* Cf. apud Nat. Alex. *Dissert.* VI. *in saec.* VIII.

14) Etsi, ad rem ipsam quod attinet, perinde sit, imagines ac simulacra habere ct venerari, attamen permisceri inter se haec nequeunt. Usus enim sacrarum imaginum receptissimus, ut vidimus, a primordiis religionis christianae fuit, simulacrorum autem rarissimus exlilit, ita ut vix de lis documenta inveniamus. Meminit quidem Eusebius, *Hist. eccl.* lib. VII. cap. 18.

WMCTWBWnPW

colebantur, (·. nulla ratione colebantur, *subdist.* in nonnullis provinciis, *Tr.* nullibi, A. Veneratio enim seu cultus sacrarum imaginum apud christianos nullus censeri potest, si conferatur cum eo cultu, quo ethnici idola sua prosequebantur. Ethnici enim simulacra sua cultu absoluto ac supremo et ingenti apparatu adorabant; christiani autem, illa praesertim aetate, ne imitari viderentur gentiles, alieni omnino erant ab exteriori illa pompa ac ritu. Imagines enim non habebant, nisi ut sibi referrent prototypa, ad quae cultum suum referebant, et quidem in ordine ad Deum. Constituto siquidem monotheismo tamquam basi totius religionis, reliqua non erant nisi adminicula; quibus nonnisi parce, spectatis rerum adjunctis, utebantur quandoque etiam nullo modo, ne criminationibus locum darent, aut periculo objicerentur relabendi in superstitionem, a qua vix emerserant per ethnicismi abjurationem.25 Quapropter ethnici in christianos intorquere non poterant, quae hi illis exprobrabant in simulacrorum cultu.

128. Ad 2. *D.* Quae scilicet ipsis innotescerent, C. quasi nulla christiani haberent, A. Vidimus enim, christianos in cryptis, in coemeteriis, in aediculis imagines servasse, ac plurimum cavisse, ne in ethnicorum notitiam venirent. Caecilius propterea quaerit ab Octavio, cur christiani *occultare et abscondere quidquid illuc colunt, magnopere nituntur: cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint?*

129. Addo, non magis urgere ejusmodi expostulationem usum imaginum quam altarium et templorum, etenim sic loquitur Caecilius loc. cit.: *Cur nullas aras habent? templa nulla? nulla nota simulacra?* Quod tamen adversarii non contendunt.

130. Ad 3. *D.* Eadem ratione, qua inficiafi haud sunt, se non habere altaria et templa, *C.* alia ratione aut sensu, A. Certissimum enim est, primos fideles et aedes sacras et altaria habuisse, ut innumera illius aetatis documenta testantxu·26; attamen, cum ad mentem ethnicorum respon-

statuae, quam Christo Domino apud Paneadem erexerat mulier illa, quae sanata est a sanguinis fluxu; attamen rarior fuit earum usus in ecclesiis. Hinc graeci vix in suis templis *statuas* habent; contra vero *imaginum* usus et cultus perinde apud ipsos est ac apud latinos. Quare mirum esse non debet, si videamus ab ethnicis exprobrari christianis, quod non haberent *simulacra,* christianos vero id non inficiari; ast de imaginibus nec verbum occurrit. Ceterum cl. Winckclmann, *Storia delC arte presso gli auliehi,* Prato 1832. tom. III. cap. 2. §. 25. commendat statuam marmoream s. Hippolyti mari, sedentis, quae in bibliotheca ad Vaticanum reperilur. Putat, eam jam a tempore Alexandri Severi imp. fuisse elaboratam. De hac loquitur pariter Vignoli. Blanchinius autem ejus effigiem exhibet in edit. Anaslasii cit. tom. II. pag. 159 et seqq.

3i) Cf. Petav. loc. cit.

“) Cf. Ciampini, *Vetera monimenla,* qui catalogum exhibet ecclesiarum, quae vigente adhuc persecutione erectae sunt, toto cap. 18. Fateor, non omnia, quae hic auctor profert, ad critices severioris amussim redacta esse; attamen nonnulla videntur satis firmata. Verum hoc elencho dimisso, utpote minus tuto, certissimum est,

derent apologetae, nec vellent ree Christianas ipsis prodere, ideo non negabant. quod ipsis ab ethnicis opponebatur. Porro quod dictum est de altaribus et aedibus sacris, idem dicendum de imaginibus, quandoquidem eadem ratione circa istas sese gesserunt; cum certum pariter sit ex adductis documentis, eas christianos habuisse, et quidem in ipsis locis sacris, uti ostendimus.

131. Ad 4. *D.* Profitebantur se neque crucem, neque aliud quodcurnque simulacrum colere in sensu adversariorum, *C.* nulla ratione, *N.* Liquet enim ex contextu, se eo tantum sensu affirmasse non colere cruces, quasi deos aut divinitatis partes eas esse existimarent. En verba Octavii apud Minucium Felicem: *Cruces,* inquit, *nec colimus nec optamus. plane qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas ut deorum vestrorum parta forsitan adoratis.-T* Itaque hoc imum negat Octavius, coli nempe a Christianis cruces, qua ratione coli ab ethnicis idola solebant, alia non negat, sed silentio praeterit. Idipsum patet ex contextu *Apologetici* Tertulliani, ubi irridet gentiles, qui rudem palum informeque lignum deam scilicet Palladem Atticam aut Farream Cererem esse dicebant, Deique propterea loco habebant. *Nos,* ait ipse, *si forte, integrum et totum Deum colimus*28; perinde ac si diceret: si crucem, ut vos asseritis, velut Deum coleremus, quod falsum est, non palum rudem (cujusmodi Pallas Attica erat aut Ceres

primis saeculis ante ipsam persecutionem Diocletiani christianos ubique terramm sacras aedes seu ecclesias habuisse. Origenes, *Tract.* XXVIII. *in Matth.* n. 38. testatur, aetate sua *ecclesias incensas esse* a persecutoribus. Item *Hom.* X. n. 3. *in Jesu Nave,* loquitur de *ornatu ecclesiarum* et *altarium.* Ecclesiarum pariter meminit, *Hom.* XI. *in Numeros.* Arnobius, *Adr. gentes* lib. IV. circa finem, conqueritur *immaniter dirui* ab ethnicis *conventicula . in quibus summus oratur Deus.* Lactantius, lib. V. n. 2. refert dirutum templum Dei, quod Nicomediae oral. Ibid, n. 11. loquitur de ecclesia in urbe Phrygiae ab ethnicis jussu praesidis combusta. Idem in libio *De mortibus persecutorum,* eversas in orbe Christiano ecclesias uberius commemorat. Eusebius item, *Distor, cedes.* lib. VIII. cap. 13. et Lactantius, iterum lib. cit. *De mort, persec.* cap. 13. aperte tradunt, in Galliis ante Diocletiani persecutionem ecclesias extitisse. Optatus milev. lib. II. pag. 42. *quadraginta basilicas* commemorat, quae Romae visebantur ante eamdem persecutionem: meminit ecclesiarum pariter, quae per id temporis fuerunt in Africa. Vopiscus, in *Vita Aureliani,* epistolam hujus imperatoris exhibet, in qua mentio fit ecclesiae Christianorum. Et haec salis sint, ne ea proferam, quae ex Tertulliano adduci possent, *De idol.* cap. 7. et *Ade. Valent,* cap. 2; et ex Cypriano, qui *epist.* LV. alias LIV. *ad Cornel* opponit ecclesiam Capitolio et altare Domini aris idolorum. Cf. edit. maur. Origenis, in not. ad lib. VIII. *Cont. Celsum,* n. 17. Nardini, *Rom. ant.* lib. VII. cap. 11. reg. 14. pag. 415. praeterea ostendit, christianos vel ante Alexandri Severi aetatem ecclesias sive publica templa Romae habuisse.

M) §. 29. Cf. in hunc loc. adnotatio Gallandii. Vid. etiam *Diar. erudii, ital.* tom. XXVII. pag. 391 et seqq. Trombell. *De cultu sancior,* tom. II. part. III. pag. 373.

M) Cap. XVL Vid. in hunc loc. La Cerda.

Farrea), qui pare erucis sit, sed integram enicem, atque adeo integrum Deum adoraremus.

132. Ad 5. 2). in illis peculiaribus ecclesiis, quarum supellecmis recensio conservata est, *Tr.* in nullis omnino, *N.* Nam haec assertio est contra factum luculentissime demonstratum. Fieri proinde potuit, ut in illis provinciis, in quibus ecclesiae illae constitutae erant, ita exposcentibus rerum adjunctis, nondum introductus esset usus collocandi imagines in templis, prout et in aliis provinciis contigisse videbimus. Recolantur, quae sub finem propositionis adnotavimus. 29

133. II. Obj. 1. Patres haereticis gnosticis et carpocratianis imaginum venerationem crimini verterunt, ut Irenaeus30, Epiphanius 31 et Augustinus. 32 2. Quapropter concilium illiberitanum, can. XXXVI. ita constituit: *Placuit picturas in ecclesiis esse non debere, ne, quod colitur et adoratur, in parietibus depingatur.* 3. Eusebius pariter nefas esse judicavit Christi imaginem pingere. 33 4. S. Epiphanius vero scidit in anablatensi ecclesia *velum pendens a foribus ecclesiae et habens imaginem quasi Christi vel sancti cujusdam . . . contra auctoritatem Scripturarum.* 34 5. Hinc licet Gregorius M. in epistolis ad Serenum datis ipsum reprehenderit, eo quod imagines fregerit, laudavit tamen ejus *zelum, ne quid manufactum adorari possit.*35 Ergo.

134. Resp. ad 1. *D.* Patres haereticis crimini verterunt imaginum usum ac venerationem superstitiosam et ab ecclesiae sensu abhorrentem, *C.* in se spectatam, A. Teste enim s. Epiphanio recensiti haeretici imagines sacrificiis colebant, quod sane idololatriae scelus est. Cum imaginibus

”) Attamen non pauca occurrunt monumenta, ex quibus certi efficimur, imagines per id temporis in ecclesiis appendi consuevisse. Praeter ea, qua attulimus de aediculis, Romae in coemeteriis erectis, in quibus semper occurrunt imagines vel Christi vel apostolorum aliorumque sanctorum martyrum, notum est, quod scribit s. Basibus, *epist.* CCCLX. de imaginibus, ad Julianum apostatam: *OOtv xai tov χαρακτήρα τών εικόνων αυτών τιμώ και προσκυνώ κατ' έξαΐρετον, τούτων παραδεδομένων έκ τών άγιων άποΟτόλων, και ούκ άπηγορευμένων, άλλ' έν πάΰαι ταϊ έκκλησίαι ημών τούτων άνιΰτορουμένων. Unde et characteres imaginum eorum* (sanctorum) *honoro et osculor eximie, cum hae traditae sint a sanctis apostolis, nec sint prohibitae, immo in omnibus ecclesiis nostris depictae sunt.* Opp. cd. maur. tom. III. pag. 463. Cf. etiam *Hom. in sanctos quadraginta mart.* n. 2. ibid. tom. IL pag. 149. Hinc in septima synodo, act. IV. Gregorius Pessinuntis episc. laudat haec verba Isidori Pelusiotae: *Templi ratio nulla est, quod non coronat imago.* Exempla plura dabit J. Grancolas. *Les anciennes liturgies,* tom. II. prem. pari. pag. 62 et suiv.

30) Lib. I. cap. 25. n. 6. edit. Mass.

31) *Haeres.* XXVII.

3Î) *Lib. de haeres,* cap. 7.

33) *Epist. ad Constantiam August.*

3<) *Epist. ad Joannem, episc. hierosol.* opp. edit. Petav. tom. II. pag. 317.

”) *Epist.* CV. lib. IX. indict. 2. edit, maur.

praeterea Christi et apostolorum imagines Homeri, Pythagorae ceteroruinque profanorum conjungebant.[36] At ah his omnibus catholici longe absum.

^135. Ad 2. *D.* Vetuit synodus illiberitana picturas heri in ecclesiis pro temporum illorum ratione. *Tr.* quasi picturas per se illicitas esse putaverit, 3' Transmisimus primum membrum, eo quod nondum apud criticos exploratum sit, quidnam praecise eo canone synodus prohibuerit, et alii in alias abeant sententias.[37] Ceterum dirissima persecutione liispanam ecclesiam adhuc affligente censuerunt patres illius synodi ejusmodi adoptare temperamentum, quod tenera Christianorum conditio exposcere videbatur.

136. Ad 3- 3' Quae enim sub Eusebii nomine circumfertur data ad Constantiam epistola, genuinus Eusebii foetus non est.[38]

137. Ad 4. *D.* Ut rudi anablatensium ingenio consuleret, quibus fortasse periculo esse [illegible]terat illa effigies, quo sensu saltem indirecte affirmavit imaginum usum esse contra Scripturarum auctoritatem, *Tr.* per se ac directe, 3*. Cum enim nos lateant omnia illius facti adjuncta, difficile est rectum de eo ferre judicium. Nondum fortasse receptus erat apud

u) Haeres. XXVII. n. 6. edit. PeL En ejus verba: »Sed ejusmodi imagines (Jesu Christi) occultas habent, nec non et philosophorum quorumdam, ut Pythagorae, Platonis, Aristotelis aliorumque, quibus eas, quas dixi, Christi effigies miscent, et erectas simul omnes adorant, ad easque gentilium ritus instituunt... . Quinam vero sunt gentiles ii ritus alii quam sacrificia, caeteraque generis ejusdem?" *Προ χυνούα, χαι τά των Ϊθνών έπιτελουΰι μυΰτήρια. . . . Τίνα δέ εδτιν ε&νών εθη, άλλ' η 3νϋίαι χαι τά άλλα;* Patet igitur hic agi de formali, ut îyunt, idololatria. Iisdem pene verbis utitur s. Irenaeus loc. cit. in quem cf. annot. Fevardenlii, qui adversus Calvinum et Bezarn germanam s. Irenaei mentem tuetur, ostendilque receptum usum et cultum sacrarum imaginum in ecclesia tribus prioribus saeculis. Eadem quoque refert Theodoret. *Haeret, fabul.* lib. VII; qui praeterea inter imagines, quas adorabant carpocratiani, recenset statuas Simonis magi in Jovis figuram et Helenae in Minervae speciem constructas. Augustinus adjicit imagines Pauli et Homeri.

17) Has recenset eruditus card. De Aguirre in *Collectione maxima conciliorum omnium Hispaniae,* Romae 1693. tom. I. pag. 562 et seqq. Ostendit porro luculentissime, agi in hoc canone de imaginibus Dei, qui profecto, prout in se est, pingi nequit. Idipsum jam praestiterat doctus Albaspinaeus in adnotat. ad hunc canonem, in calce opp. s. Optati, pag. 208. Quod verba ipsa canonis ostendunt, dum concilii patres rationem reddunt, quare in parietibus imagines pingi non debeant: *Ne, quod colitur et adoratur, in parietibus depingatur.* Ubi apertum est, agi de eo, quod adoratur cultu latriae, nempe Deo. Addo, stupidos sese prodere haereticos, qui tanta fiducia objiciunt hunc canonem, nec advertunt, quod si ageretur de imaginibus sanctorum, ut ipsi contendunt, haberi in eo apertissimum testimonium de recepto tunc temporis sanctorum cultu, quem tamen ipsi omnino rejiciunt. Quod si vetitas tantum Dei imagines eo canone velint, hoc ipso causa cadunt, cum pingi non posse Deum prout in se est, eum nempe qui est immensus. invisibilis, incircumscriptus, uno ore fateantur catholici omnes. Sed cf. De Aguirre in hunc can. Attamen vix est inter protestantes etiam recentiores, qui non jactet hunc canonem adversus doctrinam catholicam! De imaginibus Dei aut Trinitatis symbolicis mox dicemus,

M) Cf. Petav. *De incarn.* lib. XV. cap. 15. 9.

cyprios usus retinendi imagines in ecclesiis, prout jam vigebat in ecclesiis Ponti, Cappadociae, Antiochiae ct Constantinopolis, ut testes sunt Gregorius nyssenus 39, Basilius 40 et Joann. Chrysostomus 41, cum quibus s. £piphanius erat communione conjimctus. Non desunt, qui factum istud s. Epiphanii naevis adseribant; si tamen verum est, quod plures negant. 42 Ceterum novatores ipsi, quos impugnamus, contra auctoritatem Scripturarum imagines in templis retinerent, quod profecto non admittunt.

138. Ad 5. *D.* Cultu superstitioso et absoluto, *C.* relativo, prout in ecclesia catholica receptus est, 3'. Ejus mens patet ex iis quae scripsit ad Secundinum: *nos quidem,* inquit, *non quasi ante divinitatem, ante illam* (Christi imaginem) *prosternimur: sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum, sed et in throno sedentem recordamur.* 43

139. III. Obj. 1. Synodo nicaenae II. decernenti sacrarum imaginum cultum eruditus restitit *librorum carolinorum* auctor; restitit praeterea concilium francofordiense ex toto ferme Occidente congregatum; restitit denique conventus parisiensis. Nicaenum ergo decretum occidentalis ecclesia minime recepit. 2. Quod quidem merito factum est: catholici enim imagines adorantes prosternunt se coram ligno ac tela; invocant creaturas, atque a servis, minime vero a Domino, auxilium praestolantur. 44 Ergo.

140. Resp. Ad 1. *D.* Synodo nicaenae restiterunt *librorum carolinorum* auctor, synodus firancofordiensis et parisiensis conventus errore facti decepti, *C.* debitum cultum denegantes, *N.* Nempe tam auctor *librorum carolinorum,* quam utraque synodus duplici errore facti decepti sunt; ac primo quidem in eo quod falso putaverint synodum nicaenam non fuisse ab Hadriano pontifice approbatam; deinde vero in eo, quod perperam existimaverint, synodum decrevisse eamdem tribuendam esse sacris imaginibus *adorationem, quae sit secundum latriam,* et quae defertur ss. Trinitati, prout prae se ferebat antiqua barbara versio illius concilii. Utroque postea errore patefacto, galli et germani nicaenum decretum admiserunt.45

141. Quod speciatim attinet ad auctorem *librorum carolinorum* atque ad conventum parisiensem, nonnulli censent cum Petavio, eos reipsa errasse

39) *Orat, de s. Theodoro,* opp. edil. Paris. 1615. tom. II. pag. 10, 11. ubi agit de imaginibus martyrum in templo posilis.

40) Loc. cil. ex *epist. ad Julian,* in qua profitetur praeterea se venerari imagines, utpote ab apostolis traditas.

41) *De laudibus Aieletii,* opp. edit. maur. tom. II. pag. 519.

42) Cf. Bcllarm. loc. cit.

43) Lib. IX. epist. LIL indict. II. tom. II. col. 971. edit. maur. Paris. 1705.

44) Ita Cellérier, *Sermon sur Γ excellence du culte réformé,* Genève 1819. ubi inter cetera scribit: «Dans le culte catholique les chrétiens se prosternent devant le bois et la toile; iis invoquent les créatures. C'est des serviteurs et non du maître qu'ils attendent le secours.«

45) Cf. Nat. Alexand. *Dissert.* cit. §§. 7, 8, 9 et 10.

circa cultum ipsum, mediamque tenuisse viam inter errorem iconoclastarum et dogma nicaenum.46 Alii autem eum Natali Alex, existimant, gallos veram fidem tenuisse circa venerationem imaginum, nec disceptasse nisi circa modum adorationis a concilio nicaeuo sancitum juxta dicta. Quod quidem nobis verisimilius videtur. 47

142. Ad 2. *D.* Catholici prosternunt se coram ligno ac tela, quatenus haec prae se ferunt imaginem prototypi, (‘. coram ligno ac tela in se spectatis, A. Alioquin, cum Josue ac seniores prostraverunt se coram arca, se prostravissent coram ligno ; cum aliquis prae gaudio gestit et exilit coram matris aut sponsae effigie, coram tela exiliret; qui expuit in simulacrum Theodosii, expuisset in lapidem, et antiochenses ac thessalouicenses, qui ejusdem statuas fregerunt, non nisi lapides pariter fregissent ac dejecissent

143. IV. O bj. Quamvis relativus sit imaginum cultus, non propterea omni superstitione vacat. 1. Ethnici enim relativo cultu imagines ac simulacra prosequebantur, uti ex ipsorum testimoniis patet apud s. Augustinum43, atque ex facto ipso, cum idola multiplicarent, etsi propterea non arbitrarentur deos multiplicatos; nec adeo stolidi erant, ut lignum et lapides deos esse existimarent; patres nihilominus eosdem idololatriae incusabant. 2. Quare catholici pariter ejusdem criminis rei sunt censendi, quoniam ei ipsi, quamvis imagines et simulacra minime deos esse putent, agnoscunt tamen excellentiam quamdam in imaginibus, quo fit ut unam prae alia colant, longas peregrinationes arripiant ad singulares aliquas venerandas, cum tamen domi fortasse formosiores possideant, eas velis tegunt, miracula fingunt, aliaque ejusmodi peragere consueverunt, quae abjectam superstitionem redolent. Ergo.

Resp. A. *Anlcc.* Ad 1. prob. *D.* Nonnulli, qui tamen non erant ab idololatria immunes, *Tr.* ethnici generatim sumpti seu multitudo, *N.* Etenim, praeter auctoritatem Scripturarum, innumera prope testimonia ac documenta ex antiquitate sacra et profana suppetunt, quae luculenter ostendunt, gentes omnes, quidquid de nonnullis singulatim individuis sit, in idolis aut totidem deos aut saltem virtutem divinam iis insidentem agnovisse. Hinc quod consequens est, et ex iisdem pariter eruitur documentis, constat, gentiles cultu absoluto ac latreutico idola veneratos esse, ut suo loco ostendimus.49 Addo, idololatriam necessario fluere ex poly-

»

46) *De Incam,* lib. XV. cap. 16. §. 11. Verum de *Libris carolinis* cf. Trombellius diss. X.

4T) Loc. cit.

«) In Ps. CXHL

*’) Cf. *Tract, de Deo,* n. 112 et seqq. Quoniam vero nonnulli protestantes adhuc huic difficultati insistunt, afferam quae in hanc rem scripsit Leibnitzius : «Verum enim vero, inquit, etsi usus loquendi effecerit, ut dicatur honor imagini adhibitus, reapse tamen non res inanima et incapax honoris

theismo, ipsique intimam esse, eum tamquam totidem dii colantur, qui vel numquam extiterunt, cujusmodi sunt omnes divinitates abstractae, Febris o, gr. Fortuna, Fatum etc. vel qui fuerunt in censu creaturarum, e. gr. Saturnus, Jupiter etc. Nonnisi sero a nonnullis philosophis, ut cohonestarent polytheismum et idololatriam jamjam fatiscentem, atque ut se Christianorum argumentis, quibus premebantur, subducerent, allegoricae interpretationes diversorum numinum excogitatae sunt.

145. Absque animadversione dimitti hic nequit mala adversariorum fides ac pessima agendi ratio, qui ut ethnicos ab idololatriae crimine liberent, toti in eo sunt, ut ostendant illos nonnisi cultu relativo simulacra veneratos esse; ut autem idololatriae catholicos insimulent, tradunt cultum relativum imaginum idololatrica superstitione nulla ratione vacare.

146. Ad 2. *D.* Catholici unam imaginem prae alia colere seu venerari consueverunt propter causas aliquas extrinsecas, *C.* propter virtutem eidem insitam seu propter se, A. Nemo enim catholicorum ignorat imagines in se spectatas nihil habere, quare una prae alia coli mereatur. Extrinsecae igitur sunt et accidentales causae omnes, quibus aliquis permo vetur ad unam potius quam ad aliam venerandam; nempe sive quod Deus dignatus fuerit per aliquam prodigia perpetrare et gratias elargiri sive quod ad alicujus conspectum ferventiorem in se effectum excitare quispiam

sed prototypon honoratur coram imagine aut per imaginem, quematlmodum concilium (tridentinum) honorem imaginibus habendum interpretatur; et hinc facium arbitror, quod scholastici disputaverint, imaginem Christi illo ipso summo lalriae cultu adorari, quo ipse Christus Deus. Àclus enim, qui adoratio imaginis dicitur, revera est adoratio ipsius Christi, occasione intuitu- que imaginis, et obverso ad eam corpore quasi ad ipsum Christum, ut illius praesentia manifestius exhibeatur, magisque animus ad contemplandum Dominum elevetur; nemo enim sanus cogitabit: da mihi, o imago, quod peto; tibi, o marmor aut lignum, gratias ago; sed te, Domine, adoro, libi laudes cano. . . . Posito igitur, nullam aliam admitti venerationem imaginum, quam quae sit veneratio prototypi, non magis in ea erit idololatria, quam in veneratione, quae Deo et Christo exhibetur, sanctissimo ejus nomine pronuntiato. Nam et nomina sunt notae, et quidem imaginibus longe inferiores; rem enim mullo minus repraesentant. Itaque, cum dicitur imaginem honorari, non id aliter intelligi debet, quam quo modo dicitur, in nomine Jesu genua flecti, nomen Domini benedici, nomini ejus gloriam dari; et coram imagine externa adorare, non magis reprehendendum est, quam adorare coram imagine interna, quae in phantasia nostra depicta est; nullus enim alius usus est externae imaginis, quam ut interna expressior fiat, Sapienter vero monuit concilium, ut ne credatur virtus aliqua sive divinitas ipsi imagini inesse atque inhabitare; quemadmodum trojani putabant, Palladio ablato, urbem casuram, et romani deos ex templis hostium, conceptis quibusdam verbis evocabant, et cum imagine ipsum Deum transferri credebant; aut quemadmodum sculptum signum alicujus Dei gestatum successus prosperos afferre quondam apud ethnicos persuasio erat, quas imaginum superstitiones arabes in quibusdam figurationibus ac talismanibus, judaei in nominibus scriptis aut pronuntiatis imitabantur, quae utique est iconolatria aut onomatolatria.'* *Syst. theol.* pag. 142 et seqq.

experiatur. L?tae enim atque his similes aliae causae non parum influunt ad peculiarem ejusmodi venerationem nonnullis imaginibus conciliandam.

147. Exinde ratio petitur illarum peregrinationum, (pias interdum catholici instituunt ad longinqua sanctuaria, ut vocant. Has quidem maligno dente carpunt protestantes; ast perperam siquidem eas a remotissimis temporibus usu receptas fuisse novimus '°, et a sanctissimis viris institutas51; neque imagines venerandi causa tantum arripiebantur, aut ad recolenda augusta religionis nostrae monumenta, verum etiam ut hac viatores ratione se duris poenitentiae laboribus exercerent.5*

148. Si superstitionem saperet pictas tabulas velo obducere, hujus superstitionis auctor Deus ipse esset, qui Exod. XL. 3. mandavit Moysi, ut demitteret velum ante arcam; superstitionis reus fuisset Salomon, qui ut legitur II. Parai. III. velum demisit ante altare aureum. Notum est, in antiquis ecclesiis partem interiorem ab exteriori velis et tentoriis separatam fuisse53; velis tecta erant martyrum sepulcra, quae cum mutarentur, dono mittebantur ad peculiares personas pietate ac dignitate insignes. 51 Mirum proinde est, synodum pistoriensem hunc usum carpsisse. 55

*·) Cf. Jac. Gretseri, S. J. eruditum et copiosum opus *De sacris peregrinationibus,* in quatuor libros distributum, cum appendicibus adversus Petrum Molinaeum, opp. auctoris edit. Ralisbon. 1734. tom. IV. part, post Vid. etiam *Eticycl* Boned. XIV. dat. 16. Jun. 1749.

5I) Praeter exempla, quae affert cit. Gretscrus. lib. I et II. recentia habemus in s. Carolo Borromaeo, qui petiit Varallum ad venerandum illud sanctuarium; in s.Francisco Salesio, qui Augustam Taurinorum ad venerandam sacram Syndonem se contulit; in s. Joann. Cantio, qui tum Hierosolymam tum Romam non semel peregrinatus est ad invisenda loca sacra ac limina apostolorum. Quare synodus pistoriensis, quae cum protestantibus has peregrinationes improbat, se parvi pendere *venerandam antiquitatem* et exempla sanctorum ostendit.

S3) Sic legitur in officio s. Joann. Cantii, lect. Π. Noct. 2. eum quater Romam venisse, *tum ut sedem itpostolicam, cui maxime addictus fuit, honoraret, tum ut sui* (sic enim aiebat) *purgatorii poenas, exposita illic quotidie peccatorum venia, redimeret.* Haec omnia domestico ipsis protestantibus testimonio libet adslruere; adversus autem synodum pistoriensem eo melius adhuc ejusmodi testimonium urgemus, ut pateat non defuisse inter acatholicos, qui rectius de his senserit quam synodus ipsa. Sic igitur rursum scribit, op. cit. pag. 148. Leibnitzius: «Censendum est quidem, pietatis aliquando esse, loca quaedam sacra prae aliis vel libere vel ex voto visere, aliaque id genus obire, quoniam ipsum ceteraeque circumstantiae propositi singulares pars sunt honoris; et laudanda est praeparatio animi sibi aliquam poenam legemque certam dicentis, serii propositi ac zeli nostri peculiaris ostensio et cum publica concurrentium hominum pietatis significatione privata conspiratio ad Dei honorem; et locus ipse divinis beneficiis insignis recordatione illa et commemoratione fortius movet animum et sacro quodam horrere percellit; quod ne protestantes quidem, quibus sepulcrum Domini adire datum est, diffiteri memini.“

M) Cf. Ant. Maria Lupi, op. cit. *Dissert. epistolare postuma intorno a' battisteri antichi,* §. 81 et seqq.

M) Boldetti, op. cit. lib. L cap. 9. Sed data opera de velorum usu in templis egit Rosweidus, S. J. pag. 849 et seqq. ad Paulinum.

”) Cf. Guasco, *Dizion. Ricciano* ctc. art. *Mantellini.* Et hic juvat subjicere non-

149. Miracula demum non fingunt catholici; sed ea referunt, quae publice, tota spectante interdum civitate, patrata fuerunt, et circa quae processus a legitima auctoritate constructi sunt.56 Velle autem omnia miracula negare co quod nonnulli, privata auctoritate aut falso rumore decepti, aliquot falsa evulgaverint, perinde est ac velle omnes nummos suspectos habere aut etiam rejicere, eo quod nonnulli falsarii nummos supposuerint aut adulteraverint.

150. **Dices:** Saltem nefas erit, Dei aut ss. Trinitatis imagines pingere ac in templis fidelium venerationi exponere, ne deceptionis aut erroris periculo objiciantur.

151. **Resp.** *D.* Pingi nequeunt imagines Dei aut Trinitatis in se aut in sua natura, *C.* sub formis symbolicis, sub quibus interdum Deus, aut quaelibet divina persona apparuit, atque prout pingi in ecclesia ejusmodi imagines consueverunt, **A** Absonum profecto esset, velle Deum aut Trinitatem pingere ad exprimendam ejus naturam; at nemo catholicorum est, qui id intendat in his imaginibus. Cum autem Deus sive in veteri sive in novo Testamento corporea specie visus sit, nihil prohibet, quominus sub ea forma, in qua apparere dignatus est, pingi possit. Sane in vetustis musivis operibus, quae reperiuntur in aediculis Christianorum ac in coemeteriis, saepe occurrunt ejusmodi imagines. S. Paulinus nolanus, describens imagines basilicae s. Felicis, inter ceteras et hanc recenset ss. Trinitatis:

nullas propositiones ejusdem synodi cum censuris, quibus damnatae sunt in Conslit. *Auctorem fidei,* quae huc referuntur:

LXIX: ..Praescriptio, quae generaliter et indistincte inter imagines ab ecclesia auferendas, vclut rudibus erroris occasionem praebentes, notat imagines Trinitatis incomprehensibilis, propter sui generalilalem temeraria, ac pio per ecclesiam frequentato mori contraria, quasi nullae extent imagines ss. Trinitatis communiter approbatae, ac tuto permittendae."

LXX: »Item doctrina et praescriptio generutim reprobans omnem specialem cultum, quem alicui spccialim imagini solent fideles impendere, et ad ipsam potius quam ad aliam confugere, temeraria, perniciosa, pio per ecclesiam frequentato mori, tum et illi providentiae ordini injuriosa, quo ita Deus nec in omnibus memoriis sanctorum ista fieri voluit, qui dividit propria unicuique prout vult (ex August. Ep. 78. clero, senioribus et universae plebi liipponensi).·'

LXXI: ..Item? quae vetat ne imagines, praesertim b. Virginis, ullis titulis distinguantur, praeterquam denominationibus, quae sint analogae mysteriis, de quibus in sacra Scriptura expressa fit mentio, quasi nec adseribi possent imaginibus piae aliae denominationes, quas vel ipsismet publicis precibus ecclesia probat cl commendat; temeraria, piarum aurium oflensiva, venerationi b. praesertim Virgini debitae injuriosa."

LXXII: ..Item, quae velut abusum extirpari vult morem, quo velatae asservantur certae imagines; temeraria, frequentato in ecclesia et ad fidelium pietatem fovendam inducto mori contraria."

i6l Cf. Marchetti, *De' prodigj awenuli in moite sacre immagini specialmente di Maria sanctissima seconda gli autentici processi compilati in Roma,* Roma 1797. Vid. pariter, quae de anconilana imagine beatae \Tirginis scripsit eques Artaud, *Histoire du Pape Pie* VII. Paris 1836. tom. I. chap. П. pag. 29 et suiv.

Pleno coruscat Trinitas mysterio.
Stat Christus auno. vox Patris coelo tonat,
Et per columbam Spiritus Sanctus fluit. ”

152. Ad avertendum autem erroris cujuseunique periculum, satis erit populum rite instituere. Hinc inter ceteras propositiones damnatas ab Alexandro VIII. et haec habetur: *Dei Patris sedentis simulacrum nefas est christiano in templo collocare.*[59] Quare merito Pius VI. eidem affinem propositionem synodi pistoriensis iterum proscripsit.

CAPUT VI.

DE CRUCE.

153. Supervacaneum quodammodo videri poterit, peculiarem instituere quaestionem de Cnice post ea, quae de reliquiarum ac imaginum cultu disputavimus. Vel enim agitur de vivifica Cruce ipsa, cui Christus affixus est, et in censum ea venit sacrarum reliquiarum, inter quas principem locum obtinet; vel agitur de Cruce, quae ad illius conformationem configurata est, et haec inter imagines sacras est computanda. Cum tamen Crux proprios adversarios nacta sit, ac mos jam obtinuerit de ea ex professo agere, ne videamur a majorum instituto discedere, breviter praecipua saltem attingemus, quae ad hoc argumentum referuntur. Ea autem sunt, ut innuimus, tum Crux ipsa dominica, tum ejus imago, tum denique Crux quae in signo transeunte consistit; quae quidem omnia unica propositione complectimur, ne longius argumentum istud protrahamus.

PROPOSITIO.

Omni superstitione vacat tum cultus, quem catholici Cruci dominicae ejusque imagini deferunt, tum urus Crucis signi, quod passim ab ipsis usurpatur.

154. Ad fidem catholicam spectat haec propositio, ut patet ex decretis superius allatis circa reliquias et imagines et ex damnatione stauromachorum, Claudii nempe taurinensis, saeculo IX. aliorumque, qui eum secuti sunt, ut Petrus de Bruis. Wicleffus aliique obsuri nominis haeretici. Horum vafritiem adoptarunt Lutherus, Calvinus eorumque asseclae. ’

155. Sic vero assertam propositionem per partes evincimus: statim

57) *Epist.* XXXIL *ad Sever.*

“) Cf. Bellarm. *De imayin.* lib. IL

J L /
CaP’ *

w) Cf. Viva S. J. *Damnatarum thesium theologica trutina,* part. III. in prop. XXV. ab ^lex’) ξ*· dam"ata·

9 Cf. Bellann. *De imay.* hb. II. cap. 26; Gretserus, in eradito op. *De Cruce,* tribus vol. fol. edit. cit.

ac sacculo ecclesiae IV. vivifica Christi Crux ab Helena reperta est, ut referunt gravissimi ejusdem aetatis scriptores2, coli coepit, ab Helena primum, teste s. Ambrosio, qui ejusdem pietatem summopere commendat3;* ac deinceps ab universo Christiano orbe. Cujus rei luculentissimum documentum ex eodem s. Doctore habemus qui haec scribit: *Sapiens Helena, quae Crucem in capite regum locavit, ut crux Christi in regibus adoretur.* * Eadem habet s. Cyrillus hierosolym. qui et illud addit: *Lignum illud sanctum crucis testatur* (Deum esse Christum), *quod hodieque apud nos cernitur; et per eos, qui cum fide particulam ex illo capiunt, totum istinc orbem terrarum fere complevit.** Idipsum testantur s. Joann. Chrysostomus6, Theodoretus7, s. Paulinus nolanus8, adeo ut vere scripserit Rusticus diaconus: *Clavos, quibus confixus est* (Christus), *et lignum venerabilis Crucis omnis per totum mundum ecclesia absque ulla contradictione adorat9;* cui consonat s. Joannes damascenus.10

156. Nec mirum est lignum ipsum Crucis, in qua fixus est Redemptor hominum, et quam salutari rore sui sanguinis adspersit, quaeque praecipuum promerendae nostrae salutis instrumentum fuit, ut propterea *σωτήριο* , id est, *salutaris,* proprie nominetur, ut Theodoretus observat11, in tanta veneratione fuisse; cum videamus, vel a primis saeculis in summo honore ac pretio ejus effigiem Christi fideles habuisse. Exinde enim conficta illa ab ethnicis in Christianos calumnia, cruces omnes ab illis adorari, de qua superius egimus. Neque enim de nihilo, ut animadvertit Petavius, apud gentes rumor iste percrebuerat, cruces omnes etiam noxiorum a christiams in

2) S. Ambrosius, in *Orat, funebri Theodosii imp.;* s. Paulinas nolan. *Epist.* XXXI. *Ad Sulpic. Severum,* n. 5. edit. Muratori, Veron. 1736; Sulpicius ipse *Sac. Hist.* lib. II. cap. 34; Socrates lib. I. cap. 17; Theodoretus lib. 1. cap. 18; Sozomenus lib. II. cap. 1 el 2; ac citra Helenae mentionem Eusebius, in *Vila Constantini,* lib. III. cap. 30. (.de quo cf. Bolland. tom.III. Augusti, pag. 565. §. 8 el seqq. edit. Antverp. n. 75.); el s. Cyrillus hicrosolym. in *Epist. ad Constantium,* n. 3. Hic porro fuit teslis ocularis; Ruffinus, *Hist. Eccl.* lib. I. cap. 7 el 8.

3) Orat. cit. *de obitu Theodosii,* num. 46. edit. maur. ubi videat. not. edit.

*) Ibid. n. 48.

') Calech.\. n. 19: To *ζύλον rô άγιον τού σταυρού μαρτυρεί, μέχρι σήμερον παρ' ήμίν φαινόμενον. χαι διά τών κατα πίστιν έζ αυτού λαμβανόντων, έντεύ&εν τήν οικουμένην πάσαν σχεδόν ήδη π/.ηρώσαν. Αζ* rursum *Catech.* IV. η. 10 el *Catech.* XIIL η. 4. Cf. not. Touttée ad hunc locum, ubi vindicat miraculum a Cynllo et Paulino commemoratum, quod Crux, licet toties per frustula inde decerpta imminui deberet, tamen nullum detrimentum fuerit passa. Ex quo cadunt, quae Salmasius et ex eo Breckenridge ore profano dixerunt, posse ex reliquiis Crucis, quae circumferuntur, aut silvam caeduam exurgere, aut navem extrai.

6) In lib. *Quod Christus sit Deus,* n. 9.

7) Hist, eccles lib. I. cap. 18.

8) Epist. XXXI. *Ad Snip. Seo.*

9) Tom. IV. *Bibi. Patrum* De la Vigne, col. 1154.

*°) *De fide orth.* lib. IV. cap. IL De hoc peculiari argumento cf. Zaccaria in *Symbolis Gorianis* Florentiae editis, vol. IX- pag. 67 ct seqq. ubi pluribus veritatem hujus crucis inventionis vindicat.

“) Quaest. XXVI. *in Genes.*

honore cultuque haberi, neque hoc illis potuissent unquam objicere, nisi certas venerari ipsos vidissent.12

157. Deus ipse crebris miraculis hunc sibi cultum acceptum esse testatum voluit. Huc siquidem refertur celebris illa, quae vigilanti Constantino imperatori risio in coelo facta est, quam refert Eusebius de *Cruci» trophaeo* cum inscriptione: *Hoc rince* tum jussum a Christo eidem per quietem apparente datum, ut ad signi illius similitudinem, quod viderat, fabricandum curaret vexillum, quo tamquam praesidio certissimo uteretur in praeliis contra impetus hostiles; prout reipsa imperator effecit ac *Labarum* nuncupavit sibique salutare esse perpetuo expertus est.15 Huc pariter spectant, quae de prodigiosa Crucis effigie in judaeorum vestibus impressa referuntur, cum ipsi, jubente Juliano apostata, templum hierosolymitanum instaurare asrsrressi sunt. 16

158. Patres propterea effusi sunt in Crucis cultu extollendo; quorum testimonia vulgata sunt ac omnium manibus teruntur, ut adeo necesse non sit ea recensere.17 Novimus insuper ex certissimis documentis, Crucis effigiem in altaribus antiquitus collocatam fuisse, ac proinde cultu veneratos eam fuisse primos Christi fideles.18

159. Restat ut aliqua demum adjiciamus circa illud, quod Tertullianus vocat *signacubim frontium,* seu quod Crucis signum transiens dicitur,

,s) *De cita Constant,* lib. I. cap. 28.

M) Euscb. ibid, a cap. 29 ad 32-

IS) Cf. idem. Euseb. ibid. lib. II. cap. 7 el seq.; Sozomen. lib. II. cap. 1. Adversus eos, qui fictum autumarunt a Constantino visae crucis miraculum, ut Jac. Oiselius in *Thesauro antiquorum numismatum,* Jac. Tollitis in notis ad Lactantii librum *De mortibus persecutorum.* el Joann, de Hoornebeck Leid. profess, in *Examine bullae Urbani* \ III. *De cultu imaginum,* a pag. 101; cf. Baluzius, in adnotationibus ad eumdem Lactantii librum, et Norisius, Leet. VIII. contra Albert. Fabricium, qui admissa veritate historica hujus facti, negat prodigiosam fuisse hanc crucem, ac litteras *Ἰοὔτω νίκα,* cruci circumpositas, putat explicari facile posse per naturale phaenomenon, scilicet per quatuor parelia sibi invicem opposita ac per halonem solarem. Vid. trevoltienses, ad annum 1724; Gusta, in *Vita Constantini;* Jacuzzi *Syntagma quo apparentis magno Constantino Crucis historia complexa est universa;* ac Joann. Bapt. Toderini, *Dissertat, de constantiniana crucis apparitione,* in collect, dissert. Zaccariae, tom. XIII.

**) Cf. Socrates, lib. III. cap. 20; Sozomenus, lib. V. cap. 22; Theodorei. lib. in. cap. 20. Ruifinus, lib. I. cap. 39.

Cf. Gretserus, *De Cruce,* tom. L tribus prioribus libris.

“) Cf. Grelser. op. cit. lib. II. cap. 10 et 13. In excavationibus pompejanis intra cubiculum illius domus, quae Pansam habuit dominum, in pariete, cui marmoratum est inductum, toreuma, Crucis effigiem exhibens, repertum est, saltem ut nonnulli referunt. Paries, qui ilii est e regione, exhibet imagines larium, quibus ethnici suas domos tuebantur. Ea urbs anno 79. a Christi nativitate fuit et combusta et obruta, Primis vero ecclesiae temporibus non raro evenisse credimus, ut in eodem tecto una atque eadem gens et Christianos et ethnicos numeraret inter suos. Vid. A *letter addressed* etc., seu *Epistola, ad R. D. Burgess, data a R. D. Baggs* etc. Romae 1836.

ac manus agitatione formatur, et rebus quandoque benedicendis adhibetur. Antiquissimum esse ejus usum in ecclesia non negant protestantes, dummodo tamen veluti nuda caeremonia et ad fidei professionem instituta spectetur. Atqui ad emerendam praeterea utilitatem aliquam haec caeremonia instituta est.

160. Etenim nec nudam nec otiosam, sed ad multas opportunitates efficacem existimatam fuisse ab ipsis ecclesiae primordiis piam hanc caeremoniam, evincunt trita illa Tertulliani verba, quae afferri solent ad ostendendam signi istius antiquitatem: *Ad omnem progressum,* ait ipse, *atque promotum; ad omnem aditum et exitum; ad vestitum, calciatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quaecumque nos conversatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus.*[19] Quomodo autem ad omnes ejusmodi usus adhibitum fuisset signaculum istud, si ad solam fidei professionem, ut Casaubonus contendit, usurpabatur?

161. Hoc insuper signo fugari solitos daemones, et admiranda quaedam fuisse peracta multis iterum patrum tum testimoniis tum exemplis intelligimus. Epiphanius enim, Gregorius naziaux. atque nyssenus, Athanasius, Cassianus, Joann. Chrysost., Prudentius aliique passim apud Gretserum[20] testantur, plurima prodigia per salutare hoc signum patrata fuisse, maleficas incantationes dissipatas morbosque depulsos. Quin immo et aquam eodem Crucis signo ac benedictione consecrare veteres consuevisse adversus daemonum magorumque praestigias, eamque pietatem gratam sibi esse ingentibus interdum miraculis Deum ostendisse, iidem antiqui patres saepissime produnt[21]

162. Ex his igitur patet, dominicam Crucem omni esse veneratione dignam omnique honore non quidem propter se, verum propter piacularem hostiam, quae ab ipsa pependit, ex qua ingens Deo gloria parta est, summa nobis utilitas, plenusque relatus est de morte ac inferno triumphus.

163. De natura vero cultus deferendi vexillo Crucis disputant theologi. Quidam enim e scholasticis putant, sive veram Crucem sive ejus imagines latriae cultu esse venerandas, ut Damascenus, Bonaventura, angelicus Doctor aliique.[22] Ast Bellarminus scribit, hunc loquendi modum offendere aures catholicorum, tum etiam praebere occasionem haereticis liberius blasphemandi.[23] Quapropter cum ceteris theologis docet, neque

”) *Lib. de corona milit.* cap. 3. edit. Rigalt. post quae immediate subdit cap. 4: „Harum cl aliarum disciplinarum si legem expostules Scripturarum, nullam invenies; traditio tibi praetendetur auctrix etc." Ex quibus patet, hunc usum ex traditione apostolica descendere. Cf. Grelser. op. cit. lib. IV. cap. 7 el seqq.

10) Ibid, a cap. 20 ad 29.

’*) Cf. Petav. *De Incani,* lib. XV. cap. 10; Mabillon, *Praef. in saec.* IV. *Bened.* 3.

Cf. Grelser. lib. I. cap. 57 et seqq.

”) *De imag.* lib. II. a cap. 20 ad 25. ubi accurate argumentum istud lotum expendit, ac per appositas propositiones quid

veram Christi Crucem, neque ejus imaginem per se adoratione latriae esse colendam. Latriae namque cultus creaturae deferri nequit, multo minus rationis experti, cujusmodi Crux est. Haec sententia clare deducitur ex actis concilii nicaeni II.[24]

164. Quod si honor imaginis transit in exemplar, idem tamen honor non est imagini impendendus ac prototype. Ita major debetur regis personae reverentia quam ejus imagini aut vestimentis.

160. Dum ecclesia canit: *O Crux, ave, spes unica. . . O Crux adoranda,* per Crucem Christum significat, a quo salutis praesidia petimus, non ab ipsa Cruce; vel innuit nos expectore fructum Crucis, id est aeternam salutem per merita Christi, qui Cruci affixus est.

DIFFICULTATES.

166. **Obj.** 1. Crux dolorem et ignominiam attulit Christo ejusque discipulis, non est igitur colenda. 2. Quod si Cruci deferendus cultus censetur ob illius cum corpore Christi contactum, Jordanis igitur aquae, Palaestinae terrae, asello cui insedit Christus, quin et servi Christum percutientis manui ac Judae labiis cultus erit tribuendus; quae absurdissima sunt. 3. Saltem nulla ratio est, cur Crucis imaginem speciali ratione venerari debeamus, quia refert dominicam Crucem; alioquin et omnia praesepia, columnae omnes, spinae, flagella pariter colenda essent. 4. Demum negari nequit magicae artis esse characteribus ac signis divinam tribuere virtutem, ut catholici faciunt, qui vim fugandi daemones, morbosque dispellendi ac cetera ejusmodi ipsi tribuunt Crucis signo. Ergo.

167. **Resp.** ad 1. *D. conseq.* Si ratio haberetur ignominiae aut doloris, quem Crux Domino attulit, *C.* si habeatur ratio illius gloriae, quae ex ignominia et dolore parta est Christo, atque emolumentorum, quae nobis provenerunt, A. Ad hanc vero gloriam et ad haec emolumenta catholici oculos et animum intendunt, dum Cruci honorem et cultum deferunt.

168. Ad 2. iV. *cons. et paritatem.* Non solum enim ob corporis Christi contactum vera Christi Crux cultum seu venerationem meretur singularem, verum etiam quia selecta a Christo fuit tamquam instrumentum, quo salutis nostrae hostes devicit, *palam triumphans eos in semetipso,* ut loquitur apostolus, et in quo affixum fuit et deletum *chirographum decreti, quod erat contrarium nobis.*[25] Eadem vero ratio non est Palaestinae terrae etc. neque tantae sunt virtutis ut ponere valeant ob oculos nostros Christi passionem, nec proinde possemus istorum cultu animi nostri grati sensus erga Christum significare.

verius videatur statuit, ac diversas opiniones conciliat.

[24]) Act. I cl VII.
[25]) Coloss. II. 14.

169. Manus autem nervi Christum percutientis et labia Judae proditoris monumentum exhibent immanis impudentiae et nequitiae abominandae, ac moralem prae se ferunt indecentiam, ob quam non colenda, sed detestanda sunt. Nec praetereundum est, quod cultus, qui rationali individuo defertur, ut superius adnotavimus, sit absolutus ac terminetur in ipso, non vero sit *tantum* relativus. Excipiendus tamen casus, in quo aliquis alium repraesentat, ut cum legatus refert personam principis.

170. Ad 3. *N. iterum paritatem.* Ratio enim disparitatis in eo est, quod cruces per se unice institutae sunt ad repraesentandam veram Christi Crucem, non item vero praesepia, spineta ac cetera hujusmodi, quae ad alios usus adhibentur. Quod si eo fine praesepia, columnae etc. pingerentur vel sculperentur, ut Christi Domini mysteria, nativitatis e. gr. vel passionis referrent, tunc ea veneratione aliqua digna esse non inficiaremur.

171. Ad 4. *D.* Magicae superstitionis esset tribuere 'virtutem signo ipsi praescindendo a virtute Christi, *C.* secus, *N.* Itaque catholici non signo ipsi in se spectato efficaciam tribuunt, sed quatenus illud refert passionem Christi ac tacitam saltem supponit Christi Domini invocationem.[26]

172. Crucis porro virtutem et gloriam, ad eamque honorandam incitamenta eloquenter illis verbis edixit Chrysostomus: *Crux prius condemnationis et supplicii nomen erat; nunc res est venerabilis et desiderabilis. Crux antea dedecoris et poenae argumentum erat: nunc gloriae et honoris est occasio. . . . Crux caput nostrae salutis, Crux infinitorum bonorum argumentum . . . haec reconciliationem Dei cum hominibus instituit. . . . Propter hanc daemones fugiunt, diabolus profligatur. Propter hanc humana natura cum angelica vivendi ratione contendit.*[27]

26) Cf. Bellarm. loc. cit. cap. 30. cum notis P. Erbermanni.

27) *Ο Οταυρό πρότερον αίϋχύνη ή καί κολάΰεω ϋπόθεΰι , νύν δε γεγονε δόξη και τιμή αφορμή. Σταυρό τό κεφάλαιον τή Ωωτηρία τή ήμετέρα ' ΰταυρό ή τών μυρϊων αγαθών ύπόθεΰι . . . οΰτο καταλλαγά θεού πρό ανθρώπου έποιήΰατο, . . . διά τούτον δαίμονε δραπετεύουΟι, διά τούτον ὁ διάβολο φυγαδεύεται, δια τούτον ή ανθρώπινη φύΰι πρό τήν αγγελικήν πολιτείαν άμιλλάται. Homit.* Π. *de Cruce et latrone,* η. 1. opp. edit, maun tom. Π. pag. 411.

INDEX VOLUMINIS VI.

TRACTATUS DE INCARNATIONE.

Pag.

Prooemium 5

PARS 8. Adversus hebraeos 6

CAPUT I. De Messiae promissione et expectatione . 6

Prop. I. Aliquis Messias fuit a Deo in lege promissus et quovis tempore ab hebraeis expectatus 8

Prop. II. Messias a Deo promissus atque ab hebraeis expectatus singularis et unicus est 18

CAPUT II. De epocha et officiis promissi Messiae . 24

Prop. I. Epocha adventus promissi Messiae ex sacris litteris certa ac determinata est 25

Prop. II. Epocha adventus Messiae in Scripturis determinata retardari nequit 27

Prop. III. Advenisse Messiam a Deo promissum atque, a judaeis expectatum, jamdiu elapsae epochae. prophetarum oraculis determinatae, luculentissimeostendunt. . 30

Paragr. 1. Jacobaeum vaticinium expenditur 30

Paragr. 2. Expenditur vaticinium Danielis 40

Paragr. 3. Expenduntur vaticinia Aggaei et Malachiae - - - - 56

Prop. IV. Officia ac munia a promisso Messia juxta prophetas obeunda eumdem advenisse luculenter ostendunt 61

CAPUT III. De Jesu Nazareno vero Messia 74

Prop. I. Jesus Nazarenus verus Messias est. in Scripturis promissus, atque a judaeis expectatus 74

Prop. II. Judicium in causa Christi Jesu a judaeis latum fuit iniquum in se, illégale in formis judiciariis, saevum iu exeeutione, novumque suppeditat divinae Christi missionis ac messianac ejus dignitatis argumentum 91

CONCLUSIO 103

PARS II. Adversus haereticos 105

CAPUT I. De divina Christi natura 105

Prop. Vera et proprie dicta divinitas seu natura divina in Christo Jesu agnoscenda est et profitenda - - - - 106

CAPUT II. De natura Christi humana..... 122

Prop. I. Verbum divinum naturam humanam nobis consubstantialem assumpsit integram atque perfectam 124

Corollarium I. Christi caro est vera, solida et expressa, non autem ficta, neque umbratilis, neque apparens aut phantastica..... 125

Corollarium II. Christi corpus non e coelo delapsum est, neque ex coelesti substantia consistens, sed est humanum atque ex Virgine matre susceptum..... 126

Corollarium III. Animam eamque rationis participem Verbum divinum assumpsit..... 128

Corollario m IV. Christus humanis affectibus, doloribus et corruptioni obnoxius fuit ex naturae suae conditione . . 130

Prop. II. Christus Dominus de Spiritu Sancto conceptus est, atque ex Maria Virgine salva ipsius integritate natus..... 134

CAPUT III. De utriusque Christi naturae hypostatica conjunctione ..150.....

ARTICULUS I. De unica Christi persona..... 152

Prop. I. Unica in Christo est admittenda eaque divina persona..... 154

Prop. II. Beata Virgo vere et proprie *ϑεοτόχο* seu Deipara vocatur et est..... 164

ARTICULUS II. De adoptianismo.....

Prop. Jesus Christus est Filius Dei naturalis, non autem adoptivus.....

ARTICULUS III. De distinctione duarum naturarum in Christo post unionem hypostaticam..... 180

Prop. Duae sunt in Christo naturae integrae distinctae, inconfusae atque impermixtae..... 182

ARTICULUS IV. De duplici in Christo voluntate et operatione . 191

Prop. Duae naturales operationes et voluntates indivisae et inconfusae ni Christo sunt confitendae..... 194

CAPUT IV. De communione idiomatum et adoratione Jesu Christo debita 204.....

ARTICULUS I. De idiomatom communione..... 204

Prop. I. Admittenda est in Christo idiomatum communicatio in concreto..... 205

Prop. II. Nullo modo admitti potest communicatio idiomatum in abstracto, nec tribui proinde Christi humanitati omnipotentia, ubiquitas, seu omnipraesentia 207

ARTICULUS II. De Christi adoratione..... 211

P r op. I. Uno eodcmque supremo latriae cultu humana Christi natura adoranda est cum Verbo divino, cum quo est hypostatice conjuncta..... 212

P·β·
Prop. II. Cultus sacratissimi Cordis Jesu, prout ab apostolica sede probatus est, atque in ecclesia catholica frequentari consuevit, pius est, et ab omni superstitionis labe immunis.....218

CAPUT V. De Christi titulis atque muneribus . . . 229

Prop. I. Christus verum ac proprie dictum habuit sacerdotium, ejusque munia in mortali etiam vita complevit 231

Prop. II. Christus Jesus veri nominis mediator fuit . . 237

CAPUT Vf. De Christi satisfactione et merito . . . 238

Prop. Christus vere et proprie pro nobis divinae justitiae satisfecit . — 242

TRACTATUS DE CULTI' SANCTORUM.

Prooemium.....263

CAPUT I. De varia cultus acceptione et divisione . 264

CAPUT II. De religiosi sanctorum cultus honestate acpietate..... 268

Prop. Pius et ab omni idololatriae labe immunis est religiosus sanctorum cultus.....269

CAPUT III. De sanctorum invocatione..... 279

Prop. I. Ex sacris litteris in primis evincitur, licitam esse et utilem sanctorum invocationem..... 280

Prop. II. Ex traditione et ecclesiae praxi ostenditur, licitam esse et utilem sanctorum invocationem . . . 285

CAPUT IV. De reliquiarum cultu..... 298

Prop. Sanctorum reliquiae et monumenta utiliter ac pie a fidelibus honorantur.....298

CAPUT V. De sacrarum imaginum usu ac veneratione 308

Prop. I. Sacrarum imaginum usum ac venerationem licitam ac piam esse sacrae litterae ostendunt309

Prop. II. Usus ac veneratio sacrarum imaginum ex traditione evincitur.....313

CAPUT VI. De Cruce.....328

Prop. Omni superstitione vacat tum cultus, quem catholici Cruci dominicae ejusque imagini deferunt, tum usus Crucis signi, quod passim ab ipsis usurpatur . . . 328